This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


Ex Libris


STEMMATA QUID FACIUNT
Richard Baggallay.

L. 4. 8.

878
C70
G7
16

[redacted]

[redacted]

M. TVLLII CICERONIS
ORATIONES

Ex recenſione

IOANNIS GEORGII GRAEVII

Cum ejuſdem animadverſionibus,

Et notis integris

Franciſci Hottomanni, Dionyſii Lambini, Fulvii Vrſini, Paulli Manutii ac ſelectis aliorum.

Vt &

Q. Aſconio Pediano, & Anonymo Scholiaſte.

TOMI II. PARS I.



AMSTELODAMI,
Ex Typographia P. & I. BLAEV,
Proſtant apud IANSSONIO-WAESBERGIOS, BOOM, à SOMEREN, & GOETHALS.
MDCLXXXXIX.

John S. Lawrence Estate
3-31-1920

PRO
L. MANILIA
Ad populum.
ORATIO DECIMATERTIA.

ARGUMENTUM P. MANUTII.

Qui Latini ſermonis elegantiore copia delectantur, ii, ſe plus uni Ciceroni, quam ceteris omnibus, debere fateantur, neceſſe eſt. pauci enim in uno ſcribendi genere, ille in omnibus excelluit: ut, cum liberalium diſciplinarum gloriam Graecis concedere cogamur, in hac tamen ornate ſcribendi laude non dicam equidem illos vincere, ſed certe dubia cum illis palma certare videamus. Nec vero Latinam linguam verbis tantum Cicero locupletavit, ſed rebus etiam, vel ingenio quaeſitis, vel a doctrina ſumptis vehementer auxit. & ut alia praetermittam, ita ſcripta, ut unus maxime de iis, qui Romanam eloquentiam colunt, meritus optime ſit: ille ſummum oratorem tribus libris, ille praeſtantem civem ſex de rep. ille optimum virum tribus de officiis formavit atque finxit: in hac autem oratione, cum eam legem, quam C. Manilius tribunus pl. de Pompejo, maritimi belli reliquias tum in Cilicia perſequente, contra Mithridatem mittendo promulgaverat, praetor ſuaderet, in perſona Pompeji, qualis eſſe debeat optimus imperator, oſtendit. atque ipſam quidem orationem in duas partes diſtribuit. quarum prior προσοδὴ *quaedam eſt ad ſecundam. nam & de bello diſputat, & de belli duce deligendo. Bellum eſſe dicit ejuſmodi, quod contemni non poſſit: agi enim populi Romani gloriam, ſalutem ſociorum, vectigalia cer-*

PRO LEGE MANILIA] Palatinis fere omnibus, item Vuerdenſi, Erfurdenſi, Hittorpiano, e quibus ſubſidia ſibi quæſivit Guilielmius, perſcribitur, *de imperio, ſeu de laudibus Cn. Pompeji.* & ita laudant etiam Grammatici. neque novum uni orationi duos eſſe titulos. *Gruterus.*

certiſſima, & maxima, bona multorum civium: ducem, ſi ſcientia rei militaris, ſi virtus, ſi auctoritas, ſi felicitas denique ſpectetur, unum omnibus Pompejum eſſe praeferendum. Quae cum partim vere diceret, partim exornaret ac perpoliret eloquentia, facile conſecutus eſt, ut populus, quamquam diſſuadentibus conſularibus viris Q. Catulo, & Q. Hortenſio, rogationem acciperet, abſentique Pompeſo Mithridatici belli curam, multo majore, quam Lucullus habuerat, imperio mandaret. Habita oratio eſt Lepido & Tullo Coſ. quo anno praeturam, auctore Pediano in Corneliana, Cicero geſſit.

ARGVMENTVM HOTTOMANNI.

M. Aemylio, L. Volcatio Coſſ. L. Lucullus qui bellum adverſus regem Mithridatem annos jam prope ſeptem Proconſulari imperio adminiſtrarat, a Senatu revocatus eſt. cum repente C. Manilius Tribunus pl. rogationem ad populum tulit, uti ejus belli adminiſtratio Cn. Pompejo, qui tum ſummo cum imperio bello maritimo praefectus erat, transmitteretur. Rogationis capita Plutarchus in Pompejo haec enumerat. Vt provincia univerſa cui Lucullus praefuerat, omneque ipſius imperium, exercitus, & copiae Pompejo mandarentur: & hoc amplius Bithynia adjungeretur, cui Glabrio praeerat: claſſis item & copiae omnes maritimae quas ipſe initio belli piratici habuerat. omneſque praeterea provinciae, quibus ſolis ſuperiore lege non praefuerat, Phrygia, Lyaconia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis ſuperior, & Armenia. Eam legem Cicero creatus Praetor hac oratione ſuadet. Genus ergo deliberationis eſt, exornatione mixtum. Habita eſt iis Coſſ. quos nominavi. quod ut putem facit, quod hanc orationem Praetor habuit, ut ſaepe in ea oſtendit. Praeturam autem geſſiſſe Lepido, Volcatio Coſſ. Aſconius aperte ſcribit in orat. pro Cornelio: tametſi paucis poſt verſibus in loco depravato ſcriptum ſit, anno inſequenti, L. Cotta, L. Torquato Coſſ. & apparet ex duorum annorum ratione, quos ab Aedilitate vacuos ordinariis magiſtratibus in-

putavi. Ita neque hic locus vacuus umquam fuit ab iis, qui veſtram cauſam defenderent: & meus labor in privatorum periculis caſte integreque verſatus, ex veſtro judicio fructum eſt ampliſſimum conſecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum ter praetor primus cen-

Ita neque hic locus] Senſus eſt, eo pacto dum privatis ſervio, veſtram mihi benevolentiam conciliavi: cum interea tamen deſertus hic locus non eſſet. *Hott.*

Vacuus umquam ab iis] Deeſt, *fuit* ut ſic legendum putem, *vacuus umquam ab iis fuit, qui veſtr.* Lamb. *Hic locus vacuus unquam ab iis &c.*] Lambinus admonuit requiri *fuit*. & vero id inſeruit Guilielmius e ſuis libris ante *unquam*. ſed enim cum edd. omn. cum Pall. ſex eo careant, ei non obtempero. *Gruterus.* Guilielmio ſubſcribit optimus Erfurtenſis.

In privatorum periculis] Eis enim qui in magiſtratu erant, diem dicere non licebat. loquitur enim de publicis judiciis, cum dicit *pericula*. nam in cauſis privatis quæ conſuetudo fuerit, dixi Verrina III. *Hottom.*

Caſte integreque verſatus] Propter legem Cinciam hoc dicit, quæ donum pecuniamve ob cauſam orandam accipere vetabat Livius lib. 34. Tacitus XI. & XIII. Cicero in Catone, & de oratore II. In hanc autem ſententiam ſcribit in oratione pro Muræna his verbis, *Neque enim jam mihi licet, neque eſt integrum, ut meum laborem hominum periculis ſublevandis non impertiam. nam cum præmia mihi tanta pro hac induſtria ſint data, quanta antea nemini: labores, per quos ea ceperis, cum adeptus ſis, deponere, eſſet hominis & aſtuti & ingrati.* Idem. *Caſti* proprie ſacerdotes, *integri* judices & patroni. *Caſti ſacerdotes*, qui puri erant a ſordibus animi & corporis. legendus Marcellus in verbo *pudicitia*. M. Seneca controverſ. 2, lib. 1. *Integri* autem *judices & patroni*, qui non corrupti muneribus & donis, ſive ut eſt in gloſſis Philo. *immunes*. hinc IV de finibus: *incorrupte & integre judicare*. Th. Marcilius.

Propter dilationem comitiorum] Differebantur plerumque propter obnuntiationes. nam ſi dum comitia haberentur, Augur aliquis de cœlo ſervaſſet, magiſtratus obnuntiare poterat, & comitia in alium diem differre. Cicero ad Q. Fratrem, lib. 3. *Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnuntiationibus, magna voluntate bonorum omnium*: Plutarchus in Catone Utic. ὅτι πρώτην κληθεῖσαν τῶν φυλῶν ἐκεῖνον ἀποδεικνύειν, ἐξαίφνης ὁ Πομπήϊος βροντῆς ἀκηκοέναι ψευσάμενος, αἴσχιστα ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν, εἰθισμένων ἀφοσιοῦσθαι τὰ τοιαῦτα, καὶ μηδὲν ἐπικυροῦν διοσημείας γενομένης. *Tribus Prima nominata Prætorem illum declaravit, cum repente Pompejus mentitus ſe tonitru audiiſſe, comitia turpiſſime diſſolvit. Solebant enim ſigno a Jove dato arbitrari fas non eſſe cum populo agere, & quicquam ratum habere.* Differebantur præterea per Tribunorum interceſſionem: ut ibidem Plutarchus oſtendit, *Catonem cum in comitiis Ædilitiis fraudem in tabellis factam animadvertiſſet*, τῶν δημάρχων ἐπικλήσει τὴν ἀνάδειξιν λῦσαι. Id eſt, *Per Tribunorum appellationem comitia deſignationemque Ædilis Favonii diremiſſe.* Has autem obnuntiationes, dilationeſque comitiorum, candidatorum ſcilicet gratia faciebant: cum aliqui ſibi paratam repulſam videbant. *Hottom.*

Prætor primus] Prætorum certus numerus non fuit. nam pro eo ac tempus Reipub. poſtulabat, numerus auctus eſt, ut docet Pomponius Iuriſc. ſub T. de orig. juris. Ætate Ciceronis octo fuerunt: ut ex Piſoniana intelligitur. Primum autem ſe declaratum fuiſſe docet etiam in eadem orat. his verbis, *Ædilem priorem, Prætorem primum cunctis ſuffragiis populus Romanus faciebat: homini ille honorem, non generi: moribus, non majoribus meis: virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati deferebat.* Docet præterea in

agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forenſi uſu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certe, & ſi quid auctoritatis in me eſt, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt; & ſi quid etiam dicendo conſequi poſſum, iis oſtendam potiſſimum, qui ei quoque rei fructum ſuo judicio tribuendum eſſe cenſuerunt. Atque illud in primis mihi laetandum jure eſſe video, quod in hac inſolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, cauſa talis oblata eſt, in qua oratio deeſſe nemini poteſt. Dicendum eſt enim de Cn. Pompeji ſingulari eximiaque virtute: hujus autem orationis difficilius eſt exitum, quam principium invenire. ita mihi non tam copia, quam modus in dicendo quaerendus eſt. Atque, ut 2
inde oratio mea proficiſcatur, unde haec omnis cauſa ducitur: bellum grave & periculoſum veſtris vectigalibus atque ſociis a duobus potentiſſimis regibus infertur, Mithridate & Tigrane: quorum alter relictus, al-

dum honores mihi mandatis. *Fr. Fabrit.*
Honoribus mandandis eſſe voluiſtis] Hæc eſt quidem lectio Fabriciani cod. ſi non fallit Lambinus, fateturque reſtare in ſuis Guilielmius: verumenimvero Pall. omn. & editi priſci ſervant *mandandum*. Stat pro altera Muretus lib. XIX. Var. cap. 20. *Gruterus.* Nihil certius, *mandandis honoribus.* Et ſic Erfurt. Cui enim honores mandantur, ejus augetur dignitas. Inferius cap. 23: *Neque nos quidquam aliud aſſequi claſſium nomine, niſi ut detrimenta accipiendis majore affici turpitudine videremur.* Verum infinita fere ſunt in Tullio hujus conſtructionis exempla. *Gravius.*

ANONYMUS.

* * * Lucullus. & dum perſequitur. adiit multas civitates & præda plenus. ab hoc ergo Tigranes inimicus factus populo Romano.

Relictus] Quod eum voluntate reliquerit cum poſſit occidere.

VARIORUM.

Certe & ſi quid auctoritatis in me eſt, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt] Hoc totum deſideratur in libris vulgatis: quod ego repertum in libris manuſc. noſtris, reſtitui. Atque hoc item ſe reperiſſe in codice antiquiſſ. ſcripſit ad me Fr. Fabricius Marcodur. *Lambinus.*
Certe & ſi quid auctoritatis in me eſt, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt] Reperta hæc in codice illo antiquiſſimo, quod in vulgatis deſideratur. *Fr. Fabrit.*
Et ſi quid &c.] Tota hæc periodus debita libris Belgicis, atque Turingicis. Italicis noſtris ſeptem, tota exſulat, requiri tamen nemo non videt. *Gruterus.*

Ei quoque rei] Dicendi facultati. *Hottom.*

A duobus potentiſſimis regibus] Ipſe in Lucullo Mithridatem regem poſt Alexandrum maximum appellat. *Idem.*

Mithridate & Tigrane] Altero Ponti, altero Armeniæ rege, & ſuperioris ſocero, ut Appianus: genero, ut Plutarchus ſcribit. *Idem.*

Quorum alter relictus] *Relictus*, invidioſe in Lucullum. Cæſis Mithridatis equitibus ad Galotam, quo ſe paulo

ante

M. TVLLII CICERONIS

ORATIONES

Ex recenſione

IOANNIS GEORGII GRAEVII

Cum ejuſdem animadverſionibus,

Et notis integris

Franciſci Hottomanni, Dionyſii Lambini, Fulvii Vrſini, Paulli Manutii ac ſelectis aliorum.

Vt &

Q. Aſconio Pediano, & Anonymo Scholiaſte.

TOMI II. PARS I.



AMSTELODAMI,
Ex Typographia P. & I. BLAEU,
Proſtant apud IANSSONIO-WAESBERGIOS,
BOOM, à SOMEREN, & GOETHALS.
MDCLXXXXIX.

John S. Lawe
9t
3-31-1925

PRO L. MANILIA

Ad populum.

ORATIO DECIMATERTIA.

ARGUMENTUM P. MANUTII.

Qui Latini ſermonis elegantiore copia delectantur, ii, ſi plus uni Ciceroni, quam ceteris omnibus, debere fateantur, neceſſe eſt. pauci enim in uno ſcribendi genere, ille in omnibus excelluit: ut, cum liberalium diſciplinarum gloriam Graecis concedere cogamur, in hac tamen ornate ſcribendi laude non dicam equidem illos vincere, ſed certe dubia cum illis palma certare videamus. Nec vero Latinam linguam verbis tantum Cicero locupletavit, ſed rebus etiam, vel ingenio quaeſitis, vel a doctrina ſumptis vehementer auxit. & ut alia praetermittam, ita ſcripta, ut unus maxime de iis, qui Romanam eloquentiam colunt, meritus optime ſit: ille ſummum oratorem tribus libris, ille praeſtantem civem ſex de rep. ille optimum virum tribus de officiis formavit atque finxit: in hac autem oratione, cum eam legem, quam C. Manilius tribunus pl. de Pompejo, maritimi belli reliquias tum in Cilicia perſequente, contra Mithridatem mittendo promulgaverat, praetor ſuaderet, in perſona Pompeji, qualis eſſe debeat optimus imperator, oſtendit. atque ipſam quidem orationem in duas partes diſtribuit. quarum prior προπαρασκευὴ quaedam eſt ad ſecundam. nam & de bello diſputat, & de belli duce deligendo. Bellum eſſe dicit ejuſmodi, quod contemni non poſſit: agi enim populi Romani gloriam, ſalutem ſociorum, vectigalia cer-

PRO LEGE MANILIA] Palatinis fere omnibus, item Vuerdenſi, Erfurdenſi, Hittorpiano, e quibus ſubſidia ſibi quæſivit Guilielmius, præſcribitur, *de imperio, ſeu de laudibus Cn. Pompeji.* & ita laudant etiam Grammatici. neque novum uni orationi duos eſſe titulos. *Gruterus.*

certiſſima, & maxima, bona multorum civium: ducem, ſi ſcientia rei militaris, ſi virtus, ſi auctoritas, ſi felicitas denique ſpectetur, unum omnibus Pompejum eſſe praeferendum. Quae cum partim vere diceret, partim exornaret ac perpoliret eloquentia, facile conſecutus eſt, ut populus, quamquam diſſuadentibus conſularibus viris Q. Catulo, & Q. Hortenſio, rogationem acciperet, abſentique Pompejo Mithridatici belli curam, multo majore, quam Lucullus habuerat, imperio mandaret. Habita oratio eſt Lepido & Tullo Coſ. quo anno praeturam, auctore Pediano in Corneliana, Cicero geſſit.

ARGVMENTVM HOTTOMANNI.

M. Aemylio, L. Volcatio Coſſ. L. Lucullus qui bellum adverſus regem Mithridatem annos jam prope ſeptem Proconſulari imperio adminiſtrarat, a Senatu revocatus eſt. cum repente C. Manilius Tribunus pl. rogationem ad populum tulit, uti ejus belli adminiſtratio Cn. Pompejo, qui tum ſummo cum imperio bello maritimo praefectus erat, transmitteretur. Rogationis capita Plutarchus in Pompejo haec enumerat. Vt provincia univerſa cui Lucullus praefuerat, omneque ipſius imperium, exercitus, & copiae Pompejo mandarentur: & hoc amplius Bithynia adjungeretur, cui Glabrio praeerat: claſſis item & copiae omnes maritimae quas ipſe initio belli piratici habuerat. omneſque praeterea provinciae, quibus ſolis ſuperiore lege non praefuerat, Phrygia, Lyaconia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis ſuperior, & Armenia. Eam legem Cicero creatus Praetor hac oratione ſuadet. Genus ergo deliberationis eſt, exornatione mixtum. Habita eſt iis Coſſ. quos nominavi. quod ut putem facit, quod hanc orationem Praetor habuit, ut ſaepe in ea oſtendit. Praeturam autem geſſiſſe Lepido, Volcatio Coſſ. Aſconius aperte ſcribit in orat. pro Cornelio: tametſi paucis poſt verſibus in loco depravato ſcriptum ſit, anno inſequenti, L. Cotta, L. Torquato Coſſ. & apparet ex duorum annorum ratione, quos ab Aedilitate vacuos ordinariis magiſtratibus in-

intercedere oportebat. Aedilitatem enim geſſit Q. Hortenſio, Q. Metello Coſſ. itemque ex eo, quod hic annus eſt, ex quo ipſe natus eſt, unus & quadrageſimus: qui annus eſt Praeturae legitimus. anno autem ſuo, omnibus functus honoribus: *ut ipſe dicit in libro de Offic.* II. Legem *autem hanc appellat ſuo more: cum* plebiſcitum *ſit potius. Tribuno enim plebis rogationem ferente, & tributis comitiis, plebe ſola per tribus ſuſe convocata,* plebiſcitum *dicitur. cum lex centuriatis comitiis feratur, & a Conſule, aut Praetore. vide Gell. lib.* V. *cap.* XXVII.

Quamquam mihi ſemper frequens conſpectus veſter multo jucundiſſimus, hic autem locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus eſt viſus, Quirites: tamen hoc aditu laudis, qui ſemper optimo cuique maxime patuit, non I

F*Requens conſpectus veſter*] Magiſtratus, quibus ſolis cum populo agendi jus erat, legem trinundino per præconem promulgari in foro jubebant, ut tertia die comitia haberentur, & populus ſuffragia ferret: id eſt, legem latam aut juberet, aut antiquaret. Eam, ut ſcribit Quinctilianus libro II. pro concione ſuadere aut diſſuadere moris fuit. Lucius ergo Manilius Tribunus pl. comitia in foro habebat convocatis tribubus, legemque ferebat, quam Cicero Prætor frequenti populo hac oratione ſuadet. *Hottomannus.*

Hic autem locus] Templum in foro, roſtris, ut Livius ſcribit, navium Antiatium exornatum. hic ipſe paulo poſt, *Et his temporibus non pudebat magiſtratus populi Romani in hunc ipſum locum aſcendere, cum eum vobis majores veſtri exuviis nauticis & claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent. Teſtorque omnes deos, & eos maxime qui huic loco temploque præſident.* Ex roſtris igitur haberi ſolebant ad populum conciones a magiſtratibus: ut infra dicemus. nam de ſuperiore loco, magiſtratus cum populo: ex æquo & plano, patroni in judiciis cauſas agebant. Roſtra autem tum ante curiam Hoſtiliam fuiſſe Varro teſtatur, quorum inde vocabulum fictum tradit, quod ibi roſtra ex hoſtibus capta, fixa eſſent. *Idem.*

Ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus] Ex Meſſalæ libro de minoribus magiſtratibus Gellius lib. noct. Attic. XIII. docet aliud eſſe *Agere cum populo*, aliud *concionem habere. Nam, cum populo agere,* inquit, *eſt rogare quid populum, quod ſuffragiis ſuis aut jubeat, aut vetet. Concionem autem habere, eſt verba facere ad populum, ſine ulla rogatione:* Ergo *ad agendum ampliſſimum* appellat, quod nullis niſi amplitudine præditis viris, magiſtratum ſcilicet gerentibus, agere cum populo liceret: *ad concionandum* autem ſive *ad dicendum ornatiſſimum*, quod ornamento eſſet iis, qui concionabantur, ut adoleſcentibus qui de laude alicujus pro roſtris orationes ad populum habebant. *Idem.*

Optimo cuique maxime patuit] Licebat enim, etiam privatis hominibus,

John S. Lawrence Estate
9t
3-31-1925

putavi. Ita neque hic locus vacuus umquam fuit ab iis, qui veſtram cauſam defenderent: & meus labor in privatorum periculis caſte integreque verſatus, ex veſtro judicio fructum eſt ampliſſimum conſecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum ter praetor primus cen-

Ita neque hic locus] Senſus eſt, eo pacto dum privatis ſervio, veſtram mihi benevolentiam conciliavi: cum interea tamen deſertus hic locus non eſſet. *Hott.*

Vacuus umquam ab iis] Deeſt, *fuit* ut ſic legendum putem, *vacuus umquam ab iis fuit, qui veſtr.* Lamb. *Hic locus vacuus unquam ab iis &c.*] Lambinus admonuit requiri *fuit.* & vero id inſeruit Guilielmius e ſuis libris ante *unquam.* ſed enim cum edd. omn. cum Pall. ſex eo careant, ei non obtempero. *Gruterus.* Guilielmio ſubſcribit optimus Erfurtenſis.

In privatorum periculis] Eis enim qui in magiſtratu erant, diem dicere non licebat. loquitur enim de publicis judiciis, cum dicit *pericula.* nam in cauſis privatis quæ conſuetudo fuerit, dixi Verrina III. *Hottom.*

Caſte integreque verſatus] Propter legem Cinciam hoc dicit, quæ donum pecuniamve ob cauſam orandam accipere vetabat Livius lib. 34. Tacitus XI. & XIII. Cicero in Catone, & de oratore II. In hanc autem ſententiam ſcribit in oratione pro Muræna his verbis, *Neque enim jam mihi licet, neque eſt integrum, ut meum laborem hominum periculis ſublevandis non impertiam. nam cum præmia mihi tanta pro hac induſtria ſint data, quanta antea nemini: labores, per quos ea ceperis, cum adeptus ſis, deponere, eſſet hominis & aſtuti & ingrati.* Idem. *Caſti* proprie ſacerdotes, *integri* judices & patroni. *Caſti ſacerdotes*, qui puri erant a ſordibus animi & corporis. legendus Marcellus in verbo *pudicitia.* M. Seneca controverſ. 2, lib. I. *Integri* autem *judices & patroni*, qui non corrupti muneribus & donis, ſive ut eſt in gloſſis Philo. *immunes.* hinc IV de finibus: *incorrupte & integre judicare.* Th. Marcilius.

Propter dilationem comitiorum] Differebantur plerumque propter obnuntiationes. nam ſi dum comitia haberentur, Augur aliquis de cœlo ſervaſſet, magiſtratus obnuntiare poterat, & comitia in alium diem differre. Cicero ad Q. Fratrem, lib. 3. *Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnuntiationibus, magna voluntate bonorum omnium:* Plutarchus in Catone Vtic. ὅτι πρώτην κληθεῖσαν τῶν φυλῶν ἐκεῖνον ἀπέδειξεν, ἐξαίφνης ὁ Πομπήϊος βροντῆς ἀκηκοέναι ψευσάμενος, αἴσχιστα ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν, εἰθισμένων ἀφοσιοῦσθαι τὰ τοιαῦτα, καὶ μηδὲν ἐπικυροῦν διοσημείας γενομένης. *Tribus Prima nominata Prætorem illum declaravit, cum repente Pompejus mentitus ſe tonitru audiſſe, comitia turpiſſime diſſolvit. Solebant enim ſigno a Iove data arbitrari fas non eſſe cum populo agere, & quicquam ratum habere.* Differebantur præterea per Tribunorum interceſſionem: ut ibidem Plutarchus oſtendit, *Catonem cum in comitiis Ædilitiis fraudem in tabellis factam animadvertiſſet,* τῶν δημάρχων ἐπικλήσει τὴν ἀνάδειξιν λῦσαι. Id eſt, *Per Tribunorum appellationem comitia deſignationemque Ædilis Favonii diremiſſe.* Has autem obnuntiationes, dilationeſque comitiorum, candidatorum ſcilicet gratia faciebant: cum aliqui ſibi paratam repulſam videbant. *Hottom.*

Prætor primus] Prætorum certus numerus non fuit. nam pro eo ac tempus Reipub. poſtulabat, numerus auctus eſt, ut docet Pomponius Iuriſc. ſub T. de orig. juris. Ætate Ciceronis octo fuerunt: ut ex Piſoniana intelligitur. Primum autem ſe declaratum fuiſſe docet etiam in eadem orat. his verbis, *Ædilem priorem, Prætorem primum cunctis ſuffragiis populus Romanus faciebat: homini ille honorem, non generi: moribus, non majoribus meis: virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati deferebat.* Docet præterea in

centuriis cunctis renuntiatus ſum, facile intellexi, Quirites, & quid de me judi[illegible]retis, & quid aliis praeſcriberetis. Nunc cum & auctoritatis in me tantum ſit, quantum vos honoribus mandandis eſſe voluiſtis: & ac agen-

in Bruto, ut poſtea dicemus. & item Plutarchus in ejus vita his verbis, Στρατηγίαν μετιόντων ἅμα σὺν αὐτῷ πολλῶν καὶ μεγάλων, πρῶτος ἁπάντων ἀνηγορεύθη. καὶ τὰς κρίσεις ἔδοξε καθαρῶς καὶ καλῶς βραβεῦσαι. Id eſt, *Cum multi, iique ſummi viri Præturam ſimul cum eo peterent, primus omnium renuntiatus eſt, diciturque judicia pure & incorrupte exercuiſſe.* Qualem autem Prætor quæſtionem exercuerit, notum eſt ex Cluentiana, & fragmentis orationis pro Cornelio apud Aſconium: ubi ſic ſcriptum eſt, *Poſtulatur apud me Prætorem de pecuniis repetundis.* & ex orat. pro Rab. Poſth. *De pecuniis repetundis judex ſedi, Prætor quæſivi.* Ex quibus locis error interpretis Plutarchi intelligitur, qui Licinium *Macrum* peculatus reum apud Ciceronem Prætorem poſtulatum fuiſſe ſcribit: cum apud Plutarchum ſcriptum ſit, κρινόμενος κλοπῆς: id eſt, ut Valerius Maximus exponit, *repetundarum reus.* Hottom.

Centuriis cunctis] Majores enim magiſtratus, utpote Cenſores, Conſules, Prætores, iis comitiis fiebant, quæ *Centuriata* dicebantur: quod in iis populus non tributim, id eſt, per XXXV tribus deſcriptus, neque ex generibus hominum, ſed centuriatim, id eſt, per centenes turmas ex cenſu ordinibus & ætate diviſus ſuffragia ferret. *Idem.*

Quid de me judicaretis] Hoc demonſtrat in Bruto his verbis, *Nos autem non deſiſtebamus cum omni genere exercitationis, tum maxime ſtylo noſtrum illud quod erat augere, quantumcunque erat. Atque (ut multa omittam) in hoc ſpatio, & in iis poſt Ædilitatem annis & Prætor primus, & incredibili populari voluntate ſum factus. nam cum propter aſſiduitatem in cauſis & induſtriam, tum propter exquiſitius & minime vulgare orationis genus, animos hominum ad me dicendi novitate converteram.* Idem.

Quid aliis præſcriberetis] Quam vita rationem probaretis, & aliis civibu exemplo meo præſtitueretis. *Idem.*

Nam cum & auctoritatis] Omnes a lii, *nunc cum.* & ſic emenda. *Idem.*

Quantum vos honoribus mandandum eſſ voluiſtis] Nihil muto. magis tame placeret, *mandandis*, in ſexto caſu: ſe ita, ſi modo libri veteris auctoritas ac cedat. Ejus autem mutationis ſenten tiam quivis facillime perſpicit: auctori tatem ſcilicet Ciceroni tribui per hono res ei mandatos. *Idem.* *Quantum vo honoribus*] Legendum putabam olim *quantum vos honoris mandatum eſſe volui ſtis*, vel invitis libris fere omnibus, i quibus legitur, *quantum vos honoribu mandandum eſſe voluiſtis.* hoc enim ſigni ficare Ciceronem putabam, tantam eſſ in ſe auctoritatem, quantum honorem & quot honores ſibi populus Romanu mandavit. Iam mandare honorem, lo quendi genus eſt Latinis uſitatum: non *mandare auctoritatem*. Præterea hoc con tendo, *mandandum eſſe voluiſtis*, Lati ne dici non poſſe. Quare vel ſic legen dum, ut oſtendi: vel, *mandandum eſ putaviſtis.* Hæc igitur olim opinaba Nunc, poſteaquam ſumtas ex antiquiſ ſimo codice emendationes miſit ad m Fr. Fabricius, ſic legendum cenſeo, u in illo codice ſcriptum eſt, *quantum vos honoribus mandandis, eſſe voluiſtis*, i eſt, quantum mihi (auctoritatis, ſub intelli.) eſſe voluiſtis, in eo, quod honores mihi mandaviſtis: vel dum honores mihi mandaviſtis. *Lamb.* *Quantum vos honoribus mandandum eſſe volui ſtis*] In manuſcripto eſt *mandandi*, unde conjicio legendum eſſe, *mandandis.* F. Vrſinus. *Quantum vos, honoribus mandandis eſſe voluiſtis*] Sic in veter codice Saxonico, quo ſum uſus, ſcriptum eſt recte: Hoc eſt quantum mihi (*auctoritatis* ſcilicet) eſſe voluiſtis, in eo quod honores mihi mandaviſtis: vel, dum

agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti
ex forenſi uſu prope quotidiana dicendi exercitatio po-
tuit afferre: certe, & ſi quid auctoritatis in me eſt, ea
apud eos utar, qui eam mihi dederunt; & ſi quid etiam
dicendo conſequi poſſum, iis oſtendam potiſſimum,
qui ei quoque rei fructum ſuo judicio tribuendum eſſe
cenſuerunt. Atque illud in primis mihi laetandum jure
eſſe video, quod in hac inſolita mihi ex hoc loco ratione
dicendi, cauſa talis oblata eſt, in qua oratio deeſſe nemi-
ni poteſt. Dicendum eſt enim de Cn. Pompeji ſingulari
eximiaque virtute: hujus autem orationis difficilius eſt
exitum, quam principium invenire. ita mihi non tam co-
pia, quam modus in dicendo quaerendus eſt. Atque, ut 2
inde oratio mea proficiſcatur, unde haec omnis cauſa
ducitur: bellum grave & periculoſum veſtris vectiga-
libus atque ſociis a duobus potentiſſimis regibus infer-
tur, Mithridate & Tigrane: quorum alter relictus,
al-

dum honores mihi mandatis. *Fr. Fabrit.* *Honoribus mandandis eſſe voluiſtis*] Hæc eſt quidem lectio Fabriciani cod. ſi non fallit Lambinus, faceturque reſtare in ſuis Guilielmius: verumenimvero Pall. omn. & editi priſci ſervant *mandandum*. ſtat pro altera Muretus lib. XIX. Var. cap. 20. *Gruterus.* Nihil certius, *mandandis honoribus*. Et ſic Erfurt. Cui enim honores mandantur, ejus augetur dignitas. Inferius cap. 23: *Neque nos quidquam aliud aſſequi claſſium nomine, niſi ut detrimentis accipiendis majore affici turpitudine videremur.* Verum infinita fere ſunt in Tullio hujus conſtructionis exempla. *Gravius.*

ANONYMUS.

* * * Lucullus. & dum perſequitur. adiit multas civitates & præda plenus. ab hoc ergo Tigranes inimicus factus populo Romano.

Relictus] Quod eum voluntate reliquerit cum poſſit occidere.

VARIORUM.

Certe & ſi quid auctoritatis in me eſt, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt] Hoc totum deſideratur in libris vulgatis: quod ego repertum in libris manuſc. noſtris, reſtitui. Atque hoc item ſe reperiſſe in codice antiquiſſ. ſcripſit ad me Fr. Fabricius Marcodur. *Lambinus.*

Certe & ſi quid auctoritatis in me eſt, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt] Reperta hæc in codice illo antiquiſſimo, quod in vulgatis deſideratur. *Fr. Fabrit.*

Et ſi quid &c.] Tota hæc periodus debita libris Belgicis, atque Turingicis. Italicis noſtris ſeptem, tota exſulat, requiri tamen nemo non videt. *Gruterus.*

Ei quoque rei] Dicendi facultati. *Hottom.*

A duobus potentiſſimis regibus] Ipſe in Lucullo Mithridatem regem poſt Alexandrum maximum appellat. *Idem.*

Mithridate & Tigrane] Altero Ponti, altero Armeniæ rege, & ſuperioris ſocero, ut Appianus: genero, ut Plutarchus ſcribit. *Idem.*

Quorum alter relictus] *Relictus*, invidioſe in Lucullum. Cæſis Mithridatis equitibus ad Galorum, quo ſe paulo

alter laceſſitus occaſionem ſibi ad occupandam Aſiam oblatam eſſe arbitratur. Equitibus Romanis honeſtiſſi mis viris afferuntur ex Aſia quotidie litterae, quorun magnae res aguntur in veſtris vectigalibus exercendi oc

ante Mithridates clade accepta receperat, (quæ civitas hodie Garipo dicitur, ad Halym fluvium ſita, in Galatia, non procul ab Amiſo) Lucullus Mithridatem perſecutus a militibus (ut hiſtorici ſcribunt) deſertus eſt: qui cum nihil propius eſſet, quam ut Rex caperetur, effuſis de ipſius regis ſententia theſauris & pecuniis omnibus, in eas ſeſe relicto Rege projecerunt. ita Rex in Armeniam ad ſocerum Tigranem profugit. Eam fugam Cicero Luculli culpæ atque avaritiæ tacite adſcribit. nam cum Pompejo Lucullus ad hujuſce belli adminiſtrationem comparabatur. *Hottom.*

ANONYMUS.

Aguntur] Periclitantur.
Exercendis] Contra exigendis.

VARIORUM.

Alter laceſſitus] Hoc verbo res a L. Lucullo adverſus Tigranem geſtas extenuat, eadem de cauſa: cum revera non tam parvæ eſſent, quam eas videri vult. Etenim parva admodum manu Tigranis ingentes copias prælio fuderat: ut ſcribit Appianus: & Tigranocertam urbem regiam & opulentiſſimam occuparat. iterumque non ita multo poſt eundem Tigranem profligarat, ut in extremam Armeniam relicto Mithridate profugerit. *Hottom.*

Ad occupandam Aſiam] Quam annos abhinc centum & XXVI Cornelius Scipio ſub imperium populi Romani victo Antiocho rege ſubjunxerat. *Hott.* Falſum Aſiam Antiocho victo Romano imperio fuiſſe adjectam. Aſiam cis Taurum, quæ juris Antiochi fuerat, non in provinciæ formulam redegerunt Romani, ſed partem dederant Eumeni Pergamenorum Regi, partem Rhodiis, partem liberam eſſe juſſerunt. Sed Aſia longe poſt nimirum anno V. C. 620, Attali teſtamento, populum Romanum inſtituentis heredem ſui regn provincia eſt Romanorum facta. *Gravius.*

Magna res aguntur] Magna ope magnæ facultates, & *magna res occupata*, non a Mithridate: ſed occupatæ impenſæ in vectigalibus exercendi *Hottom.*

In veſtris vectigalibus exercendis occupata] Equitum Rom. ſocietates quin quoque anno menſe Martio actione i foro conſtituta a Cenſoribus vectigali populi Romani conducebant. hi quo publica conducerent, *publicani* nom nati ſunt. Cum autem ſocietatem, dixi, earum rerum coiiſſent: alii in peris erant, alii Romæ manebant. quæcunque ſocietatis ſcire intereſſe qui in operis erant, ad unum quen piam de iis, qui Romæ eſſent, qui *Ma giſter* ſocietatis dicebatur, perſcribe bant: ac viciſſim qui in urbe manſe rant, ad eum qui in provincia *Prom giſter* dicebatur, litteras mittebant. *Idem* Magiſter ſocietatis dicebatur, qui ma ximam partem vectigalium in illius ſo cietate, quæ coierat ad hujus vel illiu provinciæ aut portoria, aut ſcripturam aut decumas conducendas, condux rat, ſive in urbe eſſet, ſive in provinci Hunc enim ſibi ex ordine ſuo ſocieta præficere ſolebat. *Promagiſter*, qui ej vicem gerebat. *Promagiſter* dicebatu ut Proconſule, Proprætore, qui qua ſi magiſtri vicarius eſt, & optio. *Gravius.*

In veſtris vectigalibus exercendis] Qui eſt *exercere vectigalia?* decumas ab ara toribus exigere, ſcripturam a pecuariis portorium a mercatoribus. hæc enim ſunt populi Rom. vectigalia. Sic infr *Quo tandem animo eſſe exiſtimatis aut eos qui vectigalia nobis penſitant, aut eos qu exercent atque exigunt?* De triplici gene re vectigalium in eum locum explica vimus. *Hottom.*

ANO

occupatae: qui ad me pro neceſſitudine, quae mihi eſt cum illo ordine, cauſam reip. periculaque rerum ſuarum detulerunt: Bithyniae, quae nunc veſtra provincia eſt, vicos exuſtos eſſe complures: regnum Ariobarzanis, quod finitimum eſt veſtris vectigalibus, totum eſſe in hoſtium poteſtate: Lucullum, magnis rebus geſtis, ab eo

ANONYMUS.

Occupata] Fatigatæ.

Bithinia quæ] Bithinia antea a Nicomede rege tenebatur. iſte mortuus eſt inteſtatus. pervenit ergo regnum ejus ad populum Romanum. miſit ergo populus Romanus ad regnum illud tenendum Ariobarzanen.

Quod finitimum eſt] Quod inter Armeniam & Aſiam jacet.

Lucullum magnis rebus] Lucullus miſſus eſt bellaturus contra Mithridatem. victoriam perdidit.

VARIORUM.

Pro neceſſitudine, quæ mihi eſt cum illo ordine] Nam ex equeſtri ordine publicano patre ortus, eum ordinem ſemper complexus eſt: ut teſtatur in orat. pro Rabirio Poſthumo. Plinius lib. xxxiii. *M. Cicero demum ſtabilivit equeſtre nomen in Conſulatu ſuo, ei ſenatum concilians, ex eo ſe ordine profectum eſſe celebrans, & ejus vires peculiari popularitate quærens.* Hottom.

Cauſam Reipublicæ] *Cauſa*: negotium, procuratio. Idem in epiſt. ad Lentulum, *Itaque*, inquit, *Alexandrina cauſa, quæ nobis adhuc integra eſt, videtur ab illo plane eſſe depoſita.* & Philipp. v. *Cæſar autem eam complexus eſt cauſam, quæ eſſet Senatui, quæ populo, quæ cunctæ Italiæ gratiſſima.* & Verrina v. *Cui Senatus dederat publice cauſam, ut mihi fratrique meo gratias ageret.* Idem. *Cauſa* non eſt procuratio, negotium. Sed *cauſa* Ciceroni eſt utilitas, commodum, noſtris hominibus nunc barbare dicitur intereſſe reipublicæ. Cic. ad Att. viii, 3: *Cum merita Pompeji ſumma erga ſalutem, familiaritasque, quæ mihi cum eo eſt, tum ipſa reip. cauſa me adducit, ut mihi conſilium meum cum illius conſilio, vel fortuna cum fortuna conjungenda eſſe videatur.* Idem iii de legibus: *Senator cauſam populi teneto.* In x ad fam. epiſt. 26: *O mi Furni quam tu cauſam tuam non noſti, qui alienas tam facile diſcas!* Græv.

Bithynia, quæ nunc veſtra provincia eſt] Nicomedes cognomento Philopator, Nicomedis filius, qui patre Pruſia necato Bithyniæ regnum occuparat, regno a Mithridate pulſus a Sulla reſtitutus eſt. hac de cauſa paucis poſt annis, hoc eſt, Octavio & Cotta Coss. moriens populum Romanum regni ſui hæredem fecit, regnumque ejus in provinciæ formam redactum eſt. Eutrop. App. in Mithridatico, Flor. in Epit. *Hottomannus.*

Veſtra provincia eſt] Regiones extra Italiam quæ pop. Rom. imperio parerent, & ad quas adminiſtrandas magiſtratus mitterentur, qui in iis jus dicerent, *provinciæ* dicebantur: qui non parebant, ſed comiter populi Romani majeſtatem tuerentur, *Liberi populi* appellabantur. ut ſæpe alibi docuimus. *Idem.*

Nunc veſtra provincia] Ita paſſim libri ſcripti: neque aliter fere loquitur tota hac oratione. vulgata *noſtra*. Gruterus.

Regnum Ariobarzanis] Cappadociam, ex qua ipſum bis antea pulſum & bis a Romanis reſtitutum Mithridates, Lucullo a Senatu revocato, tertio dejecit: & tamdiu eo regno potitus eſt, dum Pompejus ipſo & Tigrane devictis, Ariobarzanem tertio loco reſtituit. *Hottom.*

Totum eſſe in hoſtium poteſtate] Andr. Schottus noſter lib. 1. cap. 6. Nodor. Cic. contendit legendum *poteſtatem*. & ſic ſane infra locutum cap. 12. ipſe prodidit Agellius lib. 1. Noct. Attic. cap. 7. *Gruterus.*

eo bello diſcedere: huic qui ſucceſſerit non ſatis eſſe paratum ad tantum bellum adminiſtrandum: unum ab omnibus ſociis & civibus ad id bellum imperatorem depoſci atque expeti: eundem hunc unum ab hoſtibus metui, praeterea neminem. Cauſa quae ſit videtis: nunc quid agendum ſit conſiderate. Primum mihi videtur

ANONYMUS.

Huic qui ſucceſſit] Glabrionem dicit quod ſatis debilis fuerit.

Unum ab omnibus] Pompejum dicit. Virgilius. *Et patiere ſibi & voluere adjungere gentes.*

Primum mihi videtur] Diviſio. partitio finit narrationem. ab hoc capite incipiunt argumenta.

VARIORUM.

Huic qui ſuccurrerit] Fuit tempus cum *ſucceſſerit* legendum arbitrarer: ſed librorum omnium tum ſcriptorum tum impreſſorum ſumma conſenſio in hanc me opinionem deduxit, ut exiſtimem hoc verbo uſum de induſtria Tullium, ut Glabrionis ſtudium & cupiditatem notaret, atque obſcure perſtringeret. tanquam ſi diceret. Qui cucurrerit ut huic ſuccederet: qui tam cupide in eam provinciam profectus ſit. Græci hoc eodem modo. ἀναδιδέξεσθαι dicunt, & ὑποδιδέξασθαι. Plat. πολιτ. η. ψευδεῖς δὴ καὶ ἀλαζόνες οἶμαι λόγοι τε καὶ δόξαι ἀντ' ἐκείνων ἀναδραμόντες κατέσχον τὸν αὐτὸν τόπον τοῦ τοιούτου. Glabrionem autem intelligi & ex eo conjicio quod infra dicit. L. Lucullum partem militum Glabrioni tradidiſſe; & ex Plutarcho in vita Pompeji prope media hiſtoria: & ex Dione, cujus in fragmento lib. xxxv. hæc ſunt verba, ἐταράχθησαν δὲ καὶ τότε ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴν τὸν Ἀκίλιον τὸν ὕπατον, ὃς τῷ Λουκούλλῳ διάδοχος δὲ ἀπεστάλη, ἐξεπέμφθη πλησιάζοντα ἐπύθοντο. Id eſt, *Conturbati autem ſunt tum aliis de cauſis, tum poſtquam Acilium Conſulem, qui Lucullo ſucceſſor miſſus erat, appropinquare finxerunt.* Glabrionem autem ex Aciliorum familia fuiſſe, nemini obſcurum eſt. Fuerat autem anno proximo Conſul M. Acilius, cum C. Piſone, ut idem auctor paulo ſuperius oſtendit, & initio ejus fragmenti Conſulem ejus anni ſucceſſorem Lucullo miſſum teſtatur. *Hottom.* *Huic qui ſuccurrit non ſatis eſſe paratum*] Ita habet Manutius, & recte; ad bellum referendo, non ad Lucullum. nam eorum conjectura qui *ſucceſſerit* legunt, commoda quidem eſt: ſed illa commodior. Nam ſi Lucullo ſuccedendum eſſet in pacata provincia, inepte adderetur, *non ſatis eſſe paratum.* Octav. Pantagathus totum hunc locum ita legendum putabat, *Huic qui ſuccurrerit non ſatis eſſe paratum: ad tantum bellum adminiſtrandum unum ab omnibus ſociis & civibus Imperatorem depoſci, atque expeti:* ut, *ad id bellum* inculcatum ſit ab inepto librario. *F. Urſinus.* *Huic qui ſuccurrerit*] Guilielmiani tres, *ſucceſſerit*; quod etſi ei non placuerit; mihi tamen diſplicere non poteſt. alterum nihilominus reſtat in edd. & Pall. omnibus, neque temere eſt eliminandum, quamvis eo inclinet Modius noſter Epiſtola xcvii. Novantiquorum. *Gruterus.* Modius teſtatur in Colonienſi quoque ſe reperiſſe, *qui ſucceſſerit*, id & ego reperi in Erfurt. nec non in Anonymo, quod procul dubio præferendum τῷ *ſuccurrerit*. *Succurrere bello* a Latinorum conſuetudine remotum eſt. *Græv.*

Unum ab omnibus ſociis & civibus ad id bellum imperatorem depoſci atque expeti] Mirum non nominari imperatorem quem expetant omnes. Puto Ciceronem ſcripſiſſe: *Unum ab omnibus ſociis & civibus ad id bellum imperatorem depoſci atque exti Pompejum.* Sententia ſane hanc vocem poſtulat, quam intercidiſſe librariorum culpa puto. *Græv.*

Cauſa quæ ſit videtis] *Cauſa*, negotium, quæſtio, conſultatio. *Hottom.*

An

ır de genere belli, deinde de magnitudine, tum
mperatore deligendo eſſe dicendum. Genus eſt belli
modi, quod maxime veſtros animos excitare atque
ımmare ad perſequendi ſtudium debeat: in quo agi-
populi Romani gloria, quae vobis a majoribus cum
gna in rebus omnibus, tum ſumma in re militari
ita eſt: agitur ſalus ſociorum atque amicorum, pro
multa majores veſtri magna & gravia bella geſſe-
t: aguntur certiſſima populi Romani vectigalia &
ima: quibus amiſſis & pacis ornamenta, & ſubſidia
i requiretis: aguntur bona multorum civium, qui-
eſt & a vobis, & ipſorum, & reip. cauſa conſulen-
dum.

ANONYMUS.

itur] Fatigatur.
untur] Pereunt.
is ornamenta] Magiſtratus dicit.
ſidia belli.] Dixit ſtipendia quæ
nt imperatoribus civitates amicæ.

VARIORUM.

ıus eſt enim ejuſmodi] Pall. nihil
t. at Vuerdenſe exemplar addit,
ejuſmodi. Hittorpii Colonienſe,
eſt ejus belli. quod mihi placet;
: cum & Turingicus habeat item
belli. Guilielmius malebat, *Ge-*
ejus belli hujuſmodi. ut ut ſit, *ai-*
ıd heic non nimis convenit. *Grut.*
commodius abeſſet, & quia Mo-
id quoque non invenit in Colo-
, delevi, & adjeci *belli*, quod in
:. & aliquot aliis libris extat. *Grav.*
ros animos excitare atque inflam-
debet] Col. Erph. *atque infl. ad*
m perſequendi debeat. quorum ni-
peri in Italicis, qui in Bibliotheca
na, aut adeo Gruteriano ſcripto
. conſulatur Modius d. Ep. XCVII.
'us. Qui Modius illa verba quo-
:perit in Colonienſi, quæ in aliis
rantur codicibus, addit: quæ ul-
verba cave otioſa, aut ab alio,
a Cicerone putes. omnino hic ad
templum multa deerant, quorum
aliis reſtituta, & in locum ſuum
a ſunt, hæc a nobis. Vere ſic pro-
wit Modius. Non ſunt centones
librariorum, ſed verba ipſius Tullii,
quæ nobis ſervarunt hi duo codices,
quos ſequor. *perſequendi* nimirum *belli*,
hoc eſt non deſerendi, ſed urgendi.
Gravius.

Fruſtra requiretis] Abeſt vox prior a
vetuſtis libris omnibus quos quidem viderim,
& impreſſis quam multis; abeſt autem, ut dixi,
non deeſt: nam *requirere* modo ſignificat carere,
& ex alicujus rei abſentia laborare, item ut aliis
locis compluribus. Quare locum illum in Divinat.
Nihil de ſuis veteribus ornamentis requiret,
Aſconius ſic interpretatur: *Amiſſum ſentiet; hoc eſt enim, nihil requiret,
non ſentiet ſibi deeſſe aliquid ex iis rebus, quas nunquam habuit.* Hott.

Et ab imperatoribus Reipub.] Moderatoribus,
ſuſpicor eſſe corrigendum: nam *imperatores Reipub.* qui dicuntur?
Magiſtratus autem Reipublicæ moderatores appellari recte poſſunt:
itaque magiſtratum Tullius lib. de orat. I. definiens ſic inquit:
*Sin autem quæretur, quis eſſet qui ad Remp. moderandam uſum & ſcientiam
& ſtudium ſuum contuliſſet, &c. hunc & Reipub. rectorem, & conſilii
publici auctorem eſſe habendum.* Item lib. de Rep. 5. *Sic huic moderatori
Reip. beata civium vita propoſita eſt, &c.* Idem.

Quibus eſt a vobis, & ipſorum, & reip.] Rejectis, & valere juſſis
omnibus omnium conjecturis, ſic eſt legendum, ut habent antiqui Nic. Clerici;
Err. Mem-

3 dum. Et quoniam ſemper appetentes gloriae praete ceteras gentes, atque avidi laudis fuiſtis, delenda vobi eſt illa macula, Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta: quæ

Err. Memmii, Fr. Fabricii codices: *quibus eſt a vobis & ipſorum, & reip. cauſa, conſulendum.* quo modo nunc edendum curavi. Iam vocem, *fruſtra*, quæ fuerat poſita ante verbum, *requiretis*, librorum omnium manuſcriptorum auctoritate fretus, ſuſtuli. *Lambinus.*

Quibus eſt a vobis, & ipſorum, & reip. cauſa conſulendum] Sic liber ille optimus; itaque in ſecunda editione Lambinus edendum curavit deleta voce *fruſtra* ante verbum *requiretis.* Fr. Fabrit.

Quibus eſt a vobis, & ipſorum, & reip. cauſa conſulendum] Longe melius iſtud Turing. & Fabr. quam ut retro cuſi, *quibus eſt a vobis, & ab imperatoribus rei conſulendum.* P. Manutius publicavit, *& a moderatoribus reip. conſ.* non a ſcriptis, verum divinatione Hottomanni. *Gruter.* I. Fr. Gronov. obſerv. IV, 14. cenſet non temere recedendum eſſe a tot veteribus libris, qui *imperatoribus* legunt. Videri potius duas litteras, quæ totidem voces ſignificent, errore librarii tranſpoſitas eſſe R. P. pro P. R. legendumque: *quibus eſt a vobis & ab Imperatoribus P. R. conſulendum*, ſeu *populi Romani*, hoc eſt iis, qui provinciis populi Romani cum imperio præſunt. Sic in Philippica: *Ego arma contra Conſules, imperatoreſque populi Romani, contra ſenatum populumque Romanum tuli?* Et alibi. Magis autem ideo meminiſſe horum, quod una pars ſit orationis de imperatore deligendo, cujus neceſſitatem etiam ſic inculcare voluerit.

ANONYMUS.

Mithridatico bello] Mithridates cum pacem feciſſet cum Sulla & dediſſet Aſiam. Sulla erat in civitatibus illis Romanum exercitum ſervandæ fidei Numidarum gratia poſuit. Cum igitur Sulla receſſiſſet, Mithridates illas civitates corrupit & fecit milites Romanos ab oppidanis occidi.

VARIORUM.

Appetentes gloriæ præter ceteras gentes] Quam præclara hæc laudatio ſit, intelligi licebit ex his Simonidis poëtæ verbis apud Xenophontem in Tyranno quæ propter ſententiæ & ſermonis elegantiam ſubſcribemus, Καὶ γάρ μοι δοκεῖ ὦ Ἱέρων, τούτῳ διαφέρειν ἀνὴρ τῶν ἄλλων ζώων, τῷ τιμῆς ὀρέγεσθαι. ἐπεὶ σιτίοις γε καὶ ποτοῖς, καὶ ὕπνοις, καὶ ἀφροδισίοις πάντα ὁμοίως ἥδεσθαι ἔοικε τὰ ζῷα, ἡ δὲ φιλοτιμία οὔτ' ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐμφύεται, οὔτ' ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις. οἷς δ' ἂν ἐμφυῇ τιμῆς τε καὶ ἐπαίνου ἔρως, οὗτοι εἰσὶν ἤδη οἱ πλεῖστον μὲν τῶν βοσκημάτων διαφέροντες, ἄνδρες δὲ καὶ οὐκέτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι. Et paulo poſt, Καὶ γὰρ οὐδεμία ἀνθρωπίνη ἡδονὴ τοῦ θείου ἐγγυτέρω δοκεῖ εἶναι, ἢ ἡ περὶ τὰς τιμὰς εὐφροσύνη. Id eſt, *Etenim mihi quidem ea re videntur homines ceteris animantibus antecellere, quod honoris ſunt appetentes: quippe cibo, & potu, & ſomno, & rebus venereis æquabiliter omnia animantia fruuntur: at honoris & gloriæ ſtudium neque in beſtiis innatum eſt, neque adeo omnibus in hominibus quibus vero honoris & laudis amor eſt ingenitus, hi ſunt jam multo quam pecudes & beſtiæ præſtantiores: jam vero non homines modo, ſed viri exiſtimandi.* Et paulo poſt, *Neque enim ulla eſt humana jucunditas, quæ propius ad divinam voluptatem accedat, quam lætitia quæ ex gloria percipitur.* Hottom.

Illa macula ſuperiore Mithridatico bello ſuſcepta] Non fruſtra Erfurt. *concepta.* 1 de offic. *Si etiam libidinum intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt, quod & ipſa ſenectus concipit dedecus, & facit adoleſcentium impudentiorem intemperantiam.* Sic *concipere fraudes, ſcelus*, vitium apud noſtrum. *Gravius.*

Mithridatico bello ſuperiore] Quod inſtauratum eſt Q. Pompejo, L. Sulla Coss. nam initio ejus belli Mithridates Q. Oppium, ut Florus appellat, Proconſulem, ut Appianus (cui potius aſſentior, Proprætorem cepit, & in vincula conjecit: Manium Aquilium ... ſino inſidentem Pergamum uſque duci

quae penitus jam inſedit atque inveteravit in populi Romani nomine: quod is, qui uno die, tota Aſia, tot in civitatibus, uno nuntio atque una litterarum ſignificatione cives Rom. necandos trucidandoſque denotavit, non modo adhuc poenam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit, ſed ab illo tempore annum jam tertium & viceſimum regnat: & ita regnat, ut ſe non Ponto, neque Cappadociae latebris occultare velit, ſed emergere e patrio regno, atque in veſtris vectigalibus, hoc eſt, in Aſiae luce verſari. Etenim adhuc ita veſtri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo inſignia victoriae, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortiſſimi viri, & ſummi imperatores: ſed ita triumpharunt, ut ille pulſus ſuperatuſque regnaret. Verumtamen illis imperatoribus laus eſt tribuenda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt: propterea quod

ab

ci juſſit, praeeunte praecone, & proclamante adeſſe Manium Attilium: eique ut Pergamum venit, aurum liquefactum in os infundi juſſit: praefectis deinde Aſiae univerſis mandavit, ut intra diem trigeſimum Romanos & Italos omnes ad unum, viros, mulieres, pueros, qui in Aſia eſſent, trucidarent, & necatos ne ſepelirent, ſed eorum corpora feris objicerent: ut auctor eſt Appianus. Occiſa autem civium Romanorum centum quinquaginta millia Plutarchus in vita Sullae ſcribit: Val. Max. octoginta millia. *Hottom.*

ANONYMUS.

Sed emergere] Tranſlatio a ſole.

Aſiae lucem] Servavit metaforan. quia eum emergere dixit quaſi ſolem.

VARIORUM.

Atque inveteravit] Turing. Hittorp. Vuerd. *ac nimis inveteravit*, Comice, pro vehementer, admodum. *Grut.* Forte Cic. ſcripſit, *quod inſedit animis atque inveteravit.* Graevius.

Una litterarum ſignificatione &c.] Illud *litterarum* non erat in Colonienſi, & Guilielmio rectum videbatur. *Gruterus.*

Se non Ponto] Erfurt. *Ponti.*

Ita veſtri cum illo, &c.] Gruterian. & edd. veteres, *noſtri.* neque ita abſurdum videtur, ut & ſupra cap. 2. *quae nunc noſtra provincia eſt.* editi priſce & aliquot habent mſſ. quemadmodum initio cap. 5. iidem *majores noſtri.* verum nihil praeſcribo aliis; immo nihil muto. *Gruterus.*

Inſignia victoriae] Triumphos. *Hott.* Vid. Manut.

Duo fortiſſimi viri, & ſummi impp.] Vox *viri*, non eſt in ullo Palatinorum, aut Grut. *Gruterus.* Eſt in Erfurt.

Laus eſt tribuenda, quod egerunt] *Quod*, conjunctio, pro *Quantum ad illud attinet*, *quod egerunt*; ut paulo poſt, *Quod reliquerunt*, pro *Quantum ad illud attinet quod reliquerunt*; ut apud Terent. *Ut id oſtenderem; quod te iſti facilem & feſtivum putant, id non fieri ex vera vita.* Et in Eunucho: *Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt.* Hottom.

Sullam

ab eo bello Sullam in Italiam reſpubl. Murenam Sulla
4 revocavit. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, ſed ad comparationem novi contulit: qui poſteaquam maximas ædificaſſet ornaſſetque claſſes; exercituſque permagnos, quibuſcumque ex gentibus potuiſſet, comparaſſet, & ſe Boſporanis, finitimis ſuis, bellum inferre ſimulaſſet: uſque in Hiſpaniam legatos Ecbatanis miſit ad

Sullam in Italiam Reſpublica] Oppreſſa a Mario, & Cinna, & Carbone, qui nobilitatem quæ in urbe manſerat, fere totam trucidarunt, Sulla Reipub. hoſte a Senatu judicato. Pacem igitur, inquit Livius, cum Mithridate fecit, ita ut his cederet provinciis, Aſia, Bithynia, Cappadocia. *Hottomannus.*

Murenam Sulla revocavit] Propter pacem, quam ipſe cum Mithridate fecerat: nam ille in Aſia legatus a Sulla relictus cum duabus legionibus, ut Aſiæ negotia conſtitueret, triumphi cupiditate incenſus Regi bellum facere non deſiſtebat, uſquedum per A. Gabinium a L. Sulla revocatus eſt. Hac de re ſcribit idem in orat. pro Muræna his verbis: *Mithridatem L. Sulla maximo & fortiſſimo exercitu, pugna excitatum, non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, cum bello invectum totam in Aſiam cum pace dimiſit: quem L. Muræna pater hujuſce vehementiſſime vigilantiſſimeque vexatum repreſſum magna ex parte, non oppreſſum reliquit.* Idem.

Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet] Qui Boſphorum Thracium incolunt. nam Ponti ab occaſu finis eſt Boſphorus Thracius. *Hi*, ut Appianus ſcribit, *Mithridates reverſo Sulla, quod ab ipſo deſciviſſent, bellum intulit, eiſque ſub imperium redactis Macharem filium ſuum regem impoſuit. Tantas autem copias paraſſe dicitur, ut in ſuſpicionem populo Romano venerit, adverſus ſe bellum illud moliri: eo magis quod nondum integrum Cappadociæ regnum Ariobarzani reſtituiſſet.* Idem. *Boſphoranis*] Sic quidem tantum non omnes editi; ſed ſcribendum ubique *Boſporanis*, & *Boſporus*, Græcis Βόσπορος.

Uſque in Hiſpaniam legatos Ecbatanis miſit] Strabo Mediam duas in partes dividit; quarum alteram, inquit, majorem vocant: cujus metropolis fuit Ecbatana civitas, & Medici imperii caput. Media autem in Tigranis imperio ad quem ipſe profugerat. *Legatos* ipſi nominat oratione Verr. III. *L. Magium & L. Fannium*: qui a Mariano exercitu ad Mithridatem profugerant ut Aſconius auctor eſt. *Hottom.* *Legatos, ac litteras*] Sic eſſe ſcriptum in antiquiſſimo illo cod. teſtatur Fr. Fabricius: cujus auctoritatem, & fidem quamobrem non ſequerer, cauſa nulla viſa eſt, præſertim cum lectio vulgata *legatos Ecbatanis*, ſit inepta, & abſurda. *Lambinus.* *Uſque in Hiſpaniam legatos Ecbatanis miſit*] Amicus meus antiquæ ſcripturæ ſecutus veſtigia, pro *Ecbatanis* reponebat, *ex Albanis*: quæ lectio confirmatur etiam hiſtoria. Videndus Plutarchus in Pompejo. *F. Urſ.* *Legatos ac litteras*] Sic in antiquiſſimo illo ſcriptum, ſequiturque Lambinus præſertim cum lectionem vulgatam, legatos Ecbatanis ineptam judicet, & abſurdam. *Fr. Fabric.* *Legatos Ecbatanis miſit, &c.*] Fabricianus liber, item Vuerd. Col. Erfurd. *legatos at litteras miſit*; quod admiſit Lambinus: haud etiam Guilielmius; arbitratus *Ecbatana Babylonem*, & ſimilia, de quibuſvis remotiſſimis locis vulgo uſurpata. Vide Lucillius libro XIV. *Ad Regem legatus Rhodum, Ecbatanam aut Babylonem Ibo; cercurum ſumam.* Verum hæc interpretatio non convenit oratori vera narrant

ad eos duces, quibuſcum tum bellum gerebamus: ut, cum duobus in locis disjunctiſſimis, maximeque diverſis, uno conſilio, a binis hoſtium copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti contentione diſtricti de

rianti: quamvis in eam propendeat quoque Villiomarus libro II. cap. 5. Animadverſorum. accedam potius Hottomannianæ interpretationi: quæ videatur ad hunc locum. ſuper quo conſulendus item eſt Robertus Titius libro II. Controverſ. cap. 5. ubi præter ſuam conjectationem profert item aliorum. adeundus præterea Modius d. Ep. XCVII. *Gruterus.* Præferunt quidem nonnulli MSS. & edd. antiquiores *& litteras.* Sed recte tuetur *Ecbatanis*, Hottomannus, Manutius, Scaliger, nec non editiones Victorii, Roberti Stephani, Lambini, & Manutii. Nam Armenios Medis eripuiſſe aliquot provincias auctor eſt Strabo lib. XI, ubi oſtendi incrementa illius regni: Ἐκ Μήδων μὲν τὴν Κασπιανὴν, καὶ Φαυνῖτιν, καὶ Βασοπέδαν. *Medis ademerunt Caſpianem, Phaunitine, & Baſropedam.* Sed & Tigranem tenuiſſe Ecbatana Mediæ caput, docet nos Iſidorus Characenus in σταθμοῖς Παρθικοῖς, ubi de Media agit: Εἶτα εἰς Ἀδραπάναυτα βασίλεια τῶν ἐν Ἐκβατάνοις ἃ Τιγράνης ὁ Ἀρμένιος καθεῖλεν. *Deinde in Adrapanauta regia, quæ eſt Ecbatanis, quam Tigranes Armenius evertit.* Sic enim hunc locum recte reſtituit ὁ πάνυ Bochardus, in Geographiæ ſacræ lib. III, cap. 14, cum perperam in editione Hæſchelii legatur ἐν Βατάνοις. Ibidem docet corruptum a Græcis eſſe *Adrapanauta* ex *Abaſdrarpanuta*, quaſi dicas Σατραπεῖον, Satrapue palatium. Sic vero vocatam fuiſſe regiam Ecbatanenſem illam ſplendidiſſimam, quia abſente Rege, Satrapa in illa habitent. *Gravius.*

ANONYMUS.

Ad eos duces, quibus tum bellum gerebamus] Sertorius civis quidem fuerat Romanus ſed proſcriptus a Sulla fugit in Hiſpaniam & ibi cœpit civile bellum perficere. multo tempore pugnavit. & multos interemit Romanos. Iſte eo tempore quo Mithridates miſit ad Sertorium dicens illi: tu adgredere parte ex iſta Romanos, & ego ex iſta. ut ſint undique circumvallati.

Ut cum duobus in locis] Ex Hiſpania & Ponto id eſt a Mithridate & Sertorio. nam Mithridates in Ponto regnabat. Sertorius partes Hiſpaniæ obtinebat.

VARIORUM.

Ad eos duces] Sertorium; & vide quæ dixi Verr. III. nam ineptum eſt eadem iterare. *Hottom.*

Duobus in locis disjunctiſſimis] In Aſia & Hiſpania: ab illa enim quam eſt hæc, nihil poteſt eſſe disjunctius. *Idem.*

Uno conſilio, ab unis hoſtium copiis] Sertorii enim copias cum ſuis conjuncturum ſe putabat, ut ſcribit hic ipſe in Muræniana his verbis: *Qui Rex tibi aliquot annis ſumptis ad confirmandas rationes & copias belli tantum ipſe opibus conatuque invaluit, ut ſe Oceanum cum ponto, Sertorii copias cum ſuis conjuncturum putaret.* Idem. *A binis hoſtium copiis*] Cum vulgata ſcriptura, *ab unis hoſtium copiis*, ſæpe me offendiſſet, (quo modo enim, ſi duobus in locis disjunctiſſ. maximeque diverſis, bellum gerebatur, unæ copiæ eſſe poterant?) initio ſic legendum conjectura ſola ductus exiſtimaram, *ab undus hoſtis copiis*, &c. Idem poſtea, cum in uno codice vet. ſcriptum reperiſſem, *a vinis hoſt. cop.* continuo vidi legendum *a binis hoſtium copiis*: quomodo ſine ulla diſſimilitudine habet codex antiquus Fr. Fabricii. *Lamb.* *A binis hoſtium copiis*] Sic omnino legendum ex antiquo illo codice, non, ut editum eſt, *ab unis hoſtium copiis.* Natum mendum de affinitate litterarum V & B. *Fr. Fabric.* Firmat *binis* primus Francii. & Erfurt.

Vos ancipiti cont.ntione diſtracti] Liber unus manuſcr. habet, *diſtricti.* & ita Fr. Fabricii cod. item manuſcriptus. quare ſic legendum, non, ut vulgo, *di-*

de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianae atque Hiſpanienſis, quae multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeji divino conſilio ac ſingulari virtute depulſum eſt: in altera parte ita res a L. Lucullo, ſummo viro, eſt adminiſtrata, ut initia illa geſtarum rerum magna atque praeclara, non felicitati ejus, ſed virtuti: haec autem extrema, quae nuper acciderunt, non culpae, ſed fortunae tribuenda eſſe videantur. Sed de Lucullo dicam alio lôco, & ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione noſtra, neque falſa afficta eſſe videatur. de veſtri imperii dignitate, atque gloria, quoniam is eſt exorſus orationis meae, videte, quem vobis
5 animum ſuſcipiendum putetis. Majores veſtri ſaepe, mer-

diſtracti. Lambin. *Vos ancipiti contentione diſtracti*] *Diſtricti* legendum e codice Saxonico. *Fr. Fabrit.* *Ancipiti contentione diſtricti*] Eſt a Fabr. Vuerdenſ. item melioribus Palatinis. Vulgata lectio *diſtracti*. Gruter. Sic & Franc. & Dreſdenſes MSS. Erfurt. *deſtricti.*

ANONYMUS.

In altera parte] Hic minuendo id eſt contra Mithridatem.

Ejus ſed virtute] Vbi vicit. vicit ut fortis. ubi perdidit. perdidit ut infelix.

Majores noſtri] Exemplum a minore ad majus.

VARIORUM.

De imperio dimicaretis] Id eſt, non de aliqua imperii parte, ſed omnino in imperiis totius certamen & diſcrimen deveniretis; & *ancipiti*, quoniam utrinque bellum inferebatur, ab Aſia ſcilicet, & Hiſpania. *Hottom.*

Sertoriana atque Hiſpanienſis] Q. Sertorius dux partium Marianarum, a L. Sulla victore proſcriptus, in ulteriore Hiſpania ingens bellum adverſus populum Romanum excitavit, plurimasque civitates in poteſtatem ſuam redegit. Octavo ducatus ſui anno Cn. Pompejo bellum ei inferente a M. Antonio & M. Perpenna aliiſque conjuratis proditus, & in convivio interfectus eſt. Florus, Appianus, Plutarchus. *Hottomannus.*

Vt initia illa geſtarum rerum] Mithridatem enim prælio fudit in Ponto; ut ille in extremam Armeniam profugerit ad Tigranem: quorum utrunque poſtea uno conſilio, unis copiis in ſe invadentem repulit ac profligavit. Florus, Plut. Appian. *Idem.*

Hac autem extrema] Clades accepta primum a Fabio, deinde a L. Triario; Mithridatis reditus in Pontum & magni ſui regni partem: multarum nationum contracta belli ſocietas cum Tigrane & Mithridate adverſus populum Romanum. de quibus infra. *Idem.*

Neque falſa afflicta] Erfurt. & Pith. excerpta, *neque falſa ac ficta.*

De veſtri imperii dignitate] Sic recte Hittorp. & Vuerdenſ. pendent enim hæc adhuc ab illis: *Sed de Lucullo &c.* vulgata hactenus; *Sed pro veſtri*; minus venuſte. *Gruterus.*

Majores veſtri ſape] Editio vetus *noſtri.* acceduntque aliqui Pall. ac Guilielmiani. *Grut.* Vt & Francji uterque.

AN

mercatoribus ac navicularіis injurioſius tractatis, bella geſſerunt: vos, tot civium Rom. millibus uno nuntio atque uno tempore necatis, quo tandem animo eſſe debetis? Legati quod erant appellati ſuperbius, Corinthum patres veſtri totius Graeciae lumen extinctum eſſe voluerunt: vos eum regem inultum eſſe patiemini, qui legatum populi Romani conſularem

ANONYMUS.

Navicularіis] Navicularii dicuntur qui transferunt frumenta in urbem. aut ubicumque eſt imperator. propter quod bellum fecere Romani.

Legati quod erant] Populus Romanus Græcis ſubactis permiſit uti ſuis legibus. Mos fuerat apud omnes Græciæ civitates Corinthi habere conventum. Populus Romanus veritus ne communi conſilio novitatis conſilium caperetur. miſit legatos, imperans, ut ſingulæ civitates apud ſe contionandi haberent conſuetudinem. nec liceat coadunari in unum totius Græciæ multitudinem. Exarſit iracundia turba Græcorum. adeo ut legati de contione lapidibus pulſi apud hoſpites laterent & nocte fugerent Romam. iratus populus Romanus Corinthum delevit.

Qui legatum populi Romani] Mithridates legatum invenit quendam matilium. & eum incluſit in cavea. dedit illi domicilium feræ, & cotidie efferebat & verberibus fatigabat.

VARIORUM.

Ac navicularus] Sic habet ille, quem ſupra laudavi, Fr. Fabricii codex. quod & antea ſola conjectura fretus judicaram. *Lamb.* *Ac navicularіis*] Sic habet vetus codex recte. *Fr. Fabrit.* *Ac naviculatoribus*] Sic Pall. omnes & Guilielmiani: niſi quod noſter tertius a prima manu *navicultoribus*. Fabr. liber. *navicularus*. Gruterus. Vt & Erfurt. & Anonymus interpres.

Tot civium Rom. millibus] Centum & quinquaginta, ut Plutarchus teſtatur. *Hottom.*

Legati quod erant appellati ſuperbius] Livius & Aſconius, *quod pulſati ac violati eſſent.* Strabo, *quod ſordes ex tectis in eos prætereuntes conjecta dicerentur*; ipſe in II. orat. contra Rullum ſic, *Corinthi veſtigium vix relictum eſt. Erat enim poſita in anguſtiis atque in faucibus Græciæ ſic, ut terra clauſtra locorum teneret, & duo maria maxime navigatione diverſa pene conjungeret, cum pertenui diſcrimine ſepararentur.* De legatorum vero corporibus quæ ſancta dicebantur, præter ea quæ ſcripſimus Verr. III. Martianus in l. ſanctum. D. de rer. diviſ. ſic inquit, *Sagmina herba quædam ſunt, quas legati populi Romani ferre ſolebant; ne quis eos violaret: ſicuti Græcorum ferunt ea quæ vocantur κηρυκεῖα.* Idem.

Extinctum eſſe voluerint] Libri veteres, *extinctam*: ut ad *Corinthum* referatur; nihil muto tamen: poteſt enim ad verbum *lumen* reſpondere: quod uſurpavit alludens, opinor, ad Leptinis dictum, qui *Corinthum alterum Græciæ oculum, Athenas alterum appellabat.* Idem.

Vos eum regem inultum eſſe patiemini] Sane *inultum* in Dreſdenſi etiam non legitur.

Legatum populi Romani conſularem] Florus *legatum* ſine prænomine *Aquilium* nominat, & in vincula conjectum ſcribit. Cum autem *conſularem* Tullius appellet, non video quem alium intelligamus, niſi M' Aquilium, C. Marii ſextum Conſulis collegam, qui ſervile bellum in Sicilia confecit: & cujus tunicam Antonius orator diloricavit. Attilium tamen Appianus ubique nominat: ſed menda ſunt apud Græcos hiſtoricos in Romanorum nominibus innumera. De Attilii contumelia dixi paulo ante ex Appiano. *Hottom.*

rem vinculis ac verberibus, atque omni ſupplicio excruciatum necavit? Illi libertatem civium Romanorum imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? Ius legationis verbo violatum illi perſecuti ſunt: vos legatum populi Romani omni ſupplicio interfectum inultum relinquetis? Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam relinquere: ſic vobis turpiſſimum ſit id, quod accepiſtis, tueri & conſervare non poſſe. Quid, quod ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur? Regno expulſus eſt Ariobarzanes, rex, ſocius populi Romani atque amicus: im-

ANONYMUS.

Illi libertatem] Scilicet navicularioꝛum.

Atque amicus eſſet] Ariobarzanes, ſi vel ex ſocius non fuiſſet.

VARIORUM.

Verbo violatum illi perſecuti ſunt] Legendum fortaſſe eſt, *illi bello perſecuti ſunt.* Lambinus.

Vos legatum populi Romani omni ſupplicio interfectum inultum relinquetis?] Dictio *inultum* non eſt in melioribus Pall. neque agnoſcunt eam editiones primæ. *Gruterus.* Erfurt. Dreſdenſis; P. Franc. uterque, nec non editio 1472, *Vos legatum omni ſupplicio interfectum relinquetis?* In alia editione antiqua 1480, *inultum* retinetur. Sed utrumque *populi Romani*, & *inultum* videtur ex præcedentibus verſibus huc retractum & iteratum eſſe ſive a ſciolis, ſive ab interpretibus, qui margini alleverant has voces, quæ poſt irrepſerunt in contextum. *Grævius.*

Gloriam relinquere] Nonnulli libri veteres habent, *gloriam tradere.* Lamb. *Tradere* eſt quoque in Erfurt. nec eſt ſpernendum. Illi opponitur ſtatim, *quod vos accepiſtis. Tradere* enim & *accipere* ſunt, ut in ſcholis loquuntur, relata. *Grævius.*

Id, quod accepiſtis, tueri] Hoc recepi ex Erfurt. Dreſdenſi & primo Francii. *Id.*

In diſcrimen vocatur?] Addit Erfurt. *Quo tandem animo ferre debetis? Regno eſt expulſus.*

Regno expulſus eſt Ariobarzanes] Hoc dictum eſt in enarratione infra. *Hotomanus.*

Socius populi Romani atque amicus] Hoc quanti fuerit, ex his Livii verbis intelligitur ex libro XXXI. *Itaque primum illi prius petendum a populo Romano eſſe quam ut Rex ſociusque & amicus appellaretur: nominis ejus honorem pro magnis quidem ſo Regum meritis dare populum Romanum conſueſſe.* Præterea ex verbis Cæſaris, qui libro primo de bello Gallico ſ... ſcribit: *Ubi eo ventum eſt, Cæſar initio orationis ſua Senatusque in eum* (de Ariovisto loquitur) *beneficia commemoravit, quod Rex appellatus eſſet a Senatu, quod amicus, quod munera ampliſſima miſſa. Quam rem & paucis contigiſſe & a Romanis pro maximis hominum officiis conſuevisse tribui docebat.* Illud autem animadverſione dignum, quod Dionyſius H... licar. Livius, Appianus, & Tacitus ... ſtantur: *Regibus appellatis Senatum demittere ſolitum auream coronam, auream pateram, ſellam curulem eburneam, ſcipionem eburneum, togam pictam, ... palmatam tunicam.* Salluſtius autem ... Iugurthino Plutarchus in Pompejo d... monſtrant, *Regibus a Senatu appella... moris fuiſſe, ut in exteris regionibus ... lium ſuum juxta Imperatorum populi R... mani ſellam ponerent, & cuſtodia ca... turmam equitum Rom. haberent.* Et al... loco, *Amicos*, inquit Salluſtius, *pop... Romani qui amicitiam diligenter colere... nullum laborem ſuſcipere: cæterum* ...

imminent duo reges toti Aſiae, non ſolum vobis inimiciſſimi, ſed etiam veſtris ſociis atque amicis: civitates autem omnes, cuncta Aſia atque Graecia veſtrum auxilium exſpectare propter periculi magnitudinem coguntur: imperatorem a vobis certum depoſcere, cum praeſertim vos alium miſeritis, neque audent, neque id ſe facere ſummo ſine periculo poſſe arbitrantur. vident & ſentiunt hoc idem, quod vos, unum virum eſſe, in quo ſumma ſint omnia, & eum prope eſſe, quo etiam carent aegrius: cujus adventu ipſo atque nomine, tametſi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt ac retardatos. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant, ut ſe quoque ſicut ceterarum provinciarum ſocios dignos exiſtimetis, quorum ſalutem tali viro commendetis. atque hoc etiam magis quam ceteros; quod ejus-

omnibus maxime tutos eſſe. Valerius Maximus lib. v. cap. VII. conſuetudinem Imperatorum qui Regem aliquem appellabant, fuiſſe docet, ut eum in ſuo tribunali ac ſella curuli collocarent. *Id.*

Ariobarzanes rex ſocius populi Romani atque amicus] In argenteo Ariobarzanis numiſmate inſcriptum eſt, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ: quae quidem inſcriptio Ciceronis locum mirifice illuſtrat. *F. Urſinus.*

ANONYMUS.

Omnia ad eum] Omnes iſte virtutes poſſidet ſolus.

Ad maritimum bellum] Hoc eſt contra piratas pugnaturus.

VARIORUM.

Veſtrum auxilium exſpectare] Quidam legi volunt, *veſtr. auxilium expetere*, ego nihil muto. *Lambinus.*

Vos alium miſeritis] Glabrionem, opinor, ac ne illum quidem Appianus nominat: ſed tantummodo a quodam revocatum eſſe Lucullum ſcribit, quem populus Rom. Aſiae praefecerat. *Hotom.*

Summo ſine periculo] Ne Glabrionem offendant, qui cum ſummo Imperio provinciam adminiſtrabat. *Idem.*

Unum virum eſſe] Significat C. Pompejum. *Idem.*

In quo ſumma ſint omnia] Adblandiebatur Guilielmio lectio Hitt. *in quo ſint omnia*, formula Graeca. ego adhaerere malui vulgatae. *Gruterus.*

Et eum prope eſſe] In bello maritimo adverſus praedones & piratas, quos toto mari mediterraneo perſequebatur. Ergo maris mediterranei partem ſignificat Aſiae finitimam: illud enim ad uſque Ciliciae fines & Amanum montem diffunditur. *Hottom.* *Et eum prope eſſe*] Liber unus manuſcript. habet, *& eum propter eſſe.* quod probo. *Lambin.* Sic & Erfurt.

Atque hoc etiam magis quam ceteros, quod ejuſmodi in provinciam homines, &c.] Guilielmius repoſuerat ex Erfurt. Colonienſ. Vuerd. *quod ceteros ejuſmodi in provincias.* & vero Pall. plerique habent tantum, *quam ceteros ejuſmodi.* haud auſim tamen ejicere vulgatam. ad quid enim heic requiritur? *ceteros.* itaque mallem reſcribi; *atque hoc etiam magis, quod ejuſmodi*; ut illa *quam ceteros*, fue-

 rint

ejuſmodi in provinciam homines cum imperio mitti-mus, ut, etiam ſi ab hoſte defendant, tamen ipſorum adventus in urbes ſociorum non multum ab hoſtili expugnatione differant. Hunc audiebant antea, nunc praeſentem vident, tanta temperantia, tanta manſuetudine, tanta humanitate, ut ii beatiſſimi eſſe videantur, apud quos ille diutiſſime commoratur.
6 Quare ſi propter ſocios nulla ipſi injuria laceſſiti majores noſtri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella geſſerunt: quanto vos ſtudio convenit, injuriis provocatos ſociorum ſalutem una cum imperii veſtri dignitate defendere, praeſertim cum de veſtris maximis vectigalibus agatur? nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta ſunt, ut iis ad ipſas provincias tutandas vix contenti eſſe poſſimus: Aſia vero tam opima eſt ac fertilis, ut &

uber-

rint a mala manu. *Gruter.* Cave quicquam mutes, *quam ceteros* nimirum *ſocios*. Integrum eſt atque orant, ut hoc etiam magis quam ceteros ſocios dignos exiſtimetis, quorum ſalutem Pompejo commendetis. *Gravius.*

A N O N Y M U S.

Ab hoſtili expugnatione differant] Sunt imperatores & ſæpius mittuntur contra hoſtes notalium (ſic MS. & ſuper *ota* hoc ſignum ⏝ quod etiam eſt cap. 11. ubi *prohibebant* ſcribitur *probebant*, & ſuper tres primas literas idem ſignum. ut & cap. 19. ubi *intercoſſio* exponitur *acatio*, atque item ſuper tres primas literas id ſignum.) civitatem defendant. & hoſtem quidem prohibent a rapina. ipſi tamen civitati hoſtes exiſtunt.

Philippo] Regi Macedoniæ.

V A R I O R U M.

Ejuſmodi in provinciam homines] Prætorem illum deſignat, quiſquis is fuit, qui Aſiam provinciam adminiſtrabat: & non obſcure rapacem & improbum magiſtratum fuiſſe ſignificat. *Hottomannus.*

Cum imperio mittimus] Vulgata, *miſimus*; ſed noſtrum extat in antiquiſſ. edd. & Pall. omnibus. nec video cu improbare debeat Brutus. *Gruterus.*

Diutiſſime commoraretur] *Commoratur*, omnes antiqui libri: & ſic emenda. *Hottom.*

Majores veſtri] Vuerdenſ. & Gruter *noſtri*, neque diſplicere poteſt. haud tamen ideo deſero vulgatam. *Gruterus.* *Noſtri* eſt quoque in primo Francii & Erfurt.

Cum Antiocho, cum Ætolis, cum Pœnis] Hoc amplius libri omnes alii, *cum Antiocho, cum Philippo, cum Ætolis &c.* quod ſine cauſa omittendum non putamus. *Antiocho* rege Syriæ, qui cum Ætolis ſocietate facta Græciæ civitate foederatas bello vexabat, & Lyſimachiam urbem in litore Thracio ſitam repetebat, populus Romanus Attil Glabrione duce bellum intulit Philip Macedoniæ regi, quod Athenas ſo rum urbem obſideret. Pœnis au Appio Claudio duce primum bel fecit propter civitatem Meſſanam fo ratam, quam illi, ſocietate cum I rone Syracuſarum tyranno facta, pugnabant. Polybius, Livius, Ap nus. *Hottom.*

ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat. Itaque haec vobis provincia, Quirites, ſi ad belli utilitatem, & pacis dignitatem retinere vultis, non modo a calamitate, ſed etiam a metu calamitatis eſt defendenda. nam ceteris in rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur. at in vectigalibus non ſolum adventus mali; ſed etiam metus ipſe affert calamitatem. nam cum hoſtium copiae non longe abſunt, etiam ſi irruptio facta nulla ſit, ta-

ANONYMVS.

Nam in ceteris rebus] Vt puta in naufragio nulla ſine immerſione calamitas. incendio cum flamma cœperit ærumna ſentitur. belli tempore bellum damna præcedunt.

VARIORVM.

Vbertate agrorum] Genera vectigalium tria complexus eſt. *Decumas*, quæ ex frumento, vino, oleo, & frugibus minutis: *Scripturam*, quæ ex paſcuis: & *Portorium*, quod ex mercium exportatione recipitur. Hæc omnia Cenſores publicanis vendere conſtituta auctione ſolebant: qui quanti mancipes redemerant, tantum Quæſtoribus Vrb. ad ærarium populi Romani repræſentabant, id eſt, ante perceptos fructus perſolvebant. Nam poſtea qui in operis erant *Decumani*, *Pecuarii*, *Portitores*, ea legibus Cenſoriis a provincialibus exigebant: ſuiſque commodis & rationibus in ea conductione conſulebant. *Hottom.*

Si & belli utilitatem, & pacis dignitatem ſuſtinere] Belli utilitatem, intellige res eas, quæ ad bellum gerendum, bellique ſumtus ſufferendos ſunt utiles. ſic Cæſar belli emolumentum dixit lib. I. de bello Gallico, ut quidem habent libri vulgati, *neque exercitum ſine magno commeatu, atque emolumento in unum locum contrahere poſſe.* ubi P. Victorius tamen, *emolumentum*, ſcribit pro ſumtu accipi. a quo diſſentio. ſed legendum eſſe *magno commeatu, atque molimento*, jam pridem admonui: quod & aliis veniſſe in mentem video: & ab Errico Memmio memini me multos ab hinc annos audire. *Lambinus.* Lamb. hic e Cæſare lib. I. belli Gallici pro *belli emolumento*, legendum contendit *magno commeatu atque molimento*, contra Pet. Victorium, qui *emolumentum* ibi pro ſumptu belli accipit, libro XXII. Variar. Lectionum cap. X. *Fr. Fabrit.* *Si & belli utilitatem, & pacis dignitatem ſuſtinere*] Ita Pall. omnes & cuſi avorum memoria. Guilielmius vero ex Vuerdenſ. ſubſtituit. *Si ad belli utilitatem & pacis dignitatem retinere*; quod *retinere* etiam exſtat in Hittorp. ſententia aperta, laudatque Modius d. Epiſt. XCVII. *Grut.* Veriſſime Guilielmus. Nam quid ſit *ſuſtinere belli utilitatem* nemo dixerit, quia nemo intelligit. *ſuſtinere belli ſumtus* nemo ignorat. Sed nihil certius eſt Vuerdenſis Codicis ſcriptura: *ſi ad belli utilitatem, & pacis dignitatem retinere* vultis hanc provinciam, ex qua tempore belli tanta percipitis commoda, & quæ vobis tempore pacis eſt ornamento. Quod ſi quis omnino vulgatam tuendam ſibi ſtatuat, & poſſet forte eam defendere, ſi contendat aliam vocem ſubaudiendam ad τὸ *belli utilitatem*, nimirum *ſectari*, aut aliud hujus notæ, *ſuſtinere* pertinere tantum ad proxime præcedentia verba. Sed inventis frugibus nolo βαλανοφαγεῖν. Grævius.

tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum navigatio conquieſcit. ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt. quare ſaepe totius anni fructus uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur. Quo tandem animo eſſe exiſtimatis aut eos, qui vectigalia nobis penſitant, aut eos, qui exercent atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis prope adſint? cum una excurſio equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre poſſit? cum publicani familias maximas, quas in ſalinis habent, quas in agris,

quas

ANONYMUS.

Scriptura] Pecorum vectigal.

VARIORUM.

Tamen pecora relinquuntur] Servius citat hunc locum in lib. III. Georg. & *pecua* legit pro *pecora*: quæ vox in antiquis monumentis reperitur. *Fulv. Urſinus.*

Neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt] *Ex ſcriptura*, id eſt, ex publicis paſcuis: ut in orat. pro Flacco, *Mirandum vero eſt, homines eos, quibus odio ſunt noſtra ſecures, nomen acerbitati, ſcriptura, decuma, portorium morti, libenter arripere facultatem lædendi.* Unde *Scripturarius ager*, ut ſcribit Feſtus, *in quo ut pecora paſcantur, certum æs eſt, quod publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore*: nam proprie *ſcriptura* pecuariorum ratio dicitur. *Hottom.*

Quo tandem animo] Hittorp. amplius, *Quo tandem igitur animo*, non inepte. idem mox habet *propter adſint*, non *prope*, uti publicatur. ita & cap. 5. *& eum propter eſſe* eædem membranæ, haud *prope*, arriſitque Guilielmio. *Grut.* *Propter* eſt & in Erfurt.

Prope adſint] Veteres libri *abſint*: quæ lectio ferri poteſt; frequenſque eſt Tullio *propius abeſſe*: ac neſcio an malim *abſint*, quam *adſint*, quod rarius eſt. *F. Urſinus.* *Abſint* amplecterer, ſi ullus librorum, quos conſului, annueret.

Publicani maximas familias, quas in ſalinis habent] Vectigal ex ſalinis in Aſia aut alia ulla provincia fuiſſe, non memini me legiſſe: nam quod Livius, *ſalinator* qui dictus eſt, invenit, id in provincia non fuit, & omnino cum hic locus ſuperiori reſpondeat, in quo de portu, decumis, & ſcriptura menti facta eſt, triaque tribus reſpondere d beant: non video quorſum *ſalinaru* mentio hic pertineat, aut non poti *ſalictis*, aut *ſaltibus*, quam *ſalinis* lege dum eſſe videatur. Salictorum eni nomine paſcua, quæ plerunque ſalic bus conſita ſunt, non difficile eſt inte ligi. Pomponius autem in l. ſi qui D. de uſufructu, ex multis ſaltib paſtione fructus percipi teſtatur. *Ho*

Quas in ſalinis habent] Turnebus lib. Adverſar. cap. 5. corrigit, *in ſil* quem ſequitur Lambinus. P. Manuti edidit *ſalictis*, obſecutus ſcilicet co jectaneo Hottomanni: qui præterea men annotarat legi poſſe *ſaltibus*. pla tum Lipſio noſtro libro II. de Magi tudine Rom. ſed enim Pall. noſtri. furt. Colon. Vuerd. Grut. uno ore dant illud *ſalinis*: itaque id rem nec poſſumus, nec debemus; u cum etiam reſtet in omnibus olin preſſis. ſatisfeciſſe Cujacio, liquet quæ ſcripſit libro VII. Obſervat. c *Gruterus.* Tuetur etiam *ſalinis* Cujacius ad l. 17. D. de verb. ſign tione, & *ſalictis* irridet merito.

quas in portubus atque cuſtodiis, magno pericul
ſe habere arbitrentur? Putatiſne vos illis rebus fru
poſſe, niſi eos, qui vobis fructui ſunt, conſervari
tis, non ſolum, ut antea dixi, calamitate, ſed etian
calamitatis formidine liberatos? Ac ne illud quiden
vobis negligendum eſt, quod mihi ego extremun
propoſueram, cum eſſem de belli genere dicturus
quod ad multorum bona civium Romanorum perti
net: quorum vobis, pro veſtra ſapientia, Quirites
habenda eſt ratio diligenter. Nam & publicani, ho
mines & honeſtiſſimi & ornatiſſimi, ſuas rationes &
copias in illam provinciam contulerunt: quorum ipſo
rum per ſe res & fortunae curae vobis eſſe debent
etenim ſi vectigalia nervos eſſe reipub. ſemper duxi
mus: eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamen
tum ceterorum ordinum recte eſſe dicemus. Dein
de ceteris ex ordinibus homines gnavi & induſtr
par

Niſi eos, qui vobis fructui ſunt, &c.] Sic habent lib. vet. in his codex ille antiquiſſ. Fr. Fabricii. quos ſequor, quamvis lectio vulgata ſit probabilis, & ſpecioſa, *qui vobis fructuoſi ſunt*, &c. Lamb. *Niſi eos, qui vobis fructui ſunt*] Sic habet antiquiſſimus ille codex quem ſequitur Lambin. etſi vulgata ferri poteſt *qui vobis fructuoſi ſunt*. Fr. Fabrit. *Qui vobis fructuoſi ſunt*] Fabric. *fructus*, quem ſequitur Lambinus, alioſque veteres, ut ait. at enim noſtri omnes ſtant a vulgato. *Gruterus*. Cum codice Fabritii conſentit Erfurtenſis. *Fructui eſſe* enim Latinis dicuntur, quæ fructum nobis præſtant. Qui interpolarunt hunc locum priſcæ elegantiæ iſtius ignorantia pro *fructui* tritius & ſibi notius *fructuoſi* ſuppoſuerunt. *Grævius*.

Suas rationes & copias in illam provinciam contulerunt] *Rationes* pro facultatibus & rebus omnibus ad quæſtum pertinentibus dictum puto; unde *conſulere, proſpicere, providere ſuis rationibus*, pro *ſuis commodis*, apud hunc ipſum frequentiſſime; nam *rationes* pro literis & tabulis rationum, quæ calculis ſu[b]ducuntur, non video quemadmodu[m] exponere poſſimus; cum ſatis conſt[et] magiſtrum ſocietatis in urbe manere [so]litum, & omnium tabularum, ratio[nu]num, ac literarum, quæ undique [ab] iis qui operas dabant, Romam mitt[e]bantur, curam habuiſſe: de qua co[n]ſuetudine dictum eſt Verrina III. *Ho[tom.]* Quod hoc dixit *rationes & copias*, alii appellant *res & rationes*. Plautus Prologo Amphitruonis:

Et ut res rationeſque veſtrorum omnia
Bene expedire voltis.

Lib. III in Verr. 9: *Iſtos inter ſe p[aulo] brevi non res non ratio conjunxit.* V Verr. 4: *Cum nihil tam conjunctum ſ[it] quam negotiatores noſtri cum Siculis, u[ſ]re, ratione, concordia.* Grævius.

Firmamentum cæterorum ordinum] S[i]militer in orat. pro Plancio, *Flos equ[i]tum Rom. ornamentum civitatis, firm[a]mentum Reip. publicanorum ordine con[ti]netur.* Hottom.

Cæteris ex ordinibus] Diverſos igi[tur] facit negotiatores a publicanis. Item

partim ipſi in Aſia negotiantur, quibus vos abſentibus conſulere debetis, partim ſuas & ſuorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent. Erit igitur humanitatis veſtrae, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere, ſapientiae, videre, multorum civium calamitatem a repub. ſejunctam eſſe non poſſe. Etenim illud primum parvi refert, vos publicanis amiſſa vectigalia poſtea victoria recuperare. neque enim iisdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque aliis voluntas propter timorem. Deinde, quod nos eadem Aſia atque idem iſte Mithridates initio belli Aſiatici docuit; id quidem certe calamitate docti memoria re-

in epiſt. 2. ad Q. Frat. *negotiatores enim aratores, & pecuarios praeſertim appellant* in orat. pro Fontejo. Notandum etiam hoc loco *argentarios a negotiatoribus* diſtingui. In illa autem pro Fontejo non diſtingui. *Hottom.*

Partim in Aſia negotiantur] Hittorp. & Vuerd. *partim ipſi in Aſia negot.* ad ſententiam illuſtrandam non incommodum, inquit Guilielmius. *Grut.*

Partim ſuas & ſuorum in ea provincia pecunias collocatas habent] Innumeros tum in Aſia publicanos ac fœneratores fuiſſe, totamque provinciam omnibus incommodis vexaſſe. Plutarchus auctor eſt in vita Luculli. *Hottom.* Non tam hic de publicanis loquitur, de quibus in præcedentibus verbis egerat, quam de aliorum civium Romanorum facultatibus, qui ibi & amplas habuerunt poſſeſſiones, ut ſolebant in provinciis latifundia habere, & pecuniam ibi fœnori poſuerant, ut Brutus apud Cyprios de quo Cicero in epiſtolis ad Atticum. Cæterum pro *partim ſuas, & ſuorum.* Erfurt. *partim eorum.* Græviuſ.

A Repub. ſejunctam eſſe non poſſe] Hoc eſt quod dicit lib. de officiis III. *Singulorum enim facultates & copiæ, divitiæ ſunt civitatis.* Hottom.

Etenim illud primum parvi refert] Poteſt per ironiam dictum intelligi: magis tamen placeret, ut pro *etenim*, *nec enim* reponeremus. *Idem.* Non eſt ironia. nec quicquam immutandum. Recte Manutius hunc locum explicat. Licet amiſſa vectigalia recuperentur victoria, parum tamen referet ad fructus rei publicæ. Nam iidem publicani non poterunt iſta vectigalia redimere propter jacturam rei familiaris, quam fecerunt, alii non audebunt formidine calamitatum. *Gravius.*

Iiſdem redimendi facultas erit] *Eidem* ſocietati, quæ hoc tempore vectigalia conduxit. *Redimere*, conducere eſt; unde *Redemptores*, publicani, mancipes, qui auctione conſtituta vectigalia redemerunt, & pecuniam pro iis repræſentarunt: ſed de hoc vocabulo fuſius explicavimus in Verrinam III. *Hottom.* Erfurt. *iiſdem redimendis*, & paullo ante idem: *amiſſis vectigalia.*

Id quod certe calamitate docti] *Quod* abundant, & ſine controverſia ita legendum eſt: *Id certe calamitate docti, &c.* Hott. *Docuit, id quidem certe, &c.*] Sic habet vetuſtiſſ. ille Fr. Fabricii codex. quem cur non ſequar potius, quam vulgatos, qui habent, *docuit id, quod certe*, &c. cauſa nulla viſa eſt. *Lambin.* *Docuit id, quod certe, &c.*] Potius vetuſtiſſimus ille codex, *docuit, id quidem certe, &c.* Fr. Fabrit. Firmat Fabriciani codicis ſcripturam uterqu Francii codex, & Erfurt. niſi quod ille *Certe id quidem calamitate.* non male *Gravius.*

retinere debemus. nam tum, cum in Aſia res magnas permulti amiſerant, ſcimus Romae, ſolutione impedita, fidem concidiſſe. Non enim poſſunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures ſecum in eandem calamitatem trahant. A quo periculo prohibete remp. & mihi credite, id quod ipſi videtis. haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae; quae in foro verſatur, implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis & cohaeret. ruere illa non poſſunt, ut haec non eodem labefactata motu concidant. Quare videte, num dubitandum vobis ſit omni ſtudio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis veſtri, ſalus ſociorum,

ANONYMUS.

Fidem concidiſſe] Mithridates Aſiam cœpit. publicanos oppreſſit. & omnium bona rapuit. ne ergo jam ad Romam credebat propter priora exempla neceſſarium ergo Pompejus eligendus eſt. qui ſemper reipublicæ neceſſitatibus militabat.

VARIORUM.

Permulti amiſerunt] Mithridatis imperio trucidatis C L. civium Rom. millibus. *Hottom.*

Fidem concidiſſe] His temporibus, quibus erat opus pecunia, ex argentariorum menſis ſumere ſolebant, non modo, qui ſuas pecunias apud eos collocarant: verum etiam alii, qui modo ſolvendo eſſe viderentur. Sed de Romanorum conſuetudine copioſe Verrina III.. *Fidei* anceps eſt ambiguumque vocabulum. tam enim ad eum qui fidem habet refertur, nimirum argentarium, quam ad eum qui fidem ſervat, pecuniamque diſſolvit. Priorem ſententiam hæc continet loquutio apud Plautum frequens, *Et rem & fidem perdidi*: quod Gallice dicimus *creditum*. Poſteriorem hic locus Cæſaris, ex libri de bello civili tertii principio, *His rebus confectis, cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque credita pecunia ſolverentur, Cæſar conſtituit, ut arbitri darentur: per eos fierent æſtimationes poſſeſſionum & rerum, quanti quaque earum ante bellum fuiſſent, atque ea creditoribus traderentur.* Sic apud Ciceronem nonnullis locis *fidem ſuam tueri*, id eſt, debitam pecuniam perſolvere. ut libro epiſt. ad Attic. XI. *Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad H-S bis & vicies. hujus pecuniæ permutatione fidem noſtram facile tuebere.* Idem.

Quæ in foro verſatur] Apud argentarios. nam qui argentariam faciebant, ſuas circa forum tabernas habebant. unde *circumforaneum æs* Cicero appellat epiſtola 1. lib. ad Attic. II. Livius libro VI. tertiæ decadis, *Annibal*, inquit, *vocato præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc eſſent, juſſit venire.* id eſt, eas quæ tum erant: nam aliæ poſtea ſunt additæ. Has a Tarquinio rege in foro poſitas Dionyſius Halicarnaſſ. lib. III. docet his verbis: Τήν τε ἀγορὰν ἐν ᾗ δικάζουσι καὶ ἐκκλησιάζουσι καὶ τὰς ἄλλας ἐπιτελοῦσι πολιτικὰς πράξεις, οὗτος ἐκόσμησεν, ἐργαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις κόσμοις περιλαβών. Id eſt, *Forum in quo jus dicitur, & conciones fiunt, aliaque ad Rempub. pertinentia tranſiguntur, ille tabernis & aliis ornamentis circumdatum exornavit.* Idem.

Implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis] Societate negotiatorum. *Idem.*

Quare videte] Concinna frequentatio, qua hoc primo capite quæ dicta ſunt curſim enumerat. *Idem.*

rum, vectigalia maxima, fortunae plurimorum ci-
8 vium cum repub. defenduntur. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Poteſt enim hoc dici, belli genus eſſe ita neceſſarium, ut ſit gerendum: non eſſe ita magnum, ut ſit pertimeſcendum. In quo maxime laborandum eſt, ne forte a vobis quae diligentiſſime providenda ſunt, contemnenda eſſe videantur. Atque, ut omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum forti viro, ſapienti homini, & magno imperatori debeatur, dico, ejus adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atque inſtructas fuiſſe;

ur-

ANONYMUS.

Structas fuiſſet] Bene ſuſpendit. non etiam viciſſet.

VARIORUM.

Fortuna plurimorum civium cum rep. defenduntur] Vuerd. Hitt. & Erfurd. *cum rep. conjuncta defenduntur.* appoſite ad ea quæ anteceſſerunt. ſed tale nihil in Pall. aut retro editis. tuetur id tamen & Modius epiſt. 97. *Gruterus.*

Ne forte a vobis] Satis aptus elicitur ſenſus, ſed fortaſſe ſine præpoſitione *a*, concinnior ſententia videretur. *Hottom.* *Ne forte a vobis*] Lambinus abjecit *a.* Guilielmius ei addidit literulam, *fortean:* quomodo Pal. ſec. ſed. diviſis vocibus *forte an.* Gruterus.

Me L. Lucullo tantum impertiri laudis] De ejuſdem laude in libro qui Lucullus inſcribitur, ſcribit his verbis. *Poſt ad Mithridaticum bellum miſſus a Senatu, non modo opinionem vicit omnium, quæ de virtute ejus erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum: idque eo fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria non admodum expectabatur qui adoleſcentiam in forenſi opera, Quæſtura diuturnum tempus, Murena bellum in Ponto gerente, in Aſia pace conſumpſerat. ſed incredibilis quædam ingenii magnitudo non deſideravit indocilem uſus diſciplinam.* Et pag. inſequenti, *Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, præliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, totiusque belli inſtrumentis & apparatu, ut ille rex poſt Alexandrum maximus* (de Mithridate loquitur) *hunc a ſe majorem ducem cognitum, quam quempiam eorum quos legiſſet fateretur.* Hottomannus.

Quantum forti viro, & ſapientiſſimo homini, & magno Imperatori debeatur] Repoſui ex optimo codice Coloniensi (?) & Erfurt. cum Modio: *Quantum forti viro, ſapienti homini, & magno Imperatori debeatur.* Lambinus malebat: *quantum fortiſſimo viro, & ſapientiſſimo homini.* Grævius.

Maximas Mithridatis copias] Appianus ad trecenta hominum millia fuiſſe ſcribit: Plutarchus peditum centum & viginti millia, equitum decem & ſex millia. *Hottom.*

Ornatas atque inſtructas fuiſſe urbemque] Eſt ab Hittorp. & Vuerd. neque (?) abeunt Pall. aut Grut. editive antiquitus, quam quod deſtituantur illo *fuiſſe.* inepte nupere vulgati, *inſtructas eſſe deletas.* certe ſic nullus Palatinorum, vel Grut. vel Erfurd. nimirum oratorie hoſtem laudat, ut major fiat Lucullus qui talem ſuperavit. Ceterum monet p terea hic Guilielmius, in Vuerd. (*Mithridati*, veteri ratione ſcribendi; etiam infra hoc libro *ex Tigrani reg* in Hittorp. *Gruterus.* Quod in ſuc Pallatinis Gruterus invenit, hoc 8 utroque Francii & Dreſdenſi legitur, merito Gruterum hic ſequamur.

urbemque Aſiae clariſſimam nobiſque amiciſſimam Cyzicenorum, obſeſſam eſſe ab ipſo rege maxima multitudine, & oppugnatam vehementiſſime, quam L. Lucullus virtute, aſſiduitate, conſilio, ſummis obſidionis periculis liberavit: ab eodem imperatore claſſem magnam & ornatam, quae ducibus Sertorianis ad Italiam ſtu-

ANONYMUS.

Cyzicenorum] Romana civitas erat. iſtam Cotta tenebat miſſus ipſam ſervare de ſervitio Mithridatis. deinde Lucullus miſſus eſt ut Mithridatem perſequeretur. ut venit, invenit obſeſſam civitatem a Mithridatis ferre frumentum; ſed milites Mithridatis ex fame paulatim morte conſumebantur. ergo mortuorum corpora milites comedebant. deinde confecti verti [illegible] ad fugam.

Quam L. Lucullus] [illegible] duce & Lucullum.

Sertorianis] [illegible] eo tempore potuit aperiri Romanis [illegible] Mithridates [illegible] quo tempore Lucullus cum Mithridate [illegible] & eum vicit. acceſſit [illegible] provincia populo Romano [illegible] Lucullo.

VARIORUM.

Urbemque Aſiae clariſſimam] [illegible]

eiuſdem conſilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atque conſervatam. Hottom.

Maxima multitudine] Cur eam Lambino magno Gruterus maluerit, quam quod in Victor. R. Steph. Manut. edd. & aliis libris tam ſcriptis manu quam typis extat, *maxima cum* [illegible]

Quam L. Lucullus [illegible] *liberavit* [illegible] *liberatam* [illegible] Gruter. [illegible]

Quae ducibus Sertorianis ad Italiam [illegible]

ſtudio inflammato raperetur, ſuperatam eſſe atque depreſſam: magnas hoſtium praeterea copias multis proeliis eſſe deletas: patefactumque noſtris legionibus eſſe Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu clauſus eſſet: Sinopen atque Amiſum, quibus in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornata atque referta ceteraſque urbes Ponti, & Cappadociae permultas uno aditu atque adventu eſſe captas: regem ſpoliatum regno patrio atque avito, ad alios ſe reges atque ad alias gentes ſupplicem contuliſſe: atque haec omnia ſalvis populi Romani ſociis, atque integris vectigalibus, eſſe geſta. Satis opinor hoc eſſe laudis; atque ita, Quirites, ut hoc vos intelligatis, a nullo

nyſium Eunuchum adjunxerat. Plutarchus autem Marium nominat Sertorii legatum ἑτερόφθαλμον quem in eo bello captum fuiſſe teſtatur. *Hottomannus.* Primum prœlium commiſſum fuit inter Tenedum & Achæorum ſtationem, in quo captæ ſunt tredecim naves bellicæ, interfecto eorum duce Iſidoro, qui eas claſſi Regis, quæ Lemni erat, volebat adjungere. Poſtea & ipſa Regia claſſis ad Lemnum fuit victa, duces ejus capti, inter quos fuit L. Varius. Sane hanc claſſem voluiſſe Italiam petere cognitum eſt, ut non ſolum hic Cicero ſed & in oratione pro Muræna loco modo laudato ab Hottomanno docet. *Gravius.*

ANONYMUS.

Sinopem atque Amiſum] Sinope & Amiſus opimæ ſunt civitates Ponti. Iſtas civitates expugnavit Lucullus & cœpit. & quamvis tales erant iſtæ civitates tamen deletæ ſunt a Lucullo.

Spoliatum] Non victum, ſed ſpoliatum, quaſi hoc tantum Lucullus fecerit.

VARIORUM.

Studio inflammato raperetur] Rapide & ſummo impetu ferretur, infenſiſſimis ducum animis & nocendi cupiditate incenſiſſimis. *Hottom.* *Studio inflammato raperetur*] Colonienſis liber Hittorpii, *ſtudio, atque odio inflammato raperetur.* quod tanto magis ſatisfacit, quia & Erfurd. ſervet illud *inflammato*; habeatque Vuerdenſis. *Gruter.* Libri veteres, quos inſpexi, non recedunt a vulgatis præter Erfurtenſem.

Patefactumque noſtris legionibus eſſe Pontum] Fugato Rege, & in Armeniam profecto, Lucullus maritimo itinere in Pontum profectus, omnes fere urbes occupavit. in his Amaſtrim & Heracleam, Sinopen & Amiſum. *Hott.*

Omnibus rebus ornata atque referta] Erfurd. *ornatas, & refertas*: quod & in B. & Pal. ſec. placebatque Guilielmio, non etiam mihi, vel ob terminationes ſimiliter deſinentes. *Gruterus.*

Adventu eſſe captas] Sic quidem hodie legitur. Verum exoletæ edd. item Pall. omn. item Gruter. B. Vuerd. Erf. *eſſe clauſas.* attendent ei curioſiores. nam non eſt temeraria talis conſpiratio libraria. *Idem.*

Atque ita reputo] Sic habent omnes libri & impreſſi & manuſcr. præter unum, eumque Memmianum in quo ſcriptum reperi in hujus verbi locum, R. P. Claud. Puteanus legendum putat, *atque id repeto.* Lambinus. *Atque ita Quirites, ut hoc vos, &c.*] Ejeci illud *reputo*, quod hactenus vulgatum fuit tanquam ſpurium. certe aptior hic foret Puteani emendatio, *atque id repeto*

VE

iſtorum, qui huic obtrectant legi atque cauſae,
ullum ſimiliter ex hoc loco eſſe laudatum. Re- 9
r fortaſſe nunc, quemadmodum, cum haec ita
:liquum poſſit eſſe magnum bellum. Cognoſci-
irites. non enim hoc ſine cauſa quaeri videtur.
n ex ſuo regno ſic Mithridates profugit, ut ex
Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur:
raedicant in fuga fratris ſui membra in iis lo-
ia ſe parens perſequeretur, diſſipaviſſe, ut eo-
lleſtio diſperſa maerorque patrius celeritatem
iendi retardaret. Sic Mithridates fugiens ma-
vim auri atque argenti, pulcherrimarumque
omnium, quas & a majoribus acceperat, & ipſe
bello

d? Pal. pr. ejus habet loco
k in ſexto, ſed is excluſit *ita*.
hibet *ita reipubl.* neque aliter
ut dubium non ſit quin ad-
veniat ſcriptura Hittorp. &
Q. R. ut vos. ea enim nota
Quirites, quod ipſum cum
litteris perſcriptum fuiſſe in
teſtaretur Suffridus noſter
ori noſtro redonavi. *Grut.*

ANONYMUS.

ſtorum] Multi dicebant ma-
d Cicero ſubtrahit laudes Lu-
geret Pompei famam.

ex ſuo regno] Incongruum
emplum quod imperatori ſe-
mparavit. ſed ex omni parte
ionſtratur primum ex loco
hridates ponticus fuit; quæ
ix eſt. ex fato quod ut illa
i fecit. ſic & iſte auctore Sal-
item & ſororem occidit, ad
a comparans exitium.

la] Iaſon miſſus eſt aureum
re. hunc Medea adamavit &
t. deinde redeunte ad patriam
Æetes pater ejus ubi cognovit
gam & illius rapinam perſe-
lla fugiens ſuum fratrem oc-
embra ejus q ter (f. per iter)
Cum igitur Æetes illos perſe-
idit ſuum filium ſparſum in
via & cœpit eum colligere; & cum col-
ligit ita per ſuas moras fugam lucrata
fuit Medea.

Sic Mithridates] Bene Mithridatem
Medeæ comparavit. nam & ipſa parrici-
da eſt. fertur enim fratrem ſuum occi-
diſſe & patrem bello ſuperiore contra
Sullam.

VARIORUM.

Non enim hoc ſine cauſa] Sic Erfurd.
Hittorp. Vuerd. quod ἐμφατικώτερον
putabat Guilielmius. prius aberat *hoc*.
Gruterus.

Medea illa quondam profugiſſe dicitur]
Hanc Æetæ Colchorum regis filiam
fuiſſe ſcribit lib. de natura Deorum III.
quo in libro hi verſus ex vetere poëta re-
citantur.

Poſtquam propter appropinquat, jamque
pene ut comprehendatur parat,
Puerum interea obtruncat, membraque
articulatim dividit,
Perque agros paſſim diſpergit corpus: id
ea gratia.
Ut dum nati diſſipatos artus captaret pa-
rens,
Ipſa interea effugeret: illam ut maeror
tardaret ſequi,
Sibi ſalutem ut familiari pareret parri-
cidio.

Cætera lege apud Ovidium lib. Me-
tamor. VII. *Hottom.*

ANO-

bello ſuperiore ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat, in Ponto omnem reliquit. haec dum noſtri colligunt omnia diligentius, rex ipſe e manibus effugit. ita illum in perſequendi ſtudio maeror, hos laetitia retardavit. Hunc in illo timore & fuga Tigranes, rex Armenius, excepit: diffidentemque rebus ſuis confirmavit, & afflictum erexit, perditumque recreavit. cujus in regnum poſteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem noſtrum concitatae ſunt. Erat enim metus injectus iis nationibus quas numquam populus Romanus neque laceſſendas bello, neque tentandas putavit. erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quae per animos gentium barbararum pervaſerat, fani locupletiſſimi & reli-

gio-

ANONYMUS.

Hunc in illo timore] Mithridates poſtquam multo tempore a Lucullo fatigatus eſt, (deeſt f. *ad Tigranem confugit*) & ibi ab illo ſuſceptus eſt. ille accepit timidum & fecit confidentem & mutavit hoſpitio fortunam.

VARIORUM.

Ex tota Aſia direptas] Legendum fortaſſis eſt, *dereptas*. *dereptas* autem, id eſt, detractas, ablatas. *Lamb.*

In Ponto omnem reliquit] Plutarchus & Appianus retardatos Luculli milites ſcribunt aſtutia & calliditate Mithridatis, qui cum propius nihil eſſe videret, quam ut in fuga caperetur, mulum illis onuſtum auro oppoſuit, pecuniaſque omnes effudit, quibus colligendis ac diripiendis dum milites intenti eſſent, ab illorum manibus effugit. *Hottomannus.*

Ita illum in perſequendi] *Illum*, Æetam, Medeæ patrem, *hos*, Luculli milites: ſed in illorum numero tacite etiam Lucullum ipſum vult intelligi. nam his illum verberat verbis, ut cauſæ ſerviat, & eum ab exiſtimatione boni imperatoris removeat. *Idem.*

Hunc in illo timore & fuga] Forte *ex fuga* Erfurd. habebat, *tempore & fuga*: quod præclarum Guilielmio viſum, pro *periculo & calamitate*. Gruter. Hanc hic interpretes, *terrore*, *tempore*, *ex fuga* ſubjicientes. At Salluſt. Jugurth. 1. *Qui fuga atque formido latius creſceret.* Cic. pro domo: *Cædes, incendia, rapinæ, ſolitorum impunitas, fuga, formido.* Liv. 1 … *terrorque utilis Romanis oblatus fuga formidineque Samnites implevit.* I. Fr. Gronov.

Plures etiam gentes contra imperatorem noſtrum concitatæ ſunt] Plutarchus numerat Medos, Adiabenos, Arabes, Albanos, Iberos, & qui circa Araxem ſine rege ſunt. *Hottom.*

Fani locupletiſſimi] *Fanum*, opinor, Comanorum urbis ſignificat, quod a Muræna impulſu Archelai, qui a Mithridate ad illum deſciverat, direptum & ſpoliatum eſt. Appianus in Mithrid. Μουρήνας μὲν δὴ διὰ Καππαδοκίας αὐτίκα ἐσέβαλεν ἐς Κόμανα, πόλιν ὑπὸ τῷ Μιθριδάτῃ μεγίστην, … ἱερὸν … πλούσιον ἔχουσαν, ἱππέας τινὰς ἀνελὼν τοῦ Μιθριδάτου. καὶ πρέσβεσιν αὐτοῦ τὰς συνθήκας προτείνουσιν, οὐκ ἔφη συνθήκας ὁρᾶν. οὐ γὰρ συνεγέγραπτο Σύλλας, ἀλλ' ἔργῳ τὰ λεχθέντα βεβαιώσας, ἀπήλλακτο. ταῦτα δ' εἰπὼν ὁ Μουρήνας ἐλεηλάτει, καὶ οὐδὲ τῶν ἱερῶν χρημάτων ἀπεχόμενος, ἐχείμαζεν ἐν Καππαδοκίᾳ. Id eſt, *Muræna per Cappadociam continuo Comanas aggreſſus, (urbem*

ca-

gioſiſſimi diripiendi cauſa in eas oras noſtrum exercitum eſſe adductum. Ita nationes multae atque magnae novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noſter autem exercitus, etſi urbem ex Tigranis regno ceperat, & proeliis uſus erat ſecundis, tamen nimia longinquitate locorum, ac deſiderio ſuorum commovebatur. Hic jam plura non dicam. fuit enim illud extremum, ut ex iis locis a militibus noſtris reditus magis maturus, quam proceſſio longior quaereretur. Mi-

earum quæ Mithridati parerent maximam, in qua religioſum fanum & opulentum erat) equites quoſdam Mithridatis interfecit, & legatis ipſius fœdus proferentibus, reſpondit ſe fœdus non videre: neque enim Sulla conſcripſerat, ſed reipſa quæ inter eos convenerant confirmans, diſceſſerat. quæ cum Muræna dixiſſet, ſtatim regionem populatus eſt, neque a rebus ſacris abſtinuit, deinde in Cappadocia hyemavit. Hæc Appianus, cujus hiſtoria, ex Plutarchi παραλλήλοις magna ex parte ad verbum eſt deſcripta. *Hotom.* Non *Comæ* illa urbs dicitur, ſed *Comana*.

ANONYMUS.

Tametſi urbem ex Tigranis] Miles Romanus licet proſpera pugna fuerat uſus & magnam civitatem tulerat Tigrani. tamen quia multum fecerat tempus neque ſuos viderant & fortitudinem cupiditas pia frangebat.

VARIORUM.

Etſi urbem ex Tigranis regno ceperat] *Tigranocerta*, ſive *Tigranocertam* (utrumque enim dicitur) quam *Tigranes* ex ſuo nomine appellarat, in quam copioſiſſimos quoſque & locupletiſſimos totius imperii ſui cives quaſi in coloniam deduxerat: quam omnes ut Regi gratificarentur, certatim donis ac muneribus, pretioſiſſimiſque quibuſque rebus ornarant atque inſtruxerant: in qua (inquit Plutarchus) præter alias opes immenſas, talentorum octo millia Lucullum reperiſſe conſtat. Etſi ergo, inquit, noſter exercitus urbem opulentiſſimam ceperat, eamque (ut idem ſcribit) exceptis theſauris militi diripiendam Lucullus conceſſerat, & octingentas præterea drachmas ſingulis militibus ex hoſtium ſpoliis dederat: tamen &c. Pungit Lucullum non obſcure. *Hottom.*

Nimia longinquitate locorum] Confert in milites, quod vult tamen ad Lucullum pertinere intelligi. Dionis autem verba ad hunc locum pertinentia hæc ſunt ex reliquiis libri 35. Λούκουλλος δὲ Τιγράνην μὲν οὐκ ἐπεδίωξεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ κατὰ σχολὴν σωθῆναι εἴασε, καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ αἰτίαν ὡς οὐκ ἐθελήσας τὸν πόλεμον, ὅπως ἐπὶ πλεῖστον ἄρχῃ, καταλῦσαι, παρά τε τοῖς ἄλλοις, καὶ παρὰ τοῖς πολίταις ἔσχε. καὶ διὰ τοῦτο τότε ἐς τὸ στρατηγοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας ἐπανήγαγον, καὶ μετὰ τοῦθ' ὡς καὶ αὖθις τὸ αὐτὸ τοῦτο πεποιηκέναι ἔδοξε, τὸν ὕπατον αὐτῷ τὸν κατ' ἐκεῖνον χρόνον ὄντα, διάδοχον ἔπεμψαν. Id eſt, *Lucullus autem Tigranem non eſt perſequutus, eique longiſſimum ſpatium ſalutis ſuæ conſulendi permiſit. qua de cauſa, cum ab aliis, tum a ſuis civibus inſimulatus eſt, prorogandi imperii ſtudio bellum dirimi noluiſſe, ob eamque cauſam tunc Aſiæ imperium ad Prætores tranſtulerunt, ac poſtea cum hoc ipſum rurſus facere videretur, eum qui tum erat Conſul, ſucceſſorem ei miſerunt.* Idem.

Quam proceſſio longior] Ita Pall. aliorumque ſcripti, imo etiam primitus cuſi. deincipes, *proceſſus*. ſic autem Cicero *contemptionem* ſemper, *contemptum*, nunquam dixit, inquit Guilielmius. *Grut.* Sic & excerpta Pithoei, & Dreſdenſ. ac Franc. codd.

ANO-

Mithridates autem & ſuam manum jam c
& eorum, qui ſe ex ejus regno collegerant
adventitiis auxiliis multorum regum & nati
batur. Hoc jam fere ſic fieri ſolere accepi
gum afflictae fortunae facile multorum o
ad miſericordiam, maximeque eorum, qu
ſunt, aut vivunt in regno; ut regale his
gnum & ſanctum eſſe videatur. Itaque ta
efficere potuit, quantum incolumis numqu
optare. nam cum ſe in regnum recepiſſet
fuit eo contentus, quod ei praeter ſpem a

ANONYMUS.

Iam hoc fere ſic fieri] Regalis fortuna quamdiu floret imperio laborat invidia. defecta miſerationem meretur.

VARIORUM.

Mithridates autem & ſuam manum jam confirmarat] Appianus *manum* ait fuiſſe militum quatuor millium: & totidem illi regem Tigranem tradidiſſe. *Hottom.* *Mithridates autem & ſuam manum &c.*] Non minus bene Hittorp. codex, *confirmarat eorum opera, qui ad eum ex ipſius regno conceſſerant.* Gruter. Dreſdenſis codex: *Mithridates autem & ſuam manum confirmavit.* Ego cenſeo codices hic laborare, & pro *ſuam manum* ſcribendum *ſuum animum*, Prius animus erat confirmandus, quem fregerant tot clades, animo confirmato copias collegit tam ex ſuis civibus, quam auxiliis. *Gravius.*

Et magnis adventitiis auxiliis multorum regum, & nationum juvabatur] Hæc eſt antiqua ſcriptura, ex antiquiſſ. cod. Fabriciano depromta. vulgata autem talis eſt, *& magnis adventitiis multorum regum, & nationum copiis juvab.* quæ quamvis ſit tolerabilis, ac probabilis, antiquam tamen ei antepono, vel hoc nomine, quod eſt antiqua. *Lamb.* *Et magnis adventitiis auxiliis multorum regum &c.*] Sic quidem Fabrit. item Vuerd. & Hittorp. ſed, ſi ſtandum fidei ſex Pall. & libri Gruteriani, item editionis anni CCCCLXXX. Venetæ, illud

auxiliis eradicandum,
dem nullum conſpici
quam antea vulgatum
men exſtat in publicati
Gruterus. Equidem
xiliis in Dreſdenſi, &
habetur. Alterutrum
ſententia. Verum put
dicibus vetuſtis legeru
legi in Erfurt. *auxiliis*,
vicina vox earundem f
ventitiis. hoc cum de
ſupplendam ſententiar
piis. Grævius.

Regum afflictæ fortun
dicit in Epiſtolis fam
ſerabile, quam ex beat
Et vere Æſchylus in ſu
Τοῖς ἥσσοσι γὰρ πᾶ
Inferioribus quiſq
praſtat.
Nam *quos injuriæ invi*
ſos miſeria reddunt,
v, 3, 3. Etenim *miſeri*
ſed fortunam ſpectat, in
ment. 5. vide de Sele
Bonecerus.

Quod regale his nom
dum Pall. & aliorum
dum, *ut his*, quomod
culo cuſi. *Gruter.* S
excerpta, Dreſdenſis,
ut regale his nomen m
videatur. in ſecundo
perperam *aut regalis his*

illam, poſteaquam pulſus erat, terram umquam attingeret: ſed in exercitum veſtrum clarum atque victorem impetum fecit. Sinite hoc loco, Quirites, ſicut poetae ſolent, qui res Romanas ſcribunt, praeterire me noſtram calamitatem: quae tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli non ex proelio nuntius, ſed ex ſermone rumor afferret. Hic in ipſo illo malo, graviſſimaque belli offenſione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortaſſe potuiſſet, veſtro juſſu coactus, quod imperii diuturnitati modum ſtatuendum veteri exemplo putaviſtis, partem militum, qui

ANONYMUS.

Impetum fecit. ſinite hoc loco] Mithridates poſtquam fugit & a Tigrane fuit receptus, juſſit milites ſedere in loco obſcuro. ut quando veniat legatus Luculli ad oppida illa vaſtanda contra ipſum impetus fiat. illi ſederunt. Venit legatus ad rapinam faciendam. Fit contra eum impetus. ita omnes deleti ut nec nuntius poſſit exiſtere. ita omnes extincti ſunt.

Vt poëtæ ſolent] Omnes qui hiſtorias ſcribere ſolent ubi ad calamitatem veniunt populi Romani prætereunt, neque illam dicunt, ne videantur in calamitate exultare.

VARIORUM.

In exercitum veſtrum clarum atque victorem] Primum in L. Flaccum, quem in Ponto Lucullus reliquerat. nam & illum fugavit, & quingentos ex illius militibus interfecit. deinde in C. Triarium Luculli legatum, qui in Flacci locum cum exercitu novo miſſus eſt. nam hic Lucullum adventare ſentiens, triumphi cupiditate impulſus prælium cum Mithridate commiſit: quo in prælio cæſi ſunt Tribuni quatuor & viginti, centuriones centum quinquaginta, civium ſupra ſeptem millia interfecta. ut Appianus & Plutarchus ſcribunt. *Hottomannus.*

Sinite hoc loco] Simulata præteritio: quam Græci παράλειψιν appellant. cum id oblique dicimus, quod velle tacere videbamur. *Idem.*

Non ex prælio nuntius] Acerbe dictum. ſignificat enim ex eo prælio neminem omnino ſuperfuiſſe. *Idem.*

Veſtro juſſu coactus] Majeſtatis populi Romani hæc pars erat, ut & imperium daret, & adimeret. Tota autem in hiſce tribus verſabatur, in dando ſcilicet adimendoque imperio, jubendis & abrogandis legibus, bellis inferendis aut diſſolvendis. *Idem.*

Imperii diuturnitati modum] Conſul cum Aurelio Cotta provinciam Aſiam (ut Plutarchus ſcribit) ſortitus eſt: in eamque eſt anno inſequenti cum exercitu adverſus Mithridatem profectus. Annos ergo ſeptem totos in imperio permanſit. nam totidem anni ſunt ad Lepidi & Tulli conſulatum, quo anno Prætor Cicero hanc legem ſuaſit. Et de imperii diuturnitate Mamercus Æmylius Dictator cum de minuenda cenſura cum populo ageret, apud Livium lib. 4. ſic inquit, *Maximam libertatis populi Romani cuſtodiam eſſe, ſi magna imperia diuturna non eſſent: & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non poſſet.* Idem.

Partem militum, &c.] Guilielmius divinat, *partim militum, &c. Partem Glabrioni tradidit*, quod ultimum illud *partim* inveniſſet in Hittorp. de quo loquendi genere Agellius lib. x. cap. 13. *Gruterus.*

qui jam ſtipendiis confectis erant, dimiſit, partem Glabrioni tradidit. Multa praetereo conſulto: ſed ea vos conjectura perſpicite, quantum illud bellum factum putetis, quod conjungant reges potentiſſimi, renovent agitatae nationes, ſuſcipiant integrae gentes, novus imperator veſter accipiat, vetere pulſo exercitu. Satis mihi multa

ta

ANONYMUS.

Dimiſit] Quaſi imbellem.

Multum praetereo] Oſtendit ſe parcere Lucullo & non tantum dicere quantum meretur audire.

Novus imperator] Glabrio.

VARIORUM.

Qui tum ſtipendiis confectis erant] Id eſt, veterani, qui jam emeritis ſtipendiis erant. Cives Romani ab anno 17. ætatis, ad annum 45. annoanorem militare & ſtipendia facere jubebantur: ut patet ex Livii libro 23. & Dionyſii Hal. libro 3. Hos autem Plutarchus Fimbrianos milites fuiſſe tradit: id eſt, eos qui duce C. Fimbria cum L. Valerium Flaccum Conſulem occidiſſent, eum imperatorem delegerunt. *Hottom.* *Stipendiis confecti*] Haud aliter Pall. omnes reliquorumque, nec non edd. vett. neoterici *confectis*. Gruterus. Veteres libri quidem *confecti*, ſed quid eſt *confectus ſtipendiis?* Nimirum *confectus ſtipendiis* eſt qui exhauſtus eſt multis ſtipendiis, ſive longæ militiæ & multorum annorum laboribus, ut *confectus vulneribus*, *algore*, *inedia* apud Tacitum, *lacrymis*, *mœrore* apud Tullium. Confeciſſe ſtipendia, eſt expleviſſe ſtipendia, ut Tacitus loquitur. *Confectis ſtipendiis* ſive expletis dicuntur eſſe veterani, emeriti. Non eſt interpolanda vulgatarum editionum ſcriptura. *Grav.*

Partem Glabrioni tradidit] Opinor, qui Conſul anno ſuperiore fuerat cum C. Calpurnio Piſone. nam, ut ſupra diximus, Dion. ſucceſſorem hunc Lucullo miſſum teſtatur. Appianus autem nomen reticuit, & tantummodo dicit Lucullum ab eo, qui miſſus erat in Aſiam ut Lucullo ſuccederet, revocatum: & præconem in ejus exercitum miſſum, qui abrogatum eſſe Lucullo imperium militibus renuntiaret. *Hottomannus.*

Conjectura perſpicitis] B. & Vuerd. item Grut. *perſpicite*, quod vehementius putat Guilielmius. *Gruterus.*

Quantum illud bellum futurum putetis] Deeſſe aliquid apparet, & opinor tale quiddam eſt, *Tantum cogitate Quirites*, quin etiam pro *futurum*, *factum* vitioſe legitur in aliis codicibus. *Hottom.*

Quantum illud bellum factum putetis] Quis non videt, hanc, quæ antiqua eſt, ſcripturam, multo vulgata eſſe meliorem, & plane veram, ac rectam? Nam eam apparet ab aliquo ſemidocto corruptam, qui hoc, *quantum factum*, non intelligeret: & pro, *factum*, *futurum*, ſubſtituendum judicaret. Atqui, *quantum factum*, valet, *quam magnum factum, quantopere auctum.* Lamb.

Quantum illud bellum factum putetis] Ita Pall. ita Grut. ita Vuerd. Hitt. & B. neque divertunt edd. veteres recentiores *futurum*, Hitt. præterea removerat *illud.* mihi fere & *factum*, & *futurum*, gloſſam olet. *Gruterus.* Depravatio hujus loci manavit ex interpolata voce *perſpicite*, ut omnes libri veteres, etiam Erfurt. pro quo peſſime ſubſtituerunt, *perſpicitis*. In iiſdem quoque eſt *factum*, quod recte exponit Lambinus, nec id erat immutandum. *Grav.*

Conjungunt reges potentiſſimi] Mithridates & Tigranes. *Hottom.*

Agitatæ nationes] Quæ utriuſque regis imperio parent. *Idem.*

Integræ gentes] Nondum bello a nobis laceſſitæ. dixit ſupra *magnas adventitias multorum regum & nationum copias.* Idem.

Vetere pulſo exercitu] Eſt ab Fabrit. Hitt. Vuerd. Erfurt. prius vulgati *expulſo*, quod & in Pall. omn. *Gruterus.*

ANO-

ta verba feciſſe videor, quare hoc bellum eſſet genere ipſo neceſſarium, magnitudine periculoſum. reſtat, ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus praeficiendo dicendum eſſe videatur. Vtinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut haec vobis deliberatio difficilis eſſet, quemnam potiſſimum tantis rebus, ac tanto bello praeficiendum putaretis. Nunc vero cum ſit unus Cn. Pompejus, qui non modo eorum hominum, qui nunc ſunt, gloriam, ſed etiam antiquitatis memoriam virtute ſuperarit, quae res eſt, quae cujuſquam animum in hac cauſa dubium facere poſſit? Ego enim ſic exiſtimo, in ſummo imperatore quattuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine ſcientior umquam aut fuit, aut eſſe debuit? qui e ludo atque pueritiae diſciplinis, bello maximo, atque acerrimis hoſtibus, ad patris exercitum, at-

ANONYMUS.

Antiquitatis memoria] Apud antiquos magni erant viri fortes.

Ego enim ſic exiſtimo] Prima diviſio fuit. primum dicendum eſt de genere belli. tunc de magnitudine, dein de imperatore. Nunc diviſionem facit quid debet habere imperator. Omnes imperatores quattuor debent ornari virtutibus. Primum debet eſſe in bellis peritus, ut ſcientia omnia pericula venientia ſuperet. deinde debet eſſe fortis. nihil enim valet peritia niſi acceſſit virtus. deinde ſtrenuus in bello debet eſſe. deinde feliciſſimus. Cicero ultimum poſuit quod eſt neceſſarium. Lucullus in iſtis omnibus fuit peritiſſimus, fuit fortis, ſed infelix.

Patres exercitum] Sagii (f. Socii) aliquando civitatem petiere Romanam. hos adverſum ſenatus irati arma ſumpſere miſſis principibus. contra hos pater Pompeji miſſus eſt. Patri filius legatus fuit puer in ſtudiis ad bellum maturus extrema peritia; veniente Sulla contra partes Marianas Pompejus ex militibus patris magnum comparavit exercitum; Sullæ cum tyrannidis rumoribus notaretur tradidit ſe Pompejus.

VARIORUM.

Quare hoc bellum eſſet] Præfert Guilielmius, tanquam aptius, *quale* quod in Hitt. *Idem.*

Qui e ludo atque pueritia diſciplina] Colon. & Vuerd. liber, *atque e pueritia diſciplinis.* quod maluit Guilielmius: ut intelligat eas artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. *Idem.* Sic & Erfurt.

Bello maximo, atque acerrimis hoſtibus] Cinna, Carbone, Sertorio, civili bello adverſus L. Sullam. *Hottom.*

Ad patris exercitum] Cn. Pompei Strabonis, Catonis in Conſulatu collegæ. Is bello Italico Proconſul, cum ſatis feliciter Remp. geſſiſſet, anno inſequenti Q. Pompejum Sullæ in conſulatu collegam, qui ad capiendum juſſu populi a Cn. Pompejo exercitum profectus erat, in tribunali interficiendum curavit. Itaque in Italia Cinnano bello exercitum habuit, in quo exercitu hunc

atque in militiae diſciplinam profectus eſt
ma pueritia miles fuit ſummi imperator
adoleſcentia maximi ipſe exercitus impe

quoque Cn. Pompejum ipſius filium adoleſcentem fuiſſe Plutarchus auctor eſt. Eundem Cneum, Cnei Pompeji patrem, anno vertente, cum Cinnam ab urbis mœniis depelleret, fulgure ſimul cum aliis quam multis interemptum ex hiſtoria conſtat. *Hottom.*

ANONYMUS.

Maximi exercitus] Contra clipeanos (ſuperſcript. clup.) fugitivos.

VARIORUM.

Extrema pueritia miles fuit] Similis locus in orat. pro Balbo, *Quid enim abeſt huic homini, &c. uſuſne rerum? qui pueritiæ tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum: cujus plerique æquales minus ſæpe caſtra viderunt, quam hic triumphavit: qui tot habet triumphos, quot oræ ſunt parteſque terrarum: tot victorias bellicas, quot ſunt in rerum natura genera bellorum.* Et lubet hoc loco particulam ejus orationis, quam ipſe Pompejus ad populum habuit, dum lex Gabinia de bello maritimo ferretur, deſcribere. extat apud Dionem in hanc fere ſententiam. *Magna me profecto Quirites, ii quos mihi mandatis honores lætitia afficiunt. natura enim omnes homines beneficiis ſibi a ſuis civibus tributis majorem in modum delectantur, iiſque acceptis exultant. ego vero qui honoribus a vobis atque ornamentis omnibus tam ſæpe ſum affectus, ſane quam ſatis magnam pro recentibus veſtris in me beneficiis voluptatem animo capiam, conſtituere non poſſum: tametſi neque vos decere arbitror, ita in me affectos eſſe, ut ſatiari deferendis mihi honoribus non poſſitis: neque mihi convenire, in continuis imperiis ac magiſtratibus verſari. Etenim ſic ſe res habet Quirites, ut mihi ſemper ab ineunte ætate Reſpublica gerenda fuerit: vobis vero aliorum quoque ratio habenda eſt. Ecquid memoria tenetis, quam exercitus bello Cinnano puer adhuc, neque dum ineunte adoleſcentia, fuerim? quantos labores in Sicilia, in Africa vixdum in ju-*

niorum cenſum relatus
Hiſpania pericula no
cooptatus ſuſceperim
Quirites, quaſi in me
mores fueritis: nihil
nus. etenim præter ea
vobis ſum affectus, qu
ta ſunt, commiſſa n
adminiſtratio tum, c
vellet, aut poſſet ſuſc
retur: & hæc amplius
leges decretis, ſumm
mium quendam mihi
tumque attulerunt.
etiam alterum A. Hi
bere, ex lib. de bello
ita loquitur. *M. Cato*
præerat Cnejum Pomp
verbis aſſidueque obju
Tuus, inquit, *pater*
eſſet, & animadverti
audacibus ſceleratiſque
bonoſque aut interfect
tatos patria civitateq
animi magnitudine el
adoleſcentulus, patern
collectis pene oppreſſam
Italiam urbemque Ron
vindicavit: idemque
Numidiam, & Maur
leritate armis recepit:
eam dignitatem, quæ
ſima notiſſimaque, con
tuluſque atque eques
vit. Hottom.

Miles fuit ſummi im
ex Aſia in Italiam v
reportantis. *Idem.*
imp.] Colon. Vue
les in exercitu ſumm
que Guilielmio. cu
nis, videri queant a
negem numeroſius.
Manut.

Maximi ipſe exercit
tarchus & Florus, e
privatum hominem

ſaepius cum hoſte conflixit, quam quiſquam cum inimico concertavit? plura bella geſſit, quam ceteri legerunt? plures provincias confecit, quam alii concupiverunt? cujus adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis praeceptis, ſed ſuis imperiis: non offenſionibus belli, ſed victoriis: non ſtipendiis, ſed triumphis eſt erudita? Quod denique genus belli eſſe poteſt, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicae? Civile, Africanum, Tranſalpinum, Hiſpanienſe, mi-

ginti natum, voluntarium exercitum conſcripſiſſe tradunt, & cum tribus legionibus ad L. Sullam veniſſe, ad eumque ſe nobilitatem omnem contuliſſe: ut deſerta urbe ad caſtra veniretur, complures in itinere Italiæ civitates ſolicitaſſe: Scipionem & Carbonem adverſæ partis duces prælio laceſſiſſe: mox ad Sullam cum exercitu inſtructiſſimo & paratiſſimo profectum, Imperatorem ab ipſo Sulla ſalutatum: ſtatimque in Celtiberiam miſſum eſſe. *Hottom.*

ANONYMUS.

Quam quidam cum inimico] Nunc (f. nunquam) fuit tanta contentio verborum inter inimicos quantas contentiones telis confecit.

Quam ceteri legerunt] Conſtat Lucullum uſque ad tempora conſulatus expertem fuiſſe bellorum. poſt in conſulatu hiſtoriis ſtuduiſſe ut bella deſtituta cognoſceret. Hunc (f. hoc) in illo dialogo qui ſcribitur Lucullus Cicero docet. unde & in Hortenſio Lucullus hiſtoriam laudavit. Bene ergo, plura bella geſſit & attendit Lucullum quamquam (dele *quam*) ceteri legere.

Cupierunt] Vt dicit Salluſtius. Lucullus pecuniam Quintio dedit ne illi ſuccederetur.

Non alienis] Semper unuſquiſque qui militiam ingreditur legit aliena facta & ita firmatur.

Praeceptis] Præter Lucullum ſecum habebat monitores.

Suis imperiis] Ergo Pompejus non legendo ſed videndo factus miles.

Offenſi] Propter Lucullum qui in Ponto perdidit militem.

Civile] Sullanum. Africanum. contra Domitium & clupeanos. tranſalpinum. Gallicanum. Hiſpanenſe. contra Sertorium.

VARIORUM.

Sæpius cum hoſte conflixit] *Hoſtes* publice tantum dicuntur, ſcilicet quibus bellum populi Romani juſſu a collegio Fecialium indictum eſt: *Inimici* privatim, a quibus animo alienati & disjuncti ſumus. *Hottom.*

Plura bella geſſit] Quæ ante hoc tempus bella geſſerit, quas provincias confecerit, ex pagina inſequenti cognoſces. *Idem.*

Sed triumphis eſt erudita?] Nullus eſt in hoc loco emendando cuiquam jam conjecturæ locus. Hæc enim eſt vera, & germana ſcriptura ex antiquiſſ. codice eruta. Quare repudianda vulgata, *ſed triumphis eſt traducta?* ut ſuppoſita, & adulterina. ſic autem loquitur in oratione pro Fontejo, in extr. *non litteris homines ad rei militaris ſcientiam, ſed rebus geſtis ac victoriis eruditos.* Lamb.

Triumphis eſt erudita] Præpoſui & hanc lectionem Fabr. repertam item in Erph. Vuerd. Hitt. vulgatæ, *eſt traducta*; præſertim quod in mſſ. noſtris & vett. hæreret, *tradita.* pugnat tamen ſpecioſe pro recepta lectione, amicus noſter Schottus lib. 1. Nodor. Cicer. cap. 7. *Gruterus.*

Civile, Africanum] De quibus omnibus mox dicetur. *Hottom.*

miſtum ex civitatibus atque ex bellicoſiſſimis nationibus, ſervile, navale bellum. Varia & diverſa genera & bellorum, & hoſtium, non ſolum geſta ab hoc uno, ſed etiam confecta, nullam rem eſſe declarant in uſu militari poſitam, quae hujus viri ſcientiam fugere poſſit.
11 Iam vero virtuti Cn. Pompeji, quae poteſt par oratio inveniri? quid eſt, quod quiſquam aut illo dignum, aut vobis novum, aut cuiquam inauditum poſſit afferre? Neque enim illae ſunt ſolae virtutes imperatoriae, quae vulgo exiſtimantur, labor in negotio, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in providendo: quae tanta ſunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audivimus, non fuerunt. Teſtis eſt Italia, quam ille ipſe victor L. Sulla hujus virtute & ſubſidio con-

ANONYMUS.

Servile] Contra reliquias Spartaci.

Teſtis Italia] Namque Sulla contra Mithridatem dimicante Mariani occupaverunt rempublicam. ita ut omnis fugata nobilitas ad Aſiam perveniret. Pompejus inter hæc militem collegit voluntarium. eumque tradidit Sullæ. unde Sulla dicebat Pompei virtutibus liberatam Italiam.

VARIORUM.

Mixtum ex civitatibus atque ex bellicoſiſſimis] Colonienſ. *civilibus & bell.* unde lubens fecerit Guilielmius *civilibus & bell.* ut loquatur de Hiſpanienſi bello. ego non receſſerim a lectione recepta, quæ in edd. omnibus & Pall. *Gruterus.* *Civitatibus* hic ferri non poſſe videtur. Nam ſi per *civitates* intelligit Hiſpanicas & Luſitanicas civitates, cur dicit illud bellum miſtum fuiſſe ex civitatibus, & bellicoſiſſimis gentibus, cum hæ civitates ad eas ipſas bellicoſiſſimas gentes pertinent, ſive cum hæ civitates & hæ gentes eſſent unius ejuſdemque regionis & populi? Credo Ciceronem ſcripſiſſe, *miſtum ex civibus atque ex bellicoſiſſimis gentibus.* hoc *civibus* poſtea in *civilibus* degeneravit, unde reſinxerunt *civitatibus.* Sertorianus autem exercitus conflatus erat ex multis civibus Romanis, & ex Hiſpanis & Luſitanis. *Civiles gentes* poſſe dici cives Romanos credat Iudæus Apella, *non ego.* Grævius.

Virtutis imperatoria] De quibus lege Xenophontem lib. de Cyri vita & diſciplina 1. *Hottom.*

Teſtis eſt Italia] Italico bello extremo, civile exortum eſt: quo tempore diviſa Italia diverſas partes ſecuta eſt. In eo bello jam ſupra dictum eſt Cn. Pompejum voluntarium exercitum conſcripſiſſe, & proſpere rem geſſiſſe. *Idem.*

Hujus virtute & conſilio] Alii prope omnes, *ſubſidio.* quod rectum eſſe patet ex iis, quæ modo diximus. Annos enim tres & viginti natus ſubſidium L. Sullæ in Italiam attulit, & veriſimile eſt hoc potius ſignificaſſe Tullium, quam a conſilio hominem [illegible]ſcentem laudare voluiſſe. *Idem.* *Hujus virtute & conſilio*] Pro *conſilio* [illegible] eſt *ſubſidio* in veteribus qui[illegible] bris, quæ lectio videtur [illegible] Sulla ut fatebatur de [illegible] conceſſiſſet de con[illegible]

a nullo iſtorum, qui huic obtrectant legi atque cauſae, L. Lucullum ſimiliter ex hoc loco eſſe laudatum. Re- 9
quiretur fortaſſe nunc, quemadmodum, cum haec ita ſint, reliquum poſſit eſſe magnum bellum. Cognoſcite, Quirites. non enim hoc ſine cauſa quaeri videtur. Primum ex ſuo regno ſic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur: quam praedicant in fuga fratris ſui membra in iis locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipaviſſe, ut eorum collectio diſperſa maerorque patrius celeritatem perſequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium, quas & a majoribus acceperat, & ipſe bello

verum quid? Pal. pr. ejus habet loco *r. p.* quod & in ſexto, ſed is excluſit *ita*. quintus exhibet *ita reipubl.* neque aliter Grut. adeo ut dubium non ſit quin admittenda veniat ſcriptura Hittorp. & Vuerd. *ita Q. R. ut vos.* ea enim nota deſignat *Quirites*, quod ipſum cum omnibus litteris perſcriptum fuiſſe in Turingico teſtaretur Suffridus noſter jure id auctori noſtro redonavi. *Grut.*

ANONYMUS.

A nullo iſtorum] Multi dicebant malevoli quod Cicero ſubtrahit laudes Luculli ut erigeret Pompei famam.

Primum ex ſuo regno] Incongruum videtur exemplum quod imperatori feminam comparavit. ſed ex omni parte quadrare monſtratur primum ex loco quod Mithridates ponticus fuit; quæ patria Mediæ eſt. ex fato quod ut illa parricidium fecit. ſic & iſte auctore Salluſtio & fratrem & ſororem occidit, ad poſtremum comparans exitium.

Medea illa] Iaſon miſſus eſt aureum vellus adferre. hunc Medea adamavit & eam adjuvit. deinde redeunte ad patriam ſecuta eſt: Æetes pater ejus ubi cognovit ſuæ filiæ fugam & illius rapinam perſecutus eſt. illa fugiens ſuum fratrem occidit & membra ejus q̃ ter (f. per iter) diſperſit. Cum igitur Æetes illos perſequeretur. vidit ſuum filium ſparſum in via & cœpit eum colligere; & cum colligit ita per ſupus moras fugam lucrata fuit Medea.

Sic Mithridates] Bene Mithridatem Medeæ comparavit. nam & ipſa parricida eſt. fertur enim fratrem ſuum occidiſſe & patrem bello ſuperiore contra Sullam.

VARIORUM.

Non enim hoc ſine cauſa] Sic Erfurd. Hittorp. Vuerd. quod ἐμφατικώτερον putabat Guilielmius. prius aberat *hoc*. Gruterus.

Medea illa quondam profugiſſe dicitur] Hanc Æetæ Colchorum regis filiam fuiſſe ſcribit lib. de natura Deorum III. quo in libro hi verſus ex vetere poëta recitantur.

Poſtquam propter appropinquat, jamque
pene ut comprehendatur parat,
Puerum interea obtruncat, membraque
articulatim dividit,
Perque agros paſſim diſpergit corpus: id
ea gratia.
Ut dum nati diſſipatos artus captaret parens,
Ipſa interea effugeret: illam ut mæror
tardaret ſequi,
Sibi ſalutem ut familiari pareret parricidio.

Cætera lege apud Ovidium lib. Metamor. VII. *Hotom.*

teſtis eſt iterum & ſaepius Italia, quae cum ſervili bello tetro periculoſoque premeretur, ab hoc auxilium abſente expetivit: quod bellum exſpectatione Pompeji attenuatum atque imminutum eſt, adventu ſublatum ac ſepultum. teſtes vero jam omnes orae, atque omnes exterae gentes ac nationes: denique maria omnia, tum univerſa, tum in ſingulis omnes ſinus atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit praeſidium, ut tutus eſſet? aut tam fuit abditus, ut lateret? Quis navigavit, qui non ſe aut mortis, aut ſervitutis periculo committeret, cum aut hyeme, aut referto praedonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam late diviſum

Teſtis eſt iterum & ſæpius Italia] Servili bello, quod a Spartaceo gladiatore conflatum eſt. de Spartaco plenæ ſunt hiſtoriæ. de Pompejo autem hoc dicit Tullius ad tempus. nam de Spartaco Craſſus victoriam reportavit, & ovans in urbem ingreſſus eſt. Atque hoc eſt, quod Craſſum in hac oratione graviter tuliſſe Tullius ſignificat ad Atticum ſcribens, lib. I. epiſt. *Vereor, Proximus Pompejo ſedebam: intellexi hominem moveri, utrum Craſſum inire eam gratiam quam ipſe prætermiſiſſet, an eſſe tantas res noſtras, quæ tam libenti Senatu laudarentur ab eo præſertim, qui mihi laudem eo minus deberet. quod meis omnibus litteris in Pompejana laude perſtrictus eſſet.* Scribit tamen Plutarchus miſſum tandem ad id bellum Cn. Pompejum fuiſſe: opinor, qui Craſſo ſuccederet, eoque Craſſum ea re audita continuo triumphi cupiditate prælium cum Spartaco commiſiſſe: proſpereque rem geſſiſſe, cæſis hoſtium XII millibus, & præterea trecentis; fortunam tamen ejus victoriæ expertem eſſe Pompejum non ſiviſſe: hoſtium enim quinque millia, qui ex eo prælio evaſerant, illi profliganda reſervaſſe. Cæſis autem illis ſcripſiſſe Pompejum ad ſenatum, Craſſum in acie gladiatores quidem fudiſſe, ſe vero bellum funditus evelliſſe. *Hottom.*

Teſtes vero jam omnes ora] Maritimo bello, adverſus piratas ortos ex Cilicia. de quibus late ſcribit Appian. in Mithrid. & Plutarch. in Pompejo. *Idem.*

Teſtes vero jam omnes ora, atque omnes extera gentes] Haud ſecus Pall. at enim Colon. *teſtes nunc vero jam ora atque omnes terra, gentes, nationes.* quod valde amplectitur Guilielmius. *Gruterus.*

Tum in ſingulis oris omnes ſinus] Secutus excerpta Pithœani codicis delevi *oris*, quod locum hic non habet. Nam de oris in præcedentibus egit: *teſtes vero jam omnes ora*: hic vero loquitur de maribus: *denique maria omnia, tum univerſa, tum in ſingulis omnes ſinus atque portus.* In ſingulis maribus, nimirum in Tuſco, Siculo, Liguſtico, Gallico, Balearico, Libyco, & pluribus aliis vide Florum III, cap. 6. de bello piratico. *Grævius.*

Tam turpe, tam vetus] Nam Octavio & Cinna Coss. cœptum eſt, ut ex Appiano intelligitur, qui Proconſule Sulla in Aſiam miſſo hoc bellum initium habuiſſe ſcribit. Confectum eſt autem hoc ipſo anno Lepido & Tullo Coss. Vetus ergo, ab hinc annis videlicet tribus & viginti, exortis e Cilicia prædonibus: unde *Cilicum bellum* in Verrinis orationibus appellatur. *Hottomannus.*

Axo-

gioſiſſimi diripiendi cauſa in eas oras noſtrum exercitum eſſe adductum. Ita nationes multae atque magnae novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noſter autem exercitus, etſi urbem ex Tigranis regno ceperat, & proeliis uſus erat ſecundis, tamen nimia longinquitate locorum, ac deſiderio ſuorum commovebatur. Hic jam plura non dicam. fuit enim illud extremum, ut ex iis locis a militibus noſtris reditus magis maturus, quam proceſſio longior quaereretur. Mi-

eorum quæ Mithridati parerent maximam, in qua religioſum fanum & opulentum erat) equites quoſdam Mithridatis interfecit, & legatis ipſius fœdus proferentibus, reſpondit ſe fœdus non videre: neque enim Sulla conſcripſerat, ſed reipſa quæ inter eos convenerant confirmans, diſceſſerat. quæ cum Murena dixiſſet, ſtatim regionem populatus eſt, neque a rebus ſacris abſtinuit, deinde in Cappadocia hyemavit. Hæc Appianus, cujus hiſtoria, ex Plutarchi παραλλήλοις magna ex parte ad verbum eſt deſcripta. *Hotom.* Non *Comæ* illa urbs dicitur, ſed *Comana*.

ANONYMUS.

Tametſi urbem ex Tigranis] Miles Romanus licet proſpera pugna fuerat uſus & magnam civitatem tulerat Tigrani. tamen quia multum fecerat tempus neque ſuos viderant & fortitudinem cupiditas pia frangebat.

VARIORUM.

Etſi urbem ex Tigranis regno ceperat] *Tigranocerta*, ſive *Tigranocertam* (utrumque enim dicitur) quam *Tigranes* ex ſuo nomine appellarat, in quam copioſiſſimos quoſque & locupletiſſimos totius imperii ſui cives quaſi in coloniam deduxerat: quam omnes ut Regi gratificarentur, certatim donis ac muneribus, pretioſiſſimiſque quibuſque rebus ornarant atque inſtruxerant: in qua (inquit Plutarchus) præter alias opes immenſas, talentorum octo millia Lucullum reperiſſe conſtat. Etſi ergo, inquit, noſter exercitus urbem opulentiſſimam ceperat, eamque (ut idem ſcribit) exceptis theſauris militi diripiendam Lucullus conceſſerat, & octingentas præterea drachmas ſingulis militibus ex hoſtium ſpoliis dederat: tamen &c. Pungit Lucullum non obſcure. *Hotom.*

Nimia longinquitate locorum] Confert in milites, quod vult tamen ad Lucullum pertinere intelligi. Dionis autem verba ad hunc locum pertinentia hæc ſunt ex reliquiis libri 35. *Λούκουλλος δὲ Τιγράνην μὲν οὐκ ἐπεδίωξεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ κατὰ σχολὴν σωθῆναι εἴασε, καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ αἰτίαν ὡς οὐκ ἐθελήσας τὸν πόλεμον, ὅπως ἐπὶ πλεῖον ἄρχῃ, καταλῦσαι, παρά τε τοῖς ἄλλοις, καὶ παρὰ τοῖς πολίταις ἔσχε. καὶ διὰ τοῦτο τότε ἐς τοὺς στρατηγοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας ἐπανήγαγον, καὶ μετὰ ταῦθ' ὡς καὶ αὖθις τὸ αὐτὸ τοῦτο πεποιηκέναι ἔδοξε, τὸν ὕπατον αὐτῷ τὸν κατ' ἐκεῖνον χρόνον ὄντα, διάδοχον ἔπεμψαν.* Id eſt, *Lucullus autem Tigranem non eſt perſequutus, eique longiſſimum ſpatium ſaluti ſuæ conſulendi permiſit. qua de cauſa, cum ab aliis, tum a ſuis civibus inſimulatus eſt, prorogandi imperii ſtudio bellum dirimi noluiſſe, ob eamque cauſam tunc Aſiæ imperium ad Prætores tranſtulerunt, ac poſtea cum hoc ipſum rurſus facere videretur, eum qui tum erat Conſul, ſucceſſorem ei miſerunt.* Idem.

Quam proceſſio longior] Ita Pall. aliorumque ſcripti, imo etiam primitus cuſi. deincipes, *proceſſus*. ſic autem Cicero *contemptionem* ſemper, *contemptum*, nunquam dixit, inquit Guilielmius. *Grut.* Sic & excerpta Pithoei, & Dreſdenſ. ac Franc. codd.

ANO-

in praedonum poteſtatem pervenerint? Cnidum aut Colophonem, aut Samum, nobiliſſimas urbes, innumerabileſque alias captas eſſe commemorem, cum veſtros portus, atque eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis, in praedonum fuiſſe poteſtatem ſciatis? An vero ignoratis, portum Cajetae celeberrimum atque pleniſſimum navium, inſpectante praetore, a praedonibus eſſe direptum? Ex Miſeno autem, ejus ipſius liberos, qui cum praedonibus antea ibi bellum geſſerat, a praedonibus eſſe ſublatos? Nam quid ego Oſtienſe incommodum,

In urbe autem faſces tantum & Praetoribus & Conſulibus praeferebantur: in provinciis, etiam ſecures. *Hottom.*

ANONYMUS.

Portus] Aſiae portus cepere piratae.

Spectante populo Romano] Videbat populus Romanus eam raperetur veſtigal.

VARIORUM.

Pervenerint? Quid Colophonem, &c.] Recte membranae pro *quid*, legunt *Cnidum, aut Colophonem.* Fr. Fabric. *Pervenerint? Cnidum, aut Colophonem, &c.*] Vide, obſecro te, lector, ut corrupta ſint exemplaria vetera: atque vel ex hoc loco, quanta ſpecies, quantuſque fucus ſit rerum falſarum, cognoſce. Quid hac lectione vulgata ſpecioſius? quid primo adſpectu integrius? quae talis eſt, *cum duodecim ſecures in praedonum poteſtatem pervenerint? Quid Colophonem,* &c. vides ex, *Cnidum*, factum eſſe, *Quid.* Quod mendum quis Lynceus, aut quis Argus cerneret, niſi libri veteres lumen praeferrent? *Lamb.* *Cnidum aut Colophonem*] Sic egregie Fabr. Vuerd. Hist. nam Italici noſtri, *Quid aut Colophon.* ut & antea cuſi, *Graev.* Flamet *Cnidum* Erfurt.

Colophonem aut Samum] Urbes Ioniae. *Hottom.*

Cum veſtros portus] Cajetae, Miſeni, & Oſtiae. *Idem.*

Vitam & ſpiritum ducitis] Id eſt, eas res quibus vita & ſpiritus continentur. Frumentum enim ex Aſia, Africa, Sicilia, Sardinia eo comportabatur. *Idem.*

In praedonum fuiſſe poteſtatem] Sic Gellius libri I. cap. 14. Ipſe in Divinat. *Ab caeteris nationibus, quae in amicitiam populi Romani dicionemque eſſent.* Apud Terentium, *Ille ubi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorem.* Idem. *In praedonum poteſtatem fuiſſe ſciatis?*] Sic legit A. Gellius lib. I. cap. 7. & ita ſcripſiſſe Ciceronem teſtatur: ſic habent denique noſtri libri veteres. *Lamb.*

Portum Cajetae] Portus eſt Campaniae, de quo Virgil. initio libri VII.

Tu quoque litoribus noſtris Aeneia nutrix,

Aeternam moriens famam Cajeta dediſti. Hottom.

Inſpectante Praetore] Quem Praetorem dicat, neque ex Plutarcho, neque ex Appiano, neque ex Dione cognoſcere poſſumus. Fortaſſe tamen M. Antonium ſignificat, qui ante Pompejum contra piratas miſſus male rem geſſit, & indicto Cretenſibus bello ibidem interiit; ut Aſconius tradit, & Florus in epit. Conjecturam juvat quod ſcribit Plutarchus, ejus filiam a praedonibus captam fuiſſe. *Idem*

Ex Miſeno autem] Italiae promontorio, a Miſeno Aeneae tibicine: de quo Virgilius libro Aeneid. III. & VI. *Idem.*

Ejus ipſius liberos] Ejus Antonii filiam: quam tamen magna pecunia redemptam poſtea reddiderunt. *Idem.*

Oſtienſe incommodum] *Oſtiam* urbem ab Anco (ut Livius ſcribit) Martio conditam Strabo libro Georg. V. *urbis Romae navale* appellat, quo Tiberius erumpit, eam praeterlabens. extenditur autem in longum in Campaniam uſque & Samni-

dicam, atque illam labem atque ignominiam reip. querar, cum, prope inſpectantibus vobis, claſſis ea, cui conſul populi Romani præpoſitus eſſet, a prædonibus capta atque oppreſſa eſt? Pro dii immortales! tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reip. potuit, ut vos, qui modo ante oſtium Tiberinum claſſem hoſtium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani oſtium prædonum navem eſſe audiatis? Atque hæc qua celeritate geſta ſint quanquam videtis, tamen a me in dicendo prætereunda non ſunt.

Quis

Samnitium montes. Hac autem ipſa de re Dion. libro XXXVI. ſic ſcribit: Περιχωρέντων δὲ αὐτοῖς τούτων, καὶ ἐς τὴν ἤπειρον ἀνέβαινον, καὶ πολλὰ καὶ ἐκείνους τοὺς μηδὲ χρωμένους τῇ θαλάσσῃ ἐλύπουν· καὶ ταῦτα οὐ τὴν ἔξω συμμαχίδα αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἰταλίαν αὐτὴν ἐποίουν. τά τε γὰρ κέρδη τὰ αὐτόθεν μείζω σχήσειν, καὶ πάντας τοὺς λοιποὺς ἐπὶ πλεῖον ἐκφοβήσειν, ἂν μηδὲ ἐκείνης ἀπέχωνται, νομίζοντες, ἔς τε τὰς ἄλλας τὰς πόλεις, καὶ ἐς αὐτὰ τὰ Ὄστια ἐσέπλεον, καὶ τάς τε ναῦς ἔκαιον, καὶ πάνθ' ἥρπαζον. καὶ τέλος, ὡς οὐδεμία σφῶν ἐπιστροφὴ ἐγίνετο, τάς τε διατριβὰς ἐν τῇ γῇ ἐποιοῦντο, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅσους μὴ διώλλυσαν, τά τε σκῦλα ὅσα ἐλάμβανον, ἀδεῶς ὥς γε καὶ ἐν οἰκείᾳ διετίθεντο. Id eſt, *Prædones cum illi ſe ad ipſorum amicitiam adjunxiſſent, in continentem etiam ſe intulerunt, multiſque incommodis etiam eos qui navigare non ſolebant, affecerunt. idque non extra ſociorum ſuorum fines duntaxat, verum in ipſa etiam Italia. nam & quod majores quæſtus illinc ſe conſequuturos, & aliis majorem terrorem injectum iri ſperabant, ſi ne ab ea quidem abſtinerent: cum in alias ejus urbes, tum in ipſam Oſtiam ſuas naves appulerunt: ibique Romanorum naves incenderunt: omniaque diripuerunt: & tandem quaſi de reditu non cogitarent, & in terra morabantur, & eos omnes quos non interfecerant, prædamque univerſam ſecure tanquam in ſuis finibus depoſuerunt.* Hæc Dion. Oſtiæ porro ſitum & Tiberis curſus ab urbe Roma uſque in mare deſcriptionem nemo, quod ſciam, elegantius deſcripſit Procopio, lib. de bello Gottorum I. *Hottom.*

Cum Conſul populi Romani] Hic quis fuerit, adhuc reperire non potui. *Idem.*

Capta atque oppreſſa eſt] Sic Pall. omn. at Colonienſ. *deprehenſa eſt.* ex quo facit Guilielmius, *depreſſa eſt*; ut & Modius d. Epiſt. XCVII. *Gruter.* Poſſis *deprehenſa* retinere, ſi plures codices ſuffragarentur. Nam *deprehendi* dicuntur qui improviſi ſubito obruuntur & occupantur. Florus II, 12: *Paullo Conſule cum majora & crebra eſſent impoſita præſidia, per alias vias Macedonia deprenſa eſt.* Livius 38, 21: *Erant deprehenſi genere pugnæ, in quod minus apti ſunt.* Plura exempla ubique obvia ſunt. *Grævius.*

Tantane unius hominis] *Tantamne*, ſine controverſia reponendum, ut ad vocabulum *lucem* referatur. *Hottomann.* *Tantamne unius hominis*] Sic eſſe legendum vincit cod. manuſcr. antiquiſſimus, cum libri vulgati habeant, *tantane*, &c. Lambinus.

Intra Oceani oſtium] A freto Herculeo, unde Oceanus in mediam terram influit. *Hottom.* *Intra Oceani oſtium*] Accedit eis Guilielmius, qui maluerunt *Oceanum oſtium*, quod & Salluſtius dixiſſet *Oceanum mare.* at auribus meis injucunda eſt vox *oſtium*, cupiamque mutatam alia. *Gruterus.*

Prætereunda non ſunt] Sic omnes alii libri. quare nihil auſim immutare. planius tamen ſingulari numero legeretur, *prætereundum non eſt.* Hottom.

Aut

Quis enim umquam aut obeundi negotii, a
quendi quaeſtus ſtudio, tam brevi tempor
adire, tantos curſus conficere potuit, quam
Cn. Pompejo duce, tanti belli impetus navig
nondum tempeſtivo ad navigandum mari Sicili
Africam exploravit, inde Sardiniam cum claſ
atque haec tria frumentaria ſubſidia reip. f
praeſidiis claſſibuſque munivit. Inde cum ſe i
recepiſſet, duabus Hiſpaniis, & Gallia Ciſalp
ſidiis ac navibus confirmata, miſſis item in o
rici maris, & in Achajam omnemque Graeciam

Aut obeundi negotii, aut conſequendi quaeſtus ſtudio] Altero negotiatores ſignificat, altero mercatores. quorum illi ſunt qui negotia in provinciis obeunt, veluti publicanorum ſocietates: Senatores etiam qui hæreditates, legata, aut nomina ſua perſequuntur: hi, qui Romam merces ab exteris nationibus important. *Hottom.*

Belli impetus navigavit] Pompeji claſſis, in qua bellum impetu & violenta quadam incurſione ferebatur. *Id.* *Belli impetus navigavit*] Fabr. Hittorp. Vuerd. *tanti belli impetus.* quod & admiſit Lambinus. *Gruterus.* His accedit Erfurt.

Qui nondum tempeſtivo ad navigandum mari, &c.] Tota hæc tranſpoſitio debetur Hitt. & Vuerd. at iſtos librorum corruptores rideamus albis dentibus, qui in Sardinia jam mari vix dum navigabili fuiſſe mentiuntur. quando ergo in Africa? quando in Cilicia? hieme ſumma ſcilicet. Guilielmius. Palatini tamen ſtant a vulgato. cui non deeſt quo ſe defendat. *Idem.*

Qui Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum claſſe venit] Hæc omnia prædonum bello in mari mediterraneo geſta ſunt. Sed *Sardiniam venit*, pro *in Sardiniam* locutio ſuſpecta eſt, quam tamen omnes ad unum cum ſcripti, tum impreſſi libri conſervant. *Hottom.* Non eſt ut ſollicitemus *inde Sardiniam.* Nam hæc ellipſis, quæ perpetua fere eſt in nominibus urbium,
nonnunquam & repertiu
bus regionum & inſularu
qui amiſſa bello patria Cypri
in Cypro. Idem xx, 4:
mo, mox Babyloniam . . . pr
Ægyptum, in Babylonia
Inde regreſſus Cretam & La
contenderat pro in Cretam
poſt Codex Colonienſis:
liam, quod merito probat
vide quæ notavi ad 11 ad A

Duabus Hiſpaniis] Ean
& alteram, quæ eſt ultra
men. *Hottom.*

Gallia Ciſalpina] Itali
pibus ad Rubiconem f
Gallia dicta eſt ab iis Gal
quinio Priſco (ut Livius
demonſtrat) regnante,
urbem captam annis, Alp
mediam prope Italiam
Hanc igitur Romani *Ciſal*
ram vero, unde venerant,
vocarunt. Cæſar hanc *Ul*
lam *Citeriorem* perpetuo ap
Et Gallia Ciſalpina] Pal.
& Turingicus *Tranſalpina.*
Guilielm. & quod propin
niis, & quod nuper ab i
devicta. poſtea Colonienſ
matis: minus remote a c
tione loquendi. *Gruterus.*
Galliam Tranſalpinam a
ctam eſſe. Nam Narbon
fuit ſubjugata, reliquam
Iul. Cæſar.

Italiae duo maria maximis claſſibus firmiſſimiſque praeſi-
diis adornavit: ipſe autem, ut a Brundiſio profectus eſt,
undequinquageſimo die totam ad imperium populi Ro-
mani Ciliciam adjunxit: omnes, qui ubique praedones
fuerunt, partim capti interfectique ſunt, partim unius
hujus imperio ac poteſtati ſe dediderunt. Idem Cretenſi-
bus, cum ad eum uſque in Pamphiliam legatos depreca-
toreſque miſiſſent, ſpem deditionis non ademit, obſides-
que imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam
longe lateque diſperſum, quo bello omnes gentes ac na-
tiones premebantur, Cn. Pompejus extrema hieme appa-
ravit, ineunte vere ſuſcepit, media aeſtate confecit. Eſt 13
haec divina atque incredibilis virtus imperatoris. quid
ceterae, quas paullo ante commemorare coeperam, quan-
tae atque quam multae ſunt? non enim ſolum bellandi
virtus in ſummo atque perfecto imperatore quaerenda
eſt: ſed multae ſunt artes eximiae hujus adminiſtrae co-
mi-

Italiae duo maria] Adriaticum & Tyrrhenum. *Hottom.*

Ut a Brundiſio profectus eſt] Sic Pall. Hittorp. Vuerd. Erfurt. omiſerunt *a.* Guilielmius malebat, *a Brundiſio profectus eſt.* Gruterus.

Unde quinquageſimo die] Florus in epitome, *intra quadrageſimum diem.* Hottom.

Idem Cretenſibus] Prædonibus, qui Cretam inſulam occuparunt, quos Q. Metellus eo cum imperio miſſus, oppugnabat. Florus in Epit. *Idem.* Non occuparant inſulam, ſed Cretenſes defenderant piratas, quos perſequebatur Antonius, dimiſſis cum ſuperbo reſponſo legatis, quos ea de re quæſtum Antonius miſerat. teſte Appiano.

Uſque in Pamphiliam] Non diſplicet Guilielmio Colon. lectio, *uſque Pamphiliam.* Gruterus.

Legatos deprecatoreſque miſiſſent] Oppugnati a Metello legatos ad Cn. Pompejum miſerunt, ut ſi facultas eſſet, inſulam ei potius quam Metello dederent, quem ſatis intelligebant acerrimum de ipſis ſupplicium ſumpturum eſſe. Pompejus ut fructum ejus laudis Metello præcerperet, L. Octavium legatum ad Metellum miſit: ut ab oppugnatione deſiſteret: ipſeque legatus in urbem ingreſſus piratis contra Metellum præſidium tulit: ſed Metellus nihilominus obſeſſos in deditionem compulit, & in eos pro ſuo jure animadvertit. Hæc cum ita ſe habeant, tamen oratorie Tullius quæ ſumma vituperatione digna ſunt, laudi & gloriæ vertit. *Hottom.*

Extrema hieme apparavit] Plutarchus confectum bellum ſcribit ſpatio trium menſium. Appianus ſic, *Intra ſeptuaginta dies omnes piratarum naves, id eſt, amplius trecenta in ejus poteſtatem venere, partim vi capta, partim ipſi dedita: centum autem & XX diebus cunctas illorum urbes, arces, perfugia, caſtella, receptacula in ditionem populi Romani redegit, caſis ipſorum plus minus decem millibus.* Idem.

Multa ſunt artes eximiæ] *Artes eximiæ*, virtutes: ut libro de Finibus II.
ubi

cellere ceteris, cujus legiones ſic in Aſiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, ſed ne veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur? Iam vero, quemadmodum milites hibernent, quotidie ſermones ac literae perferuntur. non modo ut ſumtum faciat in militem nemini vis affertur: ſed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hiemis enim, non avaritiae perfugium majores noſtri in ſociorum atque amicorum

14 tectis eſſe voluerunt. Age vero ceteris in rebus quali ſit temperantia conſiderate. Vnde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem curſum inventum putatis? non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quaedam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in ultimas terras pertulerunt: ſed hae res, quae ceteros remorari ſolent, non retardarunt: non avaritia ab inſtituto curſu ad praedam aliquam devocavit, non libido ad voluptatem, non amoenitas ad delectationem, non

ANONYMUS.

Sed ne veſtigia quidem] Semper qui rapit manus ſuæ veſtigia relinquit. metro farrem Marcello Mario exercitatus, id eſt bella commiſſa.

VARIORUM.

Sic in Aſiam pervenerunt] Bello maritimo in Ciliciam & Pamphiliam. *Hott.*

Non modo manus] Non modo nihil rapuiſſe, ſed ne pedem quidem ubi non licebat poſuiſſe dicatur. *Idem.*

Quali ſit temperantia] Pall. fere *qualis*, quod & in olim cuſis & V. ac B. ſed Hitt. *qua.* unde minimo negotio fiat *qua ſit*, quomodo placebat Modio noſtro. *Gruterus.*

Incredibilem curſum initum] Rectius putarem *inventum*: ut in aliis codicibus quam multis. ut ſit ſenſus, quanam arte tanta celeritas reperta eſt? quæ res tantæ celeritati cauſam præbuit? nam *unde initus ſit curſus*, quærimus pro, ex quo loco cœpit quis currere. quæ ſententia huic loco nulla ratione convenit. *Hottom.* *Incredibilem curſum natum putatis?*] Cum mendoſe legatur in codicibus vulgatis partim, *initum*, partim, *inventum* (quod proximum tamen in uno manuſcript. reperi,) ego utroque damnato, *natum*, repoſui. *Lambinus.*

Incredibilem curſum inventum] Non potui excludere iſtud, inventum in Pall. & Guilielmianis omnibus: quamvis diſplicuerit Lambino qui ſuppoſuit *natum*. mecum facit Modius, qui videatur Epiſt. XCVII. quid quod *initum* illud vulgatum reſpuunt editiones antiquiores: quas nemo conſulet ſine fructu. ſic *inventa ſalutis*, eſt pro Sulla. *Grut.*

Ab inſtituto curſu] Tangit Luculli factum, quem avaritia a perſequendo Mithridate retardatum dixit ſupra. *Hott.*

Devocavit] Sic habet codex ille Saxonicus, pro quo vulgati mendoſe *revocavit*. Fr. Fabrit. *Devocavit*] Sic habet codex ille Fabricianus, ſæpe a me laudatus, pro quo vulgati habent, *revocavit*, mendoſe. *Lamb.* *Ad prædam devocavit*] Eſt a pleriſque Pall. quibus ſecundas faciunt. B. H. V. E. Guilielmiani, antea erat *revocavit*. maluiſſem *ſeovocavit*, quam prius vulgatum. *Gruter.*

Non

non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipſe ad quietem. poſtremo ſigna & tabulas, ceteraque ornamenta Graecorum oppidorum, quae ceteri tollenda eſſe arbitrantur, ea ſibi ille ne viſenda quidem exiſtimavit. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompejum, ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de coelo delapſum intuentur: nunc denique incipiunt credere, fuiſſe homines Romanos hac quondam abſtinentia: quod jam nationibus exteris incredibile, ac falſo memoriae proditum videbatur. nunc imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet: nunc intelligunt, non ſine cauſa majores ſuos tum, cum hac temperantia magiſtratus habebamus, ſervire populo Romano, quam imperare aliis maluiſſe. Iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberae querimoniae de aliorum injuriis eſſe dicuntur; ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis eſſe videatur. Iam quantum conſilio, quantum dicendi gravitate & copia valeat, in quo ipſo ineſt quaedam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipſo in loco ſaepe cognoſtis. Fidem vero ejus inter ſocios quantam exiſtimari putatis, quam hoſtes omnis omnium generum ſanctiſſimam judicarint? Hu-

Non nobilitas urbis] Athenas, opinor, ſignificat: quo ingreſſum Pompejum Plutarchus ſcribit rem ſacram feciſſe, & habita concione continuo deceſſiſſe. *Hotom.*

Quae ceteri tollenda eſſe arbitrantur] Ipſe de ea re in Verrina VII. ſic ſcribit: *At iſtorum villae ſociorum fideliſſimorum & plurimorum pulcherrimis ſpoliis ornatae refertaeque ſunt. ubi pecunias exterarum nationum eſſe arbitramini, quibus nunc omnes egent, cum Athenas, Pergamum, Cyzicum, Miletum, Chion, Samum, totam denique Aſiam, Achajam, Graeciam, Siciliam jam in paucis villis incluſas eſſe videtis?* Idem.

Homines Romanos hac quondam abſtinentia] Exempla veteris continentiae vide apud Valerium Maxim. libro IV. cap. III. & quod ſupra ex Athenaeo memoravimus. *Idem.*

Nunc imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet] Meliores Palatini, *veſtri* et Colon. praeterea, *illis gentibus lucem afferre coepit.* Gruterus. Sic & Erfurt. non male. *Graevius.*

Vos Quirites, hoc ipſo in loco] Colon. *vos quoque*, quod placet Modio, niſi potius quod putet *vos quoque Quirites ſaepe hoc loco cognoſtis.* Epiſtol. LXIX. *Gruterus.*

Quam hoſtes omnium gentium, ſanctiſſimam] Melius membranae illae: *Quam hoſtes omnes omnium generum ſanctiſſimam.* Fr. Fabrit. *Quam hoſtes omnes omnium generum, ſanctiſſimam*] Sic habent & noſtri libri veteres Memmian. Cleric. & Fabricianus, vulgati autem, *quam*

Humanitate jam tanta eſt, ut difficile dictu ſit, utrum hoſtes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an manſuetudinem victi dilexerint. Et quiſquam dubitabit, quin huic hoc tantum bellum hoc tranſmittendum ſit, qui ad omnia noſtrae memoriae bella conficienda divino quodam conſilio natus eſſe videatur? Et, quoniam auctoritas multum in bellis quoque adminiſtrandis, atque imperio militari valet, certe nemini dubium eſt, quin ea re idem ille imperator plurimum poſſit. Vehementer autem pertinere ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocii de imperatoribus veſtris exiſtiment, quis ignorat, cum ſciamus, homines in tantis rebus ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famae, quam aliqua certa ratione com-

quam hoſtes omnium gentium, ſanctiſſ. ſpecioſe quidem, & tolerabiliter, ſed, quia aliter, quam eſt in libris veteribus, non recte. *Lambinus.* *Quam hoſtes omnium gentium ſanctiſſimam judic.*] Lambinus ex Fabr. *omnes omnium gentium.* neque aliter membranæ quas excuſſit Guilielmius. ſed tamen vulgatam putat haud pejorem, ſi non meliorem. hæc enim eleganter ſceleſtiſſimos hoſtes opponit fidei ſanctiſſimæ. *Gruterus.* Erfurt. æque ut multi alii MSS. *quam hoſtes omnes omnium generum.* Cur reſpuemus? *Gravius.*

Tantum bellum hoc tranſmittendum] Id eſt, committendum, mandandum: ut ſupra ab initio, *Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putavi.* id eſt, tribuendum & impendendum. *Hotom.* *Et quiſquam dubitabit quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit*] Ita eſt in vulgatis libris, neque male: a Lucullo tranſmittendum ad Pompejum. Amici mei lectio, qui *committendum* reponebat, haberet locum, ſi ageretur de fide Imperatoris, non de felicitate potiſſimum. non negarim tamen etiam de felicitate *committi* poſſe dici: at illud magis proprium, quod Lucullus ob adverſam fortunam revocatus eſſet. *F. Urſinus.* *Tantum bellum tranſmittendum*] Col. *permittendum*, in quod inclinant Guilielmius & Modius, verum cum in noſtris omnibus perſtet alterum, minus notum librariis, haud facile id vulgatiore iſto vocabulo permutaverim. Videatur tamen Modius Novantiq. epiſtola, LXIX. *Gruter.* Et Erfurt. addidi *hoc*, quod in aliis deſideratur. *Gravius.*

Ad omnia veſtrae memoriae bella] *Noſtra*, pro *veſtra* magis placet, ut eſt in antiquo. *F. Urſinus.*

Quoniam auctoritas multum in bellis] *Auctoritatem* dicit gravem & vehementem opinionem de alicujus ſingulari virtute ac magnitudine conceptam. *Hottom.*

Quin ea in re] Quidam exiſtimant, legendum, *quin ea re*, &c. Lamb.

Opinione non minus fama, quam] Colonienſ. *ac fama*, quod rectum putat Guilielmius. aut enim inquit, ſuſpicionibus, aut rumoribus hominum temere credimus, verum eſt: ſed nihil hic mutandum, *opinio fama* eſt hic ipſa fama; vel potius exiſtimatio ac rumor a fama natus. nam *opinari*, notare loqui ac ſentire de aliquo in hanc vel illam partem, diu eſt quod prodiderunt Critici; & inprimis inſignis ille Petrus Faber libro III. Semeſtrium. *Grut.*

Tanta

commoveri? Quod igitur nomen umquam in orbe terrarum clarius fuit? cujus res geſtae pares? de quo homine vos, id quod maxime facit auctoritatem, tanta & tam praeclara judicia feciſtis? An vero ullam uſquam eſſe oram tam deſertam putatis, quo non illius diei fama pervaſerit, cum univerſus populus Romanus referto foro, repletiſque omnibus templis, ex quibus hic locus conſpici poteſt, unum ſibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompejum imperatorem depoſcit? Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum hujus auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompejo omnium rerum egregiarum exempla ſumantur: qui, quo die a vobis maritimo bello praepoſitus eſt imperator, tanta repente vilitas annonae ex ſumma inopia & caritate rei frumentariae conſecuta eſt, unius hominis ſpe & nomine, quantum vix ex ſumma ubertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet. Iam accepta in Ponto calamitate, ex

Tanta & tam præclara judicia feciſti] Cum eques adhuc Romanus ante ætatem ſenatoriam triumphavit, adhuc Quæſtor tamen proconſulari imperio adverſus Sertorium miſſus ſit: iterum eques triumpharit: conſulatum ante alios magiſtratus geſſerit: ut infra. *Hott.*

Repletiſque omnibus templis] Quæ circum forum ſunt. auctor libri de optimo genere orat. & Aſconius in Miloniana. *Idem.*

Ex quibus hic locus conſpici poteſt] Sic in oratione pro Mil. in procem. *quos undique intuentes, unde aliqua pars fori adſpici poteſt, & hujus exitum judicii exſpectantes, videtis*, &c. Lamb.

Ad commune omnium gentium bellum] Maritimum. *Hottom.*

Tanta repente vilitas annonæ] Quippe mercatores ſimul ut Pompejum maritimo bello præpoſitum audierunt, confiſi fore ut prædones ex maritimis locis profugerent, & libera eſſet navigatio, magnum frumenti numerum Romam adduxerunt. Appianus, Plutarchus. *Id.*

Tanta repente vilitas annonæ ex ſumma, &c.] Hittorp. *repentina*, quod mutat Gulielm. in *repentino*. Modius ait in ſuo ſcripto non reſtare dictionem *annonæ*, putatque commodius abeſſe. *Gruterus.*

Unius ſpe ac nomine] Aliquando ſuſpicabar, *unius hujus ſpe.* ſed nunc non abhorreo ab Hittorp. & Vuerd. *unius hominis ſpe.* de quo item adeatur Modius Epiſtol. LXIX. *Idem.* Deſideratur ſane *hominis*, idque ex optimis codicibus, quorum bonitas omnibus in locis, ubi fere diſcrepant, elucet, recepi, adſtipulante Erfurtenſi. *Græv.*

Vix ex ſumma ubertate &c.] Colon. *vix in ſumma*, quod præponit vulgato Modius ibidem. mihi ſecus videtur. *Gruterus.*

Iam accepta in Ponto calamitate] C. Triario devicto. *Hottom.* *Iam accepta*] Delevi hic *vero*, & paullo poſt voculam *cum*, ſecutus cum Pall. meos, aliorumque ſcriptos. *Gruter.* Iis accedunt Erfurt. Dreſd. & uterque Francii.

ex eo praelio, de quo vos paullo ante invitus admonui; cum ſocii pertimuiſſent; hoſtium opes animique crevıſſent; ſatis firmum praeſidium provincia non haberet, amiſiſſetis Aſiam, Quirites, niſi ad ipſum diſcrimen ejus temporis divinitus Cn. Pompejum ad eas regiones fortuna populi Romani attuliſſet. Hujus adventus & Mithridatem inſolita inflammatum victoria continuit, & Tigranem magnis copiis minitantem Aſiae retardavit. Et quiſquam dubitabit, quid virtute profecturus ſit, qui tantum auctoritate profecerit? aut quam facile imperio atque exercitu ſocios & vectigalia conſervaturus ſit, qui ipſo nomine ac rumore defenderit?

16 Age vero, illa res quantam declarat ejuſdem hominis apud hoſtes populi Romani auctoritatem, quod ex locis tam longinquis, tamque diverſis tam brevi tempore omnes huic uni ſe dediderunt? quod Cretenſium legati,

cum

Niſi ad id ipſum temporis] Sic repoſui, codicem manuſcriptum ſecutus. nam in vulgatis non eſt præpoſitio, *ad*, quæ neceſſaria eſt. *Lambinus.* *Niſi ad id ipſum ejus temporis*] Sic vett. edd. neque abeunt, aliquot Pall. aliud quid latet; vel, *niſi illo ipſo puncto temporis*, vel ſimile quid. Colonienſe exemplar quoque non male, *niſi ad ipſum diſcrimen ejus temporis.* quod laudant Guilielm. ac Modius Epiſt. LXIX. ſed mihi vix dubium ſit, interpolatum quoque illud ipſum. *Gruterus.* Hic vero veteris codicis Colonienſis, quem conſuluit Modius, ut & Erfurtenſis, quem ipſe inſpexi, ſcriptura elegantiſſima utraque manu eſt amplectenda. Nam *diſcrimen* in aliis codicibus excidit, ſicut in aliis libris excidit quoque *ad.* *Ad ipſum ejus temporis diſcrimen* eſt illo ipſo tempore, cum ſumma illius provinciæ res ageretur, cum amittenda Aſia eſſet aut ſervanda. Cic. II ad famil. epiſt. 7: *Quod in id reip. tempus non incideris, ſed veneris, judicio enim tuo, non caſu in ipſum diſcrimen rerum contuliſti tribunatum tuum.* Quod hic *in ipſum diſcrimen rerum contuliſſe tribunatum ſuum Curionem*, ibi dicitur *ad ipſum ejus temporis diſcrimen fortunam Pompejum attuliſſe ad illas regiones.* Idem in iiſdem epiſtolis: *Quam recordare tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina incidiſſe ſalutis fortunarumque communium.* Græv.

Ad eas regiones] Maritimo bello, ad Pamphiliam & Ciciliam. hujus rei nulla in hiſtoriis mentio. *Hottom.*

Inſolita inflammatum victoria] Colon. *ſolita.* unde Guilielmius ſuſpicatur verum eſſe *ſolida.* Gruterus.

Omnes una huic ſe dediderunt?] Haud aliter Pall. ſed melius Turing. Vuerd. Colon. *Omnes huic ſe uni ded.* nam una qui poterant tam diverſi ac a ſe invicem tam remoti. *Idem.*

Quod Cretenſium legati, &c.] Colonienſe exemplar, *quod communi Cretenſium leg.* adeo ut nihil certius ſit quam immittendum, ut placebat Guilielmio, præpoſitionem, ſcribendumque *quod a communi Cretenſium &c.* Sic Frument. in Verrem, *cui ſtatua ſtant Romæ inaurata a communi Sicilia &c.* Vult ergo, communiter ab omnibus Cretenſium

po-

[redacted]

n eorum inſula noſter imperator exercituſque eſ- l Cn. Pompejum in ultimas prope terras venerunt, ſe omnes Cretenſium civitates dedere velle di- t? Quid? idem iſte Mithridates, nonne ad eun- Cn. Pompejum legatum uſque in Hiſpaniam miſit, uem Pompejus legatum ſemper judicavit: ii, qui- mper erat moleſtum, ad eum potiſſimum eſſe miſ- ſpeculatorem, quam legatum judicari maluerunt? tis igitur jam conſtituere, Quirites, hanc aucto- n, multis poſtea rebus geſtis, magniſque veſtris is amplificatam, quantum apud illos reges, quan- apud exteras nationes valituram eſſe exiſtimetis. uum eſt ut de felicitate, quam praeſtare de ſe ipſo poteſt, meminiſſe & commemorare de altero nus, ſicut aequum eſt homini de poteſtate deo- timide & pauca dicamus. Ego enim ſic exiſtimo: mo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis im-

miſſos legatos. quod tametſi [illegible] tamen in hac Pompejana lau- [illegible] M. Tullio, [illegible] ſe quidem ipſe, quam dedi- [illegible] viden- d Plutarchum. *Gruterus.*

ultimas prope terras] Elate, pro *in* [illegible]. Hotoman. Nobilitate. Ro- im ultimas terras & extremas [illegible] longiſſime Roma dis- [illegible] imperii re- [illegible] ſitas. Poëta: *Extremique Morini.* Sic & Graeci, ut [illegible] [illegible] χαρίεντες. Gru-

idem ipſe Mithridates] Liber . habet: *Quid? idem iſte*, &c. do fortaſſe legendum eſt: quaſi atem, cum quo bellum geren- , judicet. *Lambinus.*

in Hiſpaniam] Cum quaeſtor Sertorium pro Conſule miſſus [illegible]

Pompejus legatum ſemper judi- [illegible] & [illegible] *eum quem* [illegible] quam ſuaviter.

[illegible] Guilielm. *Gruterus.* Sic & Er- furt.

Ii quibus ſemper erat moleſtum, &c.] Illud *ſemper* aberat Baſilicano Colon. quod tamen ceteri libri agnoſcunt. ita- que [illegible] putabat Guilielmius, *ii quibus per eras moleſtum.* & amat hanc [illegible] hic noſter ad Atticum lib. I. Epiſt. poſtrema: *Per mihi, per, inquam,* *gratum feceris*, &c. iterum lib. v. Epi- [illegible] & lib. [illegible] Epiſt. I. (*Idem.*) In Francii optimo *ſemper* non legitur. Sed legitur in Erfurt. Non inſuavis eſt hujus vocis repetitio. *Graevius.*

Ad eum potiſſimum eſſe miſſum] Cum ipſe Quaeſtor tantum: alii qui idem bellum adminiſtrabant Q. Metellus, M, Perpenna, Conſulares eſſent. *Hoto- manus.*

Maximo, Marcello, Scipioni, Mario] Horum omnium vitae & res geſtae a Plu- tarcho & aliis conſcriptae ſunt. ex qui- bus quae ad hunc locum pertinebant, deligere eſt melius. nobis enim non hi- ſtoriam ſcribere propoſitum eſt, ſed quaſi digitos ad fontes intendere. *Idem.*

imperatoribus, non ſolum propter virtutem, ſed etiam propter fortunam ſaepius imperia mandata, atque exercitus eſſe commiſſos. Fuit enim profecto quibuſdam ſummis viris quaedam ad amplitudinem & ad gloriam, & ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna. De hujus autem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac utar moderatione dicendi, non ut in illius poteſtate fortunam poſitam eſſe dicam, ſed ut praeterita meminiſſe, reliqua ſperare videamur, ne aut inviſa diis immortalibus oratio noſtra, aut ingrata eſſe videatur. Itaque non ſum praedicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiaeque, terra marique, quantaque felicitate geſſerit: ut ejus ſemper voluntatibus non modo cives aſſenſerint, ſocii obtemperarint, hoſtes obedierint: ſed etiam venti tempeſtateſque obſecundarint. hoc breviſſime dicam, neminem umquam tam impudentem fuiſſe, qui a diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas dii immortales ad Cn. Pompejum detulerunt. quod ut illi proprium ac perpetuum ſit, Quirites, cum communis ſalutis atque imperii, tum ipſius hominis cauſa, ſicuti facitis, velle & optare debetis. Quare cum & bellum ita neceſſarium ſit, ut negligi non poſſit: ita magnum, ut accuratiſſime ſit adminiſtrandum: & cum ei imperatorem praeficere poſſitis, in quo ſit eximia belli ſcientia, ſingularis virtus, clariſſima auctoritas, egregia fortuna, dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni, quod vobis a diis immortalibus oblatum & datum eſt, in rempublicam conſervandam atque amplifican-

Et ad gloriam] Sic recte Erfurt. Dreſdenſis, male *ad* omittitur in aliis. *Gravius.*

Divinitus adjuncta fortuna] Æſchylus: Θεῦ δὲ δῶρον ἐστιν εὐτυχεῖν βροτοῖς. *Donum Dei eſt mortalibus felicitas.* Ariſtoteles quoque fatetur τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι θεόδοτον. *felicitatem a Deo dari.* vide libellos Plutarchi de fortuna Romanorum & Alexandri.

Quod vobis a diis immortalibus] Diſertim Hitt. & Vuerd. expreſſerant illud *vobis*, ut viri docti conjecerant, quod hactenus defuit editis libris. *Græv.* Suffragatur Erfurt. qui mox ſcribit, *in republica conſervanda atque amplificanda.*

ANO-

candam conferatis? Quod ſi Romae Cn. Pompejus privatus eſſet hoc tempore: tamen ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus. nunc, cum ad ceteras ſummas utilitates haec quoque opportunitas adjungatur, ut in iis ipſis locis adſit, ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, accipere ſtatim poſſit, quid exſpectamus? aut cur non ducibus diis immortalibus eidem, cui cetera ſumma cum ſalute reipublicae commiſſa ſunt, hoc quoque bellum regium committimus? 17
At enim vir clariſſimus, amantiſſimus reipublicae, veſtris beneficiis ampliſſimis affectus, Q. Catulus: itemque ſummis ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii praeditus, Q. Hortenſius ab hac ratione diſſentiunt:

ANONYMUS.

Ipſis locis adſit] Grabrio erat in Aſia. hoc eſt in Mithridatico bello & Pompejus in maritumo. hoc ergo dicit. quod ſi data fuerit Pompejo poteſtas. juxta eſt ut citius poſſit accipere a Grabrione exercitus.

VARIORUM.

Ut in his ipſis locis adſit] In praedonum bello, nam Appianus in Mithridatico ſic ſcribit, Ἐπεὶ δὲ τούτοις ὀξέως τε οὕτω καὶ παραδόξως γενομένοις, οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Πομπήιον μέγα ἐπαίροντες ἔτι ὄντα περὶ Κιλικίαν, εἵλοντο τοῦ πρὸς Μιθριδάτην πολέμου στρατηγὸν, ἐπὶ τῆς ὁμοίας ἐξουσίας αὐτοκράτορα ὄντα, ὅπῃ θέλοι, συντίθεσθαί τε καὶ πολεμεῖν, καὶ φίλους ἢ πολεμίους Ῥωμαίοις οὓς δοκιμάσειε ποιεῖσθαι. στρατιᾶς τε πάσης ὅση πέραν ἐστὶ τῆς Ἰταλίας, ἀρχὴν ἔδωκαν ἅπασαν οὐδενί πω πρότερον· καὶ τάδε ὁμοῦ πάντα ἐδόθη. καὶ ἴσως αὐτὸν καὶ διὰ τάδε μέγαν στρατηγὸν ὀνομάζουσιν. Id eſt, *His ita celeriter & praeter omnium opinionem confectis, Romani Pompejum, qui tum adhuc erat proxime Ciliciam, majorem in modum efferentes, elegerunt ducem belli Mithridatici, cum eodem ſummo imperio ac poteſtate, ut quacunque ratione vellet & paciſceretur, & bellum gereret, & amicos aut hoſtes Romanis, quos illi videretur, faceret; exercituſque omnis qui extra Italiam eſſet, imperium ei dederunt, quae nemini adhuc omnino antea ſimul omnia data fuerant, & fortaſſe eum etiam ob eam cauſam magnum Imperatorem appellant.* Hottom.

Hoc quoque regium bellum committimus] Optimi e mſſ. *committamus.* unde fit ut admodum placeat ſcriptura Hittorp. *commendamus.* Gruterus.

At enim vir clariſſimus, amantiſſimus reip. veſtris beneficiis] Τὸ *amantiſſimus* acceſſit e veteri illo codice, & abeſt copula, *&*, quae in vulgatis redundat. *Fr. Fabrit.* *At enim vir clariſſimus, amantiſſimus reip. veſtris beneficiis*] Abeſſet vox, *amantiſſimus*, a libris vulg. quae reperitur in libris manuſcr. *noſtris*, & Fabric. & copulatio, *&*, redundabat in illis, quae in his non comparet, neque eſſe debet. *Lambinus.* *Amantiſſimus reip.*] Sic praeter Fabr. Hittorp. & Vuerd. prius deſiderabatur illud *amantiſſimus*. Gruterus. Sic & Erfurt.

Veſtris ampliſſimis beneficiis affectus Q. Catulus] Omnibus functus honoribus. Conſulatu quidem XII ab hinc annis, collega Aemylio Lepido: nam haec ſunt populi beneficia, ut ſaepe dixi. *Hottom.*

Summis ornamentis honoris] Omnes adepti magiſtratus. Conſulatum autem ante annos tres, collega C. Caecilio Metello. *Idem.*

tiunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuiſſe, & valere oportere confiteor: ſed in hac cauſa, tametſi cognoſcitis auctoritates contrarias virorum fortiſſimorum & clariſſimorum, tamen, omiſſis auctoritatibus, ipſa re & ratione exquirere poſſumus veritatem: atque hoc facilius, quod ea omnia, quae adhuc a me dicta ſunt, iidem iſti vera eſſe concedunt, & neceſſarium bellum eſſe & magnum, & in uno Cn. Pompejo ſumma eſſe omnia. Quid igitur ait Hortenſius? Si uni omnia tribuenda ſunt, unum digniſſimum eſſe Pompejum: ſed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obſolevit jam iſta oratio, re multo magis quam verbis refutata. Nam tu idem, Quinte Hortenſi, multa, pro tua ſumma copia ac ſingulari facultate dicendi, & in ſenatu contra virum fortem A. Gabinium,

Omiſſis auctoritatibus, ipſa re ac ratione] Similiter lib. 1. de nat. Deor. *Non tam*, inquit, *auctoritatis in diſputando, quam rationum momenta quærenda ſunt*: cujus fere conſimilis eſt apud Platonem ſententia, in dialogo qui Laches inſcribitur, ἐπιστήμῃ γὰρ οἶμαι δεῖ κρίνεσθαι, ἀλλ᾽ οὐ πλήθει, τὸ μέλλον καλῶς κρίνεσθαι. Hottom.

Ad unum tamen omnia deferri non oportere] *Deferri* hac lege ad Pompejum omnia Plutarchus docet in ejus vita, his verbis, quæ quia ad hunc locum intelligendum magnopere conducunt, ſubſcribemus: Γράφει νόμον εἰς τὴν δημαρχίαν Μανίλιος (Μάλλιος legitur in libris quos vidi omnibus) ὅσης Λεύκολλος ἄρχει χώρας καὶ δυνάμεως, Πομπήϊον παραλαβόντα πᾶσαν. προσλαβόντα δὲ καὶ Βιθυνίαν ἣν ἔχει Γλαβρίων, πολεμεῖν Μιθριδάτῃ καὶ Τιγράνῃ τοῖς βασιλεῦσιν. ἔχοντα καὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν, καὶ τὸ κράτος τῆς θαλάσσης, ἐφ᾽ οἷς ἔλαβεν ἐξ ἀρχῆς. τοῦτο δὲ ἦν ὑφ᾽ ἑνὶ συλλήβδην γενέσθαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ὧν γὰρ ἐδόκει μόνων ἐπαρχιῶν μὴ ἀφικνεῖσθαι τῷ προτέρῳ νόμῳ, Φρυγίας, Λυκαονίας, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Κιλικίας, τῆς ἄνω Κολχίδος, Ἀρμενίας, αὗται προσετίθεντο μετὰ στρατοπέδων, καὶ δυνάμεων, αἷς Λεύκολλος κατεπολέμησε Μιθριδάτην καὶ Τιγράνην. *Manilius*, inquit, *unus e Tribunis pl. legem fert, ut provincia tota cui Lucullus præfuiſſet, omneque illius imperium Pompejo tranſmitteretur: adjungeretur etiam Bithynia, qua Glabrioni obvenerat: itaque bellum adverſus reges Mithridatem & Tigranem adminiſtraret: hoc amplius, claſſem quoque & copias omnes navales haberet, quas initio belli maritimi habuerat: quod quidem aliud nihil erat, quam ad unum univerſum plane Romanorum imperium deferri: quas enim ſolas ſuperiore lege provincias non videbatur habuiſſe, Phrygiam, Lycaoniam, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam, Cholchidem ſuperiorem, Armeniam, hæ omnes adjuncta atque attributa ſunt, una cum exercitu & copiis, quibus Lucullus Mithridatem & Tigranem reges devicerat.* Idem.

Obſolevit jam iſta oratio] Rejecta ac repudiata eſt: tranſlate dicitur ab iis, quæ ex uſu remota rejiciuntur. *Idem.*

Contra virum fortem A. Gabinium] Tribunum pl. qui legem tulit de adminiſtratione belli maritimi Pompejo mandanda. Extant apud Dionem Gabinii

nium, graviter ornateque dixiſti, cum is de uno imperatore contra praedones conſtituendo legem promulgaſſet: & ex hoc ipſo loco permulta item contra legem eam verba feciſti. Quid? tum, per deos immortales, ſi plus apud populum Romanum auctoritas tua, quam ipſius populi Romani ſalus & vera cauſa valuiſſet, hodie hanc gloriam atque hoc orbis terrae imperium teneremus? An tibi tum imperium eſſe hoc videbatur, cum populi Romani legati, praetores quaeſtoreſque capiebantur? cum ex omnibus provinciis commeatu & privato, & publico prohibebamur? cum ita clauſa nobis erant omnia maria, ut neque privatam rem tranſmarinam, neque publicam jam obire poſſemus? Quae civitas antea umquam fuit, non dico Athenien- 18
ſium,

binii & Catuli orationes contrariæ: idemque Dion & præterea Plutarchus auctores ſunt, legem magna Senatus diſſenſione latam eſſe: & alterum Conſulem cum vehementius legi refragaretur, prope a plebe diſcerptum fuiſſe. Catulum quidem ſumma contentione primum repugnaſſe: ſed poſtea cognito tanto populi ſtudio atque voluntate, deſtitiſſe. Cicero autem in orat. pro Cornelio, apud Aſconium, & ipſe quoque Aſconius L. Trebellium Tribunum pl. pertinaciter interceſſiſſe ſcribunt, Senatuique promiſiſſe, moriturum ſe ante, quam illa lex perferretur: cum Aulus Gabinius introvocare tribus cœpit, ut Trebellio magiſtratum abrogaret: & aliquamdiu Trebellium ea re non perterritum adfuiſſe, perſtitiſſeque in interceſſione, quod omnia magis, quam perſeveraturum eſſe Gabinium arbitrabatur: ſed poſtquam x & VII tribus rogationem acceperunt, & una mens eſſet populi qui ſupererat, ut juſſum conficeret, remiſit interceſſionem Trebellius: atque legem Gabinius de piratis perſequendis pertulit. Qua de re etiam Dion eodem loco meminit. *Hottomanus.*

Ex hoc ipſo loco] Ex ſuperiore loco, ex roſtris. *Idem.*

Permulta item contra legem eam verba feciſti] Sic Hitt. & Vuerd. prius editi, *perm. idem contra legem verba fec.* Modius Epiſtola CXXIX. *Gruterus.*

Legati, Prætores, Quæſtoreſque capiebantur] De Legatis & Prætoribus ſupra dictum eſt: de Quæſtoribus nihil compertum habeo. *Hottom.*

Commeatu & publico & privato] Puto me jam ſupra dixiſſe tum ex Plutarcho, tum ex Appiano, ante conſtitutum Pompeji imperium ſummam Romæ fuiſſe rei frumentariæ caritatem & inopiam. Dion autem lib. XXXVI. ſic ſcribit: Οὔτε γὰρ ἄλλο τι τῶν ἐπακτῶν ἐφοίτα σφίσι, καὶ ἡ σιτοπομπεία παντελῶς ἀπεκέκλειστο. Idem.

Vt neque privatam rem tranſmarinam] Mercatores navigare non auderent. *Id.*

Rem tranſmarinam] Rejecta vulgata lectione, *rem maritimam*, ut ſuppoſita, hanc antiquam amplexus ſum, ut veram, & rectam. *Lambinus.* *Privatam rem tranſmarinam*] Haud aliter Hitt. & Vuerd. non ut vulgo *privatam rem maritimam*, quod in nullo Palatinorum; qui, *rem marinam.* Gruterus. Accedit Erfurt. melioribus libris.

Neque publicam jam obire] Magiſtratus qui in provincias mittebantur, proficiſci non auderent. *Hottom.*

ſium, quae ſatis late quondam mare tenuiſſe dicitur: non Karthaginienſium, qui permultum claſſe maritimiſque rebus valuerunt: non Rhodiorum, quorum uſque ad noſtram memoriam diſciplina navalis & gloria remanſit: quae civitas umquam antea tam tenuis, quae tam parva inſula fuit, quae non portus ſuos & agros, & aliquam partem regionis atque orae maritimae per ſe ipſa defenderet? At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus Romanus, cujus uſque ad noſtram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanſerat, magna ac multo maxima parte non modo utilitatis, ſed dignitatis atque imperii caruit. Nos, quorum majores An-

Quæ ſatis late quondam mare tenuiſſe dicitur] Quam late docet Dionyſius Hal. lib. I. Antiq. I. his verbis: Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ αὐτῆς μόνον ἦρξαν τῆς παραλίου, δυοῖν δέοντα ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ οὐδὲ ταύτης ἁπάσης, ἀλλὰ τῆς ἐντὸς Εὐξείνου τε Πόντου, καὶ τοῦ Παμφυλίου πελάγους, ὅτε μάλιστα ἐν θαλάττῃ ἐκράτουν. Id eſt, *Athenienſes enim ipſius tantum oræ maritimæ dominatum annos duodeſeptuaginta tenuerunt: ac neque illius quidem totius, ſed intra Euxinum Pontum & Pamphilum pelagus: quo tempore maxime maritimis viribus pollerent.* Hott. De populis, qui maris imperium tenuerunt, quos veteres Chronologi recenſuerunt, vide inprimis, quæ notavit Caſaubonus ad Polybii librum primum.

Non Carthaginienſium, qui permultum claſſe maritimiſque rebus] De Carthagienſibus Appianus in Libyco ſic ſcribit: Καὶ δυναστεύοντες ἤδη Λιβύης ἐκράτουν, καὶ πολλῆς θαλάσσης, ἐκδήμους τε πολέμους ἐστράτευον ἐς Σικελίαν, καὶ Σαρδὼ, καὶ νήσους ἄλλας, ὅσαι τῆσδε τῆς θαλάσσης εἰσὶ, καὶ ἐς Ἰβηρίαν· πολλαχοῦ δὲ καὶ ἀποικίας ἐξέπεμπον. ἥ τε ἀρχὴ αὐτοῖς ἐγένετο δυνάμει μὲν ἀξιόμαχος τῇ Ἑλληνικῇ, περιουσίᾳ δὲ μετὰ τὴν Περσικήν. Id eſt, *Cumque jam magnam potentiam adepti eſſent, Libyam ſubjugarunt, mariſque magnam partem & longinqua bella gerebant in Sicilia, Sardinia, aliiſque inſulis quæ ſunt in illo mari, etiam in Hiſpania, multaque in loca colonias mittebant; ac potentia quidem hæc illorum fuit: ut cum viribus quidem Græcorum potentiam æquarent, opibus ſecundum Perſas excellerent.* Hæc ex verſione noſtra, quam magno ſtudio inſtitutam reliquimus, quod Appiani libros & mendis refertos, & magna ex parte ex Plutarchi παραλλήλοις deſcriptos perſpeximus. Quod ſane vehementer admirati ſumus, cum eadem ætate ambo fuerint: neque Plutarchi ullam Appianus mentionem faciat. *Hottom.*

Non Rhodiorum] De Rhodiis Strabo libro XIV. his verbis: Θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ εὐνομία, καὶ ἡ ἐπιμέλεια πρός τε τὴν ἄλλην πολιτείαν καὶ τὰ ναυτικά· ἀφ' ἧς ἐθαλαττοκράτησε πολὺν χρόνον, καὶ τὰ λῃστήρια καθεῖλε. Id eſt, *Mirifica autem juris legumque conſtitutio, & cura tum de aliis quibuſque Reip. partibus, tum de rebus maritimis: ex quo factum eſt, ut diu maris imperium tenuerit, & piratas profligarit.* Idem.

Non modo utilitatis] Interceptis vectigalibus. *Idem.*

Sed etiam dignitatis] Ereptis XII ſecuribus, captis quibuſdam Legatis, Quæſtoribus, & Prætoribus. *Idem.*

An-

[redacted]

iochum regem classe Perſenque ſuperarunt, omni-
que navalibus pugnis Karthaginienſes, homines in
omnis rebus exercitatiſſimos paratiſſimosque vice-
, ii nullo in loco jam prædonibus pares eſſe po-
mus. nos quoque, qui antea non modo Italiam
m habebamus, ſed omnes ſocios in ultimis oris
oritate noſtri imperii ſalvos præſtare poteramus,
, cum inſula Delos tam procul a nobis in Aegeo
i poſita, quo omnes undique cum mercibus at-
oneribus commeabant, referta divitiis, parva,
muro nihil timebat: iidem non modo provinciis,
atque

tiochum regem claſſe Perſenque ſupe-] Antiocho apud Thermopylas & Græcia expulſo, C. Livius ... ctus Romanæ claſſis adjuvante ...ne rege Aſiæ Polyxenidam Antio... præfectum ad Corycum portum na... prælio vicerunt, tredecim naves ce... t cum milite ac remige, x demer... t. Anno inſequente L. Æmylius ...lus, qui Livio ſucceſſerat, eun... Polyxenidam ad Myoneſum navali ... vicit, XLII navibus in ea pugna ...s: quarum XIII captæ in poteſta... ipſius venerunt, cæteræ incenſæ ...merſæ. Hæc ex Livio libro XXXVI, ...XVII. De Perſe navali pugna ſupe... apud Plutarchum nulla ſuſpicio: potius ſcribit Perſen apud Oreum Romanis prælio navali proſpere ...taſſe, & XX naves onerarias cepiſ... ...lias merſiſſe, quæ frumento onu...ant, & hoc amplius quatuor quin...mibus potitum eſſe. *Hott.* Vi... igitur Hottomannus Ciceronem ...are *μνημονικῷ ἁμαρτήματι*, ſane palam fecit Vir diſertiſſimus, ...ſtus Buchnerus, qui olim fuit ado...tiæ meæ fautor. Nollem factum. Perſen claſſe victum a Roma...iſſe, docet clariſſime triumphus ...vii, de quo Livius lib. XLV, 42: *...avius K. L. Decembribus de Rege ...navalem triumphum egit. Is trium-...ine captivis fuit, ſine ſpoliis. Dedit ...navalibus in ſingulos denarios ſeptua-genos quinos, gubernatoribus, qui in navibus fuerant, duplex, magiſtris navium quadruplex.* Græv.

Omnibusque navalibus pugnis Carthaginienſes] Annis a Carthagine condita ſeptingentis Romani Siciliam eis ademerunt, poſt Sardiniam, ſecundo bello Punico Hiſpaniam: & cum maximis copiis inter ſe bellarent, Pœni duce Annibale Italiam annos quindecim perpetuos, Romani duce Scipione majore Lybiam populati ſunt, donec Carthaginenſibus imperii ſummam, naves, elephantos ademerunt, & ſtipendium ipſis imperarunt. Secundæ induciæ inter Romanos & Carthaginenſes ad L annos durarunt: donec illis diſſolutis tertium & poſtremum bellum inter ſe geſſerunt: quo bello Romani Carthaginem everterunt duce Scipione minore: eamque ſacram eſſe voluerunt. Hæc ex Appiano, quem Latinum facere inſtituebamus. *Hottom.*

Cum mercibus atque oneribus commeabant] Deli portus ſummam eſſe opportunitatem, Strabo libro Geog. X. ſcribit: ſitam enim eſſe percommode in Aſiam ex Italia & Græcia navigantibus: navigantium autem frequentiam ibi mercatum quendam efficere. *Idem.*

Nihil timebat] Propter populi Romani ſocietatem: nam paulo ante fuerat Athenienſium: at hoc tempore capta fuerat a Mithridatis ducibus, ut idem eodem libro ſcribit. *Idem.*

AN O-

tiunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuiſſe, & valere oportere confiteor: ſed in hac cauſa, tametſi cognoſcitis auctoritates contrarias virorum fortiſſimorum & clariſſimorum, tamen, omiſſis auctoritatibus, ipſa re & ratione exquirere poſſumus veritatem: atque hoc facilius, quod ea omnia, quae adhuc a me dicta ſunt, iidem iſti vera eſſe concedunt, & neceſſarium bellum eſſe & magnum, & in uno Cn. Pompejo ſumma eſſe omnia. Quid igitur ait Hortenſius? Si uni omnia tribuenda ſint, unum digniſſimum eſſe Pompejum: ſed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obſolevit jam iſta oratio, re multo magis quam verbis refutata. Nam tu idem, Quinte Hortenſi, multa, pro tua ſumma copia ac ſingulari facultate dicendi, & in ſenatu contra virum fortem A. Gabinium,

Omiſſis auctoritatibus, ipſa re et ratione] Similiter lib. 1. de nat. Deor. *Non tam*, inquit, *auctoritatis in diſputando, quam rationis momenta quaerenda ſunt:* cujus fere conſimilis eſt apud Platonem ſententia, in dialogo qui Laches inſcribitur, ἐπιστήμῃ γὰρ οἶμαι δεῖ κρίνεσθαι, ἀλλ' οὐ πλήθει, τὸ μέλλον καλῶς κρίνεσθαι. Hottom.

Ad unum tamen omnia deferri non oportere] *Deferri* hac lege ad Pompejum omnia Plutarchus docet in ejus vita; his verbis, quae quia ad hunc locum intelligendum magnopere conducunt, ſubſcribemus: Γράφει νόμον ὡς τῶν δημάρχων Μανίλλιος (Μάλλιος legitur in libris quos vidi omnibus) ὅσης Λεύκολλος ἄρχει χώρας καὶ δυνάμεως, Πομπήϊον παραλαβόντα πάσης, προσλαβόντα δὲ καὶ Βιθυνίαν ἣν ἔχει Γλαβρίων, πολεμεῖν Μιθριδάτῃ καὶ Τιγράνῃ τοῖς βασιλεῦσιν. ἔχοντα καὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν, καὶ τὸ κράτος τῆς θαλάσσης, ἐφ' οἷς ἔλαβεν ἐξ ἀρχῆς. τοῦτο δὲ ἦν ὑφ' ἑνὶ συλλήβδην γενέσθαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν· ὧν γὰρ ἐδόκει μόνων ἐπαρχιῶν μὴ ἐφάπτεσθαι τῷ προτέρῳ νόμῳ, Φρυγίας, Λυκαονίας, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Κιλικίας, τῆς ἄνω Κολχίδος, Ἀρμενίας, αὗται προστίθενται μετὰ στρατοπέδων, καὶ δυνάμεων, αἷς Λεύκολλος κατεπολέμει Μιθριδάτην καὶ Τιγράνην. *Manilius*, inquit, *unus e Tribunis pl. legem fert, ut provincia tota cui Lucullus praefuiſſet, omneque illius imperium Pompejo tranſmitteretur: adjungeretur etiam Bithynia, quae Glabrioni obvenerat: itaque bellum adverſus reges Mithridatem & Tigranem adminiſtraret: hoc amplius, claſſem quoque & copias omnes navales haberet, quas initio belli maritimi habuerat: quod quidem aliud nihil erat, quam ad unum univerſum plane Romanorum imperium deferri: quas enim ſolas ſuperiore lege provincias non videbatur habuiſſe, Phrygiam, Lycaoniam, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam, Cholchidem ſuperiorem, Armeniam, hae omnes adjuncta atque attributa ſunt, una cum exercitu & copiis, quibus Lucullus Mithridatem & Tigranem reges devicerat.* Idem.

Obſolevit jam iſta oratio] Rejecta ac repudiata eſt: tranſlate dicitur ab iis, quae ex uſu remota rejiciuntur. *Idem.*

Contra virum fortem A. Gabinium] Tribunum pl. qui legem tulit de adminiſtratione belli maritimi Pompejo mandanda. Extat apud Dionem Gabinii

, graviter ornateque dixiſti, cum is de uno im-
ore contra praedones conſtituendo legem promul-
t: & ex hoc ipſo loco permulta item contra le-
eam verba feciſti. Quid? tum, per deos immor-
ſi plus apud populum Romanum auctoritas tua,
ipſius populi Romani ſalus & vera cauſa valuiſ-
hodie hanc gloriam atque hoc orbis terrae impe-
teneremus? An tibi tum imperium eſſe hoc vi-
ur, cum populi Romani legati, praetores quae-
que capiebantur? cum ex omnibus provinciis com-
& privato, & publico prohibebamur? cum ita
nobis erant omnia maria, ut neque privatam rem
narinam, neque publicam jam obire poſſemus?
civitas antea umquam fuit, non dico Athenien- 18
ſium,

: Catuli orationes contrariæ:
: Dion & præterea Plutarchus
ſunt, legem magna Senatus
ne latam eſſe: & alterum Con-
um vehementius legi refragare-
ope a plebe diſcerptum fuiſſe.
a quidem ſumma contentione
repugnaſſe: ſed poſtea cognito
opuli ſtudio atque voluntate,
. Cicero autem in orat. pro
, apud Aſconium, & ipſe quo-
nius L. Trebellium Tribunum
aciter interceſſiſſe ſcribunt, Se-
promiſiſſe, moriturum ſe an-
n illa lex perferretur: cum Au-
inius introvocare tribus cœpit,
llio magiſtratum abrogaret: &
diu Trebellium ea re non per-
adfuiſſe, perſtitiſſeque in in-
ae, quod omnia magis, quam
turum eſſe Gabinium arbitra-
d poſtquam x & vii tribus ro-
acceperunt, & una mens eſ-
i qui ſupererat, ut juſſum con-
remiſit interceſſionem Trebel-
que legem Gabinius de piratis
ndis pertulit. Qua de re etiam
dem loco meminit. *Hotto-*

: *ipſo loco*] Ex ſuperiore loco,
. *Idem.*

Permulta item contra legem eam verba feciſti] Sic Hitt. & Vuerd. prius editi, *perm. idem contra legem verba fec.* Modius Epiſtola cxxix. *Gruterus.*

Legati, Prætores, Quæſtoreſque capiebantur] De Legatis & Prætoribus ſupra dictum eſt: de Quæſtoribus nihil compertum habeo. *Hottom.*

Commeatu & publico & privato] Puto me jam ſupra dixiſſe tum ex Plutarcho, tum ex Appiano, ante conſtitutum Pompeji imperium ſummam Romæ fuiſſe rei frumentariæ caritatem & inopiam. Dion autem lib. xxxvi. ſic ſcribit: Οὔτε γὰρ ἄλλο τι τῶν ἐπακτῶν ἐφοίτα σφίσι, καὶ ἡ σιτοπομπεία παντελῶς ἀποκέκλειστο. Idem.

Vt neque privatam rem transmarinam] Mercatores navigare non auderent. *Id.*

Rem transmarinam] Rejecta vulgata lectione, *rem maritimam*, ut ſuppoſita, hanc antiquam amplexus ſum, ut veram, & rectam. *Lambinus.* *Privatam rem transmarinam*] Haud aliter Hitt. & Vuerd. non ut vulgo *privatam rem maritimam*, quod in nullo Palatinorum; qui, *rem marinam.* Gruterus. Accedit Erfurt. melioribus libris.

Neque publicam jam obire] Magiſtratus qui in provincias mittebantur, proficiſci non auderent. *Hottom.*

tulus, quos omnes honoris cauſa nomino, cum tribuni plebis fuiſſent, anno proximo legati eſſe potuerunt, in hoc uno Gabinio ſunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc imperatore atque exercitu, quem per vos ipſe conſtituit, etiam praecipuo jure eſſe deberet? de quo legando ſpero conſules ad ſenatum relaturos. qui ſi dubitabunt, aut gravabuntur, ego me profiteor relaturum: neque me impediet cujuſquam, Quirites, inimicum edictum, quo minus fretus vobis, veſtrum jus beneficiumque defendam: neque prae-

ANONYMUS.

Cujuſquam initia] Edictum propoſuerat ut nemo referat de Pompejo ut ipſe hoc bellum experiatur.

VARIORUM.

Anno proximo legati eſſe potuerunt] Significat hunc morem fuiſſe, ut ne ii qui tribuni pl. fuiſſent, legati anno proximo iis eſſent Imperatoribus, qui tribunis illis conſtituti fuiſſent. *Hottom.*

Sunt tam diligentes] In retinendo more majorum, quo tribunis pl. legatis anno poſt eſſe non licebat. *Idem.* *Sunt tam diligentes*] Reſpicit, ut puto, ad leges Liciniam atque Eubutiam, de quibus II Agrar. & pro Dejotaro. Hotomannus ad majorum morem refert: male. ſic Cl. Puteanus. *Gruterus.*

Quod lege Gabinia geritur] Hittorpianus *gereretur.* probabat Guilielmius. *Idem.*

Quem per ſe ipſe conſtituit] Inepte vero. & recte Colon. & Vuerd. *quem per vos ipſe conſtituit.* hoc eſt Pompejo id bellum ſuſcipiendum veſtris ſuffragiis detulit. adeatur Modius Epiſt. CXXIX. *Idem.*

Etiam præcipuo jure eſſe deberet] Notanda locutio: nam hoc ipſum eſt, quod vulgo dicimus, *Privilegium aliquod habere.* Hottom. Sic *præcipua fortuna* lib. V ad fam. epiſt. I: *Nec debes tu, cum de tuis cogitas, aut præcipuam aliquam fortunam poſtulare, aut communem recuſare.* & ſic alibi. *Gravius.*

Ego me relaturum eſſe profiteor] Quomodo? cum Conſules in urbe eſſent, & ei qui cum majore poteſtate eſſet potiſſimum Senatus conſulendi jus eſſet: ut ſcribit Varro apud Gellium libro 14. Hoc eſt quod modo ſignificat, cum ait, *Neque me impediet cujuſquam Quirites inimicum edictum.* Oſtendit enim edicturos Conſules, ne quis minore cum imperio Senatum habeat. Prætores autem abſentibus Conſulibus Senatum habuiſſe Cicero declarat in Epiſtola ad Plancum libro 10. *Placuit nobis ut ſtatim ad Cornutum Prætorem urbis litteras deferremus, qui quod Conſules aberant, Conſulare munus ſuſtinebant more majorum. Senatus eſt continuo convocatus, frequensque convenit, &c.* Hottom. *Ego me profiteor relaturum*] Nimirum vel tanquam Prætor, vel tanquam Senator, cum ſententiæ dicendæ ordo ad me pervenerit, licet de alia re fuerit relatum a Conſulibus. Licebat enim patribus, quod Tacitus XIII annal. notavit, *quoties jus dicendæ ſententiæ accepiſſent, quod vellent, expromere, relationemque in ea poſtulare.* Grævius.

Neque me impediet cujuſquam, Quirites, inimicum edictum] Pro his ſolum habet Hittorp. *neque me imp. cujuſquam iniquitas:* quod non diſplicuit Modio. Guilielmius nihil mutabat niſi quod cenſeret reponi poſſe *iniquum*, pro illo *inimicum.* Gruterus. *Quirites* non eſt in Erfurt.

Veſtrum jus beneficiumque defendam] *Jus* Præturæ ſignificat, & *beneficium* magiſtratus a populo accepti. nam Prætoribus quoque jus erat ad Senatum referendi, ut modo diximus. *Hottom.*

ANO-

...chum regem classe Perſenque ſuperarunt, omnibusque navalibus pugnis Karthaginienſes, homines in ...mis rebus exercitatiſſimos paratiſſimoſque vicerunt; ...ii nullo in loco, jam prædonibus pares eſſe po...iis. nos quoque, qui antea non modo Italiam ... habebamus, ſed omnes ſocios in ultimis oris ...itate noſtri imperii ſalvos præſtare poteramus, ... cum inſula Delos tam procul a nobis in Aegeo poſita, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant, referta divitiis, parva, muro nihil timebat: iidem non modo provinciis,

atque

...chum regem classe Perſenque ſupe-]... Antiocho apud Thermopylas ... Græcia expulſo, C. Livius ... Romanæ claſſis adjuvante ... rege Aſiæ Polyxenidam Antio- ...fectum ad Corycum portum na- ...lio vicerunt, tredecim naves ce- ...cum milite ac remige, x demer- ... Anno inſequente L. Æmylius ..., qui Livio ſucceſſerat, cum- Polyxenidam ad Myoneſum navali ...cit, XLII navibus in ea pugna ...; quarum XIII captæ in poteſta- ...tius venerunt, cæteræ incenſæ ...ſæ. Hæc ex Livio libro XXXVI, ...II. De Perſe navali pugna ſupe- ...ud Plutarchum nulla ſuſpicio: ...tius ſcribit Perſen apud Oreum ...omanis prælio navali proſpere ...ſe, & XX naves onerarias cepiſ- ... merſiſſe, quæ frumento onu- ..., & hoc amplius quatuor quin- ...ibus potitum eſſe. *Hott.* Vi- ...itur Hottomannus Ciceronem ... *μνημονικὸν ἁμάρτημα*, ...me palam fecit Vir diſertiſſimus, ...us Buchnerus, qui olim fuit ado- ...æ meæ fautor. Nollem factum. Perſen claſſe victum a Roma- ...ſe, docet clariſſime triumphus ..., de quo Livius lib. XLV, 42: *...ias K. L. Decembribus de Rege ...palam triumphum egit. Is trium- ... captivis fuit, ſine ſimiliis. Dedit ...valibus in ſingulos denarios ſeptua- ginta quinos, gubernatoribus, qui in navibus fuerant, duplex, magiſtris navium quadruplex.* Græv.

Omnibuſque navalibus pugnis Carthaginienſes] Annis a Carthagine condita ſeptingentis Romani Siciliam eis ademerunt, poſt Sardiniam, ſecundo bello Punico Hiſpaniam: & cum maximis copiis inter ſe bellarent, Pœni duce Annibale Italiam annos quindecim perpetuos, Romani duce Scipione majore Lybiam populati ſunt, donec Carthaginenſibus imperii ſummam, naves, elephantos ademerunt, & ſtipendium ipſis impoſuerunt. Secundæ induciæ inter Romanos & Carthaginenſes ad L annos duraverunt: donec illis diſſolutis tertium & poſtremum bellum inter ſe geſſerunt: quo bello Romani Carthaginem everterunt duce Scipione minore: eamque ſacram eſſe voluerunt. Hæc ex Appiano, quem Latinum facere inſtituebamus. *Hottom.*

Cum mercibus atque oneribus commeabant] Deli portus ſummam eſſe opportunitatem, Strabo libro Geog. X. ſcribit: ſitam enim eſſe percommode in Aſiam ex Italia & Græcia navigantibus: navigantium autem frequentiam ibi mercatum quendam efficere. *Idem.*

Nihil timebat] Propter populi Romani ſocietatem: nam paulo ante fuerat Athenienſium: at hoc tempore capta fuerat a Mithridatis ducibus, ut idem eodem libro ſcribit. *Idem.*

ANO.

atque oris Italiae maritimis, ac portubus noſtris, ſed etiam Appia jam via carebamus: & his temporibus non pudebat magiſtratus populi Romani in hunc ipſum locum eſcendere; cum eum vobis majores veſtri exuviis nauticis, & claſſium ſpoliis ornatum re-
19 liquiſſent. Bono te animo tum, Q. Hortenſi, populus Romanus, & ceteros, qui erant in eadem ſententia, dicere exiſtimavit ea, quae ſentiebatis: ſed tamen in ſalute communi idem populus Romanus do-

ANONYMUS.

Exuviis navium] Primum populus Romanus contra Thraces (ſ. *Antiates*) bellum geſſit. & duodecim capitibus (ſ. *captis*) navium roſtris forum ornavit. non ut imperiti dicunt Carthanienſium (omiſſa eſt ſyllaba γί) navibus.

VARIORUM.

Atque oris Italiae maritimis, ac portubus] Liber manuſcr. & hic & alibi ſemper habet, *portibus*, per *i.* Lambinus. Non noſtri, nec veteres editiones.

Appia jam via carebamus] M. Valerio Maximo, P. Decio Murena Coss. anno viceſimo poſt initium Samnitici belli Appius Claudius Craſſus Cenſor, cui poſtea Caeco fuit cognomen, Appiam viam a porta Capena uſque ad urbem Capuam, muniendam curavit. Hoc ex Iulio Frontino; inde Brundiſium uſque munita eſt, ut Strabo docet lib. v. qui ad Tarracinam ſcribit Viam Appiam mare contingere: ἐγγυτάτω μὲν τῆς Ῥώμης μέχρι Βρεντεσίου. Praedones vero univerſum mare occuparant: quare Appiae viae pars maritima infeſta. *Hotom.*

Non pudebat magiſtratus populi Romani] Quibus ſolis licebat in concionem aſcendere. *Idem.*

In hunc ipſum locum aſcendere] Locum ſuperiorem, qui dicebatur *roſtra*: de quibus Livius lib. VIII. *Naves*, inquit, *Antiatium partim in navalia Romae ſubducta, partim incenſa, roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit, roſtraque id templum appellatum.* Ex quo loco, & altero Plinii, quem modo proferemus, intelligitur, locum ipſum in quem concionatores aſcendebant, *roſtris* ornatum fuiſſe, id eſt oratores ſuper ipſis roſtris ſtetiſſe; & ex iis, de loco ſcilicet ſuperiore, cognominatos eſſe. Plinius enim lib. XVI. de coronis roſtratis loquens, *Antea*, inquit, *roſtra navium tribunali praefixa fori decus erant: velut populo Romano corona imposita, poſtquam vero tribuniciis ſeditionibus calcari ac polluti coepere: poſtquam vires ex publico in privatum magis ſingulisque civium quari, & ſacroſancta omnia profana fieri: tum a pedibus eorum ſubiere in capita civium roſtra.* Livius lib. VIII. docet ſub roſtris partem inferiorem fuiſſe, unde & privati vocem mittere poterant. & lib. XXXVIII. ubi de P. Scipionis Africani judicio commemorat, *Tribuni*, inquit, *in roſtris prima luce conſederunt. Scipio vero citatus ad roſtra ſubiit, ſilentioque facto, hoc inquit, die cum Annibale pugnavi.* Et paulo poſt, *ſub roſtris & ſub Tribunorum pedibus adſtitiſſe* oſtendit. Et hoc ipſum eſt, quod ſignificat Cicero ſcribens ad Atticum lib. II. *Poſtero autem die Caeſar, is qui olim, Praetor cum eſſet, Q. Catulum ex inferiore loco juſſerat dicere, Vettium in roſtra produxit, eumque in eo loco conſtituit, quo Bibulo Coſ. aſpirare non liceret.* Idem.

Non pudebat mag. pop. Roman. in hunc ipſum locum aſcendere] Corrigendum ex Colon. *nonne pudebat in h. ip. loc. eſcendere.* quae ultima vox ſaepe loco ſuo mota ab imperitis librariis. *Gruter.* Vide praeter alios Gronovium ad Liv. II, 28. & III, 54.

ANO-

ut in uno C. Mario ſpes imperii poneretur. ut um Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum onis bellum adminiſtraret. in ipſo Cn. Pompejo, in

uſi tutiora conſilia legerit, ſpe- nti concidendum eſt. Sed hoc ſapientum ſententia eſt, ſer- tempori, & neceſſitati. vide 9, lib. 1, ad Lentulum, & Cæſ. c. 19, ac quæ ibi docti quæ ipſi notamus ad 1 & 3 de officiis libros. *Grav.*

ANONYMUS.

] Gallis. Lucius Philippus itur conſulibus Sertorianum etrectantibus. Pompejus e- Cum interrogarentur patres eat cum poteſtate mitti. Phi- ſul ridens ignaviam procon- Cicero hoc caput quaſi hoc ude Pompeji non conſulum one.

VARIORUM.

a maxima, Punicum & Hiſpa- uno Imperatore eſſe confecta] cipionem Æmylianum, qui litatem peteret, & per decem nſul fieri non poſſet, legibus t: & Conſul creatus, extra Africam miſſus, Carthagi- m expugnavit ſeptingenteſi- , quam erat condita, poſtea ducum bellum Numantinum publico pudore duraret, dela- tro Scipioni Africano a Senatu Romano Conſulatus: quem capere ob legem, quæ vetabat intra decem annos iterum fieri licere, minime vellet: ti Conſulatu legibus ſolutus arto decimo anno poſt Carthaginem deletam Numantiam cepit, captamque delevit. *Hotom.*

Duas urbes potentiſſimas] Eaſdem. duaſque urbes potentiſſimas. ſtatim idem: *quæ huic imperio maxime minitabantur.*

Ab eodem Scipione eſſe deletas] Vox, *Scipione*, adventitia & aliena videtur eſſe. nam cum ſupra dixerit, *ab uno imperatore*, imperator autem ille Scipio fuerit, hic vel dicendum fuit *ab eodem imperatore*: vel ſatis fuit dicere, *ab eodem.* Lamb.

Ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum adminiſtraret] De bello Iugurthino confecto a C. Mario Conſule, & Iugurtha vincto L. Sullæ Quæſtori tradito, nota eſt hiſtoria ex Iugurthino Salluſtii. Livius tradit, Iugurtham in C. Marii triumpho ducto, & cum duobus filiis in carcere necato, decretam ei provinciam Galliam fuiſſe propter Cimbrici belli metum, qui bellicoſis ſe Teuthonicis conjunxerant: duobus deinde prœliis eos hoſtes deleviſſe, in quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta: Marium abſentem quintum Conſulem creatum, triumphum oblatum, donec Cimbros viciſſet, diſtuliſſe: deinde juncto Q. Catuli Proconſulis exercitu, prælio eos viciſſe, in quo cæſa traduntur hominum centum quadraginta millia, capta ſexaginta. Cæſar Comment. de bello Gall. 1. ſcribit Cimbris & Theutonis a C. Mario pulſis, exercitum non minorem laudem, quam ipſum imperatorem meritum fuiſſe. *Hotom.*

exercitum dari? Siciliam per
lumque in ea adminiſtrandu
ſingulari innocentia, gravitat
frica maximum confecit, vict
tavit. Quid vero tam inauditu
manum triumphare? at eam q
manus non modo vidit, ſed o
ſendam & concelebrandam put

Summaque Catuli voluntate, &c.] Conjicit Guilielmius, *ſumma Q. Catuli*, non inepte. *Gruterus*. Imo ſic omnino legendum. Nullus hic copulæ *que* locus eſt. Et ſane ſic in Erfurt. legitur. *Gravius*.

Adoleſcentulum privatum] Annos tres & viginti natum; de hiſce omnibus cognoſce infra. *Hottom*.

Cujus a ſenatorio gradu ætas longe abeſſet] In hanc ſententiam Plutarchus ita ſcribit: Δῆλον δ' ἐστὶν, ὅτι καὶ βουλῆς ἂν ἐθελήσας τότε ῥᾳδίως ἔτυχεν. ἀλλ' οὐκ ἐσπούδασεν ὡς λέγουσι, τὸ ἔνδοξον ἐκ τοῦ παραδόξου θηρώμενος. οὐ γὰρ ἦν θαυμαστὸν, εἰ πρὸ ἡλικίας ἐβούλευε Πομπήϊος, ἀλλ' ὑπερλαμπρὸν, ὅτι μηδέπω βουλεύων ἐθριάμβευε. τοῦτο δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς εὔνοιαν ὑπῆρχε τῶν πολλῶν οὐ μικρόν. Id eſt, *Conſtat eum, ſi voluiſſet, facile in Senatum legi potuiſſe: ſed id non ſtuduit, ut ajunt, quippe rem glorioſam ex minus gloſa captans: neque enim ...*

legiti
tis co
magiſ
temp
num
Senato
ſarem
eſſe, *ſ*
ejuſque
haberi,
ſuperior
ſententi
annum
hoc eſt,
cet Mag
Romano
Equite
rus in E
Africa C
ram regen
victos inte
huc eques R

tum, quam ut, cum duo conſules clariſſimi fortiſſimique eſſent, eques Romanus ad bellum maximum formidoloſiſſimumque pro conſule mitteretur? miſſus eſt. quo quidem tempore, cum eſſet non nemo in ſenatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum pro Conſule: L. Philippus dixiſſe dicitur, non ſe illum ſua ſententia pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere. Tanta

dam putavit. prodidit & iſtud Modius lib. Novantiq. Epiſt. XXXII. qui tamen citat, *omni*, non *omnium*. male puto. nam in Pall. omnibus hæret ultimum illud, non alterum. *Grut.* In optimo codice, ex quo tot loca ſunt reſtituta hujus orationis, invenit Modius: *ſtudio omni viſendam & concelebrandam*, meritoque probavit, ut & ego inveni in Erfurt. in quo & *omnium* legebatur. quod Gruter. miror aut reſpuiſſe, aut neglexiſſe. *Concelebrandam* eſt magna frequentia honeſtandam. Sic alibi dixit *celebrari domum*, *viam*, quæ a multis aditur, teritur. *Grav.*

Duo Conſules clariſſimi] Lepidus & Catulus: patet ex Floro & Appiano. *Hottom.*

Ad bellum maximum] Sertorianum; infra. Sed Cicero plerumque ad tempus loquitur, ut Philipp. XI. *De Cn. Pompeji imperiis, ſummi viri atque omnium principis, Tribuni pl. turbulenti tulerunt: nam Sertorianum bellum a Senatu privato datum eſt, quia Conſules recuſabant: cum L. Philippus pro Conſulibus ſe eum mittere dixit, non pro Conſule.* Idem. Rectius Manutius. Conſules enim fuerunt illius anni M. Iunius Brutus, & Mam. Æmilius Lepidus.

L. Philippus] Orator, de quo Cicero cum multis locis, tum in Bruto his verbis: *Duobus igitur ſummis Craſſo & Antonio L. Philippus proximus accedebat, ſed longo intervallo tamen proximus.* Et paulo poſt: *Sed tamen erant ea in Philippo, quæ qui ſine comparatione illorum ſpectaret, ſatis magna diceret, &c.* Hottomannus.

Pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere] Hac de re Plutarchus in Pompeji vita ſic ſcribit. Ὅτι ϗ φασὶν ἐν συγκλήτῳ πυθομένου τινὸς ϗ θαυμάζοντος, εἰ Πομπήϊον ἀνθ' ὑπάτου οἴεται δεῖν ἐκπεμφθῆναι Φίλιππος, οὐκ ἔγωγε, φάναι τὸν Φίλιππον, ἀνθ' ὑπάτου ἀλλ' ἀνθ' ὑπάτων ὡς ἀμφοτέρους τῶν τότε ὑπατευόντας οὐδενὸς ἀξίους ὄντας. Id eſt, *Quo tempore etiam ajunt in Senatu quærente quopiam & admirante, ſi Philippus Pompejum Proconſule mittendum exiſtimaret: reſpondiſſe Philippum, ſe non pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere: quaſi utrumque eorum qui tum Conſules erant, pro nihilo haberet.* Ex hoc autem loco intelligi poteſt, quod puto me alibi dixiſſe, Proconſules non eos dici tantum qui ex Conſulatu in provinciam cum imperio Conſulari mittuntur: ſed eos omnes qui quamvis Conſules non fuerint, tamen cum eo imperio mittuntur. ut in libro de Legibus I. L. Gellius ex Prætura Proconſule in Græciam miſſus dicitur. *Athenis*, inquit, *audire ex Phædro meo memini Gellium familiarem tuum, cum Proconſule ex Prætura in Græciam veniſſet, Athenis philoſophos in locum unum convocaſſe*, &c. Atque ut noſtram ſemel de Proconſulibus & Proprætoribus ſententiam exponamus, ſic arbitramur: cum antiquitus auctis imperii finibus Prætores crearentur, qui in provincias ſummo cum imperio mitterentur (de quibus apud Livium frequens eſt mentio) inſtitutum tandem fuiſſe, ut qui Romæ Conſulatum aut Præturam geſſiſſent, ii anno inſequenti in provincias eodem cum ſummo imperio mitterentur: quæ iccirco Conſulares & Prætoriæ vocabantur. quarum illæ biennium obtinebantur, hæ annum unum: ut teſtis eſt hic ipſe in prima Phi-

... *administrantur, qui auſpicia non habent?* Quin igitur Gabinius qui ex Conſulatu Syriam obtinuit, Proconſul: quin Verres qui ex Prætura Siciliam. Proprætor dici poſſet, dubitaturum neminem exiſtimamus. At enim Prætor hic perpetuo nominatur. Ita eſt: ſed aut Præturam magiſtratum eſſe annuum negemus, aut per abuſionem id dici fateamur, neceſſe eſt. Repugnant enim Præturam Verris eſſe annuam, & Verrem Prætorio imperio tum Romæ, tum in Sicilia quadriennium præfuiſſe. Ac ne cui mirum videatur, verbum *Prætoris* pro *Proprætoris* uſurpari, locum ex Verr. IV. ſubſcribemus, in quo & *Conſul* pro *Proconſul*, & *Prætor* pro *Proprætor* perſpicue uſurpatur: *Cum id quod omnes intelligebant diceret Heraclius, legem eſſe Rupiliam, quam Prætor Rupilius ex S. C. de decem Legatorum ſententia dediſſet, hoc omnes ſemper in Sicilia Conſules Prætoreſque ſervaſſe, &c.* Sententiam noſtram nunc ita perſpicue confirmabimus, ut quod amplius dubitetur, nihil futurum ſit. Celius ad hunc noſtrum ſcribens libro epiſt. 8. ſic ait, *Itemque Senatui placere, in Ciliciam provinciam, inque 8. reliquas provincias quas Prætorii pro Prætore obtinerent, eos qui Prætores fuerunt, neque in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in provincias pro Prætore mitti oporteret, eos ſortito in provincias mitti placere:* & quæ ſeq...

teſtatu
ſcripſit
gendur
quidem
Conſul.
tur: qu
nit, qu
annis in
eſt, pro
imperiu
ad Atticu
ma modeſt
hoc extrao
hæc quid
extraordin
extraordin
no differre
Cicero Phi
natu in ſua
leſcenti, n
tu functo,
extraordina
C. Cæſari a
narium mea
tem S. C.
ptum eſt.
nis imperi
Conjuratio
ex Piſo in
pro Prætor
ſo, &c. N
aut Propra
narium im

Tanta in eo reipub. bene gerendae ſpes conſtituebatur, ut

Aſconio notum eſt) eos qui Ducis exercitus vicarii relicti eſſent, (quos *locum tenentes generales* Gallice nominamus) Proprætore etiam appellari conſueviſſe; quod vel ex eo intelligi licebit, quia Salluſtius in bello Iugurthino ſcribit Albinum Conſulem ad comitia profectum, Aulum fratrem in caſtris Proprætore reliquiſſe: quem paucis poſt verſibus, *Legatum* appellat, & in eodem, C. Marium in expeditionem profectum, L. Sullam Quæſtorem ſuum in caſtris pro Prætore reliquiſſe. Valerius autem Max. lib. 2. c. De diſciplina militari, *L.* inquit, *Martius Tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum T. & Cn. Scipionum, quos arma Punica in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumque ſuffragiis dux eſſet creatus, Senatui de reb. actis a ſe ſcribens, in hunc modum orſus eſt: L. MARTIVS PROPRAETOR. Cujus honoris uſurpatione uti eum Patribus conſcriptis non placuit, quia duces a populo, non a militibus ſolerent creari.* Hæc Valerius. De Proconſulum autem & Proprætorum ordinario imperio jubet Appiani verba ex libro Syriaco ſubſcribere. Καὶ στρατηγοὺς, inquit, ἐπὶ τῇ στρατιᾷ ἐξέπεμπον, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἑξαπελέκεας, ὅτι τῶν ὑπάτων δώδεκα πελέκεσι καὶ δώδεκα ῥάβδοις, ὥσπερ οἱ πάλαι βασιλεῖς, χρωμένων, τὸ ἥμισυ τῆς ἀξιώσεως ἐστὶ τοῖσδε τοῖς στρατηγοῖς, καὶ τὰ ἡμίσεα παράσημα. Quæ nos cum Appianum Latinum faceremus, ſic convertimus: *Imperatores cum exercitu miſerunt, quos ipſi Sex ſecurium magiſtratus (id eſt Proconſules aut Prætores) vocant: nam cum utantur Conſules duodecim ſecuribus, totidemque faſcibus, quemadmodum priſci Reges: dimidium autem poteſtatis illorum magiſtratus iſti habeant: inſignium etiam partem duntaxat habent dimidiam.* Atque hæc quidem uſque ad Auguſti imperium ita ſe, quemadmodum diximus, habuerunt. Hic vero provincias ita diviſit, ut aliæ Cæſaris, aliæ populi dicerentur. Cæſaris, quæ validiores erant, & quas annuis (ut Suetonius ſcribit) magiſtratuum imperiis regi nec facile tutum erat. Has igitur ipſe ſuſcepit, in eaſque rectores mittere inſtituit viros (ut ait Strabo) tum Conſulares, tum Prætorios, tum etiam Equites. quos & ille generali nomine ἡγεμόνας, & Iuriſconſulti in Pandectis *præſides* appellant. *Nomen* (inquit Macer) *præſidis generale eſt; eo quod & Proconſules, & Legati Cæſaris, & omnes provincias regentes, licet Senatores ſint, præſides appellantur.* Vbi tamen SENATORES NON SINT cum negatione legendum videtur: ut Equites ſignificet, de quibus hoc ipſum Strabo teſtatur: *Populi autem provinciis qui præerant, Proconſules,* (ut ait Suetonius) *dicebantur.* unde caput eſt in libro Pandectarum 1. De officio Proconſulis: quod ad populi provinciarum ſolos rectores pertinet. Nam etſi populus in ſuas provincias στρατηγοὺς ἢ ὑπάτους (ut Strabo appellat) id eſt, Prætores & Conſules (quibus nominibus abuſus eſt pro Proprætores & Proconſules, ut continuo poſt demonſtrat) tamen utroſque Proconſulum nomine appellari ſolitos & Suetonius teſtatur, & ex Pandectarum libris facile intellectu eſt, cum ſcilicet extraordinarium eſſet eo tempore prope omnium in provinciis imperium. eoque generali nomine (ut paulo ante moris fuiſſe oſtendimus) *rectores* omnes appellantur. *Nam*, ut in ejuſdem Imperatoris vita Suetonius ſcribit, *Auguſtus auctor Senatui fuit, ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in provincias mitterentur: & ut cura ærarii a Quæſtoribus urbanis ad Prætorios Prætoreſve tranſiret.* Hottom. Prætorias provincias biennes fuiſſe falſum eſt, æque fuerunt annuæ, ut Conſulares. vide Sigon. de jure provinciarum lib. II, c. I. Præterea verum eſt Auguſti & Imperatorum tempore, qui in provincias populi mittebantur, dictos eſſe Proconſules, ſed qui in Imperatorum provincias ibant, appellatos fuiſſe *Proprætores, legatos Imperatis Proprætore, legatos Conſulares*, ut multis declaravit Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam.

ut duorum conſulum munus unius adoleſcentis virtuti committeretur. Quid tam ſingulare, quam ut ex ſenatuſconſulto legibus ſolutus conſul ante fieret, quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? quid tam incredibile, quam ut iterum eques Romanus S. C. trium-

Ex S. C. legibus ſolutus] *Solvi legibus* dicuntur, quibus præcipuo jure ut ſint, neque legibus teneantur, Senatuſconſulto permittitur. *Hottom.*

Conſul ante fieret, quam ullum magiſtratum per leges capere licuiſſet] Annos natus 33 plus minus, ut conſtabit computanti annos a Servilio & Pulchro Coſſ. quo tempore annum agebat ætatis 24. ut ſcribit Florus in epitome. Licebat autem primum honorem gerere, *Quæſturam* ſcilicet qui minor eſt magiſtratus, anno 27. ſed curulis magiſtratus is non erat. primus erat *Ædilitas*, cujus annus legitimus erat 37. itaque Valerii locum interpretor, quem modo ſubjiciam, *Initia magiſtratuum a ſummo imperio cepit.* At P. Scipio Africanus Ædilitatem capere poterat. Prætura gerebatur anno 40. Conſulatus anno 43. *Idem.* Quæſturæ fuit annus 25, non 27; ædilitatis 27, aut 28, præturæ 37, Conſulatus 42, ut viri docti præſertim I. Lipſius poſtea docuerunt. Ex hoc autem loco plerique falſam de legitimis magiſtratuum annis opinionem hauſerunt viri docti, qui tamen non tam ad ætatem Pompeji, quam ad ordinem & modum referendus. Si enim hoc Cicero vult, eo anno factum Pompejum Conſulem, quo per leges annales nullum magiſtratum capere ei fas: ſequitur ante 34 annum, nam illo anno factus Pompejus Conſul, teſte Appiano, locus etiam non fuerit Quæſturæ, aut Tribunatui. quod vanum. Sed intelligit, inquiunt, curulem magiſtratum. Quis dicit? non adhæream ego tam infirmæ conjecturæ. Verius omnino eſt, mentem Tullii hanc eſſe: Pompejum factum conſulem, cum nec illum nec alium magiſtratum capere poſſet: vel quia non legitime profeſſus, vel potius, quia eques adhuc Romanus, epit. Liv. 97, & nondum Quæſtor. Lex autem Cornelia tranſire ad ullum magiſtratum vetuit, Quæſtura non geſta. *I. Lipſius.*

Quam ut iterum eques Romanus ex S. C. triumpharet?] Victo Sertorio. & ita Plin. lib. 7. capite de laude Cn. Pompeji, & Val. Max. lib. 8. *Eques Rom.* inquit, *Proconſul in Hiſpaniam adverſus Sertorium pari imperio cum P. Metello principe civitatis miſſus eſt: nondum illum honorem auſpicatus bis triumphavit: initia magiſtratuum a ſummo imperio cepit.* Sed quomodo *equitem Rom.* appellat. cum Florus in epitome *Quæſtorem* dicat miſſum adverſus Sertorium, *Quæſtura* autem prima Senatoris adminiſtratio dicatur ab Aſconio & aliis? Huic ego quæſtioni ſic reſpondeo: non omnes qui magiſtratus gerebant, etiam curules ac majores, Senatores fuiſſe: ſententiam tamen in Senatu eis dicere licuiſſe. *Nam*, ut ſcribit Feſtus Pompejus, *ii qui poſt luſtrum conditum ex junioribus magiſtratum cepere, in Senatu ſententiam dicunt: non tamen Senatores vocantur antequam in ſenioribus ſint cenſi.* Itaque Valer. Max. lib. 2. P. Craſſum triennio ante Quæſtorem factum ſcribit, quam in Senatorium ordinem a Cenſoribus conſcriptum. *Quo uno modo*, inquit, *etiam ii, qui honores geſſerant, aditus in curiam dabatur.* Sed melius eſt A. Gellii verba ſubſcribere, quæ ad hunc locum magnopere pertinent. *Videtur*, inquit, *eos ſignificare, qui nondum a CESS. in Senatum lecti, Senatores quidem non erant: ſed quia honoribus populi uſi quidem erant, in Senatum veniebant, & ſententiæ jus habebant. nam & curulibus magiſtratibus functi, qui nondum a Cenſoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant, & quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias: ſed quas* prin-

triumpharet? quae in omnibus hominibus nova poſt hominum memoriam conſtituta ſunt, ea tam multa non ſunt, quam haec, quae in hoc uno homine vidimus. Atque haec tot exempla tanta, ac tam nova profecta ſunt in eundem hominem a Q. Catuli, atque a ceterorum ejuſdem dignitatis ampliſſimorum hominum auctoritate. Quare videant, ne ſit periniquum & non 22
ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeji dignitate a vobis comprobatam ſemper eſſe: veſtrum ab illis de eodem homine judicium populique Romani auctoritatem improbari: praeſertim cum jam ſuo jure populus Romanus in hoc homine ſuam auctoritatem vel contra omnes qui diſſentiunt poſſit defendere: propterea quod, iſtis reclamantibus, vos unum illum ex omnibus delegiſtis, quem bello praedonum praeponeretis. Hoc ſi vos temere feciſtis, & reipub. parum conſuluiſtis; recte iſti ſtudia veſtra ſuis conſiliis regere conantur. ſin autem vos plus tum in repub. vidiſtis, vos, [illegible] his

principes dixerant, in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc quoque Coſſ. cum Senatores in curiam vocant, ſervandae conſuetudinis cauſa tranſlatitio utuntur: Senatores, quibuſque in Senatu ſententiam dicere licet. hæc Gellius. Hujus autem edicti mentionem Livius facit in lib. 23. *Conſules*, inquit, *edixerunt, quoties Senatum vocaſſent, uti Senatores, quibuſque in Senatu dicere ſententiam liceret, ad portam Capenam convenirent.* Quo in libro, paulo ſupra, ea quæ modo dicebamus planiſſime confirmat. *Dictator*, inquit, *recitato vetere Senatu, inde primum in demortuorum locum legit, qui poſt L. Æmylium & C. Flaminium Cenſores curulem magiſtratum cepiſſent, necdum in Senatum lecti eſſent, ut quiſque eorum Senator primus creatus erat. Tum legit, qui Ædiles, Tribuni, & Prætores, Quæſtoreſve fuerant.* Idem lib. 36. *P. Cornelius Coſ. edixit, qui Senatores eſſent, quibuſque in Senatu ſententiam dicere liceret, quique minores magiſtratus eſſent, ne quis eorum ab urbe abiret*, &c. Hottom.

A Q. Catulo] Rectius Erfurt. *a Q. Catuli* nimirum auctoritate. *Gravius.*

A vobis comprobatam ſemper eſſe] Vos ſemper illorum conſilium ſequutos, cum hæc in illo præter conſuetudinem & majorum inſtituta conſtituebant. *Hottom.*

Præſertim cum jam ſuo jure] *Suo jure*, ſine illorum auctoritate: & quaſi jam iſtorum auctoritati minus eſſet obnoxius, quam levem eventus eſſe judicavit. *Idem.* *Suo jure* eſt nemine impediente, cum nemo poſſit prohibere & impedire, qui diſſentiat. vide quæ de hoc loquendi genere notavi ad Florum. *Gravius.*

Quod iſtis reclamantibus] Auctiores voce Vuerd. atque Hittorp. *quod iiſdem iſtis.* unde ſententiæ emphaſis permagna accedit. *Gruterus.* *Iſtis* delendum videtur. Scribendumque: *iiſdem repugnantibus.* Non ferunt aures teretes *iiſdem iſtis.* Sic tamen etiam ſcribit Erfurt. *Gravius.*

ut [illegible] conſulum munus unius [illegible] [illegible]. Quid tam ſingulare [illegible] legibus ſolutus conſul ant[illegible] [illegible] magiſtratum per leges cap[illegible] [illegible], quam ut iterum equ[illegible]

[illegible] Senatuſcon- [illegible]

[illegible] Annos [illegible] & Pulchro [illegible] agebat [illegible] Li- [illegible]

[illegible]

Liv. [illegible], & [illegible] tem Corneli[illegible] ſtrarum [illegible] *I Legem.*

[illegible] Plin. lib. [illegible] [illegible], & Val. [illegible] *Senatum* [illegible] Sed quemod[illegible]

[illegible]

Tanta in eo reipub. bene gerendae ſpes conſtituebatur, ... ut

Aſconio notum eſt) eos qui Ducis exercitus vicarii relicti eſſent, (quos *locum tenentes generales* Gallice nominamus) Proprætore etiam appellari conſueviſſe: quod vel ex eo intelligi licebit, quia Salluſtius in bello Iugurthino ſcribit Albinum Conſulem ad comitia profectum, Aulum fratrem in caſtris Proprætore reliquiſſe: quem paucis poſt verſibus, *Legatum* appellat, & in eodem, C. Marium in expeditionem profectum, L. Sullam Quæſtorem ſuum in caſtris pro Prætore reliquiſſe. Valerius autem Max. lib. 2. c. De diſciplina militari, *L.* inquit, *Martius Tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum T. & Cn. Scipionum, quos arma Punica in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumque ſuffragiis dux eſſet creatus, Senatui de reb. actis a ſe ſcribens, in hunc modum orſus eſt: L. MARTIVS PROPRAETOR. Cujus honoris uſurpatione uti eum Patribus conſcriptis non placuit, quia duces a populo, non a militibus ſolerent creari.* Hæc Valerius. De Proconſulum autem & Proprætorum ordinario imperio lubet Appiani verba ex libro Syriaco ſubſcribere. Καὶ στρατηγοὺς, inquit, ἐπὶ τῇ στρατιᾷ προέπεμπον, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἑξαπελέκεας, ὅτι τῶν ὑπάτων δώδεκα πελέκεσι καὶ δώδεκα ῥάβδοις, ὥσπερ οἱ πάλαι βασιλεῖς, χρωμένων, τὸ ἥμισυ τῆς ἀξιώσεως ἐστὶ τοῖς δὲ τοῖς στρατηγοῖς, καὶ τὰ ἡμίσεα παράσημα. Quæ nos cum Appianum Latinum faceremus, ſic convertimus: *Imperatores cum exercitu miſerunt, quos ipſi Sex ſecurium magiſtratus (id eſt Proconſules aut Prætores) vocant: nam cum utantur Conſules duodecim ſecuribus, totidemque faſcibus, quemadmodum priſci Reges: dimidium autem poteſtatis illorum magiſtratus iſti habeant: inſignium etiam partem duntaxat habent dimidiam.* Atque hæc quidem uſque ad Auguſti imperium ita ſe, quemadmodum diximus, habuerunt. Hic vero provincias ita diviſit, ut aliæ Cæſaris, aliæ populi dicerentur. Cæſaris, quæ validiores erant, & quas annuis (ut Suetonius ſcribit) magiſtratuum imperiis regi nec facile tutum erat. Has igitur ipſe ſuſcepit, in eaſque rectores mittere inſtituit viros (ut ait Strabo) tum Conſulares, tum Prætorios, tum etiam Equites. quos & ille generali nomine διέποντας, & Iuriſconſulti in Pandectis *præſides* appellant. *Nomen* (inquit Macer) *præſidis generale eſt; eo quod & Proconſules, & Legati Cæſaris, & omnes provincias regentes, licet Senatores ſint, præſides appellantur.* Vbi tamen SENATORES NON SINT cum negatione legendum videtur: ut Equites ſignificet, de quibus hoc ipſum Strabo teſtatur: *Populi autem provinciis qui præerant, Proconſules,* (ut ait Suetonius) *dicebantur.* unde caput eſt in libro Pandectarum 1. De officio Proconſulis: quod ad populi provinciarum ſolos rectores pertinet. Nam etſi populus in ſuas provincias στρατηγοὺς ἢ ὑπάτους (ut Strabo appellat) id eſt, Prætores & Conſules (quibus nominibus abuſus eſt pro Proprætores & Proconſules, ut continuo poſt demonſtrat) tamen utroſque Proconſulum nomine appellari ſolitos & Suetonius teſtatur, & ex Pandectarum libris facile intellectu eſt, cum ſcilicet extraordinarium eſſet eo tempore prope omnium in provinciis imperium. eoque generali nomine (ut paulo ante moris fuiſſe oſtendimus) *rectores* omnes appellantur. *Nam,* ut in ejuſdem Imperatoris vita Suetonius ſcribit, *Auguſtus auctor Senatui fuit, ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in provincias mitterentur: & ut cura ærarii a Quæſtoribus urbanis ad Prætorios Prætoreſve tranſiret.* Hottom. Prætorias provincias biennes fuiſſe falſum eſt, æque fuerunt annuæ, ut Conſulares. vide Sigon. de jure provinciarum lib. 11, c. 1. Præterea verum eſt Auguſti & Imperatorum tempore, qui in provincias populi mittebantur, dictos eſſe Proconſules, ſed qui in Imperatorum provincias ibant, appellatos fuiſſe *Proprætores, legatos Imperatis Proprætore, legatos Conſulares,* ut multis declaravit Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam.

... ita verſari veſtrum impe
quam de hoſte ac de laude c
qui ſunt pudore ac temperanti
eos eſſe tales, propter multitu
minum nemo arbitratur. Diffici
quanto in odio ſimus apud exte

Difficile eſt in Aſia] Cum & procul a vobis remoti ſint, & in locis verſentur opulentiſſimis. *Hottom.*

Cilicia, Syria] Hoc amplius veteres & impreſſi nonnulli. *Cilicia, Lycia, Syria:* quod non rejicio. nam facile ob ſimiles propinquas ſyllabas prætermitti potuit. *Idem.*

Regniſque interiorem nationum] Revocavi ſcripturam Pall. omnium, item Grut. H. V. B. nec non olim impreſſorum: inferioris ætatis enim obtruſerant *exterarum.* conſulatur Modius d. Epiſt. XXXII. *Gruterus.* Totus hic locus in ſpeciem rectus, re non item. nec melius tamen eum Lambinus, ſed aliquanto corruptius legit: *Difficile eſt in Aſia, Cilicia, Syria, regniſque exterarum ita verſari veſtrum imperatorem.* Pejor, inquam, hæc, quam communis lectio vulgata. Quis enim hic locus *Lycia*, regiunculæ nullius momenti, ſi cum multis, quas Cicero ...

licia, &
ita verſa
res nati
Auctor
Hoc Aſri
dius. Sa
denſis eti
& editio a
tandri 15
tuit Grut
ſunt quæ
nobis co
P. Mela 1
ſequuntur
intra eſſe i
ſi credere li
que ſemiſe
nonnullis
num, quo
lui, editi
ſpernendu

[redacted]

um, quos ad eas per hos annos cum imperio miſimus, ırias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis ris noſtris magiſtratibus religioſum, quam civitatem ctam, quam domum ſatis clauſam ac munitam fuiſſe? ›es jam locupletes ac copioſae requiruntur, quibus ſa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Liıter haec coram cum Q. Catulo & Q. Hortenſio diſpuem, ſummis & clariſſimis viris. Noverunt enim ſocion vulnera, vident eorum calamitates, querimonias liunt. Pro ſociis vos contra hoſtes exercitum mittere atis, an hoſtium ſimulatione contra ſocios atque icos? quae civitas eſt in Aſia, quae non modo imatoris, aut legati, ſed unius tribuni militum ani-
›s ac ſpiritus capere poſſit? Quare, etiam ſi quem 23
›etis, qui collatis ſignis exercitus regios ſuperare ſſe videatur, tamen, niſi erit idem, qui ſe a pecu-ſ ſociorum, qui ab eorum conjugibus ac liberis, qui ornamentis fanorum atque oppidorum; qui ab auro

ANONYMVS.

yod enim vanum putatis] Omnia ıcullum figurate dicuntur.

VARIORVM.

e anno cum imperio miſimus] Glaıem ſignificare videtur, qui ſuc-r Lucullo miſſus fuerat. *Hottom.*

ſ ad eas per hos annos] Eſt a Co-& Vuerd. inſulſiſſime hactenus *eas hoc anno*. neque enim uno pecn fuit anno ſed pluribus: multianni indignationem cieant non . *Gruterus.* Hoc quoque debetur lio, adſtipulatur autem Erfurt.

bes jam locupletes] Senſus eſt, Vram locupletes omni ſtudio a rapaſ & avaris magiſtratibus requiır, quæ bello laceſſantur, & quidetur occaſio belli adverſus nos andi, ut poſtea feneſtram aperhabeant ad eas urbes, utpote ho-, expilandas ac diripiendas. *Hottomau.*

Propter diripiendi cupiditatem] Hist. *facultatem*, ſi accederet & alius codex reciperem in contextum. Modius interim ita loquitur, ac ſi plures libri eam proderent lectionem d. Epiſt. XXXII. ſed impropriè. *Gruterus.*

Non modo imperatoris] Antea publicati amplius, *unius imperatoris*. ſed præter omnes Pall. aliorumque mſſ. *Gruterus.*

Vnius tribuni militum] Singulis legionibus, quæ ſex millium militum erant, ſeni præficiebantur: qui interdum populi ſuffragiis interdum Imperatorum beneficio creabantur. *Hottomannus.*

Qui ab ornamentis fanorum atque opidorum] Ita Baſilicanus Colonienſis, quorum tamen hactenus nihil fuit in libris vulgatis. Aſiam abundaſſe pulcerrimis antiquiſſimiſque ſignis, nemo eſt qui neſciat, de quibus tacuiſſe hic Ciceronem veriſimile non eſt. *Gruterus.*

ro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere poſſit, non erit idoneus, qui ad bellum Aſiaticum regiumque mittatur. Ecquam putatis civitatem pacatam fuiſſe, quae locuples ſit? ecquam eſſe locupletem, quae iſtis pacata eſſe videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompejum non ſolum propter rei militaris gloriam, ſed etiam propter animi continentiam requiſivit. Videbat enim populus Romanus non locupletari quot-

Manus, oculos, animum] Alludere videtur ad Sophoclis præceptum, de quo lib. de offic. 1. ſic commemorat, *Pericles cum haberet collegam in Pratura Sophoclem poëtam, hique de communi officio conveniſſent, & caſu formoſus puer preteriret, dixiſſetque Sophocles, O puerum pulchrum Pericle, ait, At enim Pratorem Pericle decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Hott.

Videbat enim populus Romanus] Reſtituo, *populum Romanum.* eſt enim ſenſus, Ora maritima videbat pecuniam publicam & vectigalem non referri in ærarium, ut populi Romani univerſi fieret, ſed a paucis civibus potentioribus interverti: cum alii Imperatores ante Pompejum in maritimas regiones mitterentur. *Idem.* *Videbat enim, populum Romanum*] Sic reſtituit Hottomannus, & recte. Atque, ut ille hoc vidit, ſic animadverti infra proxime legendum, *neque nos*, non ut vulgo, *neque eos*, &c. Lambinus. *Videbat enim populus Romanus non locupletari quot annis pecunia publica prater paucos*] Ant. Auguſtinus ex veteris libri auctoritate delet *non*, & ex conjectura *prater.* ſed non admodum ſatisfaciebat Pantagatho, qui putabat legi debere *non locupletari quot annis pecunia publica Pratores paucos:* Idemque putabat ab eo loco, *atque in hoc bello*, uſque ad, *veniſſe gaudeant* (quæ omnia non ſine cauſa in Victoriano codice incluſa ſunt duobus ſemicirculis) eſſe additamentum (& ineptum quidem) ex aliqua declamatione omnino præter ordinem orationis, & diſtributionem. *F. Vrſinus.* *Videbat enim pratores locupletari quotan. pec. publica prater paucos; neque nos quidquam*] Nefas putavi non excipere egregiam hanc ſcripturam Baſilicani codicis & Vuerdenſis' ejecta jam recepta, *Videbat enim pop. Rom. non locuplet. &c. neque eos quidquam.* nam quid dicam Hottomanni conjectaneum a Lambino receptum, nihilominus & obſcurum, & parum dignum Cicerone? favent autem huic lectioni Pal. pr. ac ſext. in quibus diſertim: *Videbat enim P. R. locupletari*, excluſa negativa *non.* acceſſiſſe ad hanc emendationem ingenium Pantagathi prodidit amicus noſter Schottus libro 1. cap. 3. item Fulvius Vrſinus, apud quem item videnda divinatio Ant. Auguſtini. *Gruterus.* Baſil. & Vuerd. ſcripturam tuetur Erfurt. Alia quidem manus adſcripſerat margini *non* ſed recentior. Verum pro vulgata ſtat codex uterque Francii & editiones vetuſtiſſimæ, eamque merito tuetur Gronovius lib. IV. de pecun. vet. cap. 4. qui oſtendit loci hujus hanc eſſe ſententiam. Oportuit omnino bello piratico præfici, & oram maritimam provinciam habere Pompejum, non modo, quod dux optimus, ſed etiam quod ſanctus & innocens eſſet. Nam videbamus omnes, pecuniam publicam, quæ in claſſium tutelam quotannis ex ærario decernebatur (pro Flacco in mare ſuperum & inferum teſtatur *erogatum ter & quadragies*, id eſt, centum & ſeptem millia quadringentos coronatos) qua milites, ſocii navales, fabricatores navium, & qui his circa portus & ſtationes neceſſaria præbuiſſent, frui deberent: eam videbamus intercipi a paucis, inter paucos quaſi prædones ſtrangulari: præ-

[redacted]

quotannis pecunia publica praeter paucos; neque nos quidquam aliud aſſequi claſſium nomine, niſi ut detrimentis accipiendis majore affici turpitudine videremur. Nunc, qua cupiditate homines in provincias, quibus jacturis, quibus conditionibus proficiſcantur, ignorant videlicet iſti, qui ad unum deferenda eſſe omnia non arbitrantur? quaſi vero Cn. Pompejum non cum ſuis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnum eſſe videamus. Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter annos tot unus inventus ſit, quem ſocii in urbes ſuas cum exercitu veniſſe gaudeant. Quod ſi auctoritatibus hanc cauſam, Quirites, confirmandam putatis, eſt vobis auctor, vir bellorum omnium maximarumque rerum peritiſſimus, P. Servilius: cujus

prætorem forte, quæſtorem, unum alterumve legatum, & horum miniſtros: hos autem nomine & ſpecie ornandarum claſſium nihil aliud efficere, quam ut novis quotannis cladibus, identidem ſemiplenis & male inſtructis navibus per piratas direptis & abductis pudor imperii augeretur. Particula *præter* idem valet quod *niſi*, vel *præterquam*, ut apud Salluſtium: *Cæteræ multitudini diem ſtatuit, antequam liceret ſine fraude ab armis diſcedere, præter rerum capitalium condemnatis.* Varro I de Re Ruſt. c. 41: *præter ſi aliter nequeas.* Sueton. Claudio: *Reliquerit eum nullo præter auguralis ſacerdotii honore impertitum.*

ANONYMUS.

Publius Servilius] Iſte florebat. in ſenatu princeps erat. amabatur a populo.

VARIORUM.

Quibus jacturis, quibus conditionibus, &c.] Vocat *jacturas*, largitiones illas pecuniarum factas in eos per quos obtinuere provincias: de quibus ſæpius dixit orationibus in Verrem: etiam hac ipſa, capite 14. circa medium. itaque non eſt quod aliquid tribuamus viro eruditiſſ. conjicienti. *quibus uſuris, quibus condit.* tanquam ſcilicet ea vox degeneraverit in *verſuris*. libri certe Pall. omnes, reliquorumque, nihil variant; niſi quod Colon. *quibus injuriis.* cujus ſcribam apparet etiam non aſſecutum vim vocis *jactura*. Gruter. Vere Gruterus. *Iactura* enim Latinis ſunt largitiones, pecuniæ datæ corrumpendi cauſſa, pronunciati per tribus nummi, aut ut ipſe ſupra dixit, diviſi magiſtratibus & hominibus gratioſis, quorum ſuffragatione poteſtates & provincias acceperant. Cic. pro Cluentio: *Primum quidem illum iudicem pecunia corrupit, deinde ipſum Avitum, non magna jactura facta, tollendum curavit.* Pro Flacco: *quæ jactura? quanta largitio?* Gronov. lib. IV de pec. vet. cap. 4. ubi vide plura.

Qui inter annos tot unus inventus, &c.] Sic Pall. omnes & Grut. ne auſcultemus Lambino tranſponenti vocem tertiam. at Schottus noſter illud *annos*, ut intruſum ac ſupervacuum, jugulat: & alioquin uſitatam minus oratori noſtro talem anaſtrophen. *Grut.* Procul dubio vere Schottus vidit *annos* inepte interpoſitum a ſciolo, qui neſciebat, quo referret *tot*, cum ſubaudiendum ſit *imperatores*. inter tot imperatores, qui ut ſuas locupletarent arcas, publicam rem male geſſerant. ne dicam *inter tot annos* pro *in tot annis*, Latinis auribus eſſe inſolens. *Græv.*

P. Servilius] Cognomento Iſauricus: qui annos ab hinc XIII Conſul cum

jus tantae res geſtae terra marique exſtiterunt, ut, cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior eſſe nemo debeat: eſt C. Curio ſummis veſtris beneficiis, maximiſque rebus geſtis, ſummo ingenio & prudentia praeditus: eſt Cn. Lentulus, in quo omnes, pro ampliſſimis veſtris honoribus, ſummum conſilium ſummam gravitatem eſſe cognoſcitis: eſt C. Caſſius, integritate, virtute, conſtantia ſingulari. Quare videte, ut horum auctoritatibus, illorum orationi, qui diſſentiunt, reſpondere poſſe
24 videamur. Quae cum ita ſint, C. Manili, primum iſtam tuam & legem, & voluntatem, & ſententiam laudo vehementiſſimeque comprobo: deinde te hortor, ut auctore populo Romano maneas in ſententia, neve cujuſquam vim aut minas pertimeſcas. Primum in te ſatis eſſe animi perſeverantiaeque arbitror: deinde cum tantam multitudinem cum tanto ſtudio adeſſe videamus, quantam nunc iterum in eodem homine praeficiendo videmus, quid

cum Appio Claudio fuit: quo anno Sulla Dictaturam depoſuit, ut Appianus auctor eſt. Is Proconſul in Cilicia Iſauros domuit, cum prædonibus aliquoties conflixit, arces eorum validiſſimas Phaſelim & Olympum evertit, Iſaurumque ipſam Ciliciæ arcem ſuſtulit, unde Iſauricus cognominatus eſt Strabo libro XVI. & Florus in epit. *Hottom.*

A N O N Y M U S.

Manili] Cajus Manilius tribunus plebis.

V A R I O R U M.

Eſt C. Curio] *C. Scribonius Curio*, qui cum Cn. Octavio, Conſul fuit annis ab hinc decem. Proconſul Dardanos in Thracia domuit. Florus. *Hottom.*

Summis veſtris beneficiis maximiſque &c. praeditus] Lambinus addidit, *beneficiis uſus*, ſed non e fide mſſ. noſtrorum ſane, qui nihil variant, niſi quod Colon. haberet *maximus rebus*, ut forte reperi debeat ea vox, *ſummis veſtris beneficiis maximus, maximus rebus geſtis*. Gruterus.

Cn. Lentulus] Qui cum L. Lucullo Conſulatum geſſit ſex ab hinc annis. Conſul cum Spartaco pugnavit. Plutarchus. *Hottom.*

Gravitatem eſſe cognoſcitis] Erfurt. melius: *gravitatem eſſe cognoviſtis*. Grævius.

Ut horum auctoritatibus] Reſtitui auctori ſuam vocem volentibus Palatinis primo, quinto, ſexto, ſeptimo, neque aliter B. H. V. Grut. imo ſic quoque priſcæ edd. recentiores enim *num.* Gruterus.

Reſpondere poſſe videamur] P. Francii primus: *reſpondere poſſe videami.* forte, *videamini*. Grævius.

Animi perſeverantiaeque] Debetur Turingico libro, ut & Vuerd. & Hitt. vulgo, *conſtantiaque*. Gruterus.

Quantum non iterum in eodem homine praeficiendi vidimus] Hittorp. membranæ, *quantum nunc iterum in eod. h. pr. videmus.* non male. *nunc iterum*, dicit, quia idem viderant antea quoque cum Pompejus præficeretur bello maritimo. *Idem.* Hittorpianus codex rectam ſervavit

ſt, quod aut de re, aut de perficiendi facultate du-
us? Ego autem, quidquid in me eſt ſtudii, conſilii,
s, ingenii, quidquid hoc beneficio populi Romani,
hac poteſtate praetoria, quidquid auctoritate, fide,
ntia poſſum; id omne ad hanc rem conficiendam
populo Rom. polliceor ac defero. teſtorque omnes
& eos maxime, qui huic loco temploque praeſi-
qui omnium mentes eorum, qui ad rempublicam
t, maxime perſpiciunt, me hoc neque rogatu fa-
:ujuſquam, neque quo Cn. Pompeji gratiam mihi
anc cauſam conciliari putem, neque quo mihi ex
juam amplitudine aut praeſidia periculis, aut ad-
ita honoribus quaeram: propterea quod pericula
, ut hominem praeſtare oportet, innocentia tecti
emus: honorem autem neque ab uno, neque ex hoc
ſed eadem noſtra illa laborioſiſſima ratione vitae, ſi

veſtra

is lectionem, ſuffragante Er-
, & cujus veſtigia quoque in
ſi deprehenduntur, in quo *non*
perperam ſcribitur, ſed *vide-*
vidimus recte legitur. Quid
tis *non iterum vidimus?* Si hoc
, quod id ſignificare putant,
t Cicero, *quantam nunquam*
eodem homine praeficiendo vidi.
d hoc Cicero dixit, nunc ite-
ntum hominum ad hanc le-
endam confluxiſſe, ut antea
rat ad maritimum bellum ei
endum. Ceterum in P. Francii
codice haec omnia verba non
, & forte rectius abſunt. Nam
de non addita re, cui praeficiatur,
nunquam poſuit, nec alii, cre-
tine docti. *Graevius.*

A N O N Y M U S.

minem praeſtare] Sed temeritatis
repulſiones pericula polliceri.
promittere.

V A R I O R U M.

oteſtate Praetoria] Quaeſtura de
repet. *Hottom.*

huic loco temploque praeſident]
Plinius libro XXXIV. cap. de ſtatuis, tres
Sibyllae ſtatuas juxta roſtra fuiſſe tradit:
unam quam Sex. Pacuvius Taurus Ae-
dilis pleb. reſtituit: duas, quas M. Meſ-
ſala. Et eodem rurſus lib. aliquanto
poſt *Herculis ſtatuam* nominat, *tuni-
cati, Eleo habitu, torva facie, &c.* Sue-
tonius autem in Iulio ſimulachrum Ve-
neris genitricis pro roſtris fuiſſe teſtatur.
Idem.

Innocentia tecti pellemus] Hittorp. &
Vuerd. *repellimus*; γνησίως, inquit Gui-
lielmius. *Gruter.* Erfurt. *repellemus.*

Honorem autem neque ab uno] Haud
ſecus olim cuſi, Pall. noſtri Gruter.
Hitt. &c. poſterius editi, *honores*; haud
ſcio quam bene. unus enim Ciceroni
reliquus ex annuis magiſtratibus, con-
ſulatus. *Grut.* Erfurt. etiam *honorem.*

*Sed eadem noſtra illa laborioſiſſima vita
ratione*] In privatorum periculis pro-
pulſandis. Idcirco initio dialogi de ora-
tore hanc vitae rationem in cauſis agen-
dis occupatam, *ambitionem* appellat. *Si
infinitus*, inquit, *forenſium rerum labor,
& ambitionis occupatio de curſu honorum
etiam aetatis flexu conſtitiſſet.* Hottom.

A N O-

veſtra voluntas feret, conſequemur. Quamobrem, quidquid in hac cauſa mihi ſuſceptum eſt, Quirites, id omne me reipub. cauſa ſuſcepiſſe confirmo: tantumque abeſt, ut aliquam bonam gratiam mihi quaeſiſſe videar, ut multas etiam ſimultates partim obſcuras, partim apertas intelligam, mihi non neceſſarias, vobis non inutiles, ſuſcepiſſe. ſed ego me hoc honore praeditum, tantis veſtris beneficiis affectum, ſtatui, Quirites, veſtram voluntatem, & reipublicae dignitatem, & ſalutem provinciarum atque ſociorum, meis omnibus commodis & rationibus praeferre oportere.

ANONYMUS.

Obſcuras partim] Luculli & Hortenſi.

VARIORUM.

Mihi non neceſſarias, vobis non inutiles] Quid ſignificat? Tacite, opinor, Lucullo & aliis, qui hoc anno vel cum imperio, vel cum legatione in Aſiam miſſi ſunt, quorumque ſimultates ſubiturum ſe ob hanc cauſam intelligit, denunciat fore: ut per earum ſimultatum cauſam eos in judicium adducat, & plurimas res ab iis minus honeſte geſtas patefaciat. *Hott.* *Apertas, intelligam, mihi non neceſſarias*] Legendum videtur: *apertas, mihi non neceſſarias, vobis non inutiles, intelligam me ſuſcepiſſe.* Lamb.

PR

PRO
A. CLVENTIO AVITO.
ORATIO DECIMAQVARTA.

ARGVMENTVM P. MANVTII.

Saſſia quaedam, Cluentii mater, improbi mulier ingenii, libidinis effraenatae, poſt binas nuptias, unas patris Cluentii, alteras A. Aurii Melini, generi ſui, quem cum filia divortium facere coegit, poſtremo nupſit Statio Albio Oppianico, qui Melinum ejus virum occiderat. Hic cum intelligeret, Cluentium nondum teſtamentum feciſſe, eoque mortuo bona ejus omnia ad matrem eſſe ventura, incenſus avaritia, veneno eum tollere decrevit. ea re cognita, duobusque praejudiciis jam probata, primum Scamandri damnatione, cujus in manibus venenum deprehenſum fuerat, deinde C. Fabritii, qui Cleophanti, quo Cluentius medico utebatur, ſervum Dio-

Avito] Sic eſſe legendum jampridem admonuit Cujacius Toloſanus, juriſconſ. doctiſſimus: quod cum Romæ eſſemus, mecum communicavit Petrus Faber Toloſanus, ſupplicum libellorum in regia magiſter, egoque nuper in commentarios Lucretianos retuli. *Lambinus.* *Habito*] Non video cur *Habitus* cognomen in *Avitus* mutandum ſit, antiquis præſertim libris repugnantibus, & vetuſtiſſimo lapide, in quo inciſum eſt, AVR. ABITVS. MIL. COH. X. PR. ut aſpiratio tantum ſit ex eo cognomine tollenda, nihilque præterea aliud mutandum. *Cluentius* autem pro *Cluventius*, ut eſt in antiqua inſcriptione, ſcribebant antiqui, ut *fluius* pro *fluvius*, *Cluius* pro *Cluvius*, & *vas* pro *vuas*, unde *vaſa* ab imperitis librariis ſcriptum invenitur pro *vas*, cum apud Ciceronem in Oeconomico, tum apud Suetonium in Rhemnio Palæmone, ubi legendum eſt: *Vitem ejus manu inſtitutam* CCCLX *vas edidiſſe*, ex Plinio lib. XIV. cap. IV. & Columell. lib. III. cap. III. *F. Urſinus.* Cujacius in librum III Sentent. Paulli tit. IV, ad verſum *moribus*, ſæpe pro *Avitus* in antiquis libris corrupte ſcribi *Habitus* variis docet exemplis. Tryphonius ſane I C. in l. 39. D. de pœnis *Avitum* vocat hunc Cluentium, ubi hæc oratio laudatur, ſed apud Quintil. in lib. IV, cap. 2, & lib. V. orat. Inſt. cap. 10, ſcribitur *Habitus.* Sic enim illic laudat Ciceronis verba: *A. Cluentius Habitus fuit pater hujuſce.* hic vero: *Iudicium aut ab Habito, aut Oppianico eſſe corruptum. Si doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico: ſi oſtendo ab Oppianico, purgo Habitum.* Etiam in Faſtis Capitolinis mentio fit Habiti. DECLA VIBIVS C. F. C. N. HABITVS. *Gravius.*

. ... H-S pro numero judicu.
dediſſet. quo poſtea crimine, & Sta
bus, Gutta, Popillius, aliique ejuſ.
damnati ſunt. Annis quinque poſt a
nicus in exſulio periiſſet, uxor Saſſia.
quod ejus conſilio diceret per M. A
venenum in pane datum. & cum
bita, nihil eſſet repertum: rurſus ead
leſcenti Oppianico filia collocata, im
veneficio accuſandum. is actore uſus ej
contra quem praetor Cicero Cluentium
eſt ad Q. Voconium Naſonem, qu
quaeſivit, Lepido & Tullo Coſ.

ARGVMENTVM FR.

Saſſia A. Cluentii mater A. Aurio
filia Cluentia, nupſit. Melinum Stati
eques Romanus ex municipio Larinate i
Saſſia. Socrus injuria & domus ignomi
gularem matris libidinem Cluentius
Hac de cauſa Cluentium mater oderat
oderat Oppianicus. nam Cluentius
nibus ſuis

num detulit, qui cum Cluentio de hac re locutus eſt. A
bonis conſulto latentibus deprehenſum venenum eſt, quod
ıander Diogeni conſilium diſſimulanti traderet. Sca-
drum Cluentius vocavit in judicium. Accuſavit P. Can-
ıs. M. Cicero Aletrinatium vicinorum precibus ad-
ıs, defendit. Scamander omnibus ſententiis praeter unam
ıatus eſt. Ad eoſdem judices Fabritius reus factus eſt.
ſavit idem Cannutius: defenderunt fratres Cepaſii. Iu-
n omnium ſententiis damnatus Fabritius eſt. In utraque
ſatione Oppianicus criminis architectus arguebatur. Op-
cus his duobus praejudiciis jam damnatus, ad eoſdem ju-
reus citatus eſt. Accuſavit idem Cannutius, defendit
Quintius Trib. pleb. Accuſator praeter hoc veneni cri-
, caedes multas uxorum, liberorum fratris & alienorum
ppianico factas enumeravit. In hac cauſa judices erant
ıta duo. Ex his decem & ſeptem ſibi corrumpendos Op-
cus putavit. Per Stalenum, qui & ipſe judex erat, rem
ıode fieri poſſe ratus, ad eum, ut pactus erat D C X L
a nummum deferri juſſit ad corrumpendos X V I judi-
ut ſingulis quadragena millia daret. Ipſius autem Sta-
ſententia ſeptima decima ſpe majorum praemiorum acce-
. Stalenus Oppianici pecunia domi condita, e re ſua pu-
Oppianicum damnari potius quam abſolvi. Eo enim
ıato non putat fore, qui pecuniam repetat. Aliquot ju-

deſtitutum. In conſilio judicum manavit fama, pecuniae mentionem inter judices verſatam eſſe. Itur in conſilium. Oppianicus abſolvi ſperans, damnatur etiam ab iis, quos corruptos eſſe putarat. L. Quintius Oppianici patronus, concionibus turbulentis populum Romanum in judices concitavit. Oppianicum enim hominem innocentem corrupto judicio oppreſſum eſſe dicebat. nam in populum jactabat, judices a Cluentio corruptos eſſe: quod populo magis erat credibile, quam ab Oppianico, quod Oppianicus damnatus eſſet, C. Iunius, qui in hac cauſa quaeſitor fuerat, populi concitati furore damnatus eſt. Alii poſtea judices damnati, alii a Cenſoribus notati ſunt. Anno quinto poſt hoc judicium, Oppianicus cum exularet, ex equo decidit, latus offendit, febri correptus eſt, quo ex morbo interiit. Saſſia, quae filium Cluentium cupiebat perditum, de Stratone, qui fuerat ſervus A. Rupilii, quo medico Oppianicus uſus fuerat, & de Nicoſtrato Oppianici ſervo quaeſtionem habuit, ut vi tormentorum dicere cogerentur, Oppianicum a Cluentio necatum veneno. Iterum habita quaeſtione, idem conſtanter dixerunt: ſe enim de veneno quicquam ſcire negaverunt. Amici & hoſpites Oppianici & Saſſiae viri boni, qui ad eam quaeſtionem advocati fuerant, ſibi ſatis quaeſitum videri dixerunt. Quaeſtio igitur dimiſſa eſt. Triennio poſt, Strato in domo Saſſiae furtum fecit. De hoc & de Nicoſtrato habita quaeſtio eſt, ut quum de furto quaereretur, aliquid de veneno quod Oppianico Cluentius dediſſet, confiterentur. Horum in quaeſtionem confeſſionem Saſſia ipſa ſcripſit: de furto, de quo habebatur quaeſtio, nihil ſcripſit: de veneno ſcripſit. poſtea Stratonem execta lingua in crucem egit. De Nicoſtrato quid actum ſit, incertum fuit. Saſſia igitur ab Oppianico privigno, cui filiam ex genero ſuſceptam ipſa deſpondit, impetrat, ut Cluentium accuſet, quod Oppianicum veneno in exilio necaverit. Anno octavo poſt damnatum Oppianicum, Cluentius infeſto matris odio, a T. Actio de veneficio accuſatur. In accuſatione Cluentii duo praecipue fuerunt, quae Cluentium laedere viderentur:

quod

quod a Cluentio Oppianicum veneno necatum accuſator dicit, quod cauſae proprium eſt: & invidia judicii Iuniani, quod a Cluentio corruptum, ut Oppianicus damnaretur, Actius dixerat, quae per annos octo continuos duravit. Superius eſſe ſibi facile quod refutet, poſterius difficile quod tollat, Cicero dicit. Prius refutat id quod difficilius eſt, quod Cluentii cauſam laedere maxime videbatur. Ut doceat, illo judicio Iuniano Oppianicum jure damnatum fuiſſe, primum oſtendit, quam impia in filium Saſſia fuerit, a qua omne hoc periculum Cluentii profectum eſt: deinde multa nefaria Oppianici flagitia enumerat, quae in Oppianici accuſatione Canutius dixerat, ut his cognitis, credibile ſit, non a Cluentio, nihil de victoria deſperante: ſed ab Oppianico, ſibi conſcio, ideoque ne damnaretur metuente, judices eſſe corruptos. Quod objecit Actius de C. Iunii quaeſitoris & judicum poſt Oppianici judicium damnatione, Cicero negat Iunii damnationem legitimo judicio factam fuiſſe, ſed ſeditioſam populi concitationem eſſe potius quam judicium. Id quamvis judicium eſſet, oſtendit tamen Iunii cauſam cum Cluentii cauſa conjunctam non fuiſſe. Alia judicia partim nihil contra Cluentium valere, partim pro Cluentio eſſe demonſtrat. M. Aquilium & T. Guttam judices a Cenſoribus Senatu motos, ab iiſdem Cluentium notatum ob corruptum judicium Actius dixit. Cenſoriam notam judicii loco habendam non eſſe oſtendit Cicero, eluditque quod dixerat Actius, Egnatium a patre exhaeredatum, quod in eadem cauſa judex corruptus fuiſſet. Senatuſconſultum de corrupto hoc judicio factum Cicero elevat, purgatque, quod poſt damnatum Oppianicum, quum C. Verrem accuſaret, Iunianum judicium, ut Actius objecit, corruptum dixerit. Iudiciaria lege, qua equites non tenebantur, Cluentius, qui ex equeſtri ordine erat, defendi noluit. Ejus legis aequitatem Cicero oſtendit. Levia quaedam maledicta in Cluentium leviter diluit. Tribus veneficiis, quorum poſtremum eſt, quo Oppianicus dicitur necatus, Cluentium Actius criminatus eſt. Ea Cicero refutat. Alio

mortis genere Oppianicum interiſſe, & hoc crimen a Cluentii matre confictum eſſe oſtendit. Concludendo primum enumerat per capita, quae in Saſſiam dicta ſunt, deinde Saſiae in filium impietatem amplificat. poſtremo flectit judices, ut Cluentii miſereantur. Oratio judicialis eſt. Status conjecturalis. Acta eſt haec cauſa ad gradus Aurelios. Q. Naſo Praetor, & Q. Voconius Quaeſitor fuit. T. Actius adoleſcens accuſavit, & Cicero Praetor defendit.

1 ANimadverti, judices, omnem accuſatoris orationem, in duas diviſam eſſe partes: quarum altera mihi niti & magnopere confidere videbatur invidia jam inveterata judicii Iuniani: altera tantummodo conſuetudinis cauſa timide & diffidenter attingere rationem veneficii criminum, qua de re lege eſt haec quaeſtio conſtituta. Itaque mihi certum eſt hanc eandem deſtributionem invi-

ANimadverti judices] In orationum judicialium initio ad judices ſermo converti ſolet. aliquando tamen cauſæ utilitas poſtulat, ut ad alios convertatur. Cicero quoque pro Scauro ambitus reo, in ipſo orationis initio proſopopœia loquentis pro reo: pro eodem Scauro repetundarum reo, & pro Rabirio Poſthumo exemplis: pro A. Cluentio partitione uſus eſt, ut ait Quintil. lib. 4. cap. 1. *Docilem ſine dubio & hac ipſa præſtat attentio, ſed & illud, ſi breviter & dilucide ſummam rei, de qua judex cognoſcere debeat, indicaverimus. quod Homerus atque Virgilius in operum ſuorum principiis faciunt. Nam iſtius rei modus eſt, ut propoſitioni ſimilior ſit quam expoſitioni: nec quomodo quicque ſit actum, ſed de quibus ſit dicturus orator oſtendat. Nec video quod hujus rei apud oratores poſſit reperiri melius exemplum, quam Ciceronis pro Cluentio.* Sequuntur tum verba Ciceronis: *Id tamen totum reſpondenti facilius eſt, quam proponenti: quia hic admonendus judex, illic docendus eſt.* Sylvius.

Invidia judicii Iuniani] C. Iunius quæſitor fuerat in cauſa Oppianici, ideo judicium de Oppianico factum, appellat *Iunianum.* C. autem Iunius poſtea damnatus eſt, quod in Oppianici cauſa corruptus fuiſſe dictus ſit. *Idem.*

Invidia jam inveterata] Quæ octo annos continuos duravit, tot enim anni fuerunt a damnato Oppianico ad hanc Cluentii cauſam. Ea autem invidia eſt, quam L. Quintius Trib. pleb. Oppianici patronus multis concionibus excitaverat. *Idem.*

Altera tantummodo] Guilielmius legit *alteram.* ſed poterat ſubaudiri, *videbatur*, quod præceſſit. *Grut.* Altera ſc. parte. Eſt caſus ſextus, non primus. Nihil itaque immutandum cum Guilielmio. Mox Franc. *rationem veneficii, & criminum.* Accuſator præter veneficium, & alia reo crimina objecit. *Gravius*

Lege eſt hæc quæſtio conſtituta] Lege Cornelia conſtitutus eſt prætor, qui quæreret de veneficio. vide Sigonii, lib. 2, de judiciis cap. 30. *Quæſtio* eſt judicium publicum.

Sub-

[redacted]

vidiae & criminum ſic in defenſione ſervare, ut omnes intelligant, nihil me nec ſubterfugere voluiſſe reticendo, nec obſcurare dicendo. Sed cum conſidero, quomodo mihi in utraque re ſit elaborandum, altera pars, ea quae propria eſt judicii veſtri, & legitimae veneficii quaeſtionis, per mihi brevis, & non magnae in dicendo contentionis fore videtur: altera autem, quae procul a judicio remota eſt, quae concionibus ſeditioſe concitatis accommodatior eſt, quam tranquillis moderatiſque judiciis, proſpicio, quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris ſit habitura. Sed in hac tanta difficultate illa me res tamen, judices, conſolatur, quod vos de criminibus ſic audire conſueſtis, ut eorum omnem diſſolutionem ab oratore quaeratis: ut non exiſtimetis, plus vos ... ad

Subterfugere voluiſſe reticendo] Id eſt, quod verum eſt reticere, ut ſubterfugiam: quod falſum eſt dicere, ut obſcurem. Pollicetur igitur, ſe nihil celaturum quod verum ſit, nihil dicturum quod falſum. *Sylvius.*

Altera pars, ea quæ propria eſt judicii veſtri, & legitimæ veneficii quæſtionis, per mihi brevis] Franc. *Altera pars eſt ea, quæ propria eſt judicii noſtri, & legitimæ veneficii quæſtionis, quæ mihi perbrevis.*

Ea quæ propria eſt judicii veſtri] Id eſt, de qua quæſtio conſtituta eſt, ideoque de qua ſententiam laturi eſtis. Quamvis enim accuſator multa crimina reo objiciat, ut id quod cauſæ proprium eſt, ſit magis credibile, judices tamen de eo ſolo pronunciant, de quo quæſtio conſtituta eſt: id igitur judici proprium eſt. *Sylvius.*

Legitimæ quæſtionis] Id eſt, cauſæ lege conſtitutæ. *Idem.*

Per mihi brevis] Id eſt, mihi perbrevis. Tmeſis eſt, vel ut Donatus, diæreſis; ut lib. epiſt. ad Attic. 1. *Quod ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt.* In eodem: *Per mihi, per, inquam, gratum feceris, ſi in hoc tam diligens fueris, quam ſoles in his rebus, quas me valde velle arbitraris.* Lib. 5. *Per mihi gratum erit, ſi id curaris ad me perferendum.* Lib. 10. *Per enim magni æſtimo tibi firmitudinem animi noſtri, & factum noſtrum probari.* Idem.

Quæ procul a judicio remota eſt] Id eſt, quæſtionis judicii propria non eſt, id eſt, ea quæ eſt invidia judicii Iuniani. *Idem.*

Seditioſe concitatis] Ab aliquo Tribunorum pleb. *Idem.*

Proſpicio, quantum in agendo difficultatis] Liber manuſcr. habet, *perſpicio*, ego tamen nihil muto. idem, infra, ubi vulgati habent, *conſuevistis*, habet, *conſueſtis*. Lamb. Franc. etiam *perſpicio*.

Audire] In accuſatione, id eſt, de criminibus, quæ propria cauſæ ſunt. *Sylvius.*

Ut eorum omnem diſſolutionem] Id eſt, excuſationem, negationem, purgationem, vel refutationem. Illa autem ſententia eſt: Quum accuſator intendit, vel probat crimina reo objecta, non continuo creditis, ſed expectatis ejus qui reo patrocinatur diſſolutionem. Ideo ſpero fore, ut refutationem meam horum veneficii criminum expectetis. Id ſi feceritis, nihil dixerit accuſator, quod reum lædat. *Idem.*

Ab oratore] Id eſt, a patrono: nam autore Donato in Hecyram Terentii, *Orator eſt is cui cauſa defendenda mandatur.* Idem.

ad ſalutem reo largiri oportere, quam quantum defenſor purgandis criminibus conſequi & dicendo probare potuerit. De invidia autem ſic inter vos diſceptare debetis, ut non quid dicatur a nobis, ſed quid oporteat dici conſideretis. Agitur enim in criminibus A. Cluentii proprium periculum: in invidia cauſa communis. Quamobrem alteram partem cauſae ſic agemus, ut vos doceamus: alteram ſic, ut oremus. in altera diligentia veſtra nobis adjungenda eſt: in altera fides imploranda. nemo eſt enim, qui invidiae ſine veſtro ac ſine talium virorum ſubſidio poſſit reſiſtere.

2 Equidem quod ad me attinet, quo me vertam neſcio. Negem fuiſſe illam infamiam judicii corrupti? negem illam rem agitatam in concionibus? jactatam in judiciis? commemoratam in ſenatu? evellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus inſitam? tam vetuſtam? non eſt noſtri ingenii: veſtri auxilii eſt, judices, hujus innocentiae ſic in hac calamitoſa fama, quaſi

Ad ſalutem] Id eſt, ad abſolutionem. *Sylvius.*

Sed quid oporteat dici, conſideretis] Quum ad ordines veſtros hæc invidia pertineat. *Idem.*

Alteram partem cauſæ] De veneficii criminibus. *Idem.*

Vt vos doceamus] Id eſt, credibile non eſſe ut doceamus crimina hæc a Cluentio admiſſa. *Idem.*

Nemo eſt, qui invidiæ] Invidia eſt mala gratia, & malevolentia ex improbo aliquo facinore, aut hujuſmodi facinoris ſuſpicione contracta, aut improbi alicujus hominis ſermone excitata: quæ tantum habet momenti, tantum virium ad opprimendam etiam innocentiam, ut eam viro forti metuendam eſſe Ariſtoteles lib. Ethicorum 3. ſcribat. *Idem.*

Quo me vertam neſcio] *Diaporeſis eſt, id eſt, addubitatio: qua utimur*, ut ait Romanus Aquila, *quum propter aliquas res volumus videri dubitare, & quaſi ab ipſis judicibus conſilium capere, quo potiſſimum genere orationis utamur.* Quale, inquit, eſt pro Cluentio proœmium: *Equidem quo me vertam judices neſcio; negem fuiſſe illam infamiam, &c.* Autore Quintiliano lib. IX. *Affert aliquam fidem veritatis dubitatio, quum ſimulamus quærere nos unde incipiendum, ubi deſinendum, quid potiſſimum dicendum, an omnino dicendum ſit. Cujuſmodi exemplis plena ſunt omnia; ſed unum interim ſufficit: Equidem, quod ad me, quo me vertam neſcio. Negem fuiſſe infamiam judicii corrupti, &c.* Idem.

Agitatam in concionibus] Conciones ſunt, populi Romani ut forum judicum, & curia ſenatorum. Sunt etiam conciones, orationes ad populum. L. autem Quintius populum Romanum ſuis concionibus concitaverat maxime, uti poſtea dicet. *Idem.*

Iactatam in judiciis] Vt in cauſis Staleni, Bulbi, Guttæ, Popilii, quorum de damnatione poſtea Cicero dicet. *Idem.*

Pa-

quaſi in aliqua pernicioſiſſima flamma, atque in communi incendio ſubvenire. Etenim ſicut aliis in locis parum firmamenti & parum virium veritas habet: ſic in hoc loco falſa invidia imbecilla eſſe debet. Dominetur in concionibus, jaceat in judiciis: valeat in opinionibus ac ſermonibus imperitorum, ab ingeniis prudentium repudietur; vehementes habeat repentinos impetus, ſpacio interpoſito & cauſa cognita conſeneſcat. denique illa definitio judiciorum aequorum, quae nobis a majoribus tradita eſt, retineatur: ut in judiciis & ſine invidia culpa plectatur, & ſine culpa invidia ponatur. Quamob-

Parum virium veritas habet] Deleta voce minus Latina, *falſitas*, quæ in hunc locum irruerat, repoſui, *veritas*: quæ reperitur in omnibus libris manuſcriptis: quod jampridem admonuit P. Victorius. *Lambinus.* *Et parum virium falſitas habet*] Pro *falſitas*, quidam Faërni conjecturam ſecuti, emendarunt *veritas*; quæ lectio non admodum ſatisfacit: nec enim video, cur Faërnus veterum ſcripturam librorum improbare debuerit, niſi forte in cœtibus latronum & piratarum, & aleatorum, & lupanarium, & inſtitorum volebat Tullium dicere hic *veritatem parum firmamenti habere* (præteritis hominum honeſtis cœtibus) aut non videbat falſitatem cujuſcunque rei, in quovis alio hominum cœtu comparari cum falſitate invidiæ in judiciis: aut contendebat *falſitas*, non eſſe Latinum: quaſi locus hic tam perſpicuus ſatis auctoritatis non habeat, adjuncta præſertim fide tam multorum codicum, & neceſſitate hujus loci ſententiæ, & abſurditate contrariæ. Neque eſt, quod nitantur illis verbis qui Faërni lectionem tueri volunt, *Dominetur in concionibus, valeat in opinionibus, ac ſermonibus imperitorum*: nam neque perpetuum hoc eſt in illis, neque diu, atque extremum valet falſitas, cum contravenerint graviſſimi veritatis patroni: ſed ſi quis aditus eſt aperiendus falſitati, in his temerariis ac levibus cœtibus aperiatur. *F. Urſinus.*

Parum virium veritas habet] Propugnat hanc ſcripturam Victorius lib. XXIV. Variar. Lect. cap. 2. reperique ego in ſex. Palatinis calamo exaratis. nam unus eorum frontiſpicio iſto deſtituebatur, ſed & idem reperit in exemplari S. Victoris Guilielmius. defendit tamen amicus noſter Urſinus vulgatum *falſitas*, tanquam ſubnixum libris ſcriptis, qui & videatur. nam in editis antiquis extare ipſe teſtor. ſed quis aſſeverabit ipſos non ſubiiſſe manum correctoris? lectionem noſtram pluribus Græcorum Latinorumque auctorum quaſi tibicinibus fulcii ad illud Livii libro XXII. cap. 39. *Laborare nimis ſus ſæpe ajunt: exſtingui numquam*, quam lectionem ibidem ſtabilio, contra Mureti veterem, contra amici noſtri Scipionis Gentilis recentem emendationem. *Gruter.* *Veritas* tuentur duo Francii & Dreſdenſis codex. Hieronymus dialogo adverſus Pelagianos: *Cum dixeris quæ volueritis, audies quæ nequaquam velis. Veritas enim laborare poteſt, vinci non poteſt.* Grævius.

Sine culpa invidia] Id eſt, falſa invidia, ea ſcilicet quæ ſuſcepta eſt ſine culpa ejus in quem ſuſcepta eſt. *Sylvius.*

Ponatur] Id eſt, deponatur; ut in L. Piſonem: *Hoc ita fit, ut viri fortes, etiamſi ferro inter ſe comminus decertarint, tamen illud contentionis odium ſimul cum ipſa pugna armiſque ponant.* In ea re id verbum *ponere* ſæpe dicitur: ut *ponere arma*,

obrem a vobis, judices, antequam de ipſa cauſa dicere incipio, haec poſtulo: primum id, quod aequiſſimum eſt, ut ne quid huc praejudicati afferatis. etenim non modo auctoritatem, ſed etiam nomen judicum amittemus, niſi hic ex ipſis cauſis judicabimus, ac ſi ad cauſas judicia jam facta domo deferemus. deinde ſiquam opinionem jam veſtris mentibus comprehendiſtis, ſi eam ratio convellet, ſi ratio labefactabit, ſi denique veritas extorquebit, ne repugnetis, eamque animis veſtris aut libentibus aut aequis remittatis. tum autem, cum ego unaquaque de re dicam & diluam, ne ipſi quae contraria ſunt taciti cogitationi

arma, veſtem, dolorem, vitam, Cicero dixit. In primo de officiis: *Ii qui armis poſitis ad Imperatorum fidem confugiunt, quamvis murum aries percuſſerit, recipiendi ſint.* In libro Tuſcul. quæſtionum primo: *Iuvenes ii, quos modo nominavi, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt.* Lib. 5. *Atque is quum pila ludere vellet, ſtudioſe enim id factitabat, tunicamque poneret, adoleſcentulo, quem amabat, tradidiſſe gladium dicitur.* *Ponere tunicam* pro inducere, vulgus indocte dicit. Lib. 3. *Quid eſt autem quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam quum eſt intellectum nihil profici, & fruſtra eſſe ſuſceptum?* Libro Epiſtolarum Familiarium nono: *Hoc denique animo ſum, ut ſi in hac cura atque adminiſtratione vita mihi ponenda ſit, præclare actum mecum putem.* Sylvius.

Hoc poſtulo] Quia judices nobis conciliatos habere debemus, ſumma diligentia videndum eſt, an eorum animi alieni ſunt, vel præjudiciis, vel opinione domo allata, vel tacita, quum agitur cauſa, cogitatione, ut hanc animorum affectionem tollamus. *Idem.*

Præjudicati] *Præjudicatum* hic appellat, quod paulo poſt *præjudicium*: id autem eſt, quod ante in judiciis ad cauſam ipſam pertinentibus pronunciatum eſt: ut paulo poſt, Scamandri & Fabricii damnationes, Oppianici præjudicia appellat. Quia igitur poſt damnatum Oppianicum C. Iunius, Stalenus, Gutta, aliique multi, qui in Oppianici cauſa judices fuerant, damnati ſunt, & Cluentius a Cenſoribus notatus, poſtulat Cicero ne hæc judices habeant veluti præjudicia ad hanc corrupti judicii cauſam pertinentia. *Idem.*

Sed etiam nomen judicum amittemus] Nam ex aliorum ſententia, non ex noſtra, judicium feremus, Quintilianus lib. 5. *In præjudiciorum refutatione dicit rogandos eſſe patrono judices, ut rem potius intueantur ipſam, quam juri jurando alieno ſuum donent.* Idem.

Iudicia jam domo facta] Sunt præjudicia, de quibus, quod de animi affectionibus Salluſtius dicit, vere dicere poſſumus: *Haut facile animus verum pervidet, ubi illa officiunt.*

Si oratio labefactabit] Sic legendum eſt: quod & libri veteres, *& ratio flagitant*. Lambinus. *Si ratio labefactabit*] Lambinus *oratio*, ex mſſ. ſuis, ut ait; quos puto reſtringendos ad unicum exemplar S. Victoris, in quo ita extare adnotavit Guilielmius. noſtri certe Pall. ſtant a vulgato, neque deſerunt edd. antiquæ. *Grut.* *Ratio* comprobat Franc.

Ne ipſi, quæ contraria ſunt, taciti cogitationi veſtræ ſubjiciatis] Videtur adumbraſſe Andocidis illa ex oratione περὶ μυστηρίων. *τὰ δ' ὑμῶν* (inquit) *δέομαι μετὰ εὐνοίας μου τὴν ἀκρόασιν τῆς ἀπολογίας ποιήσασθαι καὶ μήτ' ἐμοὶ ἀντιδίκους καταστῆναι, μήτε ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα, μήτε ῥήματα θηρεύειν.* F. Viſinus.

Annes

tioni veſtrae ſubjiciatis, ſed ad extremum exſpectetis, & me meum dicendi ordinem ſervare patiamini: cum peroraro, tum, ſi quid erit praeteritum, a me requiratis. Ego me, judices, ad eam cauſam accedere, 3
quae jam per annos octo continuos ex contraria parte audiatur, atque ipſa opinione hominum tacita prope convicta atque damnata ſit, facile intelligo: ſed, ſi quis mihi deus veſtram ad me audiendum benivolentiam conciliarit, efficiam profecto, ut intelligatis, nihil eſſe homini tam timendum, quam invidiam: nihil innocenti, ſuſcepta invidia, tam optandum, quam aequum judicium, quod in hoc uno denique falſae infamiae finis aliquis atque exitus reperiatur. Quamobrem magna me ſpes tenet, ſi ea quae ſunt in cauſa explicare, atque omnia dicendo conſequi potuero, hunc locum conſeſſumque veſtrum, quem illi horribilem A. Cluentio ac formidoloſum fore putaverunt, eum tandem ejus fortunae miſerae multumque jactatae portum ac perfugium futurum. Tametſi permulta ſunt, quae

Annos octo continuos] Nam octi anni fuerunt ab Oppianici damnatione, uſque ad hanc Cluentii cauſæ actionem. *Sylvius.*

Ex contraria parte audiatur] Id eſt, ab L. Quintio, aliiſque Cluentii adverſariis. A rei iniquitate flectit judices: naturalis enim favor eſt pro laborantibus. Reo favetur, ideoque reo quam accuſatori plures ad agendum horæ dabantur: ut in cauſa Milonis accuſatori duæ, reo tres horæ datæ ſunt. *Idem.*

Si quis Deus conciliarit] Hoc ideo dicit, quia difficile eſt conciliatos judices habere, qui tot annos adverſam cauſam audiverunt. *Idem.*

Magna me ſpes tenet] Id eſt, multum ſpero; ut, *tenet me odium tui*, id eſt, odi te. Cicero Actione in Verr. III. *Homines ſcitote eſſe quoſdam, quos tantum odium veſtri ordinis teneat, ut hoc palam jam dictent, ſe iſtum, quem ſciant eſſe hominem improbiſſimum, hoc uno nomine abſolvi velle, ut ab Senatu judicia per ignominiam turpitudinemque auferantur.* Id.

Perfugium] Vt in lib. de offic. 2. *Regum, populorum, nationum portus erat & perfugium Senatus.* Perfugium autem, non, ut vulgo dicunt, refugium dicitur: quamvis *confugere*, non *perfugere* dicamus, pro eo quod eſt perfugium quærere. Virg. lib. Æneid. 1. *Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco. Inde confugelam pro perfugio antiquos dixiſſe, Sex. Pompejus autor eſt.* Idem.

Tametſi permulta ſunt] Quia oratio brevis eſſe debet, utilis illa occupatio eſt, quum aliquid nos dicere nolle ſignificamus, metuentes ne prolixa noſtra oratio ſit: tum enim fortaſſe majora, quam diceremus, animis judices concipiunt, noſque brevitati ſtudere cogitantes, nihil nos putant eſſe dicturos, niſi quod ad cauſam pertineat plurimum. Inde orationi noſtræ fides autoritaſque accedit. *Idem.*

quae mihi, antequam de cauſa dicam, de communibus invidiae periculis dicenda eſſe videantur, tamen, ne diutius oratione mea ſuſpenſa exſpectatio veſtra teneatur, aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, judices, qua mihi ſaepius utendum eſſe intelligo, ſic ut me audiatis, quaſi hoc tempore haec cauſa primum dicatur, ſicuti dicitur; non quaſi ſaepe jam dicta & numquam probata ſit. hodierno enim die primum veteris iſtius criminis diluendi poteſtas eſt data: ante hoc tempus error in hac cauſa atque invidia verſata eſt. Quamobrem dum multorum annorum accuſationi breviter dilucideque reſpondeo, quaeſo, ut me, judices, ſicuti
4 facere inſtituiſtis, benigne attenteque audiatis. Corrupiſſe dicitur A. Cluentius judicium pecunia, quo inimicum ſuum innocentem Statium Albium condemnaret. Oſtendam, judices, primum, quoniam caput illius atrocitatis atque invidiae fuit, innocentem pecunia circumventum,

Suſpenſa] Incerta & dubia expectans refutationem: ut de lege Agraria contra Rullum: *Nolo ſuſpenſam & incertam plebem Romanam obſcura ſpe & caca expectatione pendere.* Sylvius.

Aggrediar ad crimen] Simile illud eſt pro P. Seſtio: *Quanquam a Q. Hortenſio clariſſimo viro atque eloquentiſſimo cauſa eſt P. Seſtii perorata, nihilque ab eo prætermiſſum eſt, quod aut pro Rep. conquerendum fuit, aut pro reo diſputandum, tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potiſſimum defuiſſe videatur, &c.* Illud autem, *Aggredere o magnos, aderit jam tempus, honores:* poëtis magis familiare eſt. *Idem.*

Error] Quum enim ab Oppianico judicium tentatum ſit, id a Cluentio corruptum vulgo creditum eſt. *Idem.*

Breviter dilucideque] Oratio enim brevis & dilucida eſſe debet. Ejus autem brevitas tum demum eſt, ſi nihil in ea ſupervacaneum ſit. Itaque hæc oratio, quæ paginis multis perſcripta eſt, brevis eſt. *Idem.*

Benigne attenteque] Illud ſæpe fit, ut quum ad aliud tranſimus, auditores admoneamus, eoſque attentos faciamus. Hac ratione oratio magis dilucida fit, & auditores prædicta mente recolligunt, atque ad reliqua audienda ſe præparant. *Idem.*

Statium Albium condemnaret] Accuſator condemnare dicitur, qui facit ut reus condemnetur. *Idem.*

Innocentem] Oppianicum. *Idem.*

Pecunia circumventum] Id eſt, oppreſſum & damnatum: ut poſtea circumvenire judicio, in eadem re dicit: *Mulierem quandam Larino, atque illam uſque a mari ſupero Romam proficiſci cum magno comitatu & pecunia, quo facilius circumvenire judicio capitis atque opprimere filium poſſet.* Alioqui circumvenire decipere eſt, ut in lib. de offic. 2. *In primiſque operam dabunt, ut juris & judiciorum æquitate ſuum quiſque teneat, & neque tenuiores propter imbecillitatem circumveniantur, neque locupletioribus ad ſua vel tenenda vel recuperanda obſit invidia.* Idem.

Ne-

[redacted]

tum, neminem umquam majoribus criminibus, gravioribus teſtibus eſſe in judicium vocatum: deinde ea de eo praejudicia eſſe facta ab ipſis judicibus, a quibus condemnatus eſt, ut non modo ab iiſdem, ſed ne ab aliis quidem ullis abſolvi ullo modo poſſet. Cum haec docuero, tum illud oſtendam, quod maxime requiri intelligo, judicium illud pecunia eſſe tentatum non a Cluentio, ſed contra Cluentium: faciamque ut intelligatis, in tota illa cauſa quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit, quid invidia conflarit. Primum igitur illud eſt, ex quo intelligi poſſit, debuiſſe Cluentium magnopere cauſae confidere, quod certiſſimis criminibus & teſtibus fretus ad accuſandum deſcenderit.

Hoc

Neminem unquam majoribus criminibus, &c.] Ideo debuit condemnari: nec metuebat Cluentius ut is abſolveretur: itaque judices non corrupit. *Sylvius.*

Gravioribus] Id eſt, fide dignioribus: qui neque pecunia, neque gratia, neque odio, neque minis ad dicendum falſum teſtimonium moveri poſſent. *Idem.*

Praejudicia eſſe facta ab ipſis judicibus, a quibus] Idem fuit accuſator Scamandri, Fabricii, Oppianici, iidemque judices fuerunt. *Idem.*

Tentatum] Id eſt, ut corrumperetur ſollicitatum. Iudices enim, qui a Staleno ſollicitati fuerant, ut Oppianicum abſolverent, eum damnaverunt, qui promiſſa pecunia non proferebatur, neque ſequeſtribus ante judicium data putabatur. *Idem.*

Non a Cluentio, &c.] Quintiliano in lib. 4. hæc partitio placere non videtur: *Si*, inquit, *unum crimen varie defendimus, ſupervacua partitio eſt*; ut ſi ita partiamur: *Dicam non talem eſſe hunc quem tueor, ut in eo credibile videri poſſit homicidium: dicam occidendi cauſam huic non fuiſſe: dicam hunc eo tempore, quo homo occiſus eſt, trans mare fuiſſe: quæ omnia, antequam id quod ultimum eſt exequaris, inania videri neceſſe eſt. Feſtinat enim judex ad id quod potiſſimum eſt, & velut obligatum promiſſo patronum, ſi eſt potentior, tacitus appellat: ſi vel occupatus, vel in aliqua poteſtate, vel etiam ſi moribus incompoſitus, cum convicio efflagitat. Itaque non defuerunt, qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua ſe dicturum eſſe promiſit, primum neminem majoribus criminibus, gravioribus teſtibus in judicium vocatum, quam Oppianicum: deinde præjudicium eſſe factum ab iis ipſis judicibus, a quibus damnatus ſit: poſtremo judicium pecunia tentatum non a Cluentio, ſed contra Cluentium. Quia ſi probari poteſt tertium, nihil neceſſe fuerit dicere priora.* Idem.

Sed contra Cluentium] In cauſis judicialibus ut rei, ita accuſatoris diſcrimen erat. ut enim reus diſcrimen capitis, id eſt exilii, ita accuſator bonæ exiſtimationis ſubibat. æquum eſt enim ut periculum ſubeat, qui in periculum alium adducere fruſtra conatus ſit. Itaque Cicero in eandem ſcribit ſententiam in Divinatione: *Nulla*, inquit, *ſalus Reip. major eſt, quam eos qui alterum accuſant, non minus de laude, de honore, de fama ſua, quam illos qui accuſantur, de capite ac fortunis ſuis pertimeſcere. Itaque ſemper hi diligentiſſime laborioſiſſimeque accuſarunt, qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrati ſunt.* Idem.

Hoc

Hoc loco faciendum mihi, judices, eſt, ut vobis breviter illa, quibus Albius condemnatus eſt, crimina exponam. Abs te peto, Oppianice, ut me invitum de patris tui cauſa dicere exiſtimes, adductum fide atque officio defenſionis. Etenim tibi ſi in praeſentia ſatisfacere non potuero, tamen multae mihi ad ſatisfaciendum reliquo tempore facultates dabuntur: Cluentio niſi nunc ſatisfecero, poſtea mihi ſatisfaciendi poteſtas non erit. ſimul & illud quis eſt qui dubitare debeat, contra damnatum & mortuum pro incolumi & vivo dicere: cum illi, in quem dicitur, damnatio omne ignominiae periculum jam abſtulerit, mors vero etiam doloris? huic autem, pro quo dicitur, nihil poſſit offenſionis accedere ſine acerbiſſimo animi ſenſu

Hoc loco faciendum, &c.] Vt Oppianicum jure condemnatum, ideoque a Cluentio judices corruptos non eſſe oſtendat, neceſſe eſt exponat crimina quibus Oppianicus damnatus eſt, atque repetat Oppianici accuſationem. *Sylvius.*

Breviter] Brevis enim narratio eſſe debet. *Idem.*

Albius] Oppianicus. Id enim facere ſolet Cicero, ut primum nomina omnia alicujus ponat: cujus ſi poſtea facienda ſæpe mentio eſt, modo hoc, modo illud ponat. *Idem.*

Exponam] Id eſt, narrem: qua in re a Cicerone & a Quintiliano perſæpe dicitur. *Idem.*

Vt me invitum] Illud in agendis cauſis evitandum eſt, ne quem nobis amicum lædere videamur. Ideoque ſi contra amici voluntatem dicamus, id excuſemus: ut Cicero hoc loco facit, & pro L. Murena, quem contra Servium Sulpitium defendit. *Idem.*

Adductum fide & officio defenſionis] A. Gellius cap. 13. libri 5. *Illos gradus officiorum ex moribus pop. Rom. ſervatos ponit, ut primus ſit parentum, alter pupillorum fidei tutelaque noſtra creditorum, tertius clientum, qui ſeſe itidem in fidem patrociniumque noſtrum dederunt, quartus hoſpitum, poſtremus cognatorum atque affinium.* Fidem igitur defenſionis clienti Cluentio ſervare debet Cicero, quam ſi Oppianici patris crimina reticeret, proderet eſſetque prævaricator: quem eſſe Vlpianus dicit lib. Digeſt. 3. tit. de his qui notantur infamia, qui diverſam partem adjuvat, prodita cauſa ſua. *Idem.*

Mors vero etiam doloris] Tanquam animus mortalis ſit, hoc Cicero dicit, ut vulgarem ſequatur opinionem, & minus acerbe ferat Oppianicus, ſi pater cauſam ejus dicente Cicerone, dolorem nullum ſentiat. Ideo Cæſar apud Salluſtium dicit, *in luctu atque miſeriis mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſolvere, ultra neque curæ neque gaudio locum eſſe.* Cicero in libro Tuſcul. quæſt. animos immortales eſſe probans, ut aliis multis, ita illo quoque argumento utitur, quod omnibus curæ ſunt, quæ poſt mortem futura ſunt: idque multis modis probat. ſed de hac re poſtea. *Idem.*

Mors vero etiam doloris] Quidam docti legi volunt, *dolorem.* Lambinus.

Nihil poſſit offenſionis] Id eſt, damnari non poſſit. *Offenſionem paſſive, & offenſam active dici,* apud Vallam eſt. *Sylv.*

Nihil poſſit offenſionis accedere] Iam offen-

ſenſu ac dolore, & ſine ſummo dedecore vitae ac turpitudine? Atque, ut intelligatis, Cluentium non accuſatorio animo, non oſtentatione aliqua aut gloria adductum, ſed nefariis injuriis, quotidianis inſidiis, propoſito ante oculos vitae periculo, nomen Oppianici detuliſſe, paullo longius exordium rei demonſtrandae repetam: quod quaeſo, judices, ne moleſte patiamini. Principiis enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis. A. Cluentius Avitus fuit, pater hujuſce, judi- 5
ces, homo non ſolum municipii Larinatis, ex quo erat, ſed etiam regionis illius & vicinitatis, virtute, exiſti-

fenderat Cluentius infamia vulgi, ejus acceſſio ſi fuerit graviſſima erit. Pro Publio Quintio: *Illud quoque nobis accedit incommodi.* Guilielm.

Non accuſatorio animo] Id eſt, non inimico. *Sylvius.*

Non oſtentatione] Autore Cicerone lib. de offic. 2. *Adoleſcentes magnam ſibi gloriam ex eloquentia comparant, ſive ex accuſatione, ſive ex defenſione. Hujus gloria cauſa multi adoleſcentes viros claros aut accuſaverunt, aut defenderunt.* Idem.

Propoſito ante oculos] Nam deprehenſum ante venenum eſt, quo necare Cluentium Oppianicus conatus eſt. *Idem.*

Paulo longius] Autore Quintiliano lib. 4. *Quum a prooemio ad narrationem vel ad refutationem tranſitus eſt, id debet in prooemio poſtremum eſſe, cui commodiſſime jungi initium ſequentium poterit: id eſt, cadere non oportet abrupte ex prooemio in narrationem vel refutationem, ſed ita conjungenda eſt, ut ex prooemio duci videatur. Hujus tamen tranſitus admonendi ſunt auditores: nec in his partibus ſolum, ſed in aliis etiam, & plerunque in quaeſtionibus. Quoniam tamen narratio brevis eſſe debet, ſi ea futura ſit longior, ad eam ipſam praeparandum eſſe judicem idem praecipit, ut Cicero* (inquit) ſaepius, *ſed hoc praecipue loco fecit: Paulo longius exordium rei demonſtrandae gratia repetam,* &c. In hac autem oratione narratio nulla generalis eſt, multae ſunt ſpeciales. Fit enim raro, ut quum ſtatus conjecturae eſt, patronus narret. Quid enim narrabit, qui factum a ſe negat? *Idem.*

A. Cluentius Habitus] Sulpitius Victor in oratoriis inſtitutionibus praecipit narrationem apertam fieri, ſi a recto caſu incipiat: ut ferme, inquit, narrationes Tullianae ſunt. *Vt P. Clodius quum ſtatuiſſet omni ſcelere in Praetura vexare Remp.* &c. Et: *Sex. Roſcius pater hujuſce, municeps Amerinus fuit, quum genere & nobilitate & pecunia non modo ſui municipii, verumetiam ejus vicinitatis facile primus, tum gratia atque hoſpitiis florens hominum nobiliſſimorum.* Cujus narrationis initium huic perſimile eſt. auctore Quintiliano libro 4. *Initium narrationis quidam faciendum a perſona putant: eamque ſi noſtra ſit, ornandam: ſi aliena, infamandam ſtatim. Hoc ſane frequentiſſimum eſt, quia perſonae ſunt inter quas litigatur. Sed hae quoque interim cum ſuis accidentibus ponenda, quum id profuturum eſt: ut, A. Cluentius habitus fuit pater hujuſce judices, homo non ſolum municipii Larinatis, ex quo erat, ſed etiam regionis illius & vicinitatis virtute, exiſtimatione, nobilitate facile princeps.* Haec ille. In hac autem narratione Cicero cauſas dicit, quibus Cluentio Saſſia mater inimica ſit. *Idem.*

Municipii Larinatis] Larinum Apuliae Daunorum urbs nunc *Larina.*

Sulla

ſtimatione, nobilitate facile princeps. Is cum eſſet mortuus, Sulla & Pompejo Coss. reliquit hunc annos XV natum: grandem autem & nubilem filiam: quae brevi tempore poſt patris mortem nupſit A. Aurio Melino, conſobrino ſuo, adoleſcenti in primis, ut tum habebatur, inter ſuos & honeſto, & nobili. Cum eſſent hae nuptiae plenae dignitatis, plenae concordiae, repente eſt exorta mulieris importunae nefaria libido, non ſolum dedecore, verum etiam ſcelere convincta. Nam Saſſia mater hujus Aviti, mater enim a me nominis cauſa, tametſi in hunc hoſtili odio & crudelitate eſt, ma-

Sulla & Pompejo Coſſ.]. L. Cornelius Sulla, Quintus Pompejus Rufus Coſſ. fuerunt an. V. C. 666, initio belli Mithridatici. vide Liv. lib. 77.

Conſobrino ſuo] *Conſobrinos appellari eos, qui ex duabus ſororibus editi ſint, quaſi conſororinos*, ſcribit Nonius Marcellus. Quamvis jure prohibitæ ſint nuptiæ inter patrem & filiam, avum & neptem, matrem & filium, aviam & nepotem, inter fratrem & ſororem, ſive eodem patre eademque matre nati ſint, ſive altero eorum, duorum tamen fratrum vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis conjungi poſſunt, ut eſt in Inſtitutionum Iuſtiniani primo, titulo de nuptiis. *Propinquorum connubia fieri ſolita non eſſe*, Plutarchus in Problematis ſcribit: *vel ad augendas neceſſitudines, vel ad evitanda propinquorum diſſidia, quæ inter uxorem & maritum ſæpe intercidunt: vel ut mulieres a propinquis opem implorarent, ſi quid a maritis injuſte paterentur.* Id tamen natura duce factum arbitror, qua duce major quædam inter propinquos verecundia ingenita eſt, quod etiam in belluis aliquando animadverſum eſt. Auctore enim M. Varrone in libro de re ruſtica ſecundo, *Cum equus matrem ut ſaliret, adduci non poſſet, cum capite obvelato auriga adduxiſſet, & coegiſſet matrem inire, cum deſcendenti velamen dempſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in eum, & mordicus interfecit.* Sylvius.

Plenæ dignitatis] Id eſt, honeſtæ. ut in primo de officiis: *Cn. Octavio, qui primus ex illa familia Coſ. factus eſt, honori fuiſſe accepimus, quod præclaram ædificaſſet in Palatio, & plenam dignitatis domum.* Idem.

Mulieris importunæ] Id eſt, inhumanæ, & crudelis. ut ſæpe Cicero. *Idem.*

Dedecore conjuncta] Id eſt, conjunctum habens dedecus. *Idem.* *Scelere convincta*] Ita eſt in mſſ. noſtris, ſed literis adeo ambiguis, ut inde etiam fieri poſſit *conjuncta*: quomodo habent editiones poſteriores: priores enim *convicta*; ita tamen ut ultimæ originis exhibeant item *conjuncta*. Grut. Victorii, Rob. Steph. Lambin. edd. *convicta*. unde hic conjicit legendum forte *coinquinata*. Sane conjuncta ferri non poteſt, adverſante Latinæ linguæ ratione. *Convincta ſcelere* forte poſſit ut defendi, ut dicat ſicut *alligare ſe ſcelere*, pro Quintio; aut *conſtringendum ſe dare libidinibus*, ut loquitur 1 de finibus. ita ut *convincta ſcelere* ac *libidine* ſit, quæ ſe alligavit ſcelere, & quæ ſe conſtringendam dederit libidini. *Græv.*

In omni cauſa] Libri vulgati habent, *nominis cauſa*. nos, *in omni cauſa*, repoſuimus, manuſcr. ſecuti: quæ lectio perſpicue vera eſt. *Lambinus.* *Nominis cauſa*] Lambinus, *in omni cauſa*, ex mſ. ut ait, ſed inſulſe, ſi modo quid ſentio, & contra Pall. noſtros, & editos antiquitus. *Gruterus.*

Aman-

mater, inquam, appellabitur: neque umquam illa ita de ſuo ſcelere & immanitate audiet, ut naturae nomen amittat. quo enim ipſum nomen amantius indulgentiuſque maternum, hoc illius matris, quae multos jam annos, & nunc cum maxime filium interfectum cupit, ſingulare ſcelus, majore odio dignum eſſe ducetis. Ea igitur mater Aviti, Melini illius adoleſcentis, generi ſui, contra quam fas erat, amore capta, primo, neque id ipſum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur: deinde ita flagrare coepit amentia, ſic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiae, non hominum fama, non filii dolor, non filiae moeror a cupiditate revocaret, Animum adoleſcentis, non-

Amantius indulgentiuſque maternum] Auctore Ariſtotele lib. Ethicorum 9. *Suum quiſque opus diligit, ut poëmata ſua poëta perinde ac liberos diligunt.* Suos itaque liberos parentes, ut opus ſuum diligunt. Quod autem majore labore partum eſt, charius habetur. Suos filios matres diligunt ardentius; igitur liberos matres diligunt magis quam patres. Suum enim opus eſſe ſciunt certius, idque opus majore cum labore & dolore patiendo matres ſuſcipiunt. Eſt igitur maternum nomen amantius indulgentiuſque quam paternum. *Sylv.*

Et nunc cum maxime] Legendum arbitror, *& nunc ut cum maxime:* ad hanc ſententiam; Saſſia multos jam annos filium cupit interfectum, ſed nunc praecipue. *Nunc ut cum maxime*, dicimus enim, diligo te ut quem maxime: id eſt, diligo te ut eum quem ego maxime diligo, id eſt, diligo te maxime. nunc laetus eſt, ut cum maxime: id eſt, nunc tantum laetus eſt, quantum eſt tum quum eſt maxime, id eſt, maxime laetus eſt. *Idem.* *Et nunc cum maxime*] Quidam legi volunt, *& nunc quam maxime.* ego nihil muto. *Lamb.* Merito. Latinis eleganter idem notant quod alibi, qui non intellexit vim vocum *cum maxime*, quae praeſenti tempore, hoc ipſo tempore, in praeſentia fiunt. In orat. de aruſp. reſponſ. *Verumtamen antiqua negligimus, etiamne ea negligemus, quae fiunt cum maxime.* ut recte ex M S S. hunc locum primus emendavit Iuſtus Zinzerlingius in Promulſide Critica cap. 22, ubi multa congeſſit exempla quae vide, ut & quae notavi ad Florum. *Gravius.*

In illa cupiditate continebatur] Id eſt, ſe continebat, eamque cupiditatem occultabat. *Sylvius.* Non ſcio unde in Gruterianam contra M S S. & editorum fidem irrepſerit *neque*. In illa enim male legitur: *neque in illa cupiditate continebatur.*

Flagrare coepit amentia] Id eſt, *amoris vehementia, cujus amoris inceptio eſt amentium, haud amantium*, ut ait Terent. in Andria. *Sylvius.*

Inflammata libidine] Amor enim ignis eſt. *Idem.*

Vt eam non pudor] Quod nullum vereretur. Pudor enim verecundia eſt, id eſt, animi quaedam affectio, qua dictorum factorumve turpitudine aliorum aures oculoſve offendere veremur. Pudicitia vero caſtitas eſt. *Idem.*

Non pietas] Saſſiae in filiam. *Idem.*

Non-

nondum conſilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deliniri poteſt. filia, quae non ſolum illo communi dolore muliebri in ejuſmodi viri injuriis angeretur, ſed nefarium matris pellicatum ferre non poſſet, de quo ne queri quidem ſine ſcelere ſe poſſe arbitraretur, ceteros ſui tanti mali ignaros eſſe cupiebat: in hujus amantiſſimi ſui fratris manibus, & gremio moerore & lacrymis conſeneſcebat.

Ecce

Nondum conſilio ac ratione firmatum] *Animos adoleſcentium mutabiles eſſe multis modis*, Ariſtot. lib. Rhetor. 2. ſcribit. Auctore Cicerone in libro de Amicitia, *Summi puerorum amores ſæpe una cum prætexta, ſumpta toga, deponuntur. Quod ſi in adoleſcentiam perduxiſſent, dirimi tamen interdum contentione vel luxuria, vel conditionis, vel commodi alicujus, quod idem adipiſci uterque non poſſet*, dicit. Idem in libro de officiis 1. diſputans quomodo conſideranda ſit eorum, in quos liberales eſſe volumus, in nos benevolentia: *Benevolentiam*, inquit, *non adoleſcentulorum more, ardore quodam amoris, ſed ſtabilitate potius & conſtantia judicemus*. Inde virilis ætas a Cicerone in lib. de Senectute appellatur conſtans ætas: de qua illic plura ſcribimus. Eandem *corroboratam & firmatam* idem appellat pro M. Cælio: *Multa*, inquit, *nobis blandimenta natura ipſa genuit, quibus ſopita virtus conniveret: & interdum multas vias adoleſcentiæ lubricas oſtendit, quibus illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aut prolapſione vix poſſit: & multarum rerum jucundiſſimarum varietatem dedit, qua non modo hæc ætas, ſed etiam jam corroborata caperetur*. Idem paulo poſt: *Multi & noſtra & patrum majorumque memoria judices, ſummi homines & clariſſimi cives fuerunt, quorum cum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ virtutes firmata jam ætate extiterunt*. Sylvius.

Quibus illa ætas capi] Illud de Catilina Salluſtus ſcribit: *Maxime juvenum vel adoleſcentium familiaritates appetebat: eorum animi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur: nam ut cujuſque ſtudium ex ætate flagrabat, aliis ſcorta præbere, aliis canes atque equos mercari*. Idem.

Illa ætas] Id eſt, homines illius ætatis. *Idem.*

Non ſolum illo communi dolori muliebri] Acerbo enim ferunt animo mulieres, ſuos maritos alienarum amore capi. *Idem.*

In ejuſmodi viri injuriis] Vxori enim maritus injuriam facit, ſi quam ei amore prætulerit. *Idem.*

Pellicatum] *Pellicem appellatam* Aulus Gellius lib. 4. ſcribit, *quæ juncta conſuetaque cum eo, cujus in manu, mancipioque alia matrimonii cauſa eſſet: eaque quaſi πάλλαξ, id eſt, πάλλακις, id eſt concubina eſſet*, ut ait idem, *appellata eſt. Antiqui eam proprie pellicem nominabant*, ut ait Sex. Pompejus, *quæ uxorem habenti nubebat*, cui generi mulierum etiam pœna conſtituta eſt a Numa Pompilio, illa lege: *Pellex aram Iunonis ne tangito. ſi tangit, Iunoni crinibus dimiſſis agnum fœminam cædito*. Inde pellicatus: qua voce in libro quoque de officiis 2. uſus Cicero eſt. *Idem.*

Sine ſcelere] Quia Saſſia mater erat. nam parentum injurias æquo animo ferendas putabat. *Idem.*

Mœrore & lacrymis conſeneſcebat] Id eſt, conficiebatur: & uti vulgo dicunt, dolore moriebatur. Conſeneſcere enim præter id quod eſt ſenem fieri, vim amittere, & ad interitum tendere ſignificat. ut libro epiſt. Ciceronis ad Atticum 2. *Quanto in odio noſtro amicus Magnus, cujus cognomen una cum Craſſi divitiis cognomine conſeneſcit*. Idem.

Ecce

Ecce autem ſubitum divortium: quod ſolatium malorum omnium fore videbatur. diſcedit a Melino Cluentia, ut in tantis injuriis, non invita, ut a viro, non libenter. Tum vero illa egregia ac praeclara mater palam exultare laetitia ac triumphare gaudio coepit, victrix filiae, non libidinis. Itaque diutius ſuſpicionibus obſcuris laedi famam ſuam noluit: lectum illum genialem, quem biennio ante filiae

Ecce autem ſubitum divortium] Autore Aſconio Pediano, *Ecce autem proprium Ciceronis eſt in rebus improviſis:* quod cum cura Virgil. legit & tranſtulit. ut: *Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta (Horreſco referens) immenſis orbibus angues Incumbunt pelago.* Donatus hunc Virgilii locum exponens: *Ecce* (inquit) *ſemper ponitur, ubi res horrenda & repentina ſignificatur.* Sylvius.

Divortium] Vt ait Paulus Iuriſconſ. libro Pandect. quinquageſimo, titulo de verborum & rerum ſignificationibus, *Dictum eſt, quod in diverſas partes eunt qui diſcedunt. Divortium de via deflexum eſſe*, Non. Marcellus dicit, a divertendo. Virg. lib. Æneid. 9. *Objiciunt equites ſeſe ad divortia nota. Ideoque divortia*, ut idem ait, *non conjugii diſtractionem ſolum ſignificant, ſed etiam omnium inflexionum quæ a recto detorquentur.* Idem.

Quod ſolatium] Improbi enim conjugii divortium, ejus qui injuria afficiatur ſolatium eſt, *ſolatium a conſolatione* Valla ſeparat, lib. 4. quod *illud re, hoc verbis fiat, quemadmodum ſolamur re, conſolamur verbis.* Idem.

Cluentia] Romanarum mulierum nomina ex nominibus iis, quæ prima ſequerentur, prænomina ſumi mos erat: ut P. Cornelius Scipio, A. Licinius Craſſus, Cn. Papirius Carbo, C. Iulius Cæſar, M. Tullius Cicero. Harum familiarum fœminæ, Cornelia, Licinia, Papiria, Iulia, Tullia appellabantur. Qui mos in coloniis quoque & municipiis retentus eſt. Hæc igitur A. Cluentii aviti ſoror, Cluentia appellata eſt. *Idem.*

Tum vero illa egregia] Ironia eſt, in qua particulam *vero* ſæpe poni, alibi diximus. *Idem.*

Triumphat gaudio] Id eſt, lætatur maxime. ut in oratione pro L. Murena: *Tum erupit e Senatu triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat. Triumpho & gaudeo* idem dicit libro Epiſtolarum ad Atticum nono: *Atque ego cum ex ipſa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo.* Idem.

Lectum illum genialem] Suſpicor legendum eſſe *genitalem*, pro *genialem*, quomodo Horatii quoque verſum corrigendum opinor in epiſt. 1. lib. ad Mæc. *Lectus genitalis in aula eſt.* pro *genialis*. Dici autem *Lectum genitalem* puto, procreandis gignendiſque hominibus dicatum. Hujuſmodi quidam lectus ſive ara potius illa ſit in denario Criſpinæ, quæ Imper. Commodi uxor fuit, impreſſus eſt cum inſcriptione DIS GENITALIBVS, quibus ſacer eſſet lectus ipſe, quaſi gignendarum rerum omnium auctoribus. Itaque videndum num etiam Feſtus ſit ex denarii auctoritate emendandus, qui GENIALES DEOS dictos ſcribit, aquam, terram, ignem, aërem, quæ ſunt ſemina rerum, ab aliis Græcorum στοιχεῖα, ab aliis γένεθλα, ſive σπέρματα vocata. Duodecim quoque ſigna Lunam & Solem, inter hos deos computata, dictoſque *geniales*, a genendo, quia plurimum poſſe putabantur: *Lectumque genialem*, qui nuptiis ſterneretur in honorem *genii*, unde appellatur: ipſumque *genium* dictum, quod vim obtineret rerum omnium genendarum. atque ab Aufuſtio deorum filium appellari, & parentem hominum, ex quo homines gignuntur. diſſentit autem Feſtus, ut apparet, a denario in GENITALIVM nominis origine, qui ab Homero

filiae ſuae nubenti ſtraverat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia jubet. nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus.

mero *ἀεισθῖται*, ut quidam volunt, appellantur; & ab Auſonio in periocha libri IV. Iliadis, his verſibus deſcribuntur,

> *Jupiter interea cum diis Genitalibus una*
> *Concilium cogit ſuperum de rebus Achivis.* F. Vrſinus.

Lectum genialem vocat *pulvinar geniale* Catull. in nuptiis Pelei. Nolim itaque *lectum genialem* mutari in *genitalem* cum Fulvio, nec apud Auſonium cum Barthio deos *genitales* in *geniales*. De lecto geniali, qui & *adverſus* dicebatur, vide in primis Lipſium 1 Electorum cap. 16. *Gravius.*

In eadem domo] In domo Melini. Novam enim nuptam ad mariti domum a propinquis duci mos erat. *Sylvius.*

Nubit genero ſocrus] *Stomachum judicis attenta auditione fatigatum, in narratione ſententia brevi interjecta reficere utile eſſe*, Quintilianus lib. 3. ſcribit. qualis illa pro Milone eſt, *Fecerunt ſervi Milonis, quod ſuos quiſque ſervos in re tali facere voluiſſet.* Aliquando paulo liberior ſententia ſit. qualis eſt illa: *Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus omnium.* Idem.

Nullis auſpiciis] Auctore Valerio Maximo lib. 2. titulo de Inſtitutis antiquis, *Apud antiquos non ſolum publice, ſed etiam privatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto. Quo ex more nuptiis*, inquit, *etiam nunc auſpices interponuntur: qui quamvis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia uſurpantur.* Inde conjicio hic legendum eſſe, *nullis auſpicibus*, quemadmodum apud Quintilianum ſcriptum invenio. *Idem.* *Nullis auſpicibus*] Sic legendum, & ita habent duo libri manuſc. atque ita Hieronymus Ferrarius jampridem reſtituit, conjectura ductus. conjecturam ſuam confirmat loco illo, qui eſt lib. 1. ad divinat. *Nihil fere quondam majoris rei, niſi auſpicato, ne privatim quidem gerebatur. quod etiam nunc nuptiarum auſpices declarant.* Lambinus. Semper auſpices adhibebantur nuptiis; Plautus in Prologo Caſinæ: *Vitro ibit nuptum, non manebit auſpices.* Iuvenalis Sat. 10:

> *Tyriuſque palam genialis in hortis*
> *Sternitur, & ritu decies centena dabuntur*
> *Antiquo: veniet cum ſignatoribus auſpex.*

Briſſonius de ritu nuptiarum, ubi vide plura.

Nullis auctoribus] Id eſt, bonis ſuaſoribus. Autor enim in re bona, ut impulſor in mala dicitur ſæpius. *Sylvius.* *Auctores* in nuptiis dicebantur parentes, cognati, neceſſarii, tutores, aut amici, qui nuptias approbabant, & tabulas nuptiales ſignabant. Terent. Adelph. IV, 8:

> ——— *quis deſpondit? quis dedit?*
> *Cui quando nupſit? auctor his rebus quis eſt?*

Livius: *Majores noſtri nullam ne privatam quidem rem agere fœminas ſine auctore voluerunt, in manu eſſe parentum, fratrum, virorum: nos ſi diis placet, jam rempublicam etiam capeſſere eas patimur.* Græcis dicitur Κύριος, qui Latinis eſt auctor ut dudum obſervavit Budæus in Commentariis linguæ Græcæ, & ſic accipitur apud Euripidem Iphigenia:

> Ζεὺς ἠγγύησε, καὶ δίδωσ' ὁ Κύριος,

male vertunt: *Jupiter deſponſavit & pater locavit.* Cum ὁ Κύριος pertineat ad *Jupiter*. interpretare: *Jupiter ipſe auctor deſponſavit & elocavit.* Grævius.

Funeſtis ominibus omnium] Id eſt, omnibus de his nuptiis male ominantibus. *Sylvius.* Franc. MS. ed. prima & Mediol. *omnium* non agnoſcunt. Nec ſane ea vox deſideratur. Ovid. *Infauſto committitur omine ſermo.* Et ſic fere ſemper veteres non addito caſu ſecundo. Itaque delevi *omnium* auctoritate MS. & primarum editionum. *Græv.*

O mu-

) mulieris ſcelus incredibile,&c,praeter hanc unam, 6
ni vita inauditum ! o libidinem effrenatam & indo-
! o audaciam ſingulare! non timuiſſe, ſi minus vim
n hominumque famam, at illam ipſam noctem fa-
illas nuptiales? non limen cubiculi? non cubile
filiae?

ris ſcelus incredibile] Facta
e, & adjecta brevi ſententia ad
s judicum animos, brevem
ſionem. qua poſt narrationem
non eſt, niſi cauſæ utilitas po-
am auctore Quintiliano lib. 4.
conſequens eſt, quam narrationi
o: niſi egreſſio illa, vel quaſi
tionis, vel quaſi initium confir-
eſt. Erit ergo illi nonnunquam
ſi expoſitio circa finem atrox fue-
quamur eam velut ſpiritu erum-
inus indignatione. Quod tamen
ortebit, ſi res, in quam egreſſio
tationem non habebit, alioqui
uod objicias verum efficere, quam
quia criminum invidia pro reo
quam probatur. difficillima eſt e-
viſſimi cujuſque ſceleris fides. I-
non inutiliter poteſt, uti ſi bene-
lverſarium aliqua expoſueris, in
inveharis, aut ſi varietatem cri-
rratione demonſtraveris, quan-
a periculum intentetur oſtendas.
breviter omnia. Iudex enim or-
o feſtinat ad probationem, quam-
rtus eſſe ſententia cupit. Prater-
um eſt, ne narratio ipſa vaneſcat
aliud animis, & inani mora fa-
Idem paulo ante negat, excurſio-
rratione eſſe debere niſi brevem,
ut vi quadam videamur affectis,
cto itinere depulſi: Qualis eſt,
Ciceronis circa nuptias Saſſiæ,
is ſcelus incredibile, &c. Sylv.
inem effrenatam] Ita in codi-
nibus ſcriptum invenio: & a
: non ſemel dici *effrenatum*,
uod eſt nullis legibus, nulla vi
s cohibitum, invenire licet.
nus vero *infrenatam* legit. *In-*
quites, qui equis non frena-
r, T. Livius appellat libro 21.
s, inquit, *circumtuli oculos,*
ia video animorum ac roboris,
veteranum militem, generoſiſſimarum gen-
tium equites frenatos & infrenatos. Tu
utramvis lectionem delige. *Idem.*

Non timuiſſe] Hujuſcemodi queri-
bundæ orationes de alicujus rei non
factæ indignitate, ſine verbo modi fi-
niti eſſe ſolent: ut in primo Æneid.
Me ne Iliacis occumbere campis Non po-
tuiſſe? Item, *Me ne incepto deſiſtere*
victam? Quæ dicendi ratio familiaris
maxime Terentio eſt. *Idem.*

Vim deorum] Id eſt, vindictam divi-
nam. *Idem.*

At illam ipſam noctem] Auctore Plu-
tarcho in Problematis, *Mos Romano-*
rum erat, ut maritus cum nova ſponſa
non die, ſed nocte in tenebris primum
coiret, ut legitimis ac juſtis connubiis pu-
dor quidam & verecundia adhiberetur,
quo major contumelia illicita Veneri fieret.
Idem.

Faceſque illas nuptiales] *In nuptiis*
quinque faces ex ſpina alba a quinque pue-
ris matrimis & patrimis ferri ſolitas, idem
Plutarchus & Sext. Pompejus ſcripſe-
runt. *Idem.*

Non limen cubiculi] Nova ſponſa a
propinquis in mariti domum deducebatur.
ea ubi proxime acceſſerat, rapiebatur,
& trans limen transferebatur. ne
id limen tangeret. Apud eundem Plu-
tarchum in eodem libro multa ratio eſt.
Servius libro Commentariorum in Æ-
neida ſecundam, illam dicit rationem
cur nova ſponſa limen non attingat:
Quia veſtibulum Veſta conſecratum eſt, ſi
limen, quod veſtibuli pars eſt, calcarent,
ſacrilegium committere viderentur. Sin-
gula enim domus diis conſecrata ſunt, ut
culmina diis penatibus, maceries qua am-
bit domum Iovi Herceo. Idem.

Non cubile filia] Illum morem fuiſſe
apud veteres, qui nunc quoque ſæpe re-
tinetur, conjectare licet, ut nova nupta
cubile intret. *Idem.*

filiae ? non parietes denique ipſos, ſuperiorum teſtes nuptiarum ? perfregit ac proſtravit omnia cupiditate ac furore : vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Tulit hoc commune dedecus familiae, cognationis, nominis graviter filius: augebatur autem ejus moleſtia quotidianis querimoniis & aſſiduo fletu ſororis. ſtatuit tamen nihil ſibi in tantis injuriis ac tanto ſcelere matris gravius faciendum, quam ut illa matre ne uteretur: ne, quam videre ſine ſummo animi dolore non poterat, ea ſi matre uteretur, non ſolum videre, ſed etiam probare ſuo judicio putaretur. Initium quod huic cum matre fuerit ſimultatis audiſtis. pertinuiſſe hoc ad cauſam, tunc, cum reliqua co-

Non parietes] *Vxores ab ungendo dictæ ſunt, quaſi unxores*, ut ſcribunt grammatici. cum enim puellæ nubebant, maritorum poſtes ungebant, ut ait Servius, oleo: ut ait Plinius libro vigeſimooctavo, adipe ſuillo, ut eodem autore Maſſurius, adipe lupino: ne quid mali medicamenti inferretur. hujus enim modi medicamentum lupos præſtare creditum eſt. ideo auctore Plinio eodem libro, *Veneficiis roſtrum lupi reſiſtere inveteratum eſſe ajunt, ob idque villarum portis præfigunt.* Inde mos emanavit nobilibus, ut luporum, aprorum, cervorum, aliorumque ejuſdem generis animalium capita januis ſuis præfigerent. In poſtibus aliquid ineſſe religionis putavit antiquitas: ideoque *in dedicatione templi poſtem teneri oportebat*, ut ait Cicero pro Domo ſua. Poſuit igitur Cicero totum pro parte. aut parietes vere intelligit, in quibus nuptiæ ſuperiores factæ ſunt. *Sylvius.*

Vicit pudorem libido] Apoſiopeſis ſpecies eſt, quæ dicitur συνεζευγμένον, in qua unum ad verbum plures ſententiæ referuntur, quarum unaquæque deſideraret illud, ſi ſola poneretur. Id accidit aut præpoſito verbo, ad quod reliqua reſpiciant : *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.* aut illato, quo plura clauduntur: *Neque enim is es Catilina, ut te aut pudor unquam a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocaverit.* Autor Rhetoricorum ad Herennium libro quarto, hanc exornationem appellat adjunctionem. *Idem.*

Tulit hoc commune dedecus jam familiæ] Quid *jam* hic loci notet non video. Nam ubi connectit, in initio periodi ponitur. itaque id delevi, auctore primo codice Francii. *Gravius.*

Gravius faciendum] Id eſt, prudentius. *Sylvius.* Imo erga matrem durius, acerbius. Iuſt. 11, 15 : *pignuſque teneant, ne in ſe gravius conſulatur.* pro quo paullo poſt dicit, *crudelius de ſe ſtatuere.* Græv.

Illa matre ne uteretur] Id eſt, ne eam coleret, ne frequentaret, ne mane ſalutatum iret, ne alia in matrem officia exhiberet. *Sylv.* *Uti aliquo* Ciceroni eſt id, quod frequentius dicitur uti aliquo familiariter. Exempla non pauca ſunt obvia, in primis in epiſtolis, & dudum a doctis animadverſa.

Initium quod huic] Admonet quid narraverit, ut dociles magis faciat auditores. *Sylvius.*

Simultatis] Id eſt, odii. *Idem.*

Pertinuiſſe hoc ad cauſam] Quia brevis eſſe narratio debet, ideo cavendum eſt, ne quid in ea ſupervacaneum ſit, ut omnia ad cauſam pertineant. Hæc autem

cognoveritis, intelligetis. Nam illud me non praeterit, cujuſmodicumque mater ſit, tamen in judicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere. non eſſem ad ullam cauſam idoneus, judices, ſi hoc, quod in communibus homi-

tem narratio neque ad invidiam judicii Iuniani, neque ad crimina veneficii pertinere videtur. Ne igitur judices taciti requirant, quorſum hæc narratio ſit, promittit fore ut intelligant judices, cum reliqua audiverint. Qua ratione eos quoque ad audienda reliqua attentos facit. *Sylvius.*

Cognoveritis] Cognoſcere judices perſæpe dicit. *Idem.*

Cujuſmodicunque] Id eſt, cujuſcunque modi, per tmeſim: id eſt, quantumcunque impudica, impia, improba ſit. *Idem.* Imo in Franc. eſt *cujuſcunquemodi.*

In judicio filii] Id eſt, in cauſa id eſt, quantumcunque ſcelerata mater ſit, non oportet filium in cauſa ſua de ejus turpitudine dicere. Parentibus nos omnia, etiam noſmetipſos debere, confeſſa res eſt. Itaque auctore Platone in libro de Legibus undecimo, *Parentes negligere nec Deus, nec homo ſana mentis unquam cuiquam conſulet.* Idem in Apologia, *Æquum eſſe negat, ut quod a parentibus patiare, idem in eos referas. Neque liceat, ſi te hi jurgio laceſſant, eos contra jurgare: neque ſi te verberent, eos viciſſim verberare: neque alia ejuſdem generis in eos tentare.* Hoc naturæ jus, quod liberis in parentes præſcriptum ſit, ignorare ſe Cicero negat. Id ab eo ne judices requirant, occupat: docetque taceri jure non poſſe, quæ in Saſſiam dicat. Auctore Quintiliano lib. 11. *Ea quæ ſunt natura parum ſpecioſa, quæque non dicere, ſi utrumlibet eſſet liberum, maluiſſemus, non tamen indecora ſint dicentibus. Quid aſperiorem habere frontem poteſt, aut quid aures hominum magis reſpuunt, quam quum eſt filio filiive advocatis in matrem perorandum? Aliquando tamen neceſſe eſt, ut in cauſa Cluentii Aviti. ſed non ſemper illa via, qua contra Saſſiam Cicero uſus eſt: non quia non ille optime, ſed quia plurimum refert qua in re, & quomodo lædat. Itaque illa cum filii caput palam impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen, quæ ſola ſuperarent, divine Cicero ſervavit. Primum, ne oblivisceretur reverentia, quæ parentibus debetur: Deinde, ut repetitis altius cauſis diligentiſſime oſtenderet, quam id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, ſed etiam neceſſe eſſet. Primaque hæc expoſitio ſit, quanquam ad præſentem quæſtionem nihil pertinebat: adeo in cauſa difficili atque perplexa nihil prius intuendum credidit, quam quid diceret. Fecit itaque nomen parentis non filio invidioſum, ſed ipſi in quam dicebatur. Poteſt tamen aliquando mater & in re leviore, aut minus infeſta, contra filium ſtare, tum lenior atque ſummiſſior decebit oratio. Nam & ſatisfaciendo aut noſtram minuemus invidiam, aut etiam in diverſam eam transferemus: & ſi graviter dolere filium palam erit, credetur abeſſe ab eo culpam, fietque ultro miſerabilis.* Sylvius.

Vix oportere] Oportet & licet diſtinguuntur, velut ſpecies & genus. Nam quicquid oportet, licet: non contra, quicquid licet, oportet. Id ſignificat Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo: *Eſt* (inquit) *aliquid, quod non oportet, etiam ſi licet: quicquid vero non licet, certe non oportet.* Huc pertinet illud pro Milone: *Satis judicatum eſt a Pompejo, falſo iſta conferri in Milonem, qui legem tulit, qua, ut ego ſentio, Milonem abſolvi oporteret: ut omnes confitentur, liceret.* Item illud ex Actione 5. in Verrem: *Nam illud genus tertium deductionis erat ejuſmodi, quaſi non modo liceret, ſed etiam oporteret: nec ſolum oporteret, ſed plane neceſſe eſſet. Vix* igitur *oportere*, id eſt, non licere, & vix oportere. *Idem.*

Quod in communibus hominum ſenſibus] Communes hominum ſenſus ſunt, per quos communiter homines per ſe ipſi ſentiunt. ut odium ejus qui nocuit, a-

minum ſenſibus, atque in ipſa natura poſitum atque infixum eſt, id ego, cum ad amici pericula depellenda adhiberer, non viderem. Facile intelligo, non modo reticere homines parentum injurias, ſed etiam animo aequo ferre oportere. Sed ego ea, quae ferri poſſunt, ferenda: quae taceri, tacenda eſſe arbitror. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum a matre eſſet conflatum & profectum. quae hoc tempore ſileret omnia, atque ea, ſi oblivione non poſſet, tamen taciturnitate ſua tecta eſſe pateretur. ſed ea vero ſic agit, ut prorſus reticere nullo modo poſſit. Hoc enim ipſum judicium, hoc periculum, illa accuſatio, omnis teſtium copia, quae futura eſt, a matre initio eſt adornata, a matre hoc tempore inſtruitur, atque omnibus ejus

mor ejus qui profuit, ex communi hominum ſenſu naſcuntur. Cicero pro domo ſua, communem ſenſum naturæ appellat, quod is ſenſus a natura datus omnibus ſit. *Accepi*, inquit, *Pontifices magnum atque incredibilem dolorem. non nego, neque iſtam mihi aſciſco ſapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto eſſe atque afflicto loquebantur. An ego poteram (quum tot rerum tanta varietate divellerer, quas icirco prætereo, quod ne nunc quidem ſine fletu commemorare poſſum) inficiari, me eſſe hominem, & communem naturæ ſenſum repudiare?* Sylvius.

In ipſa natura] Hominum. *Idem.*

Cum ad amici pericula] Liber manuſcr. unus habet, *qui ad amici pericula*, &c. Lambinus.

Animo æquo ferre oportere] Parentibus enim, ut ille ait, & patriæ nunquam eſt iraſcendum.

Nihil in vita vidit calamitatis] Id eſt, nihil ſenſit. Videre enim ad alios ſenſus refertur. Terent. in Hecyra: *Audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis.* Idem in Eunucho: *Audire vocem viſa ſum modo militis.* Auctore Donato, *Omnes ſenſus viſa dicuntur, ab eo quod eſt certiſſimus oculorum ſenſus.* Sylv.

A matre eſſet conflatum & perfectum] Idem liber habet, *conflatum, & profectum.* ego nihil muto. *Lamb.* *Perfectum* legitur in editione anni 1472, ut Victorii, Rob. Steph. P. Manut. utroque libro Francii. Sed tamen Dreſdenſis MS. & editio anni 1498, ſcribunt recte *profectum*, & id omnino hic locus poſtulat, meritoque Gruterus retinuit. *Gravius.*

Sed ea vero ſic agit] Notavit Muretus in veteri libro ſe legiſſe: *Sed vero ſic agitur.*

Illa accuſatio] Lambinus, *hac accuſatio.* ſed contra mſſ. & aſſentior Guilielmio arbitranti binas iſtas voces, eſſe interpretis. idem tamen deleto ſolum *illa*, putabat legi poſſe; *accuſatio omnis, omnis teſtium copia, &c.* Gruterus.

Quæ futura eſt] Poſt peractam cauſam teſtes interrogabantur, niſi lata lege contra fieret. ut in cauſa Milonis, lata lege a Cn. Pompejo, ante actionem cauſæ interrogati ſunt. *Sylvius.*

Adornata] Inventa, comparata, & inſtructa. ut in fine hujus orationis: *Totius denique hujus ab illa eſt & inventa & adornata comparatio criminis.* Idem.

Ro-

ejus opibus & copiis comparatur: ipſa denique nuper Larino hujus opprimendi cauſa Romam advolavit. præſto eſt mulier audax, pecunioſa, crudelis: inſtituit accuſatores, inſtruit teſtes: ſqualore hujus & ſordibus lætatur: exitium exoptat: ſanguinem ſuum profundere omnem cupit, dummodo profuſum hujus ante videat. Hæc niſi omnia perſpexeritis in cauſa, te-

Romam advolavit] Hoc poſtea dicet amplius. *Sylvius.*

Advolavit] Hoc verbo nocendi cupiditatem expreſſit. *Idem.*

Pecunioſa] Hoc nomen hoc loco invidioſum, tanquam accuſatores & teſtes facile corrumpat. *Idem.*

Inſtituit accuſatores, inſtituit teſtes] In duobus codicibus manuſcriptis *inſtruit*, non *inſtituit* ſcriptum eſt. quæ lectio repudianda non eſt, quod ante dixerit, copiam teſtium a matre inſtrui. Quæ lectio ſi placet, legendum eadem ratione eſt, *inſtruit accuſatores.* Inſtruit igitur, id eſt, docet & exercet quid dicturi ſint. *Voluntarios teſtes multum domi ante verſandos, ac variis percontationibus (quales haberi ab adverſario poſſunt) explorandos eſſe*, Quintil. lib. 5. ſcribit. *Idem.* *Inſtituit accuſatores*] *Inſtituit*, habent libri manuſcr. *inſtituit autem*, id eſt, docet. ſequitur deinde in vulgatis, *inſtruit teſtes:* id eſt, armat, & ornat iis rebus, quæ ad cauſam obtinendam, & ad Cluentium damnandum valent. Sed ego puto errato librarii commiſſum eſſe, ut ita habeant libri veteres. Ita enim ſcriptum oportuit, *inſtruit accuſatores, inſtituit teſtes:* id eſt, ornat accuſatores, docet teſtes quid dicant. ſic autem loquitur infra non longe ab extremo: *Atque his rebus cum inſtructum accuſatorem filio ſuo Romam ipſa miſiſſet*, &c. Lambinus. *Inſtituit accuſatores, inſtruit teſtes*] Invertit hæc perverſe Lambinus. *inſtituit accuſatores*, materia ſcilicet. *inſtruit teſtes*, pecunia. adnotat Guilielmius. *Gruterus.* Vterque Francii, & editio anni 1472: *inſtituit accuſatores, inſtituit teſtes.* quod verum puto, *inſtituit* eſt adornat, immittit, comparat. ſic *ſe inſtituere* apud Plautum eſt ſic ſe comparare. Amphitr.

Atque ita ſervum par videtur frugi ſeſe inſtituere,
Proinde heri ut ſint, ipſe item ſit, vultum e vultu comparet.

Par eſt *ſeſe inſtituere*, ſic ſe comparare. Cic. lib. IV in Verr. *Piratæ aliquos ſibi inſtituunt amicos.* Poteſt tamen vulgata tolerari. Ludit in vocibus *inſtituere* & *inſtruere*, in orat. pro Muræna: *Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit.* Grævius.

Squalore hujus] Reos in foro ſqualidos & ſordidos eſſe ſolitos, ignotum non eſt. Id ad movendam judicum miſericordiam fieri, ideoque propinquorum quoque ſimilem habitum profuiſſe, Quintil. lib. 6. ſcribit. *Sylvius.*

Sanguinem ſuum profundere] Magna odii ſignificatio eſt, quum qui odit, quod graviſſimum eſt pati velit, modo idem ante paſſus ſit inimicus. *Idem.*

Hæc niſi omnia perſpexeritis] Quamvis nimiam cauſæ noſtræ fiduciam oſtentare judicibus non debeamus, noſtrarum tamen probationum perſpicuam claritatem judici promittere debemus. hac enim ratione animos eorum nobis conciliamus, eoſque attentiores facimus. Ideo Cicero pro Milone probaturus inſidias a Clodio Miloni factas: *T.* inquit, *Annii Tribunatu, rebus omnibus pro ſalute Republ. geſtis, ad hujus criminis defenſionem non abutemur, niſi oculis videritis inſidias Miloni a Clodio factas, &c.* Itemque: *Sed ſi illius inſidiæ clariores hac luce fuerint, tum denique obſecrabo obteſtaborque vos judices, ſi cætera amiſimus, hoc ſalutem nobis ut relinquatur, ab inimicorum audacia teliſque vitam ut impune liceat defendere.* Idem.

temere a nobis illam appellari putatote. ſin autem erunt & aperta & nefaria, Cluentio ignoſcere debetis, quod haec a me dici patiatur: mihi ignoſcere non de-
7 beretis, ſi tacerem. Nunc jam ſummatim exponam, quibus criminibus Oppianicus damnatus ſit: ut & conſtantiam A. Cluentii, & rationem accuſationis perſpicere poſſitis. Ac primum cauſa accuſandi quae fuerit, oſtendam: ut id ipſum A. Cluentium vi & neceſſitate coactum feciſſe videatis. Cum manifeſto venenum deprehendiſſet, quod vir matris Oppianicus ei paraviſſet; & res non conjectura, ſed oculis ac manibus teneretur, neque in cauſa ulla dubitatio poſſet eſſe, accuſavit Oppianicum. quam conſtanter & quam diligenter poſtea dicam: nunc hoc ſcire vos volui, nullam huic aliam accuſandi cauſam fuiſſe, niſi uti propoſitum vitae periculum, & quotidianas capitis inſidias hac una ratione vitaret. Atque ut intelligatis, his accuſatum eſſe criminibus Oppianicum, ut neque accuſator timere,

ne-

Temere] Id eſt, imprudenter, & tanquam ad agendam cauſam idoneus non ſim. *Sylvius.*

Appellari] Id eſt, nominari tam turpiter in cauſa filii. *Idem.*

Nunc jam ſummatim] Quod in ſingulis fere quæſtionibus Cicero admonere ſolitus ſit, quid ſit dicturus, admonuimus: id in hac oratione ſæpe licet animadvertere. *Idem.*

Summatim exponam] Id eſt, breviter narrabo. *Idem.*

Conſtantiam] Id eſt, in accuſando perſeverantiam: quæ non fuiſſet, ſi judices corrupiſſet. cauſæ enim diffidens, ad tentandum judicium non confugiſſet. *Idem.*

Vi & neceſſitate coactum] Cluentii animum ab Oppianici, qui ejus vitricus erat, accuſatione removet. Id etiam dicit: ut neque accuſatorio animo, neque oſtentatione, neque gloria adductum Cluentium ad Oppianici accuſationem oſtendat. *Idem.*

Quum manifeſto venenum deprehendiſſet] *Manifeſto* uſitatius quam *manifeſte* a Cicerone dicitur. Auctore Priſciano lib. 15. *Multa ex adjectivis nominibus ipſa terminatione dativi pro adverbiis accipiuntur, ut falſo, conſulto, poſtremo, ſedulo, auſpicato, augurato, manifeſto, privato, precario, merito: privatim tamen, non privato dicendum putem.* Sed manifeſte pro L. Flacco Cicero dicit, ſi emendatus locus eſt: *Apamea manifeſte comprehenſum.* Idem.

Vir] Id eſt, maritus. *Idem.*

Oculis ac manibus teneretur] Id eſt, clariſſima & certiſſima eſſet. *Idem.*

Quam conſtanter & quam diligenter] Nam diligentiſſime atque laborioſiſſime accuſabant, qui ſe ipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrati ſunt. Hoc autem Cicero dicit, ne accuſandi negligentia Cluentium ad tentandum judicium excitaſſe credita fuiſſet. *Idem.*

Propoſitum vitæ periculum] Quod Cluentii vitæ Oppianicus propoſuerat. *Idem.*

Ne-

neque reus ſperare debuerit, pauca vobis illius judicii crimina exponam: quibus cognitis, nemo veſtrum mirabitur, illum, diffidentem rebus ſuis, ad Stalenum atque ad pecuniam confugiſſe. Larinas quaedam fuit Dinea, ſocrus Oppianici, quae filios habuit M. & Numerium Aurios, & Cn. Magium, & filiam Magiam nuptam Oppianico. M. Aurius adoleſcentulus bello Italico captus apud Aſculum in Q. Sergii ſenatoris, ejus, qui inter ſicarios damnatus eſt, manus incidit, & apud eum fuit in ergaſtulo. Numerius autem Aurius frater mortuus eſt, heredemque Cn. Magium fratrem ſuum reliquit. poſtea Magia uxor Oppianici mortua eſt. poſtremo unus, qui reliquus erat, Dineae filius Cn. Magius eſt mortuus. is fecit heredem illum adoleſcentem Oppianicum, ſororis ſuae filium, eumque partiri cum Dinea matre juſſit. interim venit index ad Dineam, ne-

Neque reus ſperare debuerit] Iidem libri habent, *ſperare potuerit*: unde mihi orta ſuſpicio eſt, legendum, *ut neque accuſator timere debuerit, neque reus ſperare potuerit*. Lambinus.

Pauca crimina] Hoc dicit, ut plura reſtare intelligant judices. *Sylvius*.

Illius judicii] Quo damnatus Oppianicus eſt. *Idem*.

Ad Stalenum, atque ad pecuniam] Videtur in Victoriano codice ſcriptum ex *Staleno* factum deinde *Stajenum*. & vero utroque modo legi in exemplaribus vetuſtis, diu eſt quod judicavit Rivius. adeatur quoque Petrus Victorius libro XXXVII. Variar. lect. cap. 11. *Gruterus*.

Heredem reliquit] Relinquere hæredem & ſcribere rarius, *facere hæredem* ſæpiſſime Cicero dicit. *Sylvius*.

Sororis ſuae filium] Nepotem ex fratre aut ex ſorore a Iuriſperitis imperite dici, alias admonuimus. nam fratris aut ſororis filius dici ſolet a doctis. Nepos autem reſpectu avi, ut filius reſpectu patris dicitur. *Idem*. Vide Voſſium de vitiis Latini ſermonis I, 27. & Caſaubonum ad Spartianum in Hadriano, qui tamen negat Ioſephum Scaligerum ſecutus, Ovidium τὸ *nepos* in hac vulgari & vetuſtioribus patrum uſita notione, pro fratris aut ſororis filio poſuiſſe:

Caſar ab Aſinea qui tibi fratre nepos.

Eumque partiri cum Dinea] Hoc ideo dici arbitror, quia mulieres jure civili Romanorum hæredes non fiebant: & lege Voconia cautum erat, ne quis homo cenſus, id eſt, pecunioſus unicam habens filiam, eam faceret hæredem. Quum igitur matrem Dineam hæredem facere Cn. Magio non liceret, id ei legavit, ut cum ſororis filio Oppianico, quem faciebat hæredem, partiretur. *Sylvius*. Quæ hic de cenſis & lege Voconia tradit Sylvius, ſunt falſiſſima. Illa enim lege certa pecuniæ ſumma tantum fuit conſtituta, ultra quam nihil omnino fœminis relinquere licebat, ut alibi notatum. Vide Cl. Perizonii diſſertationem elegantiſſimam de lege Voconia.

Venit index ad Dineam] Index eſt, qui vel præmii vel impunitatis ſpe, aut humanitate illectus, de ſe volens aliquid aut de aliis prodit. *Sylvius*.

... agere inſtituiſſet, oppreſſa m
ſtamentum fecit ejuſmodi, ut illi fili
millia legaret, heredem inſtitueret
pianicum, nepotem ſuum. atque h
mortua. propinqui tamen illi, quema
inſtituerant, ita mortua illa ad inve
cum eodem illo indice in agrum Gal
8 Interim Oppianicus, ut erat, ſicuti
perietis, ſingulari ſcelere & audacia, p
canum, familiarem ſuum, primum illu
corrupit: deinde ipſum Aurium, non m

Neque obſcuras, neque incertus] Id eſt, qui vera indicare videretur, & ut vulgo dicunt, daret certa ſigna de M. Aurio. *Sylvius.*

In agro Gallico] Nobis tranſalpino. Tranſalpina Gallia Alpibus & Rubicone fluvio terminabitur. *Idem.*

Amiſſis] Id eſt, mortuis. Amittere, pro eo quod eſt morte perdere, per- ſæpe dicitur. *Idem.*

Neceſſarios] Id eſt, amicos. *Idem.*

Quem tantum unum] Sic ex ſeptem Pall. unus tantum, reliqui ſex, *tandem.* quod & pro *tamen* ſumi, exemplis ... lam fecit Schottus noſter libro IV. No... dor. cap. 18. ...

centena millia
ginti quinque
Nepotem ſuum
giæ filium. *Syl*
His diebus pau
bus poſtquam
dem.

Per quendam
libro ſecundo d
ſcribens, a locis
ut ruſticanus,
Capitolinus, Pa
Gallicanus, vici
canos autem app

tollendum interficiendumque curavit. Illi autem, qui erant ad propinquum inveſtigandum & recuperandum profecti, litteras Larinum ad Aurios, illius adoleſcentis propinquos, ſuoſque neceſſarios mittunt: ſibi difficilem eſſe inveſtigandi rationem, quod intelligerent indicem ab Oppianico eſſe corruptum. Quas litteras A. Aurius, vir fortis & experiens, & domi nobilis, M. illius Aurii propinquus, in foro palam multis audientibus, cum adeſſet Oppianicus, recitat, & clariſſima voce ſe nomen Oppianici, ſi interfectum M. Aurium comperiſſet, delaturum eſſe teſtatur. Interim brevi tempore illi, qui erant in agrum Gallicum profecti, Larinum revertuntur: interfectum eſſe M. Aurium renuntiant. Animi non ſolum propinquorum, ſed etiam omnium Larinatium odio Oppianici, & illius adoleſcentis miſericordia commoventur. Itaque cum A. Aurius, qui antea denuntiarat, clamore hominem ac minis inſequi coepiſſet, Larino profugit, & ſe

Inveſtigandi] Id eſt, inveniendi & recuperandi: quod præcedit, pro eo quod ſequitur. *Sylvius.*

Experiens] Qui expertus vulgo dicitur. ut in Action. in Verrem ſexta: *Tu P. Cacurii promptiſſimi hominis & experientis, & in primis gratioſi ſuppellectilem omnem auferre non dubitaſti.* Et Actione 5. *Nympho eſt Centuripinus, homo navus & induſtrius, experientiſſimus ac diligentiſſim. arator.* Idem.

Clariſſima voce] Id eſt, ut vulgo loquuntur, altiſſima. Inde *clare dicere*, eſt, alte loqui: ut *ſuppreſſa voce & leniter*, eſt, ſubmiſſe. ut in oratione pro P. Sulla: *Qui quum ſuppreſſa voce de ſcelere P. Lentuli, de audacia conjuratorum omnium dixiſſet, tantummodo ut vos qui ea probatis, exaudire poſſetis, de ſupplicio P. Lentuli, de carcere magna & queribunda voce dicebat. In quo primum illud erat abſurdum, quod quum ea quæ leniter dixerat, vobis probare volebat: eos autem qui circum judicium ſtabant, audire nolebat: non intelligebat ea quæ clare diceret, ita illos audituros, quibus ſe venditabat, ut vos quoque audiretis, qui id non probatis.* Item libro de Offic. 1. *Quum orationis indicem vocem habeamus, in voce duo ſequamur, ut clara ſit, ut ſuavis, utrumque omnino a natura petendum eſt: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio preſſe loquentium & leniter.* Id.

Denunciarat] Id eſt, indixerat, ſignificaverat & minatus fuerat ſe Oppianici nomen delaturum. Denuntiare enim eſt indicere, prænunciare, & ut ita dicam, præſignificare: idque in mala re dicitur, ideoque minari ſignificat. ut denunciare inimicitias, periculum, bellum. Cicero pro L. Flacco: *Non ſum arbitratus quenquam amicum Reip. poſteaquam L. Flacci amor in patriam perſpectus eſſet, novas huic inimicitias nulla accepta injuria denunciaturum.* Idem lib. epiſt. ad Attic. 2. *Clodius mihi adhuc denunciat periculum.* Idem lib. de Offic. 1. *Ex quo intelligi poteſt, nullum bellum eſſe juſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante ſit & indictum.* Idem.

Q. Me-

& ſe in caſtra clariſſimi viri, Q. Metelli, contulit. Poſt illam fugam & ſceleris, & conſcientiae teſtem, numquam ſe judiciis, numquam legibus, numquam inermem inimicis committere auſus eſt: ſed per illam L. Sullae vim atque victoriam, Larinum in ſummo timore omnium cum armatis advolavit: quattuor viros, quos municipes fecerant, ſuſtulit: ſe a Sulla, & alios praeterea tres factos eſſe dixit: & ab eodem ſibi eſſe imperatum, ut Aurium illum, qui ſibi delationem nominis & capitis periculum oſtentarat, & alterum Aurium, & ejus C. filium, & Sex. Virbium, quo

Q. Metelli] T. Livio auctore, Q. Metellus Pius partes optimatium ſecutus, caſtra in Africa habuit, non multo ante L. Sullæ victoriam. *Sylvius.*

Nunquam ſe judiciis] Hac ratione probat Oppianicum cædis M. Aurii fuiſſe conſcium. ut contra pro Milone, Milonem poſtero die quam inſidiatorem Clodium necaverat, nullo metu perterritum, nulla conſcientia exanimatum Romam revertiſſe, ſeque populo Romano, Senatui, publicis præſidiis, Cn. Pompejo Conſuli tradidiſſe dicit: *Magna*, inquit, *vis eſt conſcientia, & magna in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiſerunt: & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccaverint.* Idem.

Inermem inimicis] *In Larinum* hoc loco in codice manuſcripto quod legatur, non placet: *inermem* placet. *Inermem* autem dicimus, qui etiam ſine telo eſt: telum autem in concionem, in forum, in curiam ferri non licebat. Itaque auctore Cicerone, quum Senatus in Capitolio haberetur frequentiſſimus, inventus eſt Senator, qui Milonem cum telo eſſe diceret. Excuſſo Milone, telum nullum inventum eſt. Inermem pro reo dicere videtur, ut pro M. Fontejo: *Dicunt qui ex bello, cæde, fuga: nunc primum audent contra M. Fontejum inermem conſiſtere. Inimicis*, id eſt, accuſatoribus, qui reo adverſarii ſunt & inimici. *Idem.* Non hæc ultima verba de judiciis intelligenda: ſed de omnibus locis, ubi verſabantur ejus inimici. Nuſquam, ubi illi erant, audebat venire inermis. Franc. *Nunquam in arinum inermem.* Grævius.

Per illam L. Sullæ vim] Quum pulcherrimam victoriam pernicioſiſſima Reipub. peſte L. Sulla commutavit, quum tam multas bonorum civium proſcriptiones fecit. *Sylvius.*

Quatuor viros] Dicit, ut duumviros, triumviros, quinqueviros, &c. dicimus. *Idem.* Sic dicebantur, qui ſumma cum poteſtate municipiis & coloniis præerant, ſive annuam in iis juriſdictionem exercerent, ut Romæ Conſules, quamvis in aliis eſſent duumviri, in aliis ſeviri, vide de his cum alios, tum Reineſium in epiſtolis ad Rupertum & Noriſium ad Cenotaphia Piſana cap. 3.

Fecerant] Id eſt, creaverant: *ut facere Conſules, alioſque magiſtratus*, ſolet dicere Cicero. *Sylvius.*

Suſtulit] Id eſt, necavit, a tollendo. *Idem.*

Ejuſque C. filium] Id eſt, Aurium filium C. Aurii. Id enim facere ſolet Cicero. ut quum filius eodem nomine & prænomine, quo pater appellatur, hunc prænomine, illum nomine appellet: quemadmodum ſi dicas, Marcus Ciceronis filius. id vulgus diceret: M. Cicero M. Ciceronis filius. *Idem.*

Quo

quo ſequeſtre in illo iudice corrumpendo dicebatur eſſe
uſus, proſcribendos interficiendoſque curaret. Itaque
illis crudeliſſime interfectis, non mediocri ab eo ceteri
proſcriptionis & mortis metu terrebantur. His rebus
in cauſa judicioque patefactis, quis eſt, qui illum abſolvi
potuiſſe arbitraretur? Atque haec parva ſunt: cognoſci- 9
te reliqua: ut non aliquando condemnatum eſſe Oppia-
nicum, ſed aliquandiu incolumem fuiſſe miremini. Pri-
mum videte hominis audaciam. Saſſiam in matrimo-
nium ducere, Aviti matrem, illam, cujus virum A. Au-
rium occiderat, concupivit. Vtrum impudentior hic,
qui poſtulet, an crudelior illa, ſi nubat, difficile dictu eſt.
ſed tamen utriuſque humanitatem conſtantiamque co-
gnoſcite. Petit Oppianicus, ut ſibi Saſſia nubat, & id
magno-

Quo ſequeſtre] *Sequeſtres*, ut ait Aſconius, *ſunt apud quos deponitur pecunia.* quum enim teſtes, judices, aliive qui corrumpuntur, iis non prius datur pecunia, quam quod promiſerunt executi ſunt: ideoque apud ſequeſtres, ut & vulgo dicunt, in manu tertia, pecunia deponitur. Sequeſtri autem, non ſequeſtre, ex præcepto Priſciani lib. 7. legendum eſſet. *Sylv.* In II Verrina: *Aut ſequeſtres, aut interpretes corrumpendi judicii.*

Quo ſequeſtre in illo iudice corrumpendo] Auctore Cicerone in primo de Offic. libro, *Injuria a metu aliquando proficiſcuntur: quem is qui facit, timet ne niſi id fecerit, aliquo afficiatur incommodo: ut ſi quis ſervum ſui ſceleris conſcium interfecerit, metuens ne ab eo indicaretur.* Hujuſmodi hominem perinde puniendum ac ſi occidiſſet civem, Plato cenſet libro de Legib. 6. Sex. igitur Virium occidit Oppianicus, metuens ab eo ne indicaretur. *Sylvius.*

In cauſa] Oppianici. *Idem.*

Hæc parva ſunt, cognoſcite reliqua] Dociles & attentos auditores facit. *Idem.*

Sed aliquandiu incolumem] Id eſt, citius in judicium non vocatum. *Idem.*

In matrimonium ducere] Fœmina ſola nubere dicitur, vir autem ducere in matrimonium, ducere in uxorem, habere uxorem, & habere in matrimonio. Terentius in Adelphis: *Patrem ita obſecraturum, ut liceat ſibi hanc in uxorem ducere.* Idem in eadem comœdia: *Quod fortunatum iſti putant, uxorem nunquam habui.* Cicero pro P. Quintio: *P. Quintii conſobrinam habet in matrimonio Nævius, & ex ea liberos.* Idem pro A. Cecinna: *Is habuit in matrimonio Ceſenniam, eodem e municipio, ſummo loco natam, & probatiſſimam fœminam.* Hoc autem poſtremum dicendi genus Ciceroni magis familiare eſt. *Idem.*

Cujus virum A. Aurium occiderat] Is non eſt A. Aurius vir fortis & experiens, & domi nobilis, quem proſcribendum interficiendumque Oppianicus curavit. A. enim Aurius Melinus Saſſiæ maritus adoleſcens erat, ut ante dixit: ejus autem cædem in tranſcurſu nominat, ut putent judices multa Oppianici crimina ab eo prætermitti. Virum pro marito ſæpe hic Cicero dicit, ſæpius apud Terentium invenire licet. *Idem.*

Humanitatem] Ironia eſt. *Idem.*

Magno-

magnopere contendit. illa autem non admiratur audaciam, non impudentiam aſpernatur, non denique illam Oppianici domum viri ſui ſanguine redundantem reformidat: ſed quod haberet tris ille filios, idcirco ſe ab his nuptiis abhorrere reſpondit. Oppianicus, qui pecuniam Saſſiae concupiviſſet, domo ſibi quaerendum remedium exiſtimavit ad eam moram, quae nuptiis afferebatur. Nam cum haberet ex Novia infantem filium, alter autem ejus filius, Papia natus, Theani Apuli, quod abeſt a Larino decem & octo milia paſſuum, apud matrem educaretur, arceſſit ſubito ſine cauſa puerum Theano: quod facere niſi ludis publicis, aut feſtis die-

Magnopere contendit] Id eſt, inſtanter & urgenter petit: nam contendere magis eſt quam petere. *Sylvius.*

Illam Oppianici domum] Sic eſſe legendum, jampridem admonuit P. Victorius, Variarum lect. lib. xv. idque ex auctoritate codicum antiquorum: quos adjuvat locus ille infra non longe ab extremo: *domumque illam ſcelere omni affluentem reliquiſſent.* Profert Victorius item locum ex lib. I. de divinatione huic ſimilem: *ſic ut domus tota ſanguine redundaret.* Lambin. *Illam Oppianici domum viri ſui ſanguine redundantem*] Ita primitus cuſi, firmavitque ſcriptis ſuis P. Victorius lib. xv. Var. lect. c. 20. nam poſterius editi, *Opp. dexteram*, quod in Pal. ſexto ac ſept. quippe pr. *manum.* at enim reliqui, neque *domum* agnoſcunt, neque *dexteram*, ut ſuſpicer aliud quid adhuc ſubeſſe de quo cogitare poſſint ſubtilioris ingenii Critici. obvium quidem eſt, *villam Oppianici*, ſed non placet. *Gruterus.* *Domum* firmat Francii primus. & editio anni 1498.

Haberet tris ille filios] Vnum ex Magia, nomine Oppianicum, cujus in hac oratione Cicero ſæpe meminit, alterum ex Papia, tertium ex Novia natum. *Sylvius.*

Ab his nuptiis abhorrere] Id eſt, nolle huic nubere. *Idem.*

Domo] Id eſt, ex domo, ex familia, ex filiorum cæde. *Idem.*

Nam quum haberet ex Novia, &c.] Hæc oratio perfecta non eſt: id a Cicerone aliquando fieri, ut ex tempore videatur oratio, alibi docuimus. *Idem.*

Papia natus] Hæc Papia Milonis propinqua erat; nam Milonem ex Papia familia fuiſſe, & adoptatum a T. Annio avo materno, Aſconius ſcribit. *Idem.* *Pappia natus*] Scribendum *Papia.* notum eſt autem *Papiam* gentis nomen eſſe Lanuvio municipio oriundæ. *Fulv. Vrſinus.*

Natus Papia] Dicitur etiam natus ex Papia. Terent. in Adelphis: *Ex me hic natus non eſt, ſed ex fratre.* Sylvius.

Theani Apuli] Theanum Italiæ oppidum eſt duplex: eſt enim Theanum Sidicinum, cognomine Nola, in Appia via poſitum: & Theanum Apulum, ut Plin. lib. 3. & Strabo libris 5. & 6. ſcribunt. *Idem.*

Decem & octo millia paſſuum] *Milia*, non *miliaria* in numero plurali dicere ſolet Cicero, quemadmodum in numero ſingulari miliare aut miliarium, ut de Claris oratoribus: *Videmus item paucis annis poſt exactos reges, quum plebs prope ripam Anienis, ad tertium miliarium conſediſſet.* Libro Epiſtol. ad Attic. 8. *Siquidem etiam vos duos tales ad quintum miliarium.* Et lib. 6. *Accepi tuas litteras ad quintum miliare Laodiceæ.* Idem.

Hora

[redacted]

diebus antea non ſolebat. Mater nihil mali miſera ſuſpicans mittit. Ille ſe Tarentum proficiſci cum ſimulaſſet, eo ipſo die puer, cum hora undecima in publico valens viſus eſſet, ante noctem mortuus, & poſtridie antequam luceret combuſtus eſt. Atque hunc tantum moerorem matri prius hominum rumor, quam quiſquam ex Oppianici familia renuntiavit. Illa cum uno tempore audiſſet ſibi non ſolum filium, ſed etiam exſequiarum munus ereptum, Larinum confeſtim exanimata venit, & ibi de integro funus jam ſepulto filio fecit. Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius infans necatur. Itaque nubit Oppianico continuo Saſſia, laetanti jam animo, & ſpe optima confirmato. nec mirum, quae ſe non nuptialibus donis, ſed filiorum funeribus delinitam videret. ita quod ceteri propter liberos pecuniae cupidiores ſolent eſſe, ille propter pecuniam liberos amittere jucundius eſſe duxit. Sentio, judices, 10

vos

Hora undecima] Id eſt, hora ante ſolem occidentem. *Sylvius.*

Poſtridie] Id eſt, ea ipſa nocte, ſed poſt mediam noctem; nam a media nocte initium diei a Romanis ſolitum ſumi, ex A. Gellio ſatis cognitum eſt. A tempore veneni ſuſpicionem auget. *Idem.*

Antequam luceret] Mortuorum corpora noctu efferri ſolebant, ideoque tedae accenſae praeferebantur. *Idem.*

Combuſtus eſt] De ratione comburendi cadavera, Plinius cap. 54. lib. 7. ſcribit. *Idem.*

Ex Oppianici familia] Hoc valet ad veneni dati probationem. *Idem.*

Exſequiarum munus] Quod propinqui ſolent obire, ut auctore Servio in lib. Aeneid. 4. *Lavare corpora debetur proximis.* Vnde mater Euryali, *Nec vulnera lavi Veſte tegens.* *Idem.*

De integro] Id eſt, renovando, & ut vulgo dicunt, reincipiendo. *Idem.*

Jam ſepulto] Id eſt, cremato & condito, ſepultus enim, ut ait Plinius cap. 54. lib. 7. *Eſt quoque in humando-ro: humare vero, humo tegere.* Idem.

Ille alter] Noviſſimus. *Idem.*

Laetanti jam animo & ſpe optima confirmato] Ita editio anni CCCCLXXXIX. & Pal. ſec. nec non exemplar S. Victoris. vulgata, *confirmata.* Gruterus. Vulgatum tuetur Franc. & ed. 1472.

Nuptialibus donis] Quibus mariti ſponſas donare ſolent. *Sylvius.*

Ita quod ceteri] Conficit Guilielmius, *cum ceteri.* ſcripſi autem *ita*, ex Pal. ſec. & S. Victor. nec non edd. antiquis. nam ceteri noſtri ſcripti *itaque ceteri.* ſed *itaque* hic locum non habet, quod ſtatim praeceſſerat. *Gruterus.*

Jucundum eſſe duxit] Alii codices habent *jucundius*, quae lectio mihi videtur melior: ut *jucundius* referatur ad *cupidiores.* Sylvius. Sane *jucundius* eſt in utroque Francii, & in editione anni 1472. & 1498. quod cum Sylvio probo. *Graevius.*

Sentio judices] Quia judices commoveri videt recitandis Oppianici criminibus, quae exponit, multo magis commoveri debuiſſe tum judices, quum a

Ca-

vos pro veſtra humanitate, his tantis ſceleribus breviter a me demonſtratis, vehementer eſſe commotos. Quo tandem igitur animo fuiſſe illos arbitramini, quibus his de rebus non modo audiendum fuit, verum etiam judicandum? Vos auditis de eo, in quem judices non eſtis: de eo, quem non videtis: de eo, quem odiſſe jam non poteſtis: de eo, qui & naturae & legibus ſatisfecit: quem leges exſilio, natura morte multavit: auditis non ab inimico, auditis ſine teſtibus: auditis, cum ea, quae copioſiſſime dici poſſunt, breviter a me ſtrictimque dicuntur. Illi audiebant de eo, de quo jurati ſententias ferre debebant: de eo, cujus praeſentis nefarium & conſceleratum vultum intuebantur: de eo, quem oderant propter audaciam: de eo, quem omni ſupplicio dignum eſſe ducebant. audiebant ab accuſatoribus: audiebant verba multorum teſtium: audiebant, cum unaquaque de re a P. Canutio, homine eloquentiſſimo, graviter & diu diceretur. Et eſt quisquam, qui, cum haec cognoverit, ſuſpicari poſſit, Oppianicum judicio oppreſſum & circumventum eſſe innocentem? Acervatim jam reliqua, judices, dicam, ut ad ea, quae propiora hujus cauſae & adjunctiora ſunt, perveniam.

Canutio Oppianicus accuſabatur, oſtendit. Quod ſi ita eſt, nihil mirum eſt Oppianicum diffidentem cauſæ ſuæ, judicium pecunia tentaſſe. *Sylvius.*

Pro veſtra humanitate] Aliquando ſpargendæ ſunt laudes judicum, ut magis fiant benevoli: idque breviter faciendum, ne qua ſuſpicio aſſentationis ſubrepat. *Idem.*

In quem judices non eſtis, &c.] Hæc eo pertinent, ut oſtendat Cicero hos judices minus commoveri debere, quam olim commoti ſunt ii, qui Oppianici cauſam cognoſcebant. Iudex autem in reum dicitur, non in accuſatorem. ut paulo poſt: *A quibus ſi qui quærerent, ſediſſent ne judices in C. Fabricium? ſediſſe ſe dicerent.* Idem.

Quem odiſſe jam non poteſtis] Quia mortuus eſt; mortuos odiſſe non debemus. iis ne maledicamus Chilo Lacedæmonius auctore Laertio ſuadet. Illiberale eſſe, & cogitationis avaræ & muliebris & vilis, cadaver ſpoliare, hoſtemque putare mortui corpus, Plato ſcribit in libro de Republ. 5. quum ipſe adverſarius abierit, cum quo pugnabat relicto. *Idem.*

Ab accuſatoribus] Cluentio & Canutio. *Idem.*

Acervatim] Id eſt, magis adjuncta & cohærentia. *Idem.*

Quæ propiora] Libri manuſcr. habent, *quæ propriora*, mendoſe. quidam legi volunt, *quæ propria.* ſi *propiora*, retinemus, legendum videtur, *propiora huic cauſa.* & ita melius quadrabit id, quod ſequitur, *adjunctiora.* Lambinus.

Quæ

niam. Vos quaeſo, memoria teneatis, non mihi hoc eſſe propoſitum, ut accuſem Oppianicum mortuum: ſed, cum hoc perſuadere vobis velim, judicium ab hoc non eſſe corruptum, hoc uti initio ac fundamento defenſionis: Oppianicum, hominem ſceleratiſſimum & nocentiſſimum eſſe damnatum: qui uxori ſuae Cluentiae, quae amita hujus Aviti fuit, cum ipſe poculum dediſſet, ſubito illa in media potione exclamavit, ſe maximo cum dolore mori: nec diutius vixit, quam locuta eſt. nam in ipſo ſermone hoc, & vociferatione mortua eſt. & ad hanc mortem tam repentinam, vocemque morientis, omnia praeterea, quae ſolent eſſe indicia & veſtigia veneni, in illius mortuae corpore fuerunt. Eodemque veneno C. Oppianicum fratrem necavit. Neque eſt hoc ſatis: tametſi in ipſo fraterno 11
parricidio nullum ſcelus praetermiſſum videtur: tamen, ut ad hoc nefarium facinus accederet, aditum ſibi aliis ſce-

Quæ amita] Amita ſoror patris eſt. Inde amitini, qui ex fratre & ſorore nati ſunt. *Sylvius.*

Nec diutius vixit quam locuta eſt] Id eſt, loquendo mortua eſt. *Idem.*

Quæ ſolent eſſe indicia] Si tumore aut livore decoloratum corpus mortui eſt, ſignificat eum veneno necatum, ut eſt in libro Rhetoricorum ad Herennium ſecundo. *Livores & tumores veneficii & cruditatis ſigna eſſe communia*, Quintilianus lib. v. ſcribit. *Idem.*

Fraterno parricidio] Parricidam appellaverunt veteres eum, qui hominem aliquem occidiſſet, qui ſcilicet parem, id eſt ſecum pari jure utentem cecidiſſet: quod inter cives eſſe debeat æquabilitas, itemque inter cives & peregrinos. Inde ab hoſtiendo, id eſt, ab æquando, peregrinos apud Romanos veteres appellatos fuiſſe hoſtes, Sex. Pompejus ſcribit. Inveteravit poſtea, ut qui filium, vel parentem, vel fratrem, vel ſororem occidiſſet, is parricida appellaretur. Itaque cum adjuncto parricida appellari cœpit. T. Livius lib. 40. *In ea cœna dicitur venenum datum: poculo epoto extemplo ſenſit, & mox coortis doloribus, relicto convivio, quum in cubiculum recepiſſet ſeſe, crudelitatem patris conquerens, parricidium fratris, ac Didæ ſcelus incuſans, torquebatur.* Idem lib. 3. *Orabat ne quod ſcelus Ap. Claudii eſſet ſibi attribuerent, non ſe ut parricidam liberûm adverſarentur.* Illud tamen fit, ut vocabulis etiam ſpecialibus appellentur, qui propinquum necaverint: Cicero ad Quintum fratrem: *Altera eſt de Blandenio Zeuxide, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi a me intime commendari.* Idem pro Domo ſua: *Quid de me quod tuliſſe dicis parricida, fratricida, ſororicida, non ne extra ordinem tuliſti?* Idem.

Aditum ſibi aliis] Tam nefarium enim ſcelus primum admittere auſus non fuiſſet, niſi prius alia commiſiſſet. Nemo enim fit repente malus. Ideoque qui alia ſcelera admiſiſſet, commentus ſit, ab eo admiſſum eſſe id de quo controverſia eſt, magis eſt credibile. *Idem.*

ſceleribus ante munivit. Nam cum eſſet gravida Auria, fratris uxor, & jam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interfecit, ut una illa, & quod erat ex fratre conceptum, necaretur. Poſtea fratrem aggreſſus eſt: qui ſero, jam exhauſto illo poculo mortis, cum & de ſuo, & de uxoris interitu clamaret, teſtamentumque mutare cuperet, in ipſa ſignificatione hujus voluntatis eſt mortuus. Ita mulierem, ne partu ejus ab hereditate fraterna excluderetur, necavit: fratris autem liberos prius vita privavit, quam illi hanc ab natura propriam lucem accipere potuerunt; ut omnes intelligerent, nihil ei clauſum, nihil ſanctum eſſe poſſe: cujus ab audacia fratris libero ne materni quidem corporis cuſtodia tegere potuiſſet. Memoria teneo Mileſiam quandam mulierem, cum eſſem in Aſia, quod ab heredibus ſecundis

Vna] Id eſt, ſimul. *Sylvius.*

Exhauſto illo poculo mortis] Guilielmius tentat, *mortifero.* ſed Pall. omnes adhærent vulgato. malim deleri potius illud *mortis.* Gruterus.

Ne partu ejus] Si quis ex ea filius naſceretur. *Sylvius.*

Fratris autem liberos] *Liberos* pro *unico filio, unica ve filia* dici, A. Gellius lib. 2. ſcribit. *Idem.*

Nihil ſanctum] Id eſt, ab ejus injuria tutum. Metianus enim juriſconſultus lib. Digeſt. 1. de rer. diviſ. *ſanctum id eſſe dicit, quod ab injuria hominum defenſum atque munitum eſt.* Idem.

Memoria teneo] Triphonius Iuriſc. lib. Digeſt. 48. hoc Ciceronis exemplum pro re judicata de lege advocat. *Idem.*

Mileſiam quandam mulierem] *Oratoris eſt, amplificare quæ cauſæ ſuæ utilia ſunt. Amplificationem ex comparatione aliquando fieri,* Quintil. lib. 8. ſcribit, *in qua nonnunquam propoſito ſimili exemplo efficiendum eſt, ut ſit majus id quod a nobis amplificandum eſt, ut Cicero pro Cluentio, quum expoſuiſſet Mileſiam quandam a ſecundis heredibus abortu pecuniam accepiſſe: Quanto eſt, inquit, Oppianicus in eadem injuria majore ſupplicio dignus? Siquidem illa quum ſuo corpori vim attuliſſet, ſe ipſa cruciavit: hic autem idem illud effecit, per alieni corporis vim atque cruciatum.* Idem.

Quum eſſem in Aſia] Cicero quum jam biennium in cauſis verſatus eſſet, eum hortati ſunt amici & medici, ut cauſas agere deſiſteret, quia in eo ſumma erat gracilitas & infirmitas corporis: procerum & tenue collum: qui habitus & quæ figura non procul abeſſe putatur a vitæ periculo, ſi accedit labor & laterum magna contentio. A ſperata dicendi gloria Cicero diſcedendum non putavit: ſed quum cenſeret remiſſione & moderatione vocis, & commutato genere dicendi ſe & periculum vitare poſſe, & temperatius dicere, ut conſuetudinem dicendi mutaret, in Aſiam profectus eſt, ut idem ſcribit de claris oratoribus. *Idem.*

Ab heredibus ſecundis] Secundus hæres dicitur, ut ait Boëtius lib. Comment. in Top. Cic. 2. *qui heredi inſtituto ſubſtituitur: veluti ſi quis filium inſtituat heredem, ſcribatque ſi is filius intra pubertatem deceſſerit, nepotem vel quemlibet alium heredem eſſe oportere.* Idem.

Ab-

[redacted]

dia acceptâ pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam: neque injuria: quae ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, heredem familiae, deſignatum reipub. civem ſuſtuliſſet. Quanto Oppianicus in eadem injuria majore ſupplicio dignus? ſiquidem illa, cum ſuo corpori vim attuliſſet, ſe ipſa cruciavit: hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem atque cruciatum. Ceteri non videntur in ſingulis hominibus multa par-
ricidia ſuſcipere poſſe: Oppianicus inventus eſt, qui 12
in uno corpore plures necaret. Itaque cum hanc conſuetudinem audaciamque cognoſceret avunculus illius adoleſcentis Oppianici, Cn. Magius: iſque gravi morbo affectus eſſet, & heredem illum ſororis ſuae filium faceret: amicis adhibitis, praeſente matre ſua, Dinea, uxorem ſuam interrogavit, eſſetne praegnans: quae cum ſe eſſe reſpondiſſet: ab ea petivit, ut, ſe mortuo, apud Dineam, quae tum ei mulieri ſocrus erat, quoad pareret, habitaret, diligentiamque adhiberet, ut id quod

Abegiſſet] Id eſt, *ejeciſſet*. Utrumque enim verbum in hac re proprie dicitur. *Sylvius*.

Rei capitalis eſſe damnatam] Si mulierem viſceribus ſuis vim intuliſſe, quo partum abigeret, conſtiterit, eam in exilium Praeſes provinciae exiget, ut ait Ulpianus ad legem Cornel. de ſicariis, lib. Digeſt. 48. *Idem*.

Spem parentis] Haec Cicero dicit, ut crimen exaggeret. *Idem*.

Se ipſam cruciavit] Franc. MS. & Quintil. rectius, *ſe ipſa cruciavit*. Graev.

Per alieni corporis mortem atque cruciatum] Quintilianus legit, *per alieni corporis vim atque cruciatum*. Quae lectio magis placet, ne ſit ordo ſenſus perverſus. *Sylvius*.

Suſcipere] Id eſt, committere: ut *ſuſcipere facinus*, poſtea Cicero dicit: de cujus verbi uſu alibi ſcribimus. *Idem*.

Plures necaret] Libri veteres habent, *multos necaret*. Lambinus.

Sororis ſuae filium] Id eſt, Oppianum, Oppianici & Magiae filium. *Sylvius*.

Faceret] Imperfectum tempus ſignificat. Oppianicum enim ſororis filium heredem faciebat: ſed priuſquam perficeret, venit ei in mentem, ut uxorem interrogaret, eſſetne praegnans. *Idem*.

Praeſente matre] Non, quod vulgo dicunt, *in praeſentia matris*: ut abſente matre, non *in abſentia matris*, dici ſolet. *Id*.

Eſſetne praegnans] Auctore Sex. Pompejo, *Gravida eſt quae jam gravatur conceptu: Praegnans, velut occupata in generando, quod conceperit: Inciens, propinqua partui, quod incitatus ſit foetus ejus.* Donatus in Hecyram Terentii, *Praegnantem quaſi ante natum, vel ante genitricem appellatam dicit*. Hoc autem loco praegnans dicitur, quae recens ſe ſenſit concepiſſe, cujus venter intumeſcere nondum cernitur: ut ante gravidam Auriam dixit, cujus jam appropinquare partus videretur. *Idem*.

quod conceperat ſervaret, ut ſalvum parere poſſet. Itaque ei teſtamento legat grandem pecuniam a filio, ſiqui natus eſſet: ab ſecundo herede nihil legat. Quid de Oppianico ſuſpicatus ſit videtis: quid judicarit obſcurum non eſt. Nam, cum ejus filium faceret heredem, eum tutorem liberis non adſcripſit. Quid Oppianicus fecerit cognoſcite: ut illum Magium intelligatis longe animo proſpexiſſe morientem. Quae pecunia mulieri legata erat a filio, ſiqui natus eſſet, eam praeſentem Oppianicus non debitam mulieri ſolvit: ſi haec ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt. Quo illa pretio accepto, multiſque praeterea muneribus, quae tum ex tabulis Oppianici recita-

Legat grandem pecuniam a filio] Id eſt, ſi filius ex ea naſcatur, qui hæres teſtamento inſtituitur. *Sylvius.*

Grandem pecuniam] Grandis quamvis multis de rebus dicatur, ſæpius tamen ad ætatem & ad pecuniam refertur: ut ante dixit *grandem & nubilem filiam.* Idem.

A filio, ſi qui natus eſſet] Nam ſi nata eſſet filia, ea lege Voconia hæres non eſſet. *Idem.*

Quum ejus filium faceret hæredem] Vt ante dixit, hæredem illum ſororis ſuæ filium faceret. Vel hæredem ſecundum hic intellige. *Idem.*

Longe animo proſpexiſſe morientem] Animus appropinquante morte multo eſt divinior: nam & id ipſum vident qui ſunt morbo gravi & mortifero affecti, inſtare mortem. Itaque his occurrunt plerumque imagines mortuorum, tumque vel maxime laudi ſtudent: eoſque qui ſecus quam decuit vixerunt, peccatorum ſuorum tum maxime pœnitet. Divinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat Poſſidonius, quo affert *Rhodium quendam morientem ſex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinceps moriturus eſſet :* Auctor eſt Cicero in lib. de Divinat. I. Quo eodem in libro auctore, *Quum Calanum Indum ad mortem proficiſcentem rex Alexander rogaret, ſi quid vellet, ut diceret: Optime, inquit, propediem te videbo: quod ita contigit. Nam Babylonia paucis poſt diebus Alexander eſt mortuus.* Eodem auctore in libro Tuſculanarum quæſtionum primo, *Theramenes Critiæ qui ei venenum præbuerat, vere mortem eſt eam auguratus, qua brevi conſecuta eſt.* Apud Homerum & Virgilium quam ſæpe id fiat, ut morientes inimicis ſui mortem vere denuncient, nihil attinet dicere. *Idem.*

Non debitam] Nondum enim pepererat. *Idem.*

Abortionis] *Aborſus & abortus ita diſtinguuntur a* Non. *Marcello, ut ſit aborſus qui eſt in primis menſibus, quum conceptui exordium factum eſt : abortus, prope tempus pariendi.* tum enim *moritur quod naſcitur. Abortum gravidæ mulieris dici, quod non ſit tempeſtive ortum*, Sex. Pompejus ſcribit. *Idem.*

Tum] Quum Oppianici cauſa ageretur. *Idem.*

Ex tabulis Oppianici] Quas Oppianicus fecerat : quum ea munera emeret, nec (ut conjicio) ſolveret. *Idem.* Imo ex tabulis accepti & expenſi, in quas referebatur, quicquid & in quam rem expendebant. *Gravius.*

Com-

tabantur, ſpem illam, quam in alvo commendatam a viro continebat, victa avaritia ſceleri Oppianici vendidit. Nihil poſſe jam ad hanc improbitatem addi videtur. attendite exitum. Quae mulier obteſtatione viri decem illis menſibus ne domum quidem ullam niſi ſocrus ſuae noſſe debuit, haec quinto menſe poſt viri mortem ipſi Oppianico nupſit. quae nuptiae non diuturnae fuerunt. erant enim non matrimonii dignitate, ſed ſceleris ſocietate conjunctae. Quid? illa caedes Aſinii Larina- 13
tis, adoleſcentis pecunioſi, quam clara tum, recenti re? quam

Commendatam a viro] Quaſi depoſitam. Nam *commendare* ſaepe eſt deponere. Phaedrus I, 17:

Calumniator ab ove cum peteret canis,
Quem commendaſſe panem ſe contenderet.

Juſtin. XXXV, 2: *Demetrius duos filios apud hoſpitem ſuum commendaverat.* Auguſtinus ſermone V, a Sirmondo edito: *Tu autem huic fidei, quam tibi imperat dominus tuus, praeponis aurum, & commendatum non reddis, & dicis: Nihil mihi dediſti, aut ei, cui non commendaſti, dicis, Redde quod tibi commendavi.* Graevius.

Nihil poſſe jam] Amplificat Cicero ſcelus, quod haec Magii uxor Oppianico nupſerit menſe quinto poſt mariti mortem. *Sylvius.*

Obteſtatione viri] Id eſt, obſecratione. *Idem.*

Decem illis menſibus] Auctor eſt Ariſtoteles libro de Natura animalium 7. *Quum autem pariendi tempus natura conſtitutum ſit caeteris animantibus, homini uni multiplex datum. nam ſeptimo menſe, & octavo, & nono, mulier parere poteſt: &, quod ſaepiſſime fit, decimo nonnullae etiam undecimum tangunt.* Ea de re A. quoque Gellius ſcripſit. *Ut hac aetate perſuaſum fere omnibus eſt, partum eſſe adultum nono, ita veteribus menſe decimo partum mulierum putabant.* Apud poëtas id jam ſaepe licet invenire, ut vix aliud invenias ſaepius. Ovid. in libro Faſtorum [illegible] cauſas cur Romulus annum decem menſium conſtituerit exponens, hanc quoque ſcribit: *Quod ſatis eſt utero matris dum prodeat infans, Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.* Idem. Vide pereruditam diſſertationem Caroli Hannibalis Fabrotti de partu humano.

Quinto menſe poſt viri mortem ipſi Oppianico nupſit] Mos erat Romanorum, ut mortuos maritos uxores omni auro purpuraque poſita annum lugerent, eumque annum viduae manerent. Quum annus decem menſium erat, decem menſes lugebatur. Ovidius libro Faſtorum primo, de anno decem menſium a Romulo conſtituto ſcribens: *Per totidem menſes*, inquit, *a funere conjugis uxor Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.* Poſt annum licebat iis iterum nubere: *Quae uno autem contentae erant matrimonio, corona pudicitiae honorabantur:* ut eſt apud Valerium Maximum lib. 2. tit. de Inſtitutis antiquis. *Sylv.* Vide de luctus apud Romanos, quin & apud alias gentes tempore legitimo Kirchmannum de funere Romanorum lib. IV, 10.

Quam clara tum, recenti re?] Longe, opinor, concinnior eſt haec antiqua ſcriptura, quam vulgata, *quam clara, cum recens fuit?* Lamb. *Quam clara tum, recenti re?*] Eſt ab codice S. Victoris recepitque Lambinus, neque aliter plerique Pall. niſi quod ii *recenti fuit.* Vulgata: *quam clara cum recens fuit?* Gruterus. Non damnarim ſane libri primi Francii ſcripturam: *quam clara tum recens fuit.* Graevius.

quam omnium ſermone celebrata? Fuit Avilius quidam Larinas perdita nequitia, & ſumma egeſtate, arte quadam praeditus ad libidines adoleſcentulorum excitandas accommodata: qui, ut ſe blanditiis & aſſentationibus in Aſinii conſuetudinem penitus immerſit, Oppianicus continuo ſperare coepit, hoc ſe Avilio, tanquam aliqua machina admota, capere Aſinii adoleſcentiam & fortunas ejus patrias expugnare poſſe. Ratio excogitata Larini eſt: res tranſlata Romam. iniri enim id conſilium facilius in ſolitudine; perfici rem ejuſmodi commodius in turba poſſe arbitrati ſunt. Aſinius cum Avilio Romam eſt profectus. Hos veſtigiis Oppianicus conſecutus eſt. Iam ut Romae vixerint, quibus conviviis, quibus flagitiis, quantis & quam profuſis ſumtibus, non modo conſcio, ſed etiam conviva & ad-

Celebrata] Id eſt divulgata. *Sylv.*

Fuit Aiulius quidam Larinas] *Avillia* gens reperitur, ſi recte memini, in veteribus monumentis: *Aiulia* nuſquam, quodſciam, niſi apud Ciceronem in hac ipſa pro Cluentio. Itaque libenter pro *Ajulius*, legerem *Avillius*. F. Vrſinus.

Fuit Avilius quidam] Ita editio prima, & fere Pall. noſtri, & S. Victoris: etſi quidam ita ſcripti ſint, ut poſſit putari *Aiulius*, ut antea publicabatur. Guilielmius emendat *A. Villius*. Gruterus. In Franc. ſemper ſcribitur *Avilius*.

Summa egeſtate] Egeſtas fere in malam re dicitur, quæ ſcilicet ad maleficium hominem impellit. Facit Virgil. in lib. Æneid. 6. ut in veſtibulo inferorum ſedeat *turpis egeſtas*. Sylvius.

Arte quadam praditus, &c.] Id eſt, adoleſcentulis ſcorta ſubminiſtrans. *Id.*

Arte quadam praditus, &c. accommodata] Guilielmio ſuſpectum fuit illud *praditus*. & vero cum in pleriſque Pall. & edd. antiq. extet *accommodatus*, omnino venit tollendum. *Gruterus.*

Immerſit ſe] Id eſt, penitus devenit, & tanquam ſe abdidit in conſuetudinem, id eſt, familiariſſimus ei factus eſt amicus. *Sylvius.*

Tanquam machina admota] Sumpta ſimilitudo ex urbium obſidione, quæ admotis machinis expugnantur & capiuntur. Et quia in his machinis vis maxima eſt, *omnes machinas adhibere* Cicero dicit in lib. epiſt. ad Brutum, pro eo quod eſt, omnes vires adhibere. *Ad reliquos*, inquit, *hic quoque labor mihi acceſſit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem, ne famam ſubeam temeritatis.* Idem.

Fortunas patrias] Id eſt, patrimonium. *Idem.*

In ſolitudine] Id eſt, in urbe minus frequenti. *Idem.*

In turba] Id eſt, in urbe frequentiore, ubi quæ admittuntur ſcelera ſunt obſcuriora, propterea quod minus multis noti ſint, ea qui admittunt. *Idem.*

Veſtigiis conſecutus eſt] Id eſt, illico poſt ſecutus eſt, iſque eos tam mature ſecutus eſt, ut eorum veſtigia nondum turbata fuerint. *Idem.*

Iam ut Roma vixerint] Quæ in re tali fieri ſolent, Cicero breviter enumerat, ut quod narrat credibile ſit: ea autem ſe dicit prætermittere, ut brevis narratio ſit: ea enim dicere, ad rem præſentem non multum attinet. *Idem.*

Ad-

adjutore Oppianico, longum eſt mihi dicere, præſertim ad alia properanti. Exitum hujus aſſimulatæ familiaritatis cognoſcite. Cum eſſet adoleſcens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, & ibi diem poſterum commoraretur, Avilius, ut erat conſtitutum, ſimulat ſe ægrotare, & teſtamentum facere velle. Oppianicus obſignatores ad eum, qui neque Aſinium, neque Avilium noſſent, adducit, & illum Aſinium appellat: ipſe teſtamento Aſinii nomine obſignato diſcedit. Avilius illico convaleſcit. Aſinius autem brevi illo tempore, quaſi in hortulos iret, in arenarias quaſdam extra portam Eſquilinam perductus occiditur: qui cum unum jam & alterum diem deſideraretur, neque in iis locis, ubi ex conſuetudine quærebatur, inveniretur, & Oppianicus in foro Larinatium dictitaret, nuper ſe & ſuos amicos teſtamentum ejus obſignaſſe, liberti Aſinii, & nonnulli amici, quod eo die, quo poſtremum Aſi-

Adjutore Oppianico] Perpetuum non eſt, quod Donatus ſcribit in Phormionem Terentii, *Adjutores in re bona, impulſores in mala dici.* Adjutorem in re mala ſæpius, quam in bona impulſorem invenire licet. *Sylvius.*

Aſſimulatæ] Id eſt, bene & callide ſimulatæ: nam particula ad vim habet augendi. *Idem.*

Apud mulierculam quandam] Quam ei Avilius comparaverat. *Idem.*

Pernoctaret] Id eſt, noctem cubaret. *Idem.*

Et ibi diem poſterum] Sic quidem Pal. ſec. & editio vetus, ſed Pall. ceteri & S. Victoris, *& ibidem poſterum.* Gruterus.

Obſignatores] Id eſt, teſtes, qui teſtamentum obſignarent. Nam ut eſt in Inſtit. Iuſtin. *In teſtamento faciendo adhibebantur edicto Prætoris ſeptem teſtes puberes, cives Rom. qui teſtamentum obſignarent. Eos & ſignare & nomen ſuum aſcribere oportere*, Vlpianus dicit libro Digeſt. 28. de teſtamentis. *Sylvius.*

Illum Aſinium] Quum eſſet Avilius, cum tamen Aſinium Oppianicus appellabat. *Idem.*

Brevi illo tempore] Id eſt, illico poſt. *Idem.*

Quaſi in hortulos iret] Nam ſimulabat Avilius, eum ſe in hortulos ducere. Sunt enim hortuli amœnitatum & voluptatum. *Idem.*

In arenarias] In arenæ fodinas. *Idem.* Arenariæ ſunt illa loco ſubterranea ex quibus arenas ad ſubſtructiones ædium effoderunt Romani, quas arenæ fodinas poſtea Chriſtiani converterunt in ſua cœmiteria, & loca in quibus tempore perſecutionis ſacra facerent. Prudentius περὶ στεφάνων Hymno 1, vocat arenas:

Illitas cruore ſancto nunc arenas incola
Confrequentant obſecrantes voce, votis, munere.

Vide Paulli Aringhi Romam ſubterraneam lib. 1. cap. 1.

Poſtremum] Id eſt, poſtremo. *Sylvius.*

ritis? Manilium plerique norat pueritia, non ſtudia virtutis, non nae fructum umquam cogitarat: improbo ſcurra, in diſcordiis civit ad quam multorum ſaepe con

In eum invadunt] Aiulium comprehendunt. *Sylvius.*

Qui tum erat Triumvir] *Romae erant Triumviri capitales, qui carceris custodiam haberent, ut quum animadverti oporteret, interventu eorum fieret*, ut ait Pomponius Iuriſconſultus lib. Digeſt. 1. tit. de origine juris. *Idem.*

Extrahitur domo latitans Oppianicus] Larinum jam redierat Oppianicus, ſed Manilii mandato Romam reductus eſt. *Idem.*

Non ille honorem a pueritia] *Aliarum cauſarum judices vituperare, niſi culpa in iis manifeſta ſit*, Quintil. lib. 5. *negat eſſe utile. Unus enim quiſque judicum vult firmam eſſe alterius ſententiam: & ipſe ſententiam laturus, non libenter facit exemplum, quod in ſe fortaſſe recidat.* Hujus igitur Q. Manilii culpam manifeſtam Cicero oſtendit, ut paulo poſt Staleni, Bulbi, Guttæ, aliorumque qui ab Oppianico judices corrupti ſunt. *Idem.*

Ex petulanti & improbo ſcurra] *Petulantes* & *improbi* Latinis dicuntur homines maledici, qui alios atro ſale perfricant, & ſc

quid ſin affectan ſtus. Sa ris Gran *Oris prob* ſcripſit.

In diſc inter Sull Carbonen *vius.*

Ad eam Mœniam ne. *Mæni domum ſu cenſoribus, ceperat ſibi ſectum pro unde ipſe & diatorum p dabatur.* *eſt, apud pud Trium* Idem. mano.

Perducti ro, impro

cum ſuffragiis populi pervenerat. Itaque rem cum Oppianico tranſigit, pecuniam ab eo accipit, cauſam & ſuſceptam, & manifeſtam relinquit. Ac tum in Oppianici cauſa crimen hoc Aſinianum cum teſtibus multis, tum vero indicio Avilii probabatur. in quo inter allegatos Op-

Cum ſuffragiis populi] Franc. *tum ſuffragiis populi.* quod verum puto. *tum* eſt illo tempore diſcordiarum; aut *cum* eſt delendum. Quis enim ſic loquitur, *cum ſuffragiis populi pervenire ad columnam?* Grævius.

Rem tranſigit] Convenit & paciſcitur cum Manilio. Tranſigere autem & paciſci diſtinguit Vlpian. lib. Digeſt. 2. tit. de Tranſactionibus: *Qui tranſigit*, inquit, *quaſi de re dubia, & lite incerta, neque finita tranſigit. qui vero paciſcitur, donationis cauſa rem certam & indubitatam liberalitate remittit.* Sylvius.

Crimen Aſinianum] Id eſt, in Aſinium admiſſum. *Idem.*

Inter allegatos] Id eſt, adhibitos ad necandum Aſinium. ut Terentius in Andria. *Hoc modo te obſecro, ut ne credas a me allegatum hunc ſenem.* Allegatum, inquit Donatus, id eſt adhibitum. Putabat enim Simo a Pamphilo Critonem adhibitum eſſe, qui Glycerium civem Atticam eſſe diceret, ad impediendas nuptias. *Idem.* *Inter allegatos*] Legendum cenſeo *inter alligatos*, id eſt, crimini obnoxios, criminis affines. Quid ni enim hanc in ſententiam *alligatus* dicatur? cum apud Terentium in Eunucho IV, ſc. 7. legamus, *alligare ſe furti.* Cic. ad Q. fratrem lib. 2, epiſt. 3: *Sed idem Nerius index edidit ad alligatos Cn. Lentulum Vacciam, & C. Cornelium.* legendum exiſtimo *edidit alligatos*, niſi quis *adalligatos* uno verbo ſcribendum cenſeat, quod & mihi magis probatur, cum Plinius *adalligare* uſurpet lib. XVII, cap. 23. Cuipiam tamen melior Iſidori ſententia videbitur, *alligatos* ita lib. V, cap. 23. explicantis: *Teſtes ſunt a quibus quæritur veritas in judicio: quos quiſque ante judicium ſibi placitis alligat, ne cui ſit poſtea liberum, aut diſſimulare, aut ſubtrahere ſe, & alligati appellantur.* Turnebus. *In quo inter allegatos Oppianici nomen*] Duæ voces, quæ ſunt in omnibus libris, *inter allegatos*, vel delendæ ſunt. ſunt enim ineptæ & ſupervacaneæ: adde, quod, *allegare*, non eſt, quod vulgus putat, nominare, commemorare, & proferre, ſed ad aliquem, alicujus rei obtinendæ cauſa, privatim mittere. M. Tull. lib. I. accuſat. *Petit a me Rabonius, & amicos allegat: facile impetrat:* vel legendum, *inter alligatos.* per, *alligatos*, autem ſignificat ἐνόχους, obnoxios, & affines culpæ. hic operarii cum dubitationis meæ notam adſcriptam non ſatis intellexiſſent, putarunt, me hoc totum, *inter allegatos*, voluiſſe deleri: quod longe aliter eſt. notam enim illam calamo tranſverſo appoſitam mihi volebam in poſterum valere ad refricandam meæ dubitationis memoriam, ut aliquid ea de re notarem. Nunc, cum Turnebus ſentiat eſſe legendum, *inter alligatos*, nihil eſt dubitationi loci relictum. *Lambinus.* *Inter alligatos*] Eſt a Turnebi conjectura, quam prodidit lib. XX. cap. 5. Adverſar. editi enim & ſcripti omnes *allegatos*, niſi quod Pal. pr. iter *ad legatos.* Gruter. Non ego auſim tam audacter libris omnibus invitis conjecturam niſi indubiam recipere. Sed quis unquam *alligatus* poſuit pro *alligatus furti, criminis, cædis?* Neque tamen probari poteſt illorum expoſitio, qui *allegatos* exiſtimant eſſe adhibitos ad cædem. Nunquam *allegare* accipitur ſimpliciter pro adhibere ad aliquid, ſed pro uti aliquo internuncio, adhibere tanquam pararium & proxenetam, mittere privatum aliquem, qui pro nobis deprecetur, aut nos commendet, aut de noſtro amicive negotio agat cum illo ad quem miſſus eſt. Interdum etiam in malam partem accipitur pro ſubornâre, immittere fraudulente, qui nos decipiat, ut in loco Terentii, quem afferunt. vide Gronovium ad XXXVI

Oppianici nomen primum eſſe conſtabat, ejus, quem
vos miſerum atque innocentem falſo judicio circum-
14 ventum eſſe dicitis. Quid? aviam tuam, Oppianice,
Dineam, cui tu es heres, pater tuus non manifeſto ne-
cavit? ad quam cum adduxiſſet medicum illum ſuum,
jam cognitum, & ſaepe victorem, per quem interfe-
cerat plurimos, mulier exclamat, ſe ab eo nullo modo
velle curari, quo curante ſuos omnes perdidiſſet. Tum
repente Anconitanum quendam, L. Clodium, phar-
macopolam circumforaneum, qui caſu tum Larinum
ve-

Liv. cap. 11. Vbi recte docet *ὁ πάνυ allegatos* antiquis dictos ſequeſtros, quos ad aliquem mittimus, indicium ejus teſtato cognituri, qui deinde tranſeant in teſtes eorum, quæ audiverunt ab eo, ad quem miſſu alieno profecti fuerint. Hoc voluiſſe, a quibus acceperit Iſidorus, teſtes ſic appellari, ſed male accepiſſe, cum *allegatos* fecerit. Sic accipiendum in Ciceronis loco ad Q. fratrem, ſic hic. dicere enim Ciceronem: Oppianico inter alia objectum fuit ſcelus Aſinii interfecti, probatumque cum teſtibus multis eorum, quæ apud Manilium, acta fuerant, tum indicio Avilii, ad quem miſſi allegati, ut de re ex ipſo cognoſcerent, acceperunt & certum habuerunt, primum ac præcipuum inter cæteros, quorum opera circumventus & occiſus erat Aſinius, fuiſſe Oppianicum. Avilius ad allegatos edidit principem illius facinoris Oppianicum, ita conſtanter, ut illius res minime dubia viſa fuerit. hoc eſt, *in Avili indicio primum Oppianici nomen conſtitiſſe inter allegatos.* In cujus ſententia merito diſcedo. *Gravius.*

Aviam tuam Oppianice] Apoſtrophe eſt: avertit enim ſermonem a judicibus ad Oppianici filium. Hæc averſio ſi rata eſt, judices fatigatos reficit. *Sylvius.*

Sæpe victorem] Id eſt, voti compotem: id eſt, qui ſæpe necavit, quos voluit. *Idem.*

Per quem interfecerat plurimos] Hæc verba ſine dubio ex ora libri in contextum orationis ab aliquo indocto librario tranſlata ſunt: cujus generis erratorum pleni ſunt libri. tale eſt illud pro Roſcio Amer. *inſutus in culeum, ſupplicium patricidarum:* & Philippica quadam, *a domeſticis hoſtibus, id eſt, qui intra mœnia hoſtes ſunt.* Lambinus. *Per quem interfecerat plurimos*] Lambinus iſthæc pro ſpuriis ducebat. cum tamen ſint in omnibus ſcriptis, non ejeci quidem, ſed incluſi uncis. *Gruterus.* Non illico recidenda ſunt, quæ videntur ab interpretibus profecta eſſe, cum interdum, ut clare perſpicueque loquerentur, ipſi ſcriptores adjicerent, quod alii, & ii ipſi aliis in locis omitterent. vide exempla non pauca apud I. F. Gronovium lib. 11 obſerv. cap. 24.

Nullo modo velle curari] Id eſt, medicari, & ut vulgo dicunt, medicinari. Inde curatio pro medicamento. ut in primo de officiis: *Gravioribus autem morbis ancipites adhibent curationes.* Alioqui curare eſt ſanare: qua in re perſæpe dicitur. *Sylvius.*

Suos omnes] Vt Numerium, Aurium, Cneium Magium & Magiam. *Idem.*

Anconitanum] Anconitanus gentile nomen eſt, ab Ancone urbe Italiæ. *Idem.*

Pharmacopolam] Id eſt, pharmacorum & medicamentorum venditorem. *Idem.*

Circumforaneum] Id eſt, fora multa multorum oppidorum circumeuntem, ut pharmaca ſua venderet. quod ſolent
facere

veniſſet, aggreditur, & cum eo H-S quadringentis, id quod ipſius tabulis tum eſt demonſtratum, tranſigit. L. Clodius, qui properaret, cui fora multa reſtarent, ſimul atque introductus eſt, rem confecit: prima potione mulierem ſuſtulit: neque poſtea Larini punctum eſt temporis commoratus. Eadem hac Dinea teſtamentum faciente, cum tabulas prehendiſſet Oppianicus, qui gener ejus fuiſſet, digito legata delevit: &, cum id multis locis feciſſet, poſt mortem ejus, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſſcriptum ſignis adulterinis obſignavit. Multa praetereo conſulto. etenim vereor, ne haec ipſa nimium multa eſſe videantur. vos tamen eum ſimilem ſui fuiſſe in

facere qui merces malas habent. Nam, ut ait Plautus, *Proba merx facile emptorem invenit, etiamſi in abſtruſo ſita eſt.* Sylvius.

Ipſius tabulis] Quas ipſe Oppianicus confecit apud argentarios. *Idem.*

Tum] Id eſt, quum Oppianici cauſa a Cluentio ageretur. *Idem.*

Tranſigit] Hic pro eo quod eſt paſcitur, dicit. *Idem.*

Punctum temporis] Id eſt, breviſſimo tempore. ut pro P. Seſtio: *Ille, inquam, ipſo die, die dico? imo hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi reique publicae pernicies, Gabinio & Piſoni provincia rogata eſt.* Idem actione in Verrem tertia: *Fatebor etiam illud invitus, me prorſus, quum iſte punctum temporis nullum vacuum peccato praterire paſſus ſit, omnia qua ab iſto commiſſa ſunt, non potuiſſe cognoſcere.* Hæc vox Ciceroni frequens eſt. Quod appellat punctum temporis, id Phyſici inſtans vulgo appellant. *Idem.*

Prehendiſſet] Id eſt, accepiſſet. *Idem.*

Qui gener ejus fuiſſet] Ei enim Magia Dineæ filia nupſerat. *Idem.*

Digito legata delevit] Vt ad ejus filium hæreditas amplior perveniret. Significare videtur, in tabulis ceratis id teſtamentum ſcriptum. *Idem.*

Lituris] Id eſt, deletionibus, & ut vulgo dicunt, raſuris. A linendo lituræ appellatæ ſunt. Cicero pro Archia poëta: *Metellus homo ſanctiſſimus modeſtiſſimuſque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad Lentulum Pratorem & ad judices venerit, & unius nominis litura ſe commotum eſſe dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis.* Idem actione in Verrem quarta: *Quum hac maxime cognoſceremus, & jam in manibus tabulas haberemus, repente aſpicimus litteras ejuſmodi, quaſi quadam vulnera tabularum recentia.* Idem.

Coargueretur] Id eſt, improbaretur & reprehenderetur. *Idem.*

Tranſſcriptum obſignavit] Id eſt, tranſſcripſit & obſignavit. Tranſſcribere, in aliud exemplum ſcribere eſt, quod vulgo dicunt *copiare. Tranſſcribere ſceptra colonis*, pro tradere. Virgilius in libro Æneid. 7. dixit. *Idem.*

Signis adulterinis] Id eſt, falſis, & aliorum quam teſtium adhibitorum annulis factis. *Idem.*

Multa prætereo] Ad augendam rem quam tractat, & ad conciliandam attentionem, Cicero in hac oratione ſæpe dicit multa ſe prætermittere, ut brevitati ſtudere videatur. *Idem.*

Similem ſui fuiſſe] Id eſt, a ſuo more deceſſiſſe. *Idem.*

In

peſtemque fugiebant. Hunc t
dacem, tam nefarium, tam n
cuſaſſet Avitus, judices, ſi ic
capite ſuo, potuiſſet. Erat h
cus, erat: ſed tamen erat vitri
infeſta mater, attamen mater.
motum ab accuſatione, quam Cl

In ceteris quoque vitæ partibus exiſtimare debebitis] Eſt a Pall. omnibus. neque aliter Victoris codex mſ. quid quod & editio vetus habet illud *quoque*. poſterius cuſi, *in ceteris vitæ part. exiſtim. debetis*. Gruterus. Eſt *quoque* in Franc.

Illum tabulas publicas Larini Cenſorias corrupiſſe] In tabulas publicas referebant Cenſores, quæ in Cenſura feciſſent, eæque tabulæ in æde Nympharum aſſervabantur. Improbi homines a Cenſoribus notabantur, ideoque ſcelera ſua in tabulas pub. nominatim referri ægre ferebant. Quocirca P. Clodius, ut eſt in oratione pro Milone, ædem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret. Eandem ob rem Oppianicus Cenſorias tabulas publicas Larini corrupit. *Sylvius*. Quintilianus lib

bant: il
ſitas eſt.
Decur.
Municip
lantur D
Nemo
nemo d
Idem.
Congreſ
greſſus a
tior eſt.
Abhor
rem dete
Nunqu
mum Cl
movet,
fuiſſe oſt
Erat h
cero tan
accuſand

voluntate, & inſtituta ratione vitae. Sed cum eſſet
haec illi propoſita conditio, ut aut juſte pieque accu-
ſaret, aut acerbe indigneque moreretur, accuſare
quoquo modo poſſet, quam illo modo emori maluit.
Atque, ut haec ita eſſe perſpicere poſſitis, exponam
vobis Oppianici facinus manifeſto compertum atque
deprehenſum: ex quo ſimul utrumque, & huic accu-
ſare, & illum condemnari neceſſe fuiſſe, intelligetis.
Martiales quidam Larini appellabantur, miniſtri pu- 15
blici Martis, atque ei deo veteribus inſtitutis religio-
nibuſque Larinatium conſecrati: quorum cum ſatis
magnus numerus eſſet, cumque item, ut in Sicilia per-
multi Venerei ſunt: ſic illi Larini in Martis familia
nu-

Voluntate] Nam invitus & coactus accuſavit. *Sylvius.*

Inſtituta ratione vitæ] Id genus vitæ ſibi Cluentius conſtituit, quod a cauſis agendis alienum eſſet. *Idem.*

Quoquo modo] Etiam contra naturam, contra voluntatem, contra inſtitutam vitæ rationem. *Idem.*

Hæc ita eſſe] Id eſt, accuſare quoquo modo poſſet, quam illo modo emori maluiſſe. *Idem.*

Oppianici facinus] Id eſt, venenum ab Oppianico datum, quo Cluentius necaretur. *Idem.*

Martiales quidam] Oſtendit unde ortum ſit Oppianico Cluentii odium, cur eum necare veneno conatus fuerit. Qua in re, ut in cæteris, optimum fuit Ciceronis conſilium & judicium. Nam ſi Cluentium Oppianicus necare veneno voluit, inter eos ſimultas fuerit neceſſe eſt. Simultatis autem cauſam ante veneni deprehenſionem apte Cicero oſtendit. *Idem.*

Vt in Sicilia permulti Venerei ſunt] Eryx ab Eryce Veneris & Butæ filio dictus mons eſt Siciliæ, omnium qui in ea inſula ſunt maximus, præter Ætnam. Imminet autem mari ex ea parte, quæ ad Italiam ſpectat, mediusque attollitur inter Drepanum & Panormum: Drepano tamen magis conjunctus. In ejus vertice templum fuit Veneris Erycinæ, quod ſine controverſia omnium templorum opulentiſſimum atque ornatiſſimum creditum eſt, auctor eſt Polybius lib. 2. de 1 bello Punico. Strabo lib. 6. de hoc templo ad hanc ſcribit ſententiam: *In Eryce Veneris templum poſitum eſt, quod ſingulari veneratione colitur: antiquitus mulierum frequentia refertum, illius miniſterio dicatarum, quas & e Sicilia & ex nationibus exteris multas vocaverant.* Venerei autem ſunt illi Veneris miniſtri: qui autem ex his a Venere ſe liberaverunt, hi Veneris liberti ſunt. Et quemadmodum Q. Cæcilius Quæſtor Verris, auctore Cicerone in Divinatione, Agonidem libertam Veneris ipſi Veneri in ſervitutem injuſte adjudicando, magnam ex bonorum ipſius venditione redegit pecuniam, ita ſperabat Oppianicus, magnam ſe ab iis Martialibus conſecuturum pecuniam, ſi eos liberaſſet. Eorum enim, ut Venereorum, magnus erat numerus. Quamvis hi Veneris miniſtri mulieres ſint, Venereos tamen genere virili Cicero ſolet appellare. *Idem.*

In Martis familia] Familiam Martis dicit, pro cœtu Martialium: ut Platonis & philoſophorum familia dicuntur, pro ſectatoribus. ut apud Ciceronem libro

numerarentur: repente Oppianicus eos omnes liberos eſſe civeſque Rom. coepit defendere. Graviter id decuriones Larinatium cunctique municipes tulerunt. Itaque ab Avito petiverunt, ut eam cauſam ſuſciperet publiceque defenderet. Avitus cum ſe ab omni ejuſmodi negotio removiſſet, tamen pro loco, pro antiquitate generis ſui, pro eo, quod ſe non ſuis ſolum commodis, ſed etiam ſuorum municipum, ceterorumque neceſſariorum natum eſſe arbitrabatur, tantae voluntati univerſorum Larinatium deeſſe noluit. Suſcepta cauſa Romamque deleta, magnae quotidie contentiones inter Avitum & Oppianicum ex utriuſque ſtudio defenſionis excitabantur. Erat ipſe immani acerbaque natura Oppianicus. incendebat ejus amentiam infeſta atque inimica filio mater Aviti. magni autem illi ſua intereſſe arbitrabantur, hunc a cauſa Martialium demovere. Suberat etiam alia cauſa major, quae Oppianici, hominis avariſſimi atque audaciſſimi mentem maxime commovebat. nam Avitus uſque ad illius judicii tem-

bro de Legibus primo: *Valde a Xenocrate & Ariſtotele, & ab illa Platonis familia diſcreparet.* Libro 3. *Ab hac familia magis iſta manarunt Platone principe, &c.* Libro de Finibus bonorum & malorum quarto: *Ariſtoteles, Xenocrates, tota illa familia non dabit.* Libro Tuſculanarum quæſt. 1. *Licet concurrant plebeji omnes philoſophi (ſic enim ii qui a Platone & Socrate, & ab ea familia diſſident, appellandi videntur) non modo nihil unquam tam eleganter explicabunt, ſed ne hoc quidem ipſum, quam ſubtiliter concluſum ſit, intelligent.* Inde licet intelligere divi Franciſci, divi Dominici, aliorumque familias melius quam ordines dici. *Sylv.* Vide Manut.

Ab omni ejuſmodi negotio] Id eſt, a cauſis agendis. *Idem.*

Pro loco] Id eſt, dignitate. *Idem.*

Suorum municipum] Id eſt, Larinatium. Cives municipiorum non dicuntur, ſed municipes: nec communicipes, quemadmodum nec concives. *Idem.*

Neceſſariorum] Id eſt, propinquorum & amicorum. *Idem.*

Ex utriuſque ſtudio defenſionis] Nam Martiales Oppianicus, Larinatium commoda Cluentius defendebat. *Idem.*

Immani acerbaque natura] Immanes dicuntur homines crudeles, immites, *acerbi*, qui ſunt aſperis moribus, qui nihil probant, niſi quod ipſi faciunt, quia ſuam ſententiam in omnibus mordicus tuentur, Græcis δύσκολοι, δυσέριδες, quibus opponuntur commodi, faciles homines. In III Verrina pro hoc dixit: *Iſtius immanis atque importunis natura.* Et Suet. de illuſtr. Gram. c. 9: *Fuit natura acerba.*

Illi] Oppianicus & Saſſia. *Sylv.*

Magni arbitrabantur] Id dicitur, ut magni duco, magni facio. *Idem.*

Illius judicii] Id eſt, cauſæ Martialium. *Idem.*

Ejuſ-

tempus, nullum teſtamentum umquam fecerat. neque
enim legare ejuſmodi matri poterat in animum inducere:
neque teſtamento nomen omnino praetermittere parentis.
Id cum Oppianicus ſciret, neque enim
erat obſcurum, intelligebat Avito mortuo bona ejus
omnia ad matrem eſſe ventura: quae ab ſeſe poſtea,
aucta pecunia, majore praemio; orbata filio, minore
periculo, necaretur. itaque his rebus incenſus qua ratione
Avitum veneno tollere conatus ſit cognoſcite.
C. & L. Fabricii fratres gemini fuerunt, ex munici- 16
pio Aletrinate, homines inter ſe cum forma, tum moribus

Ejuſmodi] Id eſt, tam improbæ & impiæ. *Sylvius.*

Nomen omnino prætermittere] Quin ei aliquid legaret. *Idem.*

Bona ejus omnia ad matrem eſſe ventura] Hic ſignificat Cicero, ætate ſua jus fuiſſe, ut inteſtati filii mater hæres eſſet. quamvis in lib. Inſtit. Iuſtin. 3. ſcriptum ſit, *Divum Claudium ad ſolatium liberorum amiſſorum matri legitimam eorum hæreditatem primam detuliſſe: poſtea autem Senatuſconſulto Tertulliano, quod Divi Hadriani tempore factum eſt, cautum eſſe ut mater ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor, ad bona liberorum, qui inteſtati mortui ſunt, admittatur.* Idem.

Quæ] Mater Cluentii. *Idem.*

Majore præmio] Quia aucta pecunia. *Idem.*

Cognoſcite] Commode hic admonet judices, ut attente audiant. Hoc enim in loco Iuniani judicii cauſa præcipue verſatur. Veriſimilis autem hæc narratio eſt, quæ fit quum cauſa, perſona, agens, tempus, locus, & modus tractantur. Vt igitur veriſimile faciat, conatum fuiſſe Oppianicum necare veneno Cluentium, cauſam dixit, quod Cluentius Oppianico inimicus fuerit, quod Cluentii ejuſque matris Saſſiæ bona ad ſe ventura eſſe ſperaverit. Oppianicum & Fabricium ita turpes oſtendit, ut alter multas cædes fecerit, alter nullum quæſtum turpem eſſe arbitratus ſit. quocirca hæ perſonæ ab hoc facinore alienæ non ſunt. Tempus dicit, quum Cluentius ægrotaret, tum enim facilius videbatur pro medicamento venenum dari. Modus eſt, quum Diogenem Fabricius ſollicitavit, Cleophanto Diogenes indicavit: Diogenem de amicorum conſilio Cluentius emit, quum viros bonos diſpoſuit, qui ex occulto intervenientes, quum Diogeni venenum daretur, deprehenderent. Locus autem abditus fuit & occultus, qui tradendo veneno Diogeni accommodatior videretur. *Idem.*

Ex municipio Aletrinate] Aletrinati, non Aletrinate legendum eſſe, Priſcianus docet, qui libro 7. ſcribit, *Nomina gentilia in as quondam in atis, & hoc ate, exiſſe, habereque ablativum in e & in i.* Cicero pro Varrone: *C. Ancharius Rufus fuit e municipio Fulginate.* Idem in eodem, *In præfectura Fulginate.* Idem pro Cluentio, *E municipio Aletrinati.* Erat autem Aletrinum Arpino vicinum, ut paulo poſt Cicero dicit. *Idem.* Municipium iſtud Hernicorum dicitur *Aletrium*, & *Alatrium*, incolæ *Aletrinatas*, & *Alatrinates.* vide Cluver. Italiæ antiquæ lib. III, cap. 6.

Quum forma] Vſu venire ſolet, ut gemini, id eſt, eodem partu editi, forma ſimiles ſint. inde gemini pro ſimilibus & paribus a Virgilio ſæpe dicuntur, *Vt Geminique minantur in cælum ſcopuli.* Ciceronis quoque eadem dicendi

. cum omnis ab his fraus
ſcriptioneſque adoleſcentium
ſent vitiis atque improbitate
dixi, ad eorum familiaritate
Oppianicus applicarat. Itaque
bricium, nam L. erat mortuu
rare. Erat illo tempore infirm
batur autem medico ignobili
Cleophanto: cujus ſervum Di
nenum Avito dandum ſpe &
Servus non incallidus, ſed, ut ip
atque integer, ſermonem Fabri
rem ad dominum detulit: Cleo
vito eſt locutus. Avitus ſtatim
tore, familiariſſimo ſuo, commu

di ratio eſt. ut pro Sex. Roſcio: *Par eſt avaritia, ſimilis improbitas, eadem imprudentia, gemina audacia.* Et pro Roſcio Comœdo: *Simillima enim & maxime gemina ſocietas hereditatis eſt. Quemadmodum ſocius in ſocietate habet partem, ſic hæres in hereditate habet partem.* Sylvius.

Municipum autem ſuorum diſſimillimi] Moribus ſcilicet. *Idem.*

Gruter.
denſis,
ni 147
Sed
lias in
fere m
Non
diavit

qua prudentia, qua dignitate fuerit, meminiſſe vos ar-
bitror. ei placuit, ut Diogenem Avitus emeret a Cleo-
phanto, quo facilius aut comprehenderetur res ejus
indicio, aut falſa eſſe cognoſceretur. Ne multis: Dio-
genes emitur: venenum diebus paucis, multi viri bo-
ni cum ex occulto intervenirent, pecuniaque obſigna-
ta, quae ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri,
liberti Fabriciorum, deprehenditur. Pro dii immor-
tales! Oppianicum quiſquam, his rebus cognitis, cir- 17
cumventum eſſe dicet? Quis umquam audacior? quis
nocentior? quis apertior in judicium adductus eſt? Quod
ingenium, quae facultas dicendi, quae a quoquam exco-
gitata defenſio huic uni crimini potuit obſiſtere? ſimul
& illud quis eſt, qui dubitet, quin hac re comperta, ma-
nifeſtoque deprehenſa, aut obeunda mors Cluentio, aut
ſuſcipienda accuſatio fuerit? Satis eſſe arbitror demon-
ſtra-

Qua dignitate fuerit] Libri manuſcr. habent, *qua diligentia.* Lambin. Ego teſtor in Pall ſex eſſe *dignitate*, idque hærere item in edd. antiquiſſimis. *Gruterus.*

Comprehenderetur res] Eſt deprehenderetur. Pro Cœl. *Venenum cum A. Licinio traderetur, manifeſto comprehendi poſſit.* Sic & alibi.

Ne multis] Quia narratio debet eſſe brevis, ad levandum auditorum tædium intermiſcemus. *Quid verbis opus eſt, in ſumma, ne multis*, aut alia ejusdem generis. *Ne multis*, agam ſcilicet id eſt, ut brevius dicam. *Sylvius.*

Venenum diebus paucis, multi, &c.] Sic omnes Pall. & S. Victor. vetuſtius editi, *paucis comparatur: multi, &c.* a qua tamen lectione recentiores jure receſſerunt. pendent enim hæc ab eo quod ſequitur, *deprehenditur*. Gruterus.

Pro dis immortales!] Excurſio narrationem ſequitur. qualis illa eſt: *O mulieris ſcelus incredibile.* De ea quid ſentiat Quintilianus diximus. *Sylvius.*

Pro dii immortales!] Indignanter hoc dicit. *Pro* enim indignantis ſignificationis interjectio eſt: qua tum utebantur, quum diis convicium facerent, quod rem tam indignam paterentur. Donatus exponens illud quod apud Terentium in Adelph. leno dicit. *Pro ſuperne ſupreme Iupiter:* Non abhorret, inquit, a perſona & plebeji & lenonis, & vim paſſi, Iovem ipſum convicio perſequi: ut quotidie videmus ab hominibus ejus loci & ordinis fieri. *Pro dis immortales! Pro deum immortalium*, etiam dici Donatus ſcribit. Terent. in Phormione: *Pro deum immortalium, negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?* Cicero in Oeconomico: *Quid igitur pro deum immortalium primum eam docebas quaſo?* Idem.

Quis apertior] Id eſt, manifeſtioribus criminibus. *Idem.*

Excogitata] Id eſt, præmeditata, quæ extemporanea perfectior eſt. *Idem.*

Satis eſſe arbitror demonſtratum] Primam partem in partitione propoſitam, abſolutam eſſe admonet. quo magis dilucida ſit oratio, quo audita facilius meminerint judices, quo iidem ad audienda reliqua ſint attentiores. nam etiam proponit, quod in partitione ſecundum erat. *Idem.*

ſtratum, judices, iis criminibus accuſatum eſſe Oppianicum, ut honeſte abſolvi nullo modo potuerit. Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum, ut re ſemel atque iterum praejudicata condemnatus in judicium venerit. Nam Cluentius, judices, primum nomen ejus detulit, cujus in manibus venenum deprehenderat. is erat libertus Fabriciorum, Scamander. integrum conſilium: judicii corrupti nulla ſuſpicio: ſimplex in judicium cauſa, certa res, verum crimen allatum eſt. Hic tum Fabricius, is, de quo ante dixi, qui, liberto damnato, ſibi illud impendere periculum videret, quod mihi cum Aletrinatibus vicinitatem, & cum pleriſque eorum magnum uſum eſſe ſciebat, frequentes eos ad me domum adduxit. Qui quamquam de

Citatum reum] Reum citare ſæpe Cicero dicit, pro eo quod eſt vocare in judicium, vel in ipſo foro appellare reum ad cauſæ actionem. *Sylv.*

Re ſemel] Damnato Scamandro. *Id.*

Atque iterum] Damnato Fabricio. *Idem.*

Integrum conſilium] Id eſt, tum judices non corrupti fuerunt. Conſilium pro judicum cœtu dicit, ut pro Milone: *In judicio vero, & in eo conſilio, in quo ex cunctis ordinibus ampliſſimi viri judicarent.* Idem.

Simplex in judicium cauſa] Cauſarum duo genera eſſe Quintil. lib. 3 *docet: alia ſunt ſimplices, quæ unicum ſtatum habent, alia conjuncta, quas alibi compoſitas appellat, in quibus duos vel tres ſtatus inveniri licet, ut ſi duo pluráve crimina accuſator intendat: reus autem aliud ſe non feciſſe aliud recte feciſſe defendat, vel ſi quis duo crimina, vel omnia neget. Simplices cauſa conjunctis & ad dicendum, & ad judicandum faciliores ſunt: ideo judicia certiora.* Idem.

Unum crimen] Alii *verum crimen* legunt. Nam ſi cauſa ſimplex eſt, unum crimen eſt, de quo judices pronunciaturi ſint. Ideo *verum crimen* potius legatur. Niſi *unum crimen* legere malis, quod in cauſa ſimplici, quamvis de uno crimine judicium conſtitutum ſit, aliquando tamen multa crimina dicuntur ab accuſatore, vel ad faciendam reo invidiam: vel ut crimen, quod cauſæ proprium eſt, ſit magis veriſimile, ut in hac Cluentii cauſa ad veneficii crimen, adjunctum eſt crimen judicii corrupti: in Oppianici accuſatione Cannutius præter crimen veneficii deprehenſi ſuperiora crimina dixit, quo ſit magis credibile id crimen veneficii. ſed in Scamandri accuſatione, Oppianici vitam & audaciam Cannutius protulit, ideoque *verum crimen* potius legendum puto. *Idem.*

Magnum uſum] Id eſt, magnam conſuetudinem & familiaritatem. Hæc Cicero dicit, ut deprehenſum venenum faciat magis credibile. Fabricius enim, quia venenum dederat, cauſæ diffidebat: ideoque operam amicorum adhibebat, ut ejus cauſæ patrocinium ſuſciperet Cicero. quod autem patrocinium cauſæ ejus, quam hic damnat, ſuſceperit, excuſat: quod vicinorum & amicorum precibus morem geſſerit, quod hoc crimen tantum, tamque manifeſtum arbitratus non ſit. *Idem.*

De

[redacted]

de homine, ſicut neceſſe erat, exiſtimabant: tamen, quod erat ex eodem municipio, ſuae dignitatis eſſe arbitrabantur, eum, quibus rebus poſſent, defendere: idque a me, ut facerem, & ut cauſam Scamandri ſuſciperem, petebant: in qua cauſa patroni omne periculum continebatur. Ego, qui neque illis talibus viris, ac tam amantibus mei, rem poſſem ullam negare: neque illud crimen tantum ac tam manifeſtum eſſe arbitrarer, ſicut nec illi quidem ipſi, qui mihi tum illam cauſam commendabant, arbitrabantur, pollicitus iis ſum, me omnia quae vellent eſſe facturum. Res agi coepta eſt: 18
citatus eſt Scamander reus: accuſabat P. Cannutius, homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus: accuſabat autem ille quidem Scamandrum verbis tribus, venenum eſſe deprehenſum. Omnia tela totius accuſationis in Oppianicum conjiciebantur: aperiebatur cauſa inſidiarum: Fabriciorum familiaritas commemorabatur: hominis vita & audacia proferebatur: denique omnis accuſatio varie graviterque tractata, ad extremum manifeſta veneni deprehenſione concluſa eſt. Hic ego cum ad reſpondendum ſurrexi, qua cura? dii immortales! qua ſollicitudine animi? quo timore? Semper equidem magno cum metu incipio dicere. quo-

De homine] De Fabricio. *Sylv.*

Sicut neceſſe erat] Nam Fabricium veneni conſcium eſſe, uti erat, exiſtimabant. *Idem.*

Ex eodem municipio] Id eſt, Aletrino. *Idem.*

Sua dignitatis] Id eſt, ſui honoris. Turpe enim ſibi fore putabant, ſi Fabricius municeps ſuus etiam nocens damnaretur. *Idem.*

Patroni omne periculum] Nam in ſummum diſcrimen exiſtimationis bonæ patronum hujus cauſæ venire neceſſe erat. Quintil. lib. 11. hanc rationem dicendi, *Scamandrum nocentem eſſe*, dicit *difficiliorem, cujus cauſam ipſe egerat.* Idem.

Pollicitus iis ſum] Hic attende perpetuam non eſſe differentiam illam a Servio lib. Æneid. 1. ſcriptam, Pollicemur ſponte, promittimus rogati. Hic enim rogatus pollicetur. *Idem.*

Aperiebatur cauſa inſidiarum] Id eſt, cur veneno Cluentium Oppianicus necare voluerit. *Idem.*

Hominis] Oppianici. *Idem.*

Surrexi] Stat enim orator, quum dicit: ut Senator, quum dicit ſententiam. *Idem.*

Semper equidem magno cum metu] Id natura inſitum fuit Ciceroni, ut initio orationis metueret. Idem de ſe ipſe Cicero in Divinat. dicit de cauſa Verris. Id oratori bono honeſtum eſſe, L. Craſſus dicit

... aliquando, & ita conſtitui,

dicit apud Ciceronem lib. de orat. 1. Id
idem Craſſus ſe in aliis ſæpiſſime anim-
advertiſſe, atque in ſemetipſo exper-
tum fuiſſe dicit, ut in principiis dicen-
di exalbeſcat, & tota mente atque artu-
bus contremiſcat. Ibidem M. Antonius
probans Craſſi ſententiam, ſummos
oratores in dicendi exordio commoveri
dicit. Alia multa ibidem in hanc ſen-
tentiam legere licet. Vlyſſes cujus elo-
quentia hybernis nivibus ſimilis erat,
apud Homerum lib. Iliados 3. ante-
quam dicere cœpiſſet, ſtetit aliquan-
tum oculis in terram defixis, immoto
ſceptro, verecundo homini atque im-
perito ſimilis. *Inde factum eſt, ut Theo-
phraſtus omnium philoſophorum ætatu ſua
doctiſſimus, quem eloquentiſſimum fecit
Ariſtoteles, cui ab eloquentia divina in-
ditum nomen eſt, apud populum Athenien-
ſem, & Demoſthenes ipſe ad Regem Phi-
lippum verba facturi, deturbati verecundia
obticuerint*, ut eſt apud A. Gellium. *Sylv.*

Non ingenii ſolum] M. Antonius eo-
dem Ciceronis lib. de oratore 1. cur bo-
nus orator in exordio dicendi timeat
diſputans: *Ceterarum*, inquit, *homines
artium ſpectati & probati, ſi quando ali-
quid minus bene fecerunt quam ſolent, aut
noluiſſe, aut valetudine impediti non po-
tuiſſe conſequi id quod ſcirent, putantur.
Noluit*, inquiunt, *hodie agere Roſcius,
aut crudior fuit. Oratoris peccatum ſi quod
eſt animadverſum, ſtultitia peccatum vi-
detur. Stultitia ...*

toties
geſtu ...
neſcire
aliquia...
aut cer...
Idem.

Ne a...
ac effice...
fiteri ſe
dicimus
Vt, inq...
quiſpiam
canat is,
turpior ſit
profitetur ...
tione vita ...
officio, *cu*...
artemque ...
Dicere ſe ...
eſt profiter...
dicit: *Quis*
præceptis tra...
docere? Id ig...
me oratoren...

Implere] ...
Impudentia...
eſt, id te pr...
queas. *Idem.*

Aut id non...
officium patr...
perfidiæ. *Na*...
trociniumque c...
A. Gell. *Idem.*

illi aetati, qua tum eram, ſolere laudi dari, etiam ſi in minus firmis cauſis hominum periculis non defuiſſem. itaque feci: ſic pugnavi, ſic omni ratione contendi, ſic ad omnia confugi, quantum ego aſſequi potui, remedia ac perfugia cauſarum, ut hoc, quod timide dicam, conſecutus ſim, ne quis illi cauſae patronum defuiſſe arbitraretur. Sed ut quidquid ego apprehenderam ſtatim accuſator extorquebat e manibus. Si quaeſieram, an inimicitiae Sca-

Illi ætati, qua tum eram] Id eſt, adoleſcentiæ. Adoleſcens Cicero Scamandrum defendit. Antequam enim profectus in Aſiam eſſet, in cauſis Romæ biennium verſatus eſt, jamque nomen ejus in foro celebrabatur, ut ſcribit de Clar. oratoribus. Illo biennio Sext. Roſcium defendit annos 7 & 20 natus, ut eſt apud A. Gellium. Ædilitas primus eſt gerendorum magiſtratuum gradus, eam gerebant adoleſcentes. Cicero Ædilis C. Verrem accuſavit. Verre prætore antequam in Siciliam iret, ubi fuit triennium, Oppianici cauſa, paulo ante hanc Scamandri acta eſt. Ex quo relinquitur, a Cicerone adoleſcente cauſam ſuſceptam eſſe. Quod Cicero Scamandrum defenderit, quem nocentem hic fateatur, elegantiſſime adoleſcentiam ſuam accuſat, ut ait Quintil. lib. 11. Alioqui enim detracturus erat plus auctoritatis, ſi in cauſa, præſertim ſuſpecta, eum ſe eſſe fateretur, qui temere nocentes reos ſuſciperet. *Sylv.* Vide Manut.

Solere laudi dari] Cicero libro de offic. 2. ſcribens qua ex re ſibi adoleſcentes parent gloriam, *Magnam eſſe dicit eam quæ ex defenſione parata ſit: negatque habendum religioni contrarium, nocentem aliquando & neſarium impiumque defendere. nam id vult multitudo, patitur conſuetudo, fert etiam humanitas.* Idem.

Minus firmis] Id eſt, malis. *Idem.*

Non defuiſſem] Id eſt, patrocinatus fuiſſem. *Idem.*

Remedia & perfugia] Quibus in cauſis defendendis patroni uti ſolent, ſi cauſam minus firmam nacti ſint. Cujuſmodi ſunt, rei ante acta honeſte vita, ab eo nunquam aliquid admiſſum, nullas interceſſiſſe inimicitias cum eo, cui factæ inſidiæ dicantur, nullum ex ejus cæde commodum ad reum fuiſſe perventurum, aliaque ejuſdem generis. *Idem.*

Quod timide dicam] *Quum cæterarum rerum, tum maxime ingenii jactationem oratori fugiendam eſſe*, Quintil. libro 11. fuſius præcipit: ideoque Cicero ingenium ſuum in cauſis judicialibus extenuare ſolet. *Idem.*

Patronum defuiſſe] Cauſæ patronus tum deeſſe dicitur, quum bene ingenioſeque non defendit. *Idem.*

Sed, ut quidquid ego apprehenderam] Nihil muto, quamvis ſciam quibuſdam placere legi, *ut quidque.* errant illi. nam, *quidquid*, ſæpe a veteribus pro, *quidque*, ponitur. quod pluribus verbis oſtendi in commentar. Lucretianis. *Lambinus.*

Apprehenderam] Quo in defenſione uterer. *Sylvius.*

An inimicitiæ] Ad probandas inſidias vel cædem, inimicitiæ rei cum eo cui factæ inſidiæ, vel qui occiſus dicatur, valent plurimum: ut contra patrono profuerit plurimum, nullas interceſſiſſe inimicitias oſtendere. ut Roſcii accuſatores eum patri inimicum dixerunt, quod a patre rus ablegatus eſſet: Cicero Clodium Miloni, non contra, Milonem Clodio feciſſe inſidias probat, quod Clodii odium in Milonem maximum, nullum Milonis in Clodium fuerit, præter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus. In iis cauſis, quarum ſtatus conjecturalis eſt, idonea cauſa rei faciendæ, vel non faciendæ, multum habet momenti. *Idem.*

Scamandro cum Avito: fatebatur, nullas fuiſſe: ſed Oppianicum, cujus ille miniſter fuiſſet, huic inimiciſſimum fuiſſe atque eſſe dicebat. Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Aviti venturum emolumentum fuiſſe: concedebat; ſed ad uxorem Oppianici, hominis in uxoribus necandis exercitati, omnia bona Aviti ventura eſſe dicebat. Cum illa defenſione uſus eſſem, quae in libertinorum cauſis honeſtiſſima ſemper exiſtimata eſt, Scamandrum patrono eſſe probatum: fatebatur: ſed quaerebat, cui probatus eſſet ipſe patronus. Cum ego pluribus verbis in eo commoratus eſſem, Scamandro factas inſidias eſſe per Diogenem, conſtitutumque inter eos de alia re fuiſſe, ut medicamentum, non venenum

Huic inimiciſſimum fuiſſe] Hac ratione probabat, Oppianicum veneni auctorem fuiſſe. *Sylvius.*

Venturum emolumentum] De emolumento idem ſentiendum eſt atque id quod de inimicitiis diximus. L. Caſſius, is quem populus Romanus veriſſimum & ſapientiſſimum judicem putabat, identidem in cauſis quærere ſolebat, cui bono fuiſſet. *Sic vita hominum eſt ut ad maleficium nemo conetur ſine ſpe atque emolumento, ut ait* Cicero pro Sext. Roſc. Nam, ut ait idem pro Milone, *Et ſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſape parvo.* Hac ratione Roſcii patrem ab accuſatoribus, non a Roſcio occiſum: inſidias non a Milone Clodio, ſed a Clodio Miloni factas oſtendit. *Id.*

Hominis in uxoribus necandis exercitati] Aviti inteſtati bona ad matrem, matris (quæ Oppianici uxor erat) ad virum ventura erant. Nam ea quoque cauſa fuit, ut uxores alias necarit. *Idem.*

In uxoribus necandis exercitati] Vt ante dixit, P. Cannutius homo inprimis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. *Id.*

Libertinorum] *Libertini ſunt, qui iſta ſervitute manumiſſi ſunt: iique dicuntur, ut ab ingenuis conditione diſtinguantur. Libertus autem, qui idem eſt, ad patronum refertur, ut filius ad patrem.* Hæc ex Valla lib. 4. Sed libertinum dici invenio, ſive ut ad ingenuum referatur, ſive ſimpliciter dicatur. Hoc autem loco ad patronum refertur. *Idem.*

Sed quarebat, cui patronus eſſet probatus] Nam ſi patronus Fabricius nemini probatus fuit, ea res Scamandrum minus probabat, quod patrono improbo probatus fuerit. Magnam enim habet vim, ut ante dixit, ad conjungendas amicitias, ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo. *Idem.*

Probatus eſſet] Aliis in codicibus *fuiſſet* legitur. *Idem.*

In eo commoratus eſſem] Repeti debet vel quum dicens, vel dicendo ſermone domeſtico dicimus id ſæpe: a Cicerone & a Livio omittitur ſæpiſſime. Cæteraque eo loco ponunt ubi ponerentur, ſi id dicens vel dicendo poneretur. *Idem.*

Scamandro factas inſidias] Id eſt, Scamandrum deceptum. *Idem.*

Vt medicamentum, non venenum] Quia pixis in Scamandri manibus deprehenſa eſt, quod veriſimile eſt, Cicero in Scamandri defenſione ſecutus eſt. Cleophantus enim medicus erat. Medicamenta medici vendebant. Egit Scamander cum Diogene, ut a Cleophanto medicamenta emeret. Diogenes pro medicamento venenum attulit, quod in Scamandri manibus deprehenſum eſt. Itaque factas eſſe Scamandro per Diogenem inſidias dicit. *Idem.*

Hoc

nenum Diogenes afferret: hoc cuivis uſu venire poſſe: quaerebat, cur in ejuſmodi locum tam abditum, cur ſolus, cur cum obſignata pecunia veniſſet. Denique hoc loco cauſa teſtibus, honeſtiſſimis hominibus, premebatur. M. Bebrius de ſuo conſilio Diogenem emtum: ſe praeſente Scamandrum cum veneno pecuniaque deprehenſum eſſe dicebat. P. Quintius Varus, homo ſumma religione, & ſumma auctoritate praeditus, de inſidiis, quae fierent Avito, & de ſollicitatione Diogenis, recenti re, ſecum Cleophantum locutum eſſe dicebat. Atque in illo judicio cum Scamandrum nos defendere videremur, verbo ille reus erat, re quidem vera, & periculo, & tota accuſatione Oppianicus. Neque id obſcure ferebat, nec diſſimulare ullo modo poterat: aderat frequens, advocabat, omni ſtudio gratiaque pugnabat: poſtre-

Hoc cuivis uſui venire poſſe] Nemo enim eſt, cui illud contingere non poſſit, ut ei pro medicamento venenum ab improbo medici ſervo afferatur. In alio codice *uſu* legitur. *Sylv.* Perinde eſt ſive *uſu*, ſive *uſui* legas. Nam *uſu* ponitur pro *uſui* ut in illo poëtæ:

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu.

Sic apud noſtrum *impetu* pro impetui, vide Gellium IV, 16. & G. Voſſium in Ariſtarcho de Analogia II, c. 18.

Quarebat cur in ejuſmodi locum tam abditum] Quod dixit Cicero inter Scamandrum & Diog. conſtitutum, ut medicamentum non venenum afferret, id Cannutius refutavit: quod abditum in locum conveniſſent, quod ſolus veniſſet Scamander, quod obſignata eſſet pecunia. Per obſignatam pecuniam ſignificari putem loculos, in quibus pecunia Diogeni danda eſſet, obſignatos. *Sylvius.*

P. Quinctius Varus] Lambinus voluit *Quintilius*, & id omnino etiam reſtituendum auctori urget Paullus Merula notis ad Ennium. ſed non obſequor, contra mſſ. contra rationem meliorem. *Gruterus.*

Homo ſumma religione] Hoc dicit, ut Vari teſtimonium fidelius oſtendat. Teſtes enim jurati teſtimonium dicebant. ſi ſumma religione Varus præditus erat, nunquam pejeraſſet. *Sylvius.*

Neque id obſcure ferebat] Id eſt, occultabat: ut contra, *pra ſe ferre* dicitur. *Idem.*

Aderat frequens] Nam multos advocarat, ut eorum ſtudio gratiaque in liberando Scamandro uteretur. *Idem.*

Advocabat] *Advocatus*, inquit Manutius, interdum eſt qui præſens reo favet, inde *advocare* eodem ſenſu. Imo barbarum iſtud *advocare*, ſed Latinum pro fautores conquirere, & advocatos colligere. Neque aliter accipiendum apud Ciceronem ipſe aderat, & alios, qui adeſſent, cogebat & arceſſebat. Pro Quinctio: *Par tibi jus cum Alpheno fuiſſe non putas, quia tamen aliquem contra te advocare poterat.* Gronov. not. ad I Senec. de clement. 9. ubi vide plura.

Pugnabat] Litigabat: ut lis ipſa certamen a Quintil. ſæpe dicitur. *Sylv.*

Omni ſtudio gratiaque pugnabat] Dictio *pugnabat*, abeſt aliquot editionibus Lambini; prorſus male, & præter edd. ſcriptoſque. *Gruterus*

poſtremo, id quod maximo malo illi cauſae fuit, hoc ipſo in loco, quaſi reus ipſe eſſet, ſedebat. Oculi omnium judicum non in Scamandrum, ſed in Oppianicum conjiciebantur: timor ejus, perturbatio, ſuſpenſus incertuſque vultus, crebra coloris mutatio, quae erant antea ſuſpicioſa, haec aperta ac manifeſta faciebant. Cum in conſilium iri oporteret, quaeſivit ab reo C. Iunius, quaeſitor ex lege illa Cornelia, quae tum erat, clam an palam de ſe ſententiam ferri vellet. De Oppianici ſententia reſponſum eſt, quod is Aviti familiarem Iunium eſſe dicebat, clam velle ferri. Itum eſt in conſilium. omnibus ſententiis, praeter unam, quam ſuam Stalenus eſſe dicebat, Scamander prima actione condemnatus eſt. Quis tum erat omnium, qui, Scamandro

Hoc ipſo in loco] Id eſt, in his fori ſubſelliis. *Sylvius.*

Quaſi reus ipſe eſſet] Significat morem fuiſſe, ut reus tum ſederet, cum ejus cauſa ageretur. *Idem.*

Suſpenſus] Id eſt, dubius. ut in lib. Æneid. 2. *Suſpenſi Euripylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus.* Inde *pendere animi* dicimus. *Idem.*

Quæ erant ſuſpicioſa] De veneno dato Scamandro. *Idem.*

Cum in conſilium iri oporteret] Eunt in conſilium judices, cum cauſa ab utraque parte perorata, ad ſententiam ferendam conveniunt. *Ire ad conſilium vulgo* dicunt. Hac voce hic ſæpe utitur Cicero. *Idem.*

Quæſitor ex lege illa Cornelia] L. Cornelium Sullam tuliſſe legem ſignificat, ut antequam iretur in conſilium, ex reo quæſitor quæreret, clam an palam de ſe ſententiam ferri vellet. *Idem.*

Quæ tum erat] Hanc legem Corneliam abrogatam fuiſſe, aut certe obſervari deſiiſſe ſignificat, cum hæc Cluentii cauſa ageretur. In hac cauſa & in ſequentibus mittebant judices in urnam, notam eam quam volebant. Erant enim tres notæ, *A, abſolutionis: C, condemnationis: N. L. ampliationis, tanquam non liqueat.* Ternas notas ſingulis judicibus dabat is qui cauſæ præerat. ut pro Milone. litteram quoque ſalutarem A, Cicero dicit a Cn. Pompejo Conſule judicibus datam. *Idem.*

Clam an palam de ſe ſententiam ferri vellet] Clam ferre ſententiam, eſt notam in urnam mittere. palam vero, eſt ore pronunciare. Cicero libro de Legibus tertio, ſcribens de his duobus judiciorum generibus: *Graviora*, inquit, *judicia de potentiſſimis hominibus extant voces quam tabella. Iudicia enim & ſuffragia, quæ voce dentur, commendat, alia damnat.* Idem.

Reſponſum eſt] A Scamandro. *Idem.*

Aviti familiarem Iunium] Hæc familiaritas auxit ſuſpicionem judicii a Cluentio corrupti: quocirca Iunius damnatus eſt, ut poſtea dicit. Hæc autem Iunii familiaritas cauſa fuit, cur Scamander clam ferri ſententiam petiverit, ut omnes ferrent liberius, ne qui Iunii gratia damnarent Oppianicum, ſi ore ſententiam tuliſſent. *Idem.*

Prima actione] Multis enim actionibus aliquando cauſæ agebantur, ſi erant multiplices, aut difficiles & implicatæ. ut M. Fonteji cauſa actionibus duabus peracta eſt. cauſæ Verris actiones multas fuiſſe, nemini ignotum eſt. *Idem.*

Lege]

dro condemnato, non judicium Oppianico factum eſſe arbitraretur? quid eſt illa damnatione judicatum, niſi venenum id, quod Avito daretur, eſſe quaeſitum? quae porro tenuiſſima ſuſpicio collata in Scamandrum eſt, aut conferri potuit, ut is ſua ſponte necare voluiſſe Avitum putaretur? Atque, hoc tum judicio facto, & Oppianico, re & exiſtimatione jam, lege & pronuntiatione nondum condemnato, tamen Avitus Oppianicum reum ſtatim non fecit. voluit cognoſcere, utrum judices in eos ſolos eſſent ſeveri, quos venenum habuiſſe ipſos comperiſſent: an etiam conſilia conſcientiaſque ejuſmodi facinorum ſupplicio dignas judicarent. Itaque C. Fabricium, quem propter familiaritatem Oppianici conſcium illi facinori fuiſſe arbitrabatur, reum ſtatim fecit: utique ei locus primus conſtitueretur, propter cauſae conjunctionem impetravit. Hic tum Fabricius non modo ad me meos vicinos & amicos, Aletrinates, non adduxit, ſed ipſe iis neque defenſoribus uti poſtea, neque laudatoribus potuit. Rem

Lege] Lex enim nulla conſtituta erat de Oppianico: itaque adhuc de eo nihil pronunciatum eſt. *Sylv.* Rectius Manutius. Sic in Philipp. XIII, 12: *Qui ſcelere damnatus in eam urbem rediit unde, ex qua exceſſerat legibus.* eſt ex qua judicum ſententiis damnatus ierat in exilium. *Gravius.*

In eos ſolos, &c.] Id eſt, an eos ſolos condemnarent. *Sylvius.*

Habuiſſe] Et ita deprehenſos, aut probatos. *Idem.*

Ipſos] Id eſt, ipſoſmet. *Idem.*

Conſilia conſcientiaſque] Id eſt, eos qui dediſſent conſilium, & conſcii fuiſſent. Agentes enim, ut dici ſolet, & conſentientes pari poena puniendi ſunt. *Idem.*

Conſcium illi facinori] Ut lib. epiſt. ad Atticum 12. *Vides officium agi meum quoddam, cui tu es conſcius.* Maleficii conſcium paulo poſt Cic. dicit, *Fabricium conſcium maleficii condemnarant.* Ut autem in utramque partem conſcientia, ita conſcius dicitur. *Idem.*

Arbitrabatur] Scamander de Fabricio nihil confeſſus eſt. Suſpicionem veneni a Fabricio accepti auxit Oppianici cum Fabricio familiaritas. *Idem.*

Utque ei locus primus conſtitueretur] Id eſt, ut damnato Scamandro, cum recens adhuc judicum memoria eſſet, Fabricii cauſa lege conſtituta prima ageretur. Idem paulo poſt de Oppianici cauſa dicit. *Idem.* *Utque ei locus primus conſtitueretur*] S. Victor. & Pal. pr. ſec. quart. ſex. *utique ei.* non inepte. *Gruter.* Sic & Franc. primus.

Propter cauſa conjunctionem] Scamandri enim & Fabricii cauſae ſunt ita conjunctae, ut una cauſa eſſe videantur. *Sylvius.*

Impetravit] A judicibus. *Idem.*

Hic tum] Cicero in hac oratione ſaepius dicit, pro eo quod eſt *tum.* Idem.

Neque laudatoribus] Moris erat ut Legati a municipiis, vel a provinciis publice mitterentur cum laudatione rei, ſi is reus municipio aut provinciae charus eſſet, ut facilius abſolveretur. *Idem.*

Rem enim integram hominis non alieni, quamvis ſuſpicioſam, defendere, humanitatis eſſe putabamus: judicatam labefactare conari, impudentiae. Itaque tum ille inopia & neceſſitate coactus, in cauſa ejuſmodi ad Cepaſios fratres confugit, homines induſtrios, atque eo animo, ut, quaecunque dicendi poteſtas eſſet data, in
21 honore atque in beneficio ponerent. Iam hoc quoque prope iniquiſſime comparatum eſt, quod in morbis corporis, ut quiſque eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atque optimus quaeritur: in periculis capitis, ut quaeque cauſa difficillima eſt, ita deterrimus ob-

Rem integram] Id eſt, nondum judicatam. *Sylvius.*

Hominis non alieni] Id eſt, propinqui vel amici, vel civis. Non extranei, ut vulgus diceret. *Idem.*

Quamvis] Id eſt, quantumvis. *Idem.*

Humanitatis eſſe putabamus] Fert enim humanitas, ut ante diximus, nocentem aliquando nefariumque & impium defendere. Itaque Cicero in orat. pro P. Sulla, *Probat viros illos Conſulares, qui affuerunt Catilinæ; eumque laudarunt:* *Nulla*, inquit, *tum patebat, nulla erat cognita conjuratio: defendebant amicum, aderant ſupplici, vitæ ejus turpitudinem in ſummis ejus periculis non inſequebantur.* Idem.

Iudicatam labefactare conari] Quum P. Sulla ambitus eſſet damnatus, L. Cæcilius ejus frater legem tulit, qua minuebat ambitus pœnam eam, quæ ſuperioribus legibus conſtituta erat, quam promulgavit non de tollenda, ſed de levanda calamitate fratris. Res judicatas eum reſcindere voluiſſe L. Torquatus accuſator dicit. Hac lege contendit Cicero non judicum ſententiam, ſed legis vitium corrigi. Nemo enim judicium reprehendit, quum de pœna quæritur, ſed legem. Damnatio enim eſt judicum, quæ manebat: pœna legis, quæ levabatur. Sed fratris auctoritate deductus Cæcilius deſtitit. *Status enim* (inquit Cicero) *Reipub. maxime judicatis rebus continetur. Neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror, ut quiſquam de ſalute ſuorum conſulat, communem relinquat.* Rem judicatam labefactare, & quod paulo poſt, & pro P. Sulla dicit, reſcindere eſt, quod vulgo dicunt quaſſare, & annihilare ſententiam judicis. *Idem.*

Inopia] Quod ne a municipibus quidem ſuis opem habere poſſet. *Idem.*

Ad Cepaſios fratres] C. & L. Cepaſii fratres fuerunt, qui multa opera, ignoti homines & repentini, Quæſtores celeriter facti ſunt, oppidano quodam & incondito genere dicendi. Auctor eſt Cicero de Claris oratoribus. *Idem.* *Ad Cepaſios fratres*] Legitur alias in S. Vict. *Cepaſinos.* quod mutandum putabat Guilielmius in *Ceparios*; a *cepis*; ut Fabii a *fabis.* ſic *Papirii* iidem cum *Papiſiis.* Gruterus.

Homines induſtrios] Ironia eſt. *Sylv.*

Quaecunque dicendi, &c.] Id eſt, quamcunque dicendi facultatem haberent. *Idem.*

Iniquiſſime comparatum] Id eſt, conſtitutum & confirmatum. In qua ſignificatione dici, Non. Marcellus ſcribit. Turpilius, *Nunquam unius me comparavi ſervire elegantiæ.* Afranius: *Proba & pudica quod ſum, conſulo & pareo mihi, Quoniam comparatum eſt, uno ut ſimus contenta viro.* Idem.

Difficillimus] Id eſt, graviſſimus, & periculoſiſſimus. *Idem.*

Ad-

obſcuriſſimuſque patronus adhibetur. Citatur reus: agitur cauſa: paucis verbis accuſat, ut de re judicata, Canutius. Incipit longo & alte petito prooemio reſpondere major Cepaſius. primo attente auditur ejus oratio. erigebat animum jam dimiſſum & oppreſſum Oppianicus. gaudebat ipſe Fabricius. non intelligebat, animos judicum non illius eloquentia, ſed defenſionis impudentia commoveri. poſteaquam de re coepit dicere, ad ea, quae erant in cauſa, addebat etiam ipſe nova quaedam vulnera. Hoc quamquam ſedulo faciebat, tamen interdum non defendere, ſed

Adhibetur] In codice ſancti Victoris hæc aſcripta ſunt: *Niſi forte hæc cauſa eſt, quod medici nihil præter artificium, oratores etiam auctoritatem præſtare debent:* ſed hoc adjectitium puto. Medici itaque eſt præſtare artificium: Orator & artificium & auctoritatem præſtare debet. In oratore auctoritatem Quintilianus præcipue requirit. Vt autem facilius eſt ſolum artificium, quam artificium & auctoritatem præſtare: ita oratorem bonum quam medicum invenire difficilius eſt. Mihi certe videtur lectio cohærentior, ſi hoc non adſcribatur. *Sylvius.* Equidem non modo in Palatinis hæc periodus non habetur, ſed nec in Dreſdenſi, nec in utroque Francii, nec in editionibus illis vetuſtiſſimis, quas inſpexi, ſed nec in Aſcenſiana anni M D XI. nec in Baſilienſi Cratandri M D XXVIII. Videtur ſane cento eſſe, qui margini a magiſtro aut interprete, cauſſas docente hujus diſſimilitudinis in quærendo bono medico & malo patrono fuit adſcriptus. Sed cauſſam veram non attigit, ut oſtendit Manutius. Si peſſimus patronus adoptatur, quomodo poteſt is auctoritatem præſtare? Nihil ſane eſt abſurdius hac ſententia in hoc quidem loco. itaque ironiam fingit Manutius. Cur diutius hunc pannum, tam pulchram orationem dedecorantem toleremus, & non potius deleamus ſecuti optimos codices, & editiones? Recentiores ex interpolatis libris illum adſuerunt, invito Tullio. *Gravius.*

Incipit longo & alte petito prooemio] Imperitum oratorem Cepaſium fuiſſe dicit, quod vitioſo exordio, vitioſa narratione, vitioſa & reliqua oratione uſus ſit, ut cauſam Fabricii deteriorem oſtendat, quam bonus patronus ſuſcipere noluerit, quippe quum jam res judicata eſſet. Longum exordium Quintilianus lib. 4. vitioſum eſſe dicit: id autem longum eſt, quia etiam alte repetitum. *Exordii modus*, ut idem ait, *eſſe debet pro cauſa. Nam breviua ſimplices, longius perplexa ſuſpectaque & infames deſiderant. Ejuſque longitudo immodica evitanda eſt, ne in caput oratio excreviſſe videatur.* Sylvius.

Poſtquam de re, &c.] Finito exordio vel narrare, vel refutare cœpit. *Idem.*

Nova quædam vulnera] Bonus orator ſumma diligentia cavet, ne quid dicat, quod cauſæ noceat. Hic Cepaſius nova quædam vulnera cauſæ addebat, id eſt, præter ea, quæ Cannutius in accuſatione dixerat contra Fabricii cauſam, nonnulla Cepaſius dicebat quæ cauſæ nocerent. *Vulnera*, id eſt, damnum. Nam vulnera & plagam pro damno ſæpe dicimus. Inde *infligere aut injicere ſecurim Reip.* pro eo quod eſt, graviter nocere Reipub. Cicero dicit, de quo dicendi genere alibi ſcribemus. *Idem.*

Sedulo] Id eſt, bona fide, & ſine dolo: unde ſedulo dicitur. *Idem.*

Præ-

Prævaricari accuſationi] Id eſt, par-
tem ſuam prodere, & accuſationem ad-
juvare. *Nam prævaricator*, ut ait Vlpian.
lib. Digeſt. 47. tit. de prævaricatoribus,
eſt qui diverſam partem adjuvat, prodita
ſua cauſa. Quod nomen Labeo a varia
certatione tractum ait: nam qui præva-
ricatur, ex utraque parte conſiſtit. *Sylv.*
Sed prævaricari accuſatori] Magna eſt
hoc loco librorum varietas. alii enim
habent, *prævaricari accuſatori*, alii *ac-*
cuſationi, alii *defenſioni.* quod poſtre-
mum fortaſſe non eſt rejiciendum: ut,
prævaricari defenſioni, interpretemur,
prævaricando defenſionem, & cauſam
ſuſceptam prodere. Verumtamen nihil
muto, &, prævaricari accuſatori, in-
terpretor, prævaricando, id eſt, male
defendendo, accuſatori inſervire. O-
mnino hæc varietas ſuſpicionem mihi
commovet, has voces eſſe adventitias.
& legendum, *ſed prævaricari videbatur.*
nam tametſi prævaricatio uſitatius in ac-
cuſatore cauſam prodente locum ha-
beat, poteſt tamen & in patrono, ſeu
defenſore valere: ut, ſi quis dicat, ali-
quem eſſe cauſæ publicæ, quam ſuſce-
perit, prævaricatorem. ſic enim Cœlius
ad Ciceron. lib. 8. *ne ſiquid favore Paulli*
adeptus eſſet boni, ſua culpa videretur ami-
ſiſſe, & prævaricator cauſa publicæ ... *ſi-*
maretur ...
accuſatio ... *ri*

qu
tio
ten
aut
que
dive
co,
narr
facta
ſolve
Quin
fabula
primu
narrar
Cepaſio
Fabrici
lidiſſim
Reſpi
non *d*
Idem.
A ſul
foro ſub
res, rei,
Ridere
genus po
quentius
Stomach
ſius ſtom
bat, &c.
be ſ

patronus, cauſam ſibi eripi; & ſe cetera de illo loco, reſpicite judices, non poſſe dicere: nec quidquam propius eſt factum, quam ut illum perſequeretur, & collo obtorto ad ſubſellia reduceret; ut reliqua poſſet perorare. Iam tum Fabricius primum ſuo judicio, quod eſt graviſſimum: deinde legis vi & ſententiis judicum eſt condemnatus. Quid eſt, quod jam de Oppianici cauſa 22
plura dicamus? Apud eoſdem judices reus eſt factus, cum his duobus praejudiciis jam damnatus eſſet: ab iiſdem autem judicibus, qui Fabriciorum damnatione de Oppianico judicarant, locus ei primus eſt conſtitutus: accuſatus eſt criminibus graviſſimis, & iis, quae a me breviter dicta

trem 3. *Superiori epiſtola quid reſpondeam nihil eſt, quæ plena ſtomachi & querelarum eſt.* Ad Atticum lib. 5. *Multa præterea quæ tum mihi majore ſtomacho, quam ipſi Quinto fuerunt.* Sylvius.

Cauſam ſibi eripi] Id eſt, vincendi facultatem adimi. *Idem.*

De illo loco] Id eſt, ab illo loco. *Idem.*

Cætera non poſſe dicere] Cepaſii orationem præparatam fuiſſe, & præmeditatam ſignificat: ſed eum ita imperitum, ut aliter dicere non poſſit, quam quomodo ſcripſerit. *Idem.*

Collo obtorto] Id eſt, invitum & reluctantem: ut Act. in Verr. 6. *Quem obtorta gula de convivio in vincula atque in tenebras abripi juſſit.* Idem.

Iam tum Fabricius primum] Vividius mihi longe ſcriptura quæ S. Victoris libro ad oram. *ita tum Fabr.* Gruterus.

Suo judicio] Nam demiſſo capite diſceſſerat, quod cauſæ ſuæ diffideret. *Sylvius.*

Quod eſt graviſſimum] Suum enim cujuſque contra ſe judicium vel teſtimonium eſſe debet graviſſimum. *Idem.*

Legis vi] Vel legis Corneliæ de ſicariis & veneficiis. *Qua lege*, ut ait Marcellus libro Digeſt. 48. *tenetur, qui malum venenum necandi hominis cauſa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit.* Vel legis Q. Catuli de vi: qua lege poſtulatus eſt M. Cælius, quod Clodiam necare veneno tentaſſet. Vel legis, cujus conſtitutione illa Fabriciorum & Oppianici cauſa acta ſit. *Idem.*

Quod jam de Oppianici cauſa] Liber manuſcr. habet, *quod jam de Oppianici perſona, cauſaque*, &c. Lamb. *Quod jam de Oppianici cauſa plura dicamus*] S. Victoris amplius, *de Oppianici perſona cauſaque plura.* quod & citat Lambinus. unde colligo nullum habuiſſe ad manum exemplar ſcriptum perpetuo hac oratione quam illud ipſum S. Victoris. *Gruterus.*

Cum iis duobus præjudiciis] Quam frigeat hic *is* quis non videt? Quanto rectius Dreſdenſis, uterque Francii, & editio omnium antiquiſſima: *Cum his duobus præjudiciis.* De quibus nimirum modo loquutus erat: *Iam tum Fabricius primum ſuo judicio, quod eſt graviſſimum, deinde legis vi & ſententiis judicum eſt condemnatus.* Et paullo poſt: *Si igitur Oppianicum bis ſuis judiciis condemnatum abſolviſſent.* Grævius.

Fabriciorum] Id eſt, Scamandri & C. Fabricii: ut hæres appellabatur nomine ejus a quo hæres factus eſſet, ita patroni nomine libertus appellabatur. *Sylvius.*

Et iis, quæ a me breviter] Copulam invexi, volentibus mſſ. noſtris & Gallicano; quæ prius aberat. *Gruter.* Pro his legitur in Franc. primo: *& huc uſque a me breviter expoſitis.*

Si

...ictis debuerunt. An vero illi ſi
derent, cum ceteri ſoleant in
judiciis diſcrepent, providere
tum, quia miniſter in maleficic
conſcius, condemnaſſent, ipſui
tectum ſceleris abſolverent? &

Si nocentes Fabricios] Argumentum a fictione eſt. *Sylvius.*

An vero illa ſua per ſe ipſi judicia reſcinderent] Ita emendavi ſuaſu Pal. tert. neque abibant reliqui ſex quam quod haberent vulgatum *illi*. vox *ipſi* vulgatis hactenus defuit. invexit quidem ex Victoriano Lambinus, ſed recidit *per ſe*, quod & ibidem comparet & in Pall. omnibus. *Gruterus.* Cur unius codicis auctoritate *illa* mutarit in *illi*, cauſſam nullam vidi, cum id retineant ceteri M S S. quos ipſe inſpexi, & Victor. ed. *Gravius.*

Quum ceteri ſoleant] Nam ut ait Quintil. libro quinto de præjudiciis: *Vult cognoſcentium quiſque firmam eſſe alterius ſententiam, & ipſe pronunciaturus exemplum non libenter, quod in ſe fortaſſe recidat, facit.* Sylvius.

Et illi] Reliqua pars eſt argumenti a fictione. principem ſceleris dici hic attende (cum in re bona fere dicatur) ut paulo poſt: *An ille, qui ſe in principem maleficii lenem, in adjutorem ejus & conſcios vehementiſſimum eſſe ...*
Idem

chite
Rhet
tatio
in ea
trium
quoni
novun
ri eſt
in libr
rum:
me poſ
archite
dem d
Stoici p
id arte ſ
borum.
citur,
re. Ide
quis na
videtur
gu olſi
Ex his
qui vu
tectum
ſoconun

judicio facto, tamen ex ipſa cauſa condemnaſſent: hunc, quem condemnatum jam acceperant, liberarent? Tum vero illa judicia ſenatoria, non falſa invidia, ſed vera atque inſigni turpitudine notata, atque operta dedecore & infamia, defenſioni locum nullum reliquiſſent. Quid enim tandem illi judices reſponderent, ſi quis ab iis quaereret? Condemnaſtis Scamandrum, quo crimine? nempe quod Avitum per ſervum medici veneno necare voluiſſet. Quid Aviti morte Scamander conſequebatur? nihil, ſed adminiſter erat Oppianici. Condemnaſtis C. Fabricium. quid ita? quia, cum ipſe familiariſſime Oppianico uſus, libertus autem ejus in maleficio deprehenſus eſſet, illum expertem ejus conſilii fuiſſe non probabatur. Si igitur ipſum Oppianicum bis ſuis judiciis condemnatum abſolviſſent, quis tantam turpitudinem judiciorum, quis tantam inconſtantiam rerum judicatarum, quis tantam libidinem judicum ferre potuiſſet?

Tum vere illa judicia] A minore ad majus argumentatur. *Sylv.*

Illa judicia Senatoria] Sic illa judicia appellat, quum Senatores ſoli Cornelia lege judicarent. Hos autem ſæpe corruptos fuiſſe, in Actione in Verrem ſecunda Cicero dicit. Hi igitur Senatores a Cenſoribus non falſa invidia, ſed vera atque inſigni turpitudine notati ſunt. *Idem.*

Defenſioni locum nullum reliquiſſent] Id eſt, ob judicandam rem pecuniam accepiſſent, & ita defenſione opus non eſſet. Nam ſi ab accuſatore accepiſſent, nulla defenſio reum liberaſſet: ſi ab reo, eum nulla accuſatio oppreſſiſſet, etiam ſi defenſus non fuiſſet. Ita igitur a minore ad majus argumentatur. Si Senatores judices corruptiſſimi Scamandrum & Fabricium condemnaſſent, Oppianicum non abſolviſſent. Hi igitur qui in ejus cauſa judices fuerunt, quod eum damnaverint, a Cluentio corrupti non ſunt. Eſt etiam argumentum non diſſimile ei quod eſt a fictione. *Idem.*

Illi judices] Senatores, ſi in hac cauſa judices fuiſſent. *Idem.*

Necare voluiſſet. Quid Aviti, &c.] Divinat Guilielmius, *necare voluit. ſed quid Aviti, &c.* dextre. ſi id recipimus, tum erit mutandum mox ſequens *ſed* in *at*, quomodo diſerte extat in Pal. pr. tert. quart. quint. pro quo vulgo, *ſed adminiſter.* Gruterus.

Adminiſter] Id eſt, miniſter: ut ſit compoſitum pro ſimplici, alioqui adminiſter præcipuus miniſter eſt. In Catilinam Actione prima: *C. Manlium audacia ſatellitem atque adminiſtrum tua.* Pro L. Flacco: *Polemocratem ſcripſiſti mercenarium & adminiſtrum conſiliorum tuorum.* Actione in Verrem quarta: *Rerum hujuſmodi omnium tranſactor atque adminiſter ad Sopatrum venit.* Actione quinta: *Ita populos habent univerſos non ſolum conſocios libidinis ſua, verumetiam adminiſtros.* Sylv. Franc. prim. *Nihil, at miniſter erat Oppianıci.* non male. *Grav.*

Expertem] Id eſt, non conſcium. *Sylv.*

Si igitur ipſum Oppianicum bis ſuis judiciis condemnatum abſolviſſent] Pantagathus pro *bis ſuis judiciis*, legebat *bis præjudiciis.* F. Vrſinus.

Reum]

tuiſſet? Quod ſi hoc videtis, quod jam hac omni oratione patefactum eſt, illo judicio reum condemnari, praeſertim ab iiſdem judicibus, qui duo praejudicia feciſſent, neceſſe fuiſſe: ſimul illud videatis neceſſe eſt, nullam accuſatori cauſam eſſe potuiſſe, cur judicium vellet corrum-
23 pere. Quaero enim abs te, T. Atti, relictis jam ceteris argumentis omnibus, num Fabricios quoque innocentes condemnatos exiſtimes? num etiam illa judicia pecunia corrupta eſſe dicas; quibus judiciis alter a Staleno ſolo abſolutus eſt, alter etiam ipſe ſe condemnavit. Age, ſi nocentes, cujus maleficii? numquid praeter venenum quaeſitum, quo Avitus necaretur, objectum eſt? numquid aliud in illis judiciis verſatum eſt, praeter haſce inſidias Avito ab Oppianico per Fabricios factas? nihil, nihil, inquam, aliud judices, reperietis. extat memoria, ſunt

Reum] Oppianicum. *Sylvius.*

Accuſatori] Cluentio. *Idem.*

T. Acti] Hic T. Actius Cluentii accuſator eſt, de quo Cicero de Claris oratoribus: *T. Actii Piſaurienſis Equitis Rom. & amici noſtri accuſationi reſpondi pro A. Cluentio, qui & accurate dicebat, & ſatis coptoſe: eratque praterea doctus Hermogara praceptis, quibus & ſi ornamenta non ſatis opima dicendi, tamen ut haſta velitibus amentata, ſic apta quadam & parata ſingulis cauſarum generibus argumenta traduntur.* Idem. *T. Atti*] Sic edidit Manutius & Gruterus, ſic quoque editio Mediol. Sed Francii primus & prima editio, & pleræque aliæ: *Tite Acti.* Francii ſecundus *T. Acci.* Manutius, cum diſputat Atiam familiam in lapidibus ſcribi per duplex T T. refellitur nummis ex quibus unus hanc præ ſe fert inſcriptionem: ATIVS BALBVS PR. refellitur auctoritate Virgilii, cujus verſum ipſe laudat; refellitur quoque multis inſcriptionibus, in quibus Atiorum & Atiarum fit mentio apud Gruterum, quamvis non negem Attios & Atteios quoque commemorari in vetuſtis lapidibus. *Grav.*

Num Fabricios quoque innocentes] Argumentum ex remotione eſt, ad hanc ferme ſententiam: Fabricii damnati ſunt, ergo innocentes vel nocentes. Sed non innocentes: nam eorum alter ſententiis omnibus, una excepta, damnatus eſt: alter etiam ſe ipſe condemnavit: nec judicia hæc pecunia corrupta eſſe dicas. Relinquitur igitur eos nocentes damnatos eſſe. Sed in horum accuſatione nihil dictum eſt, præter inſidias veneni Cluentio ab Oppianico per Fabricios factas. Quo fit, ut hæc duo præjudicia de Oppianico facta ſint. *Sylv.*

Ipſe ſe condemnavit] Quum a ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat. *Idem.*

Nihil unquam aliud] In antiquo codice legitur, *Nihil inquam aliud:* quæ lectio aſpernanda non eſt. *Idem.* *Nihil, nihil, inquam aliud*] Eſt a Pal. tert. quart. quint. ſept. & S. Victoris. vulgata enim hactenus, *ſemel tantum* poſuerat vocem *nihil*. Gruter. Hanc lectionem, *nihil, nihil inquam aliud* dudum repoſuerat P. Victorius, & editiones, quæ illius exemplar expreſſerunt.

Extat memoria] In tabulis publicis, &, ut vulgo loquuntur, *in regiſtris:* cauſas publicas ſcribi, morem fuiſſe Romæ hoc loco Cicero ſignificat. *Sylvius.*

In

[redacted]

ſunt tabulae publicae, redargue me, ſi mentior: teſtium dicta recita: doce, in illorum judiciis quid, praeter hoc venenum Oppianici, non modo in criminis, ſed in maledicti loco ſit objectum. Multa dici poſſunt, quare ita neceſſe fuerit judicari, ſed ego occurram exſpectationi veſtrae, judices. Nam etſi a vobis ſic audior, ut numquam benignius, neque attentius quemquam auditum putem: tamen vocat me alio jamdudum tacita veſtra exſpectatio, quae mihi obloqui videtur. Quid ergo? negaſne, illud judicium eſſe corruptum? non nego: ſed ab hoc corruptum non eſſe confirmo. A quo igitur eſt corruptum? opinor, primum, ſi incertum fuiſſet, quiſnam exitus illius judicii futurus eſſet, veriſimilius tamen eſſet, eum potius corrupiſſe, qui metuiſſet ne ipſe condemnaretur, quam illum, qui veritus eſſet ne alter abſolveretur: deinde, cum eſſet nemini dubium, quid judicari neceſſe eſſet, eum certe potius, qui ſibi aliqua ratione diffideret, quam eum, qui omni ratione confideret: poſtremo, certe potius illum, qui bis apud

In maledicti loco] Maledicta eſſe diximus crimina ea, quæ accuſator objicit præter id quod cauſæ proprium eſt. *Sylvius.*

Occurram] Id eſt, ſatisfaciam. Tranſitus eſt ad tertiam partem, quam in partitione propoſuit, judicium pecunia tentatum: ſed ab Oppianico, non a Cluentio. *Idem.*

Expectationi veſtra] Qui expectatis, ut exſolvam me promiſſis, idque probem quod tertio loco probaturum me dixeram. *Idem.*

Qua mihi obloqui videtur] Id eſt, contra me loqui, & quodammodo expoſtulare mecum. Obloqui eſt, contra aliquem loqui. T. Livius lib. 1. *Vterque vociferari, & certatim alter alteri obſtrepere: coërciti a lictore, ac juſſi invicem dicere, tandem obloqui deſiſtunt.* Inde obloqui, male dicere eſt. Plautus: *Qui de altero obloqui vult, ipſum ſe contueri oportet.* Idem.

Confirmo] Id eſt, affirmo. *Idem.*

Primum ſi incertum fuiſſet] Illud a fictione argumentum eſt: Si incertum fuiſſet quam ſententiam judices laturi fuiſſent, veriſimilius fuiſſet judicium corruptum ab Oppianico, qui timuiſſet ne condemnaretur: quam a Cluentio, qui veritus eſſet ne Oppianicus abſolveretur. Sed quum nemini dubium fuerit, quin Oppianicum duobus jam præjudiciis condemnatum condemnaturi fuiſſent, certum eſſe debet ab Oppianico de cauſa diffidente, non a Cluentio bene omnino ſperante corruptum judicium. *Id.*

Quod judicari neceſſe erat] Nam præjudicia duo facta erant. *Idem.*

Alia ratione] Id eſt, alio modo, quam corrupto judicio, id eſt, niſi judices corrumperet. *Idem.*

... corruptum, tamen de i
24 ſcite. Atque ego illa non a
gravia vehementer: eum co
fuerit: eum, qui metuerit: e
alia ratione non habuerit: eu
fuerit audacia. multa ſunt eju
beam rem non dubiam, ſed ape

Apud eos judices offendiſſet] Id eſt, ab iis judicibus damnatus fuiſſet. Nam ut læditur, qui pedem ad lapidem offendit: Ita qui a judicibus damnatur, apud judices offendiſſe videtur. *Sylv.*

Unum quidem certe] Argumentum ex remotione eſt. In eo autem argumento quum ſpecies per disjunctivam conjunctionem enumerantur, omnes enumerari oportet: nam ſi aliqua una omiſſa ab adverſario animadverſa ſit, res tota cum riſu ſolvitur. Ideoque illud utile eſſe Quintilianus lib. 5. ait, *ut duo ponantur inter ſe contraria, quorum tenuiſſe utrumlibet ſufficiat: quale, inquit, Ciceronis eſt: Unum quidem certe nemo erit, &c.* Idem.

Tam iniquus] In codice ſancti Victoris, & in Quintiliano *inimicus*, non *iniquus* legitur: quamvis iniquus pro inimico dicatur: ut, *Fatis Iunonis iniquæ:* ut ait Donatus, exponens illud ex prologo Adelphorum Terentii, *Poſtquam poeta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis obſervari.* Idem.

Eg
argum
quæ ſ
culo f
Illa ar
rarum
ro lib.
ſignifica
in rem
mentati
cioſa exp
Qua
quæ ſun
momen
dices ab
In ali
judicio.
Multa
mentari
cium co
Non
mentis,
quæ cen

[redacted]

enumeratio ſingulorum argumentorum non eſt neceſſaria. Dico, C. Aelio Staleno judici pecuniam grandem Statium Albium ad corrumpendum judicium dediſſe. numquis negat? Te appello, Oppianice, te T. Atti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat. audete negare, ab Oppianico Staleno judici pecuniam datam: negate, negate, inquam, in eo loco. quid reticetis? At negare non poteſtis, quod repetiſtis, quod confeſſi eſtis; quod abſtuliſtis. Quo tandem igitur ore mentionem corrupti judicii facitis, cum ab iſta parte, judici pecuniam ante judicium datam, poſt judicium ereptam eſſe fateamini? Quonam igitur haec modo geſta ſunt? repetam paullo altius, judices, & omnia, quae in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. Vos quaeſo, ut adhuc me attente audiſtis, item, quae reliqua ſunt, audiatis: profecto nihil a me dicetur, quod non dignum hoc conventu & ſilentio, dignum ve-

Statium Albium] Oppianicum. *Sylvius.*

Oppianice] Filii Oppianici. *Idem.*

Negate in eo loco] Legendum videtur, *in iſto loco.* nam, cum eos alloquatur, eum locum ſignificat, in quo ſunt. *in iſto loco*, autem, valet, in eo loco, in quo eſtis vos: ſi plures ſunt, ut hic. *Lamb.* Pro *negate inquam in eo loco*, eſt in antiquo, *negate inquam meo loco.* F. Vrſin. *Negate in eo loco*] Ita Pall. ſex. nam ſec. *meo loco.* quod & habet quo ſe tueatur. ſed prius dextre explicat Paulus Manutius. Guilielmius divinabat *in loco*, pro *illico.* ſic apud Herennium legitur, *vim in loco attulit* id eſt *confeſtim.* Gruterus. Francii primus ſic interpungit, *negate, negate, inquam. In eo loco qui reticetis.*

Quod repetiſtis] Damnato enim Oppianico recuperata pecunia eſt, quæ Staleno data fuerat ad corrumpendum judicium, ut poſtea dicet amplius. *Sylvius.*

Confeſſi eſtis] Oppianicum Staleno dediſſe. *Idem.*

Quod abſtuliſtis] Id eſt, a Staleno domum retuliſtis. *Idem.*

Quo tandem igitur ore] Id eſt, quo pudore. tanquam dicat, non pudet vos facere mentionem judicii corrupti. Terentius in Heautontimorumeno: *Quo ore appellabas patrem mihi dare uxorem, quum viderit me habere amicam?* Idem in Eunucho, *os durum*, pro impudenti: ut contra *mollis frontis dicuntur*, qui ſunt reverentes. *Idem.*

Ab iſta] Id eſt, a veſtra: id eſt, ab Oppianico. *Idem.*

Iudici] Staleno. *Idem.*

Quæ in diuturna obſcuritate latuerunt] Id eſt, quæ diu ignorata fuerunt. *Idem.*

Sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini] Quæ pollicemur nos eſſe probaturos, ea, ut alibi dixi, fore manifeſta maxime promittamus, præcipue ſi ea valde utilia cauſæ noſtræ ſint. *Idem.*

Adhuc] Id eſt, hucuſque. *Idem.*

Item] Id eſt, ſimiliter. *Idem.*

cum eſſet Scamander
ſolutus, patronus autem Scar
tentia liberatus, acrioribus ſa

Ex eo] Id eſt, ex eo tempore. *Sylvius.*

In judiciis corrumpendis exercitati] Vt ante dixit, Oppianicum in necandis uxoribus exercitatum. Id credibile facit, quod poſtea dicturus eſt, Oppianicum Staleno dediſſe pecuniam ad corrumpendum judicium. *Idem.*

Tum autem] Id eſt, in cauſa Oppianici. *Idem.*

Ac primum Scamandro] Id eſt, quum Scamander reus factus eſſet, Oppianicus dona & munera Staleno dedit, ut eo auctore uteretur, &c. *Idem.*

Tantum donis datis, muneribuſque perfecerat] Male hic locus interpungitur. Nam ſi *datis* pertineret ad *donis*, ſcripſiſſet Cicero, *donis muneribuſque datis.* Diſtinguendum: *tantum donis, datis, muneribus perfecerat.* Has ejuſdem notionis voces cumulat rem exaggerandi cauſſa, ut ſolent oratores. *Data* Latinis ſunt munera. Plaut. Aſinar. I, I: *Non ſuppetunt dictis data.* dona, quæ promiſſit, non ſequuntur. Propert. III, el. 13: *Heu nullis capta Licinna datis.* Vulgatus interpres Latinus novi fœderis apud Matth. VII: *Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris.* Sic vertit recte δόματα ἀγαθά. male, ut multis aliis in locis reprehenditur a Beza. *Gravius.*

vul
Vt
om
pit
que
& q
quan
ſam
qui li
tus e
auctor
civitat
co, e
poſuit
defenſ
ſyndicu
cero Sta
rem au
ſolvend
dium pr
ſolveret,
quam co
qui tam c
derat, ut
ſed defen
male Sylv
cupidi dicu
diis nimis
barbaris.
pidi teſtes.

dum putavit. Tum a Staleno, ſicut ab homine ad
)gitandum acutiſſimo, ad audendum impudentiſſi-
ad efficiendum acerrimo: haec enim ille & aliqua ex
e habebat, & majore ex parte ſe habere ſimulabat:
lium capiti & fortunis ſuis petere coepit. Iam hoc 25
ignoratis judices, ut etiam beſtiae, fame dominante,
ımque ad eum locum, ubi paſtae aliquando ſint, re-
ıntur. Stalenus ille biennio ante, cum cauſam bono-
Safinii Atellae recepiſſet, ſexcentis millibus num-
ı ſe judicium corrupturum eſſe dixerat. quae cum
piſſet a pupillo, ſuppreſſit, judicioque facto, nec
ıio, nec bonorum emtoribus reddidit. Quam cum
pe-

enim ille, &c.] Id eſt, Stalenus ntum erat ad excogitandum acu- d audendum impudens, &c. ma- ıen eſſe ſe ſimulabat. *Sylv.*

hoc non ignoratis] Negativa ſo- eſtat in Pall. ſeptimo. *Gruterus.* ıcii utroque, niſi quod in primo ım omiſſum hujus verſus verbis erius appoſitum, nec non in edi- prima negandi particula itidem gitur. Tantus tot librorum con- non eſt fruſtra. Cicero dixit hæc gans. *Iam hoc ignoratis judices, n beſtia, fame dominante, plerum- eum locum, ubi paſta aliquando vertantur?* Et eſt hoc efficacius. nterrogationis nota invenitur in iana, & primo Francii, quæ lo- non habet hic, ſi Cicero uſus eſt one. *Gravius.*

tiam beſtia] *Ex comparatione fieri ones, quæ exempli vim habeant, eſt* Quintilianus libro quinto. *s.*

e dominante] Quidam legi vo- *fame domita.* idque mihi quoque ndo venit in mentem, ex illis Plautinis, in Aſinar. *Reddam ego era, fame manſuetam.* ego tamen ıil muto. *Lambinus.* *Fame domi-*] Haud aliter Pall. ſeq. nam pr. *tione.* annotatum au[illegible] ad S. Vi-, alias *monita*, quod mihi magis t. *Gruterus.*

Biennio ante] Id eſt, biennio antequam Oppianici cauſa ageretur. *Sylv.*

Quam cauſam bonorum Safinii] Crimen hoc probare volumus, fit admodum credibile, ſi aliquando ſimile dicamus admiſſum ab eo, quem id de quo quæſtio eſt, admiſiſſe dicimus. In cauſa Safinii Stalenum accepiſſe pecuniam & ſuppreſſiſſe dicit, ut magis probabile ſit ab eodem idem factum in cauſa Oppianici. *Idem.*

Atella] Quod Oſcorum oppidum eſt. *Idem.*

Cauſam recepiſſet] Id ante ſæpe Cicero dixit ſuſcipere cauſam, ſed alibi quoque *recipere cauſam* ab eo dici attendimus. ut pro Sexto Roſcio: *Quæ me igitur res præter cæteros impulit, ut cauſam Sexti Roſcii reciperem?* Actione in Cajum Verrem quarta: *Recepi enim cauſam Siciliæ. ea me ad hoc negotium provincia attraxit.* Idem.

Sexcentis millibus nummum] Non ſunt XVIII millia ſcutatorum, ut vult Manutius, ſed XV millia ſcutatorum.

A pupillo] Safinio. *Sylvius.*

Suppreſſit] Supprimere pecuniam hoc loco, & paulo poſt, eſt pecuniam alii uſui datam & deſtinatam, ſibi injuſte retinere. *Idem.*

Nec bonorum emptoribus] Id eſt, iis qui Atellæ Safinii bona omnia emerant, quum hæc pecunia Safinii eſſet, non Staleni. *Idem.*

quam eſſe in civitate praeter ſe, c
primo gravari coepit, quod aed
hominibus nobiliſſimis, & invid

Profudiſſet] Profundere pecuniam eſt, porro & per luxuriam effundere, id eſt nimio ſumptu pecuniam effundere. Inde profuſi ſumptus, & profuſæ epulæ dicuntur, ut pro Publio Quintio: *Fatetur ſe non belle dicere, non ad voluntatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare, non profuſis ſumptibus vivere, non ornare magnifice ſplendideque convivium.* Et pro Sex. Roſcio: *Hos tantos tamque profuſos ſumptus, aut facient aut approbabunt.* Pro L. Murena: *Odit popul. Rom. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profuſas epulas, ſordes & inhumanitatem multo minus.* Sylvius.

Ad cupiditates] Id eſt, ad libidinem ſuam. *Idem.*

Reliquiſſet] Nam illud Plautinum omnino veriſſimum eſt, *Male partum male perit.* Nihil eſſe verius exiſtimamus, quam quod Servator noſter dixit. ejus autem in Evangelio illa verba ſunt: *Qui non congregat mecum, diſpergit.* Id.

Iugulatum] Id eſt, condemnatum ut pro Milone: *Quod ſi ita putaſſet, certe optabilius Miloni fuit ...*

Salu
reditun
malui n
Dicimu
pro L. .
accuſatio
rem deſp
In quos
ſperantes
nis quas
expetiver
ticum ſe
tempus ipſ
Idem.

Ratione

Gravari
benter fa
& malitio
id velle ſ
precio effi
ciis tertio
cam villa
Cannio oſt
tate, cont
vate ille
emit homo
ti Pythiu

e dicebat. poſt exoratus, initio permagnam pecu-
popoſcit: deinde ad id pervenit, quod confici po-
& ſeſtertia ſexcenta quadraginta deferri ad ſe do-
juſſit. Quae pecunia ſimulatque ad eum delata eſt,
impuriſſimus ſtatim coepit in ejuſmodi mente &
tione verſari, nihil eſſe ſuis rationibus utilius, quam
nicum condemnari: illo abſoluto, pecuniam illam
dicibus diſpertiendam, aut ipſi eſſe reddendam:
ato, repetiturum eſſe neminem. Itaque rem exco-
ingularem. Atque haec, judices, quae vere dicun-
obis, facilius credetis, ſi cum animis veſtris longo
'allo recordari C. Staleni vitam, & naturam volue-
nam perinde ut opinio eſt de cujuſque moribus, ita
ab eo factum & non factum ſit exiſtimari poteſt.
eſſet egens, ſumtuoſus, audax, callidus, perfidioſus, 26
m domi ſuae miſerrimus & inaniſſimus tantum
num-

permagnam pecuniam] Nam ut
tilianus, *iniquum petendum eſt*,
n feras. Sylvius.

confici potuit] Id eſt, ad æquam
ſummam. *Idem.*

ium ſexcenta quadraginta] Sunt
millia ſcutatorum, Manutius
que peccat. Si *ſeſtertium* legas
ndnm millia. ſed cum & MSS.
, & editi meliores ut Victorii,
m, *ſeſtertia* oſtentent, quamvis
n additum *milia*, cur id muta-
ravius.

iſſimus] Id eſt, avariſſimus.
s in Adelphis: *Obſecro hercle ho-
ſtum impuriſſimum quam primum
te.* Alioqui impurus pro im-
pe dicitur. *Sylvius.*

rationibus utilius] Id eſt, ſibi
dius: ut ſit ducta tranſlatio ex
rum, eorumve qui aliena ge-
ocia, rationibus. hi enim ſuas
dicunt. *Idem.*

bus diſpertiendam] Ut ſex & de
ices haberent ſinguli quadragena
tot enim judices corrumpendi
qua ratione diſpertita eſſet tota
. *Idem.*

Recordari C. Staleni vitam] Hoc dicit, ut credibile ſit quod de Staleno dicit. *Ex ante factis vitam hominis ſpectandam eſſe, ut res fiat probabilis*, in libro Rhetoricorum ad Herennium ſecundo traditum eſt. *Idem.*

Perfidioſus] Magis eſt, quam perfidus. *Idem.*

Miſerrimus in locis, & inaniſſimis] Concinnior omnino eſt hæc lectio, quam vulgata, *domi ſua miſerrimus & inaniſſimus.* Lambinus. *Miſerrimus in locis & inaniſſimis*] Haud potui excludere hanc lectionem inventam mihi in Pal. ſexto, Victorio, in Florentino, Guilielmio vero in S. Victoris. maluit ille tamen ſubſtitui *focis.* antea cuſi, *miſerrimus & inaniſſimus.* Gruterus. Ut ante cuſi, ſic & Franc. prim. & ed. prima, niſi quod ignoret hæc *inaniſſimus.* Repoſui veterem & veram ſcripturam. Cum miſerrimus & pauperrimus tantum pecuniæ ſuæ domi poſitum videret. *Gravius.*

Inaniſſimus] Id eſt, pauperrimus. ut etiam vacuus a Iuvenale Satyra tertia pro paupere dicitur: *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Alioqui inanis dicitur

 ſpo-

nummorum poſitum videret, ad omnem malitiam & fraudem verſare mentem ſuam, coepit: Demne judicibus? mihi igitur ipſi praeter periculum & infamiam quid quaeretur? nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari neceſſe ſit? qui tandem? nihil enim eſt, quod fieri non poſſit. Si quis eum forte caſus ex periculo eripuerit, nonne reddendum eſt? praecipitantem igitur impellamus, inquit, & perditum proſternamus. Capit hoc conſilium, ut pecuniam quibusdam judicibus leviſſimis polliceatur deinde eam poſtea ſupprimat: ut, quoniam graves homines ſua ſponte ſe-

ſpoliatus, ut ager ſpoliatus aratoribus. Actione in Verrem quinta. *Vnus ager Agirinenſis 170. aratoribus inanis quum ſit, vos conjecturam totius provinciæ non facietis? Itemque: Deſertas arationes, inanes agros, provinciam miſeram perditamque offendi.* *Exinaniti* itidem ab eodem, eodem in libro dicuntur: *Ejectos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos a Verre.* Et in Divinatione: *Siciliam provinciam C. Verres per triennium depopulatus eſſe, Siculorum civitates vaſtaſſe, domos exinaniſſe, fana ſpoliaſſe dicitur.* Idem Actione quarta, *equeſtris ſtatuæ equum inanem appellat*, unde ſtatua dejecta ſit: quemadmodum Actione ſexta: *Inanem baſim Tyndaritani dejecerunt in foro, & eadem de cauſa equum inanem reliquerunt. Quum inanis eſſet baſis, & in ea P. Africani nomen inciſum.* Sylvius.

Malitiam] Id eſt fraudem. *Idem.*

Verſare mentem ſuam cœpit] Admiſi ſcripturam iſtam fide Palatini ſecundi & ſex. tanto confidentius quod ſic quoque extaret in manu prima in ſcripto S. Victoris. hactenus vulgata, *verſare mentem ſuam, hæc ſecum cogitans, cœpit.* talia emblemata ſæpius profecto inſerta Tullio; neque de eis temere quid muſſaremus, niſi moneamur a libris authenticis. *Gruterus.*

Demne judicibus] Mimeſis eſt. Eam eſſe dicit Donatus in Phormionem Terentii, ubi non verba modo, verum etiam geſtum vocemque fingimus alienam. Eſt itidem proſopopœia. Ea auditores magis commovet, quam ſi verbis ſuis id Cicero dixiſſet. *Sylvius.*

Mihi igitur ipſi, &c.] Id ſignificat quod vulgo dicunt, non poſſum niſi ſubire periculum & infamiam. *Idem.*

Præter periculum & infamiam] Magna Staleni avaritia eſt, qui cum pecunia periculum infamiamque comparans, iis pecuniam anteponat. *Idem.*

Oppianico damnari neceſſe ſit] Neceſſe eſt, licet, fas eſt Oppianico vel Oppianicum damnari, utrumque dicimus: ſed per dativum locutio frequentior eſt. ut, *Mihi juſſa capere fas eſt.* Idem.

Si quis eum fortaſſe caſus, &c.] Id eſt, ſi forte abſolutus fuerit. *Idem.*

Nonne reddendum eſt] Quod ab Oppianico accepi. *Idem.*

Præcipitantem, &c.] Id eſt, periclitantem, & quaſi ruentem impellamus. ut labantem quam firmum ſternere, ita periclitantem reum quam non vocatum in judicium judicio opprimere facilius eſt. *Idem.* Præcipitantem ſcilicet ſe, eſt præcipitem cadentem. Cæſar III de bello civili: *Multi jam menſes tranſierant & hyems præcipitaverat.*

Capit hoc conſilium] Id eſt, hoc proponit, hoc conſilium invenit. *Sylv.*

Graves homines] Id eſt, integros & incorruptos judices. *Idem.*

Sua ſponte] Id eſt, ſine precio, & ex æquitate cauſæ. *Idem.*

Se-

ſevere judicaturos putabat, hos, qui leviores erant, deſtitutione iratos Oppianico redderet. Itaque, ut erat ſemper praepoſterus atque perverſus, initium facit a Bulbo: & eum, quod jamdiu nihil quaeſierat, triſtem atque oſcitantem leviter impellit. Quid tu, inquit? ecquid me adjuvas, Bulbe, ne gratis reipublicae ſerviamus? Ille vero, ſimul atque hoc audivit, ne gratis, quo voles, inquit, ſequar. ſed quid affers? Tum ei quadraginta millia, ſi eſſet abſolutus Oppianicus, pollicetur: & eum, ut ceteros appellet, quibuſcum loqui conſueſſet, rogat: atque etiam ipſe conditor totius negotii, Guttam adſpergit huic Bulbo. Itaque minime amarus

is

Severe judicaturos] Id eſt, damnaturos. *Sylvius.*

Deſtitutione iratos] Deſtitutus hoc loco ſæpe dicitur is, cui quid promiſſum ſit, nec promiſſum fiat. ut libro de officiis primo; *Magiſque ille cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur. Deſtitutione igitur*, eſt, quod promiſiſſet Oppianicus pecuniam, ſed non tradidiſſet. *Idem.*

Iratos redderet] Hoc dicit, ut libro epiſtolarum familiarium 15. *reddere amicum: Si alii Conſules eſſent, ad te potiſſimum Paule mitterem, ut eos mihi quam amiciſſimos redderes.* Idem.

Præpoſterus] Id eſt, impurus & perditus. *Idem.*

Nihil quæſierat] Id eſt, quæſtum nullum fecerat. *Idem.*

Leviter] Id eſt, parvo negocio, & facile. *Idem.*

Quid tu] Quintilianus in lib. 4. præcipiens licere aliquando in narratione uti proſopopœia. hoc Staleni Bulbique colloquio id probat, quod ad credulitatem & fidem confert plurimum. *Idem.*

Ecquid] Id eſt, numquid aliquantum? *Idem.*

Ne gratis Reipubl. ſerviamus] Nam lege Cincia cautum erat, ne quis ob orandam cauſam, aut judicandam, donum munusve acciperet. *Idem.*

Quo voles, inquit, ſequar] Id eſt, faciam quod volueris: impera, faciam. *Idem.* Dreſdenſis non male: *Quo voles*, inquit, *ſequor.* Grævius.

Cæteros] Iudices ſcilicet. *Sylv.*

Conſueſſet] Aliis in cauſis, id eſt, quos facile corrumpi poſſe cognoſceret. *Idem.*

Conditor totius negotii] A condiendo conditor media ſyllaba acuta dicitur, alluditque ad bulbum, quod genus quoddam ceparum eſt, aſcaloniæ ſimile. Eorum igitur acrimonia temperatur, quum aqua aſpergitur. In Bulbo & Gutta jocatur, ut hac urbanitate opportuna judicum animos reficiat. Hujus autem modi jocos etiam ex nominibus duci ſcribit Quintilianus libro ſexto, ut quum Cicero dixit Actione in Verrem tertia: *Malum ſacerdotem, qui tam nequam Verrem reliquiſſet.* quia Sacerdoti Verres ſucceſſerat. Præbet aliquando, ut idem ait, occaſionem quædam fœlicitas hoc quoque genere bene utendi, ut pro Cecinna Cicero in teſtem Sextum Clodium Phormionem: *Nec minus niger*, inquit, *nec minus confidens, quam eſt ille Terentianus Phormio.* Idem.

Minime amarus] Bulborum multa ſunt genera, de quibus volumen unum condidit Pythagoras philoſophus. Bulbos omnes acrimoniam habere, Dioſcorides libro ſecundo ſcribit. *Nulli tamen*

men

tem perſiſtit. *Sylvius.*

Is viſus eſt] Id eſt, apparuit, creditus eſt: aut ad guſtum retulit, quod oculorum proprium eſt. Donatus exponens illud ex Hecyra Terentii, *Matris vox viſa eſt Philomena: Omnia*, inquit, *quæ ſenſu percipi poſſunt, viſa dicimus.* Virgil. *Viſaque canes ululare per umbram.* Ibidemque quoque Terentius hoc dicendi genere uſus eſt, *Audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis.* Et in Eunucho, *Audire vocem viſa ſum modo militis.* Idem.

Aliquid ſpecula deguſtarat] Id eſt, parvam aliquam ſpem ex reſponſo Guttæ acceperat. A ſpe dicta eſt ſpecula, ut a re recula, a die diecula. *Spegula*, non *ſpecula*, in codice manuſcripto invenio ſcriptum. *Idem.* *Qui aliquid ex ejus ſermone ſpecula*] Nihil muto: quamvis Barnabas Briſſonius, juriſconſ. eruditiſſimus, mihi confirmarit, ſe reperiſſe in quodam libro manuſcript. *ſpe gula.* nam omnino hoc, *ſpe gula*, corruptum eſt. *ſpecula* vero, rectum. eſt enim ὑποκοριστικὸν ab integro, ſpes, ſpecula prima longa, parva ſpes. utitur eodem nomine lib. 2. epiſt. ad M. Cælium. *& eo magis, quod in communibus miſeriis hac tamen oblectabar ſpecula.* Lambin. *Ex ejus ſermone ſpecula deguſtarat*] Pall. ſeptem *ſpe gula*, quod & eruerat e ſuo Briſſonius, placebatque ipſi. *Gruterus.* Eſt etiam in primo Franc.

Deguſtarat] In joco perſiſtit. *Sylvius.*

Interceſſerat] Id eſt, ...

cunia ...
Sequ...
promiſ...
facto ju...
ab Oppi...
Gutta, ...
tor eſt, ...
maret, ...
mitteret ...
Id eſt qu...
bonum d...
Quid t...
centius e...
in Pall. i...
cuſſit Rivi...
ctorius ali...
teri ration...
inter cogn...
conſtat. *G...*
Cognomen...
eventu imp...
ſibi ſumpſi...
ut gramma...
Sylvius.
Ex illis im...
rum familia...
qua fuit Sext...
lud Ennii eſt...
tus Ælius S...
que familiæ ...
qui ex ea fa...
atrio haberen...
tituli erant, ...
eſſent imagin...
cet, ex hac fa...
lium cognom...
gnomine appe...
Stalenus ...

delegerat, ne, ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuae, quam generis uti cognomine videretur, qua de re mecum locutus es, quaerunt a me, ubi ſit pecunia. Hic ille planus improbiſſimus, quaeſtu judiciario paſtus, qui illi pecuniae, quam condiderat, ſpe jam atque animo incubaret, contrahit frontem: re-

& furioſo genere dicendi fuit. quod quia multu gratum erat & probabatur, aſcendiſſet ad honores, niſi in facinore manifeſto deprehenſus pœnas legibus & judicio dediſſet. Sylvius.

Ne ſi ſe Ligurem feciſſet] Id eſt, Ligurem ſe appellaſſet. *Idem.*

Nationis magis ſuæ] Stalenum genere Ligure.n fuiſſe ſignificat, ideoque fallacem. *Ligures autem omnes fallaces ſunt, ſicut ait Cato in libro Originum ſecundo:* auctor eſt Servius. Itaque apud Virgilium libro Æneidos 11. Camilla Auno: *Vane Ligur*, inquit, *fruſtraque animis elate ſuperbis, Ne quicquam patrias tentaſti lubricus artes, N.c frans te incolumem fallaci perferet Auno.* Eſt autem Liguria Italiæ pars, Appennino majore ex parte conjuncta. *Idem.*

Generis] Id eſt, familiæ, unde eſt. *Idem.*

Quærunt] Iudices ſcilicet, ii quos appellavi. *Idem.*

Hic ille planus] Planus proprie eſt qui hominibus ſui generis, ſui ordinis imponit: ut Stalenus judicibus corruptis hoc loco imponit. *Planum fuiſſe hominem quendam, qui ſolebat fallere eos, quorum in vehicula tolli voluiſſet, ut fingeret ſe crus fregiſſe*, Acron ſcribit in Commentariis in lib. Epiſt. Horatii primum. *Idem.*

Quæſtu judiciario paſtus] Id eſt, nutritus lucro, quod fecit judiciis corruptis. Ita enim paſtus in re mala dicitur, quum ad homines refertur. ut pro Milone: *Quos P. Clodii furor rapinis & incendiis, & omnibus exitiis publicis pavit.* Et in lib. 1. de offic. 2. *Iuſtitia ad rem gubernandam neceſſaria eſt: cujus tanta vis eſt, ut ne illi quidem qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine ulla particula juſtitia vivere.* Paſcere pro oblectare animum, & reficere dicimus. ut in lib. epiſt. ad Atticum quarto: *Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti.* Virg. 1 Æneid. *Animum pictura paſcit inani.* Idem.

Quam condiderat] Id eſt, ſuppreſſerat, & domi occultaverat. *Idem.*

Spe jam atque animo incubaret] Id eſt, inhiaret, in eamque pecuniam cogitationem totam collocaret, ab eaque ne dormiens quidem diſcederet: id eſt, ſumma diligentia cuſtodiret, parceretque, quod cupidi pecuniæ & avari ſolent facere. Virgilius in libro Georgicorum 2. *Condit opes alius, defoſſoque incubat auro.* Quintilianus libro 10. *Qui*, inquit, *ſcierit quæ ſint quaque modo dicenda, niſi tanquam in procinctu paratam quisem ad omnes caſus habuerit eloquentiam, velut clauſis theſauris incubabit.* Indormire pro incubare, Horatius dixit, ſcribens contra avaros libro Sermonum 1. *Tantalus a labris ſitiens fugientia captat Flumina, quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur, congeſtis undique ſaxis indormis inhians, & tanquam parcere ſacris cogeris.* Idem.

Contrahit frontem] Id eſt, triſtem ſe eſſe ſimulat. *Frons enim triſtitia, hilaritatis, clementia, ſeveritatis index eſt*, ut ait Plinius libro undecimo. Ideoque explicare frontem & exporrigere, pro lætari & exhilareſcere dicimus. Contrahere animum etiam dicimus, id eſt, triſtem eſſe. Cicero in libro Tuſculan. quæſtion. 3. *Hoc detracto, quod totum eſt voluntarium, ægritudo erit ſublata illa mærens: morſus tamen & contractiuncula quædam animi relinquentur.* Et libro 4. *Itaque hæc prima definitio eſt, ut ægritudo ſit animi, adverſante ratione contractio.* Et libro primo: *Quanquam hoc quidem nimis ſæpe, ſed eo quod in hoc ineſt omnis animi contractio ex metu mortis.* Idem.

Re-

... quandam mentionem ...
res neque tam fuerat occul...
neque tam erat aperta, qua...
ea obſcuritate ac dubitatione ...
to homini, qui quodam o...
corruptum eſſe ſenſiſſet, neq...
bitraretur, placuit repente p...
runt, ſe id velle. Hic tum Op...

Recordamini faciem] Rem ſub oculos judicum ſubjicit. *Sylvius.*

Totus ex fraude & mendacio factus] Id eſt, fraudulentus omnino & mendax, qui nihil in ſe habet præter fraudem & mendacium tanquam ex his corpore & animo conſtet. *Idem.*

Studio atque artificio quodam malitia] Vt bona, ita mala quæ nobis a natura inſunt, voluntate, uſu, & conſuetudine augentur. Studium & artificium hic in mala re dicuntur, quamvis in re bona dicantur ſæpius. *Malitia*, eſt, calliditatis & verſutiæ. hac in re malitiam a Cicerone ſæpius dici attendimus. *Idem.*

Palam omnes laturi] Pronunciando ſententiam, non notas in urnam mittendo: ut ante dictum eſt. *Idem.*

In conſilio] Id eſt, in judicum cœtu. *Idem.*

Occultanda] Cauſa Oppianici & judicum numariorum. *Idem.*

Senſiſſet] Id eſt, ...

in S...
uſqu...
hujuſ...
Ne...
quem...
quam...
que &...
Franc.
Plac...
eſt, op...
nuncia...
Placuit ...
runt ſe i...
nam ſec...
placuit re...
vulgata, ...
tiare. Ind...
Vt S. Vict...
Repente ...
que partis ...
per fieri ſol...
ciaretur, ...

pertimuit. rem a Staleno perfectam eſſe arbitrabatur. In conſilium erant ituri judices triginta, & duo. ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat. H-S IↃCXL in ſingulos judices diſtributa, eum numerum ſententiarum conficere debebant, ut ad cumulum ſpe majorum praemiorum ipſius Staleni ſententia ſeptimadecima accederet. Atque etiam caſu tum quod illud repente erat factum, Stalenus ipſe non aderat. cauſam neſcio quam apud judicem defendebat. Facile hoc Avitus patiebatur: facile Cannutius: at non Oppianicus, neque patronus ejus L. Quintius: qui cum eſſet eo tempore tribunus plebis, convicium C. Iunio, judici quaeſtionis, maximum fecit, ut ne ſine Staleno in conſilium iretur: cumque id ei per viatores conſulto negligentius agi videretur, ipſe

Triginta & duo] Triginta & duo judices erant in cauſa Oppianici. In cauſis ſingulis certus erat judicum numerus, ſed idem numerus in omnibus non erat, ut pro Milone judices fuerunt 71. in cauſa Clodii de inceſtu 55. in cauſa Oppianici 32. ut dixi. *Sylv.*

Decem & ſex] Dicimus enim ſex & decem, & ſedecim. *Idem.*

Abſolutio confici poterat] Auctore M. Cœlio in Epiſt. quadam ad Ciceronem, *legis unum & centeſimum caput erat: Quod eorum judicum major pars judicarit, id jus ratum eſto.* Idem.

Quadraginta milia nummum] Priſcianus lib. 7. de Syncopa nominum ſcribens, hoc loco legit *quadragena:* itaque in antiquis codicibus invenio ſcriptum, idque melius. nam in re pari uſurpari ſolent nomina numeralia: cujus generis ſunt, bina, terna, quaterna, dena, vicena, tricena, quadragena, &c. Hic igitur dicit quadragena millia nummum in ſingulos judices diſtributa: id eſt, ut vulgo loquuntur, unicuique judici data quadraginta millia. *Idem.*

Eum numerum] Decem & ſex judicum. *Idem.*

Ad cumulum] Id eſt, ad numerum 16 judicum. *Idem.*

Septima decima] Ita minor numerus uſque ad viginti præponi ſolet, quamvis hujus ætatis non indocti poſtponant, quod ex imprudentia fieri arbitror. *Idem.*

Septimadecima accederet] Vt a majore parte ſententia ferretur. *Idem.*

Quod illud repente erat factum] Niſi enim repente factum fuiſſet judicium, Stalenus, quippe quum diem ſciſſet, non abfuiſſet. *Idem.*

Hoc] Id eſt, Stalenum abeſſe. *Id.*

Convicium fecit] Id eſt, conviciatus eſt. ut in lib. epiſt. ad Atticum primo: *Hic tibi roſtra Cato advolat, & convicium Piſoni Conſuli mirificum facit.* Et lib. 16. *Ha congiarium ab Antonio accipere noluerunt, ut hic quidem narrat, & ei convicium grande fecerunt, concionantemque reliquerunt.* Idem.

Quæſtionis] Id eſt, cauſæ. Ideo autem Iunio convicium Quintius fecit, quod cauſæ quæſitor erat. *Idem.*

Per viatores] Per quos Stalenum Quintius advocabat. *Idem.*

Id agi] Vt Stalenus adeſſet. *Idem.*

Conſulto] Id eſt, dedita opera, tanquam Cluentii conſilio viatores morarentur. *Idem.*

Ipſe

... ſuppreſſos eſſe putan[t]
ſic ejuſmodi judices infeſti
nocentiſſimum eſſe arbitraba[nt]
tentias eorum, quos corru[ptos]
conſtituerent, a quo judic[...]

Ipſo e publico judicio] *Iudiciorum duo ſunt genera, publicum & privatum. Publica ſunt ea, quorum executio cuivis ex populo plerumque datur: cujuſmodi ea ſunt quæ legibus Iuliis majeſtatis, de adulteriis, de vi publica ſeu privata, peculatus, repetundarum, ambitus, de annona, de reſiduis: lege Cornelia de ſicariis & veneficiis, de falſis: lege Pompeja de parricidiis conſtituta ſunt*, ut eſt in libro Inſtitutionum Iuſtiniani quarto, de judiciis publicis. *Privata vero judicia ſunt, quorum actio certis quibuſdam perſonis conſtituta eſt, ut de re pecuniaria, de hereditate, de locato & conducto, &c.* Soli enim petitori, aut ejus procuratori agere licet. *Sylvius.* *Ipſo e publico judicio*] Haud ſecus omnes mſſ. noſtri; non *a* ut antea cuſi. *Gruterus.*

Pro poteſtate] Nam Trib. plebis erat. *Sylvius.*

Dimitti juſſit] Id eſt, ut vulgo dicunt, caſſare fecit. Dimittere judicium, ut Senatum dicimus. *Idem.*

Ad ſubſellia] Subſellia judicum dici, hoc loco attendendum eſt, quemadmodum Senatorum ſubſellia idem appellat, libro ſecun[do] ...

Va
mu
bu
do
le v
Tri
mo
qui
bun
Aſco
cero
Qu
neſſa,
Na
Vt
nus lib
probat
mus, i
tudo, *p*
aliam
pene par
ſue veru
In cau
puli fieba
Ceteri
tur] Lan

Ecce tibi ejuſmodi ſortitio, ut in primis Bulbo, & Staleno, & Guttae eſſet judicandum. Summa omnium exſpectatio, quidnam ſententiae ferrent leves ac nummarii judices. Atque illi omnes ſine ulla dubitatione condemnant. Hic tum injectus eſt hominibus ſcrupulus, & quaedam dubitatio, quidnam eſſet actum. deinde homines ſapientes, ex vetere illa diſciplina judiciorum, qui neque abſolvere hominem nocentiſſimum poſſent, neque eum, de quo eſſet orta ſuſpicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita, primo condemnare vellent; non liquere dixerunt. Nonnulli autem ſeveri homines hoc ſtatuerunt, quo quiſque animo quid faceret, ſpectari oportere: &, ſi alii pecunia accepta verum judicabant, tamen nihilo minus ſe ſuperioribus ſuis judiciis conſtare putabant oportere. Itaque damnarunt. Quinque omnino fuerunt, qui illum veſtrum innocentem Oppianicum ſive imprudentia, ſive miſericordia, ſive aliqua ſuſpicione, 28

ſive

Ecce tibi] Id eſt, de improviſo. Proprium hoc Ciceronis eſſe in rebus improviſis, ut *ecce* dicat, quod cum cura Virgilius & legit & tranſtulit, Aſconius ſcribit in Actionem in Verrem ſecundam. Sententia igitur eſt: inſperata res fuit, & viſa eſt, quaſi (ut cum vulgo loquar) miraculoſa, quod facta ſortitione judices numarii dicturi fuerint ſententiam primi. *Tibi* ornatus gratia, aut (ut verius dicam) ex quodam uſu dicendi hic ponitur, ut mihi, nobis, vobis. *Sylvius.*

Sortitio] Obſervari illud ſignificat, ut cum lege Cornelia petiverat reus, ut palam ferretur ſententia, ſortitio fieret, quis ordo ferendarum ſententiarum eſſet. Idem ſignificat Actione in Cajum Verrem ſecunda, de hoc Oppianici corrupto judicio: *Inventi ſunt*, inquit, *Senatores, qui Cajo Verre Pratore urbano ſortiente exirent in eum reum, quem incognita cauſa condemnarent.* Nam alia judicum ſortitio erat, quæ ante cauſæ actionem fieri ſolebat, de qua alio loco dicemus. *Idem.*

Ex vetere illa diſciplina judiciorum] Id eſt, boni judices, quales fuerunt veteres. Antiqui enim meliores omni memoria æſtimati ſunt. Demea apud Terentium in Adelphis Hegionem laudans: *Eſt*, inquit, *homo antiqua virtute & fide.* Id.

Non liquere] Quibus ſatis cognita cauſa non erat, in ferenda ſententia neque damnabant, neque abſolvebant, ſed non liquere dicebant: quæ ſignificatio ampliationis erat, id eſt, ut amplius cauſa ageretur. *Idem.*

Alii] Id eſt, numarii. *Idem.*

Superioribus] De Scamandro & Fabricio. *Idem.*

Quinque omnino fuerunt] Quinque judices dixerunt non liquere, quinque abſolverunt, & reliqui omnes damnaverunt. *Idem.*

Sive imprudentia] Illam Oppianici per quinque judices abſolutionem extenuat. *Idem.*

Sive

ſive ambitione adducti, abſolverent. Condemnato Oppianico, ſtatim L. Quintius, homo maxime popularis, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere conſueſſet, oblatam ſibi facultatem putavit, ut ex invidia ſenatoria poſſet creſcere, quod ejus ordinis judicia minus jam probari populo arbitrabatur. Habetur una atque altera concio vehemens & gravis: accepiſſe pecuniam judices, ut innocentem reum condemnarent, tribunus plebis clamitabat: agi fortunas omnium dicebat: nulla eſſe judicia: qui

Sive ambitione adducti] Id eſt, gloriæ cupiditate, quod clementes humani & miſericordes vulgo viderentur, ſi nocentem reum abſolverent. *Sylv.* *Ambitio* hic non eſt gloriæ cupiditas. Non melior eſt Manutii explicatio, qui ait, ut boni viri videantur. *Ambitio* in judice eſt cum non habet rationem juſti in pronunciando, ſed hominum gratiæ plus tribuit quam æquo, cum captandæ gratiæ alicujus cauſſa aut damnat, aut abſolvit. Sic *ambitioſa ſententia* Suet. Domit. 8: *Ambitioſas centumvirorum ſententias reſcidit.* Alibi plura notavimus hujus notionis exempla. Gruterus teſtatur in S. Victorii codice legi ſive *ambitione abductus*, quod non rejicerem, ſi plures codices ſubſcriberent. Sed mei omnes vulgatam tuentur. *Gravius.*

Omnes rumorum & concionum ventos colligere] Id eſt, *in concione ſe jactare & gloriari.* ut apud A. Gellium lib. 1. de jactabundo adoleſcente: *Has ille inanes quum flaret glorias.* Inde *ventoſus*, popularis gloriæ cupidus, & rerum ſuarum nimius jactator dicitur. Cicero lib. epiſt. famil. 11. *Inprimis rogo te ad hominem ventoſiſſimum Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi conjuncto.* Et Philippica 11. *Extraordinarium ſemper imperium populare atque ventoſum eſt.* Sylvius. *Rumorum & concionum ventos captare*, non eſt jactare ſe in concione, ſed omnes aucupari rumores, & quid in omnibus concionibus dicatur agaturve expiſcari. *Grav.*

Ut ex invidia Senatoria] Id eſt, quam Senatui faceret. Soli enim Senatores tum judicabant, lege Cornelia. Nam Equitibus, qui Sempronia lege, ut diximus, judicabant, ademit judicandi poteſtatem, propterea quod in bellis civilibus Cinnam ſecuti fuerant. *Sylvius.*

Poſſet creſcere] Id eſt, ampliorem ſibi gloriam apud Quirites quærere. *Idem.* *Creſcere de aliquo* eſt alterius detrimento aut opes aut potentiam ſuam augere, ut pluribus oſtenſum eſt ad librum v in Verrem. *Gravius.*

Concio] Id eſt, ad populum oratio. *Sylvius.*

Clamitabat] Probat Cicero C. Iunium concitato populo furore magis, quam probato ullo ſcelere damnatum fuiſſe. *Idem.*

Agi fortunas omnium] Id eſt, quæſtionem eſſe de fortunis civium omnium. Illud artificioſum eſt, ut id quod ſuademus, aut diſſuademus, quod accuſamus aut defendimus ad univerſos, aut ad Remp. pertinere dicamus. *Idem.* *Agi fortunas omnium* eſt de omnium fortunis & ſalute agi in hoc judicio, nullius fortunas ſalvas & tutas eſſe, ſi iſta corruptio judicum impunis abeat.

Nulla eſſe judicia] Id eſt, in judiciis omnibus corruptos eſſe judices. *Sylv.* Iuſtitiam, ut nunc vulgo loquuntur, periiſſe, omnia in judiciis eſſe venalia.

Qui

qui pecunioſum inimicum haberet incolumem eſſe neminem poſſe. Homines totius ignari negotii, qui Oppianicum numquam vidiſſent, virum optimum, & hominem pudentiſſimum, pecunia oppreſſum arbitrarentur: incenſi ſuſpicione rem in medium vocare coeperunt, & cauſam illam totam depoſcere. Atque illo ipſo tempore in aedes T. Annii, hominis honeſtiſſimi, neceſſarii & amici mei, noctu Stalenus, arceſſitus ab Oppianico, venit. Iam cetera nota ſunt omnibus: ut eum illo Oppianicus egerit de pecunia: ut ille ſe redditurum eſſe dixerit: ut eorum ſermonem omnem audierint viri boni, qui tum conſulto prope in occulto ſtetiſſent: ut res patefacta atque in forum prolata, & pecunia omnis a Staleno extorta atque erepta ſit.
Hujus Staleni perſona, populo jam nota atque perſpecta, 29
ab nulla turpi ſuſpicione abhorrebat: ſuppreſſam eſſe ab

Qui pecunioſum inimicum] C. Verre Praetore acta eſt cauſa Oppianici. In Verris accuſatione quae judicii opinio fuerit, Cicero ſcribit Action. in Verr. ſecunda: *Inveteravit*, inquit, *jam opinio perniciosa Reipubl. vobiſque periculoſa, quae non modo Romae, ſed & apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit, his judiciis, quae nunc ſint, pecunioſum hominem, quamvis ſit nocens, neminem poſſe damnari.* Sylvius.

Et hominem pudentiſſimum] Miror adhuc eſſe qui Manutianos ſequantur, edantque *prudentiſſimum*; omnino inſipide. *Gruterus.*

Cauſam illam totam]. Corrupti judicii. *Sylvius.*

Depoſcere] Id eſt, ſuae cognitioni & judicio reſervari, vel depoſcere, id eſt, ad judicium poſcere: ut in oratione poſt reditum in Senat. *Duas partes eſſe in Repub. quum putaretur, altera me depoſcere propter inimicitias, altera timide defendere propter ſuſpicionem caedis putabatur.* Et pro M. Caelio: *Hac lege Caelii adoleſcentia non ad Reip. poenas, ſed ad mulieris libidines & delicias depoſcitur.* Idem.

T. Annii] Licet conjectare fuiſſe hunc, a quo T. Annius Milo adoptatus ſit. *Idem.*

Ab Oppianico] Priuſquam in exilium abiret: vel ab Oppianici filio, quem pecuniam reperiſſe atque abſtuliſſe antea dixit. *Idem.*

Prope in occulto ſtetiſſent] Liber unus manuſcr. habet, *propter in occulto.* idemque paucis poſt verſibus, *verſatum eſſe in jud. mult. pec. ſciebant.* ubi vulg. habent, *ſentiebant.* Lambinus. *Qui tum conſulto prope in occulto ſtetiſſent*] S. Victoris ſcriptus, item Pal. ſec. & quintus. *propter.* aeque bonum; ſi non melius. *Gruterus.*

In forum] Id eſt, in judicium. *Sylvius.*

Staleni perſona] Perſonam viri hoc loco attende dici, contra aliquorum opinionem. *Idem.* *Hujus Staleni perſona* eſt hic Stalenus. Vides igitur male vapulare Salmaſium Miltono, qui in illo reprehenderit, quod in defenſione pro Carolo I. ſcripſerit *Regis perſona*, pro *Rege.*

Ab nulla turpi ſuſpicione abhorrebat] Id eſt, nulla turpitudo tanta erat, cu-

enim jam impune, hoc pr
quod Oppianici non modo
illud tempus populo ignot
porro videretur, circumven
nia: hanc deinde ſuſpicione
bitas, & nonnullorum ejus ſin
cauſam autem ageret L. Qu
poteſtate praeditus, tum ad in
tudinis accommodatus: ſum

jus a ſuſpicione abhorreret. *Staleni* turpitudinem etiam populo notam dicit, ut magis credibile faciat, hunc ab Oppianico accepiſſe pecuniam ad corrumpendum judicium. *Sylvius.*

Quam pro reo pronunciaſſet] Quamvis ita in omnibus exemplis ſcriptum inveniam, tamen *promiſiſſet* potius quam *pronunciaſſet* legendum putem. *Idem.* Cave quicquam immutes. *Pronunciare* eſt promittere. Cic. ad Attic. 1, 11: *Novi eſt in lege hac, ut qui nummos in tribus pronuntiaverit.* Suetonio frequenter adhibetur. In Iul. cap. 26: *Munus populo, epulumque pronuntiavit in filiae memoriam, quod ante eum nemo.* Alia invenies exempla ibi. *Gravius.*

Neque enim docebantur] Id autem L. Quintius in concione celabat: aut quia ita eſſe non putabat, aut quia id cauſæ ejus adverſum erat.

ſas
Ro
iniq
dunt
Ca
Su
quæ a
Su
habet
unde q
ſumma
Summa
miamq
vulgatu
habent i
ſeptem,
præferun
lielmius
membra
ſumma

infamiamque eſſe conflatam. atque in hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quaeſtioni praefuerat, injectum eſſe memini, & illum hominem aedilitium, jam praetorem opinionibus hominum conſtitutum, non diſceptatione dicendi, ſed clamore hominum, de foro atque adeo de civitate eſſe ſublatum. Neque me poenitet hoc potius tempore, quam illo, cauſam A. Cluentii defendere. Cauſa enim manet eadem, quae mutari nullo modo poteſt: temporis iniquitas atque invidia receſſit, ut quod in tempore mali fuit nihil obſit: quod in cauſa boni fuit proſit. Itaque nunc quemadmodum audiar ſentio, non modo ab iis, quorum judicium atque poteſtas eſt: ſed

Adelphis: *Ego illi maximam partem feram.* In Phormione: *Interea dum ſedemus illi, intervenit adoleſcens quidam lacrymans.* In ſecundo Æneid. *Illi mea triſtitia facta Degeneremque Neoptolemum narrare memento.* Cur autem *illi* ita dici poſſe mihi videatur, niſi *illic* legatur, cauſa eſt, quod Cicero litigatorem ſuum per pronomen *hic*, adverſarium per pronomen *ille* ſignificare ſolet. *Sylvius.*

In hanc flammam] Invidiæ. Perſiſtit in metaphora. nam conflatam invidiam dixerat. Flammam invidiæ Cicero dixit in libro de oratore tertio: *Sulpitium autem, qui in eadem invidia flamma fuiſſet, quibuſcum privatus conjunctiſſime vixerat, hos in Tribunatu ſpoliare inſtituit omni dignitate.* Flammam belli idem dicit lib. epiſt. famil. 16. *Incidi in ipſam flammam civilis diſcordiæ, vel potius belli.* Inde flagrare invidia, de quo poſtea dicemus. *Idem.*

Quaeſtioni] Id eſt, cauſæ. *Idem.*

Ædilitium] Id eſt, qui ædilitatem geſſerat. *Idem.*

Non diſceptatione, &c.] Id eſt, ſine ulla cauſæ actione. *Idem.*

Sed clamore hominum] Iudicibus adverſus reum concitatis, patrocinio locus factus non eſt. Vt quum Socratis judicium ageretur, in ſuggeſtum Plato aſcendit, ut eum defenderet. quumque illud dixiſſet, minor natu quum ſim viri Athenienſes his omnibus qui tribunal aſcenderunt, a judicibus interpellatus, deſcendere juſſus eſt. Eſtque Socrates 280 ſententiis damnatus. *Idem.*

De civitate] Id eſt, in exilium. Nec *de civitate*, pro eo quod eſt de urbe intelligas, ſed de jure civitatis. Nam jure civili Romanorum nulli duarum civitatum civem eſſe licebat. igitur quum quis in exilium mittebatur, Romanam civitatem prius non amittebat quam in aliam aſcitus eſſet. qua de re alias amplius. *Idem.*

Neque me pœnitet] Id eſt, inutile & incommodum eſt. ut in 1 Æneidos: *Officio nec te certaſſe priorem Pœniteat.* Id autem magis placet, ut *pœnitere* hoc loco in ea re dicatur, quam pro eo quod eſt, parum videri aut pudere & tædere. Hoc autem dicendi genus *pœnitet defendere* attendendum eſt, propterea quod poenitet defendiſſe dici ſolet. itaque dicendum Grammatici præcipiunt. *Id.* *Neque me pœnitet*, eſt non conqueror, non diſplicet mihi me nunc defendere. VI ad fam. epiſt. 1: *Etſi ea eſt perturbatio omnium rerum, ut ſua quemque fortuna maxime pœniteat.* ut de ſua quiſque fortuna maxime queratur. Sic & alibi ſæpe. *Gravius.*

... cum duobus proxim
eſſet? quis eſt, qui id hoc t
Quare, invidia remota, quan
deprecata eſt, veſtra fides atq
ptatione rejecit; quid eſt pr
linquatur? Verſatam eſſe in
ea quaeritur unde profecta ſit
Accuſator dicit haec: Primum,
cuſabam, ut nihil opus eſſet pe
tum adducebam, ut ne eripi qu
ſtremo, etiam ſi abſolutus eſſet,
fortunarum ſtatus incolumis ma

Sed etiam ab illis quorum, &c.] Id eſt, a multitudine, quæ circumſtat, quæ judicatura non eſt. *Sylvius.*

At tum] Id eſt, recenti invidia. *Id.*

Si dicerem, &c.] Tempus pro tempore poſitum eſt: id eſt, ſi dixiſſem, auditus non fuiſſem. *Idem.*

Tum denique] Id eſt, tum demum, tum primum. *Idem.*

Duobus proximis præjudiciis] Nam damnato Scamandro, locus primus Fabricio datus eſt: quo itidem damnato, cauſa Oppianici prima acta eſt. *Idem.*

Dies] Id eſt, tempus, aut temporis longinquitas. *Idem.*

Oratio mea deprecata eſt] In exordio. *Idem.*

A veritatis diſceptatione] ...

ſtiun
bus,
verit
rejice

Gra
dux C
plus h
cero ſi

Erip
pœnæ.
aut po
tione,
cundum
exempla
Gravius.

Mearu
mihi ſ

Primum, ipſam multitudinem & atrocitatem criminum pertimeſcebam: deinde, Fabriciis propter conſcientiam mei ſceleris condemnatis, me eſſe condemnatum ſentiebam: poſtremo in eum caſum veneram, ut omnis mearum fortunarum ſtatus unius judicii periculo contineretur. Age, quoniam corrumpendi judicii cauſas ille multas & graves habuit, hic nullam, profectio ipſius pecuniae requiratur. Confecit tabulas diligentiſſime Cluentius. haec autem res habet hoc certe, ut nihil poſſit neque additum, neque detractum de re familiari latere. anni ſunt octo, cum iſta cauſa in iſta meditatione verſatur: cum omnia, quae nunc ad eam rem pertinent, & ex hujus, & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis: cum interea Cluentianae pecu-

Age quoniam] Age hoc loco hortativa particula non eſt, ſed ſermonis continuativa. *Sylvius.*

Graves] Id eſt, ut vulgo dicunt, efficaces. *Idem.*

Profectio] Id eſt, unde profecta ſit: id eſt, quis eam dederit. *Idem.*

Confecit tabulas, &c.] Hoc proponit Cicero, tanquam quod ab adverſario objici poſſit: Cluentium ita diligenter & callide confeciſſe tabulas, ut res cognoſci non potuerit. *Idem.* Tabulas nimirum accepti & expenſi, ut omnes patres familias.

Confecit tabulas diligentiſſime] Morem fuiſſe obſervatum Romæ arbitror, ut qui in re extraordinaria pecuniam expenderet, tabulas apud argentarios aut alios conficeret eam ob cauſam, ne proxima cenſione res eorum Cenſoribus diminuta videretur. in tabulas enim publicas Cenſores referre ſolebant, quæ cenſuerunt. Licebat igitur cenſione proxima videre, ſi quid patrimonium diminutum erat. Itaque malæ adminiſtrationis notabatur is, cujus patrimonium diminutum erat. Si tantam igitur pecuniam corrumpendis judicibus Cluentius dediſſet, patrimonium ejus diminutum fuiſſet, confeciſſetque tabulas: ſed nec confecit tabulas, nec patrimonium diminutum eſt: quo fit, ut nullam corrumpendis judicibus pecuniam dederit. Eſt autem argumentum ex conſequentibus. Poteſt etiam intelligi, Cluentium accepiſſe pecuniam mutuam, ideoque tabulas confeciſſe creditori. Ideoque poſtea dicit Cicero: *Doce quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quemadmodum dederit.* Quæ ratio mihi videtur melior. nullos enim tum fuiſſe Cenſores, quum ageretur cauſa Oppianici, poſtea docebimus. *Sylvius.*

Hac autem res habet] Probat nullam potuiſſe tantam eſſe Cluentii in tabulis conficiendis diligentiam, quin eas inveniſſent adverſarii, ſi quas confeciſſet. *Idem.*

In iſta meditatione] Id eſt, inquiſitione & inveſtigatione. Tanta enim per octo annos cura & diligentia de Cluentii bonis & ære alieno accuſatores quæſierunt, ut neſcire non poſſent, ſi quid bonis ejus additum ſit aut detractum. *Idem.*

Ex aliorum tabulis] Cluentium tabulas diligentiſſime confeciſſe adverſarii dicebant, tanquam nomine ſuo quidam Cluentii amici eas confeciſſent. *Idem.*

cuniae veſtigium nullum invenitis. Quid? Albiana pecunia veſtigiiſne nobis odoranda eſt, an ad ipſum cubile, vobis ducibus, venire poſſumus? Tenentur uno in loco H-S IↃCXL: tenentur apud hominem audaciſſimum: tenentur apud judicem. quid vultis amplius? At enim Stalenus non fuit ab Oppianico, ſed a Cluentio ad judicium corrumpendum conſtitutus. Cur eum, cum in conſilium iretur, Cluentius & Cannutius abeſſe patiebantur? cur cum in conſilium mittebant, Sta-

Veſtigium nullum] A feris facta translatio eſt, quarum veſtigia canes quum invenerunt, ipſas feras ubi jaceant tandem inveniunt. *Sylvius.*

Albiana] Id eſt, Albii Oppianici. *Id.*

Veſtigiis ne vobis] In tranſlatione perſiſtit, *Idem.*

Nobis odoranda eſt] Eſt a Pall. omn. & egregie opponitur ſequenti, vobis *ducibus.* male antea *vobis.* Gruterus.

Odoranda eſt] Odorare activum, & ſæpius odorari deponens dicitur; ut in orat. poſt reditum in Senatu: *Hi voluptates omnes veſtigant atque odorant.* In orat. in legem Serviliam: *Committite vos nunc Quirites his hominibus hæc omnia, quos odorari hunc decemviratum ſuſpicamini.* Actione in Verrem ſexta: *Eos jam bene cognitos & reprobatos, ſecum in Siciliam duxit: quo poſteaquam venerunt, mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & perveſtigabant, ut ubi quicquid eſſet, aliqua ratione invenirent.* Olfacere pecuniam Ciceronem dixiſſe, ante docuimus. *Sylv.*

Ad ipſum cubile] Eſt adhuc in translatione; ut in L. Piſonem: *An vero tu parum putas inveſtigatas eſſe a nobis labes imperii tui, ſtrageſque provinciæ, quas quidem nos non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus?* Ferarum enim cubilia dicuntur, ubi jaceant; ut Virgilius lib. Georg 3. de tauro: *Ergo omni cura vires exercet, & inter Dura jacet pernix inſtrato ſaxa cubili.* Idem lib. 1. *Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.* Avium quoque nidi cubilia appellantur. Idem eodem libro: *Tum liquidas corvi preſſo ter gutture voces, Aut quater ingeminant, & ſæpe cubilibus altis, Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti.* Columella lib. 9. de gallinis ſcribens: *Cura autem debebit eſſe cuſtodi, quum parturierint aves, ut habeant quam mundiſſima paleis conſtrata cubilia: eaque ſubinde converrat, & alia ſtramenta quam recentiſſima reponat: nam pulicibus aliiſque ſimilibus animalibus replentur, quæ ſecum affert avis, quum ad idem cubile revertitur.* M. Varro lib. de re ruſtica 3. de gallinis: *Contra ſingulas perticas in pariete exculta ſint cubilia earum.* Item: *In parietibus circum omnia plena ſint cubilia gallinarum.* Item lib. 2. *cubiculum catulorum* pro cubili poſuit: *Subſternitur iis acus, aut quid aliud, quod meliore cubiculo facilius educuntur.* Idem.

Tenentur uno in loco H-S IↃCXL *tenentur*] Pal. ſec. abeſt adhuc illud H-S. & poterat ſubintelligi. *Gruterus.*

Hominem audaciſſimum] Stalenum. *Sylvius.*

At enim] Mos Ciceronis, ut quum aliquid adverſario dictum proponit ſibi refutandum, dicat *At*, aut *At enim.* Idem.

Cur eum, quum in conſilium iretur] Refutat quod propoſuit, & arguit a conſequentibus: Nam ſi Stalenum Cluentius non corrupit, eumque ab Oppianico corruptum eſſe ſuſpicatus eſt, eum abeſſe a judicio facile paſſus eſt, quia vero Oppianicus corrupit, eum abeſſe paſſus non eſt. *Idem.*

Cur cum in conſilium mittebant] Mittere judices in conſilium, eſt dimittere judices ad ſententiam ferendam, ubi allegatis omnibus argumentis orator dice-

[redacted]

Stalenum judicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Oppianicus quaerebat? Quintius flagitabat? ſine Staleno ne in conſilium iretur tribunitia poteſtate perfectum eſt. At condemnavit. Hanc enim damnationem dederat obſidem Bulbo, & ceteris, ut deſtitutus ab Oppianico videretur. Quare ſi iſtinc cauſa corrumpendi judicii, iſtinc pecunia, iſtinc Stalenus, iſtinc denique omnis fraus & audacia eſt: hinc pudor, honeſta vita, & nulla ſuſpicio pecuniae, nulla corrumpendi judicii cauſa, patimini, veritate patefacta, atque omni errore ſublato, eo tranſire illius turpitudinis infamiam, ubi cetera maleficia conſiſtunt: ab eo invidiam diſcedere aliquando, ad quem numquam acceſſiſſe culpam videtis? At 31
enim pecuniam Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum judicium, ſed ad conciliationem gratiae. Tene

dixerit, dixit: auctor eſt Aſconius Pedianus. Inde ſunt *ire in conſilium*, & *conſurgere in conſilium*; quibus ante uſus Cicero eſt. *Sylv.* *Cur cum in conſilium*] Admiſit Lambinus illud iteratum *cur*, fide codicis, ut puto, S. Victoris, qui ita alias legi, adnotatum habebat. Pall. noſtris non adeſt. *Grut.* Franc. *Cum in conſilium mittebantur* ſcilicet judices. *Grav.*

Oppianicus quaerebat?] Malim fere, *requirebat* quod in Pal. pr. nam Lambinus recepit *quaerebatur*, quod & in S. Victoris & Pall. ceteris. neque nimis obſtem quin revocetur. *Gruterus.*

Tribunitia poteſtate] Id ante dixit, quum de Oppianici judicio dixit. *Sylv.* *Tribunitia poteſtate perfectum eſt*] Liber manuſcr. habet, *tribun. pot. effectum eſt.* Idem paullo poſt habet, *condemnationem dederat*, ubi vulgati, *damnationem*: & *patimini*, ubi alii, *patiamini.* quod probo. *Lambinus.*

At condemnavit] Hoc proponit refutandum. *Sylvius.*

Hanc enim damnationem] Refutat. *Id.*

Dederat obſidem Bulbo] Se deſtitutum ab Oppianico Stalenus dixit: atque hoc vòlùit teſtimonii, ſua illum ſententia condemnatum iri. *Idem.*

Obſidem] Id eſt, teſtem. Auctore Sex. Pompejo *ob praepoſitio aliquando dicitur pro ea quae eſt propter, ut ob merita, ob ſuperatos hoſtes. Unde,* inquit, *obſides pro obſides, qui ob fidem patriae praeſtandam dantur.* Idem.

Quare ſi iſtinc cauſa] Partis ejus, quae in partitione tertia erat, judicium ab Oppianico, non a Cluentio corruptum eſſe, concluſio eſt, quae eſt per enumerationem. *Iſtinc*, id eſt, ab Oppianico. *Idem.*

Patimini veritate patefacta, &c.] Omnes Pall. habent hanc ſcripturam; etiam vetuſtius cuſi, etiam S. Victoris, & tamen poſteriores maluere, *patiamini.* Gruterus. Hoc tamen eſt in Franc. & ſtatim in eodem, *atque errore ſublato*, ſine *omni.*

At enim pecuniam] Conſulto fecit Cicero, ut prius oſtenderet Oppianicum Staleno dediſſe pecuniam ad corrumpendum judicium, quam refutaret eam pecuniam Staleno datam ad Cluentium Oppianico reconciliandum, quod hoc loco refutandum proponit. *Sylv.*

Ad conciliationem gratiae] Id eſt, ad reconciliandum Cluentium Oppianico. *Idem.*

Tene hoc, Atti, dicere, tali prudentia, etiam uſu atque exercitatione praeditum? Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. In ſtultitia contra eſt. Minus enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui quod ſtulte alteri venit in mentem comprobat. Iſtam conciliationem gratiae Stalenus tum recenti re, cum faucibus premeretur,

Tene hoc, Acti, dicere] Oratio, qua de rei indignitate per interrogationem querimur, ſine verbo finiti modi eſſe ſolet, ut, *Mene incœpto deſiſtere victam, &c. Mene Italicis occumbere campis non potuiſſe?* Id dicendi genus Terentio familiare maxime eſt, de quo alio loco diximus. *Sylvius.*

Tali prudentia] Ita ſe res habet, ut quum reprehendimus quod a prudenti viro dictum factumve ſit, tum eum ſana mente fuiſſe negemus, quum id diceret aut faceret, quaſi tum ſano conſilio deſtitutus fuerit. Oratorem in adverſarium non debere eſſe maledicum atque contumelioſum, ex Ciceronis defenſionibus cognoſci poteſt, qui multis in locis laudat eos qui contra dicunt, quamvis ab adverſariis ei maledictum eſſe L. Murenæ & P. Sullæ defenſiones oſtendant. *Idem.*

Etiam uſu atque exercitatione] Id eſt, non ſolum natura, ſed etiam uſu & exercitatione. Prudentiam pro virtute ea quæ longo uſu rerum multaque exercitatione paratur, hoc loco intelligere licet: de qua intelligitur illud Ariſtotelis, *juvenes non eligi in duces, propterea quod non conſtet eos eſſe prudentes:* quam Cicero appellat ſapientiam, quum pro M. Cælio dicit, *in adoleſcentiam non cadere ſapientiam.* Aut prudentiam enim pro orandarum cauſarum ſcientia intellige. Prudentiam enim pro ſcientia dici, quum alii multi ſcriptores, tum Cicero in primo de officiis documento eſſe poſſunt. Oratorem autem natura & exercitatione fieri, uſumque optimum dicendi magiſtrum eſſe, eſt in libris Ciceronis de oratore: qui idem in libro de officiis negat oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum ſine uſu & exercitatione conſequi poſſe. *Idem.*

Sapientiſſimum eſſe dicunt] Heſiodi ſententia eſt, ex libro qui opera & dies inſcribitur: *Omnia qui per ſe ſapiat, longe optimus ille eſt. Multo ante expendens quaenam ſint optima factu. Is tamen & frugi eſt, qui paret recta monenti. At qui nec per ſe ſapiat, neque mente reponat ex aliis audita, vir undique inutilis hic eſt.* Apud T. Livium lib. 22. M. Minutius Q. Fabii prudentia ſervatus ad milites: *Sæpe ego*, inquit, *audivi milites eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat quid in re ſit: ſecundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenii eſſe.* Eraſmus in proverbio, *Nec ſibi nec aliis utilis*, de hac ſententia copioſe ſcribit. *Idem.* *Sapientiſſimum eſſe dicunt eum*] Ex Heſiodo, οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ, Φρασσάμενος, &c. Quod & Sophocles in Antigona expreſſit, φημ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων. εἰ δ' οὖν. φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν, καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν. refert Ariſtoteles lib. 1. de moribus ad Nicomach. & T. Livius lib. 22. Annalium. *Lamb.*

Tum recenti re] Non multo poſt Oppianici damnationem, quum cauſam diceret. *Sylvius.*

Quum faucibus premeretur] Id eſt, ſententiis judicum pene jugularetur. De Staleno a P. & L. Cominiis accuſato, atque de conciliatione gratiæ, non multo poſt amplius Cicero dicit. *Idem.*

Dedit

[redacted]

excogitavit, ſive ut homines tum loquebantur, ;ethego admonitus, iſtam dedit conciliationis & e fabulam. Nam fuiſſe hunc hominum ſermonem lari poteſtis. Cethegum, quod hominem odiſſet, od ejus improbitatem verſari in rep. nollet, & videret, eum, qui ſe ab reo pecuniam, cum juſſet, clam atque extra ordinem accepiſſe confeſſet, ſalvum eſſe non poſſe, minus ei fidele condediſſe. In hoc ſi improbus Cethegus fuit, vimihi adverſarium removere voluiſſe. ſin erat ejuscauſa, ut Stalenus nummos ſe accepiſſe negare oſſet: nihil autem erat periculoſius, nec turpius, ad quam rem accepiſſet confiteri: non eſt con- Cethegi reprehendendum. Verum alia cauſa italeni fuit, alia nunc, Atti, tua eſt. Ille, cum meretur, quodcumque diceret, honeſtius diceuam ſi quod erat factum fateretur. te vero illud quod tum exploſum & ejectum eſt, nunc retuemiror. Qui enim poterat tum in gratiam redire

cum

onciliationis & gratia fabulam] s miſſam fecit copulam &.).ſolum Pal. tert. ubi tamen poſita eſt ab eadem manu. ces firmant vulgatam. *Gruter.*
m] Id eſt, famam, *Sylv.*
onſilium] Id eſt, bonum; ut de officiis: *Deliberanti fidele lare.* Auctore Cicerone in lib. nil. 16. *& doctrina, & domus, r ager, fidelis dici poteſt: ut ſit, Theophraſto placet, verecunda* Idem.
re] Per ſententias judicum *Idem.*
m rem accepiſſet] Ad corrumudicium. *Idem.*
auſa tum Staleni fuit, &c.] Stam cauſam diceret, ſe ab Oppiaiſſe pecuniam, confeſſus eſt, tiæ conciliationem. T. Attius Cluentii accuſatione eandem cepta pecuniæ dixit. *Idem.*

Quum ve premeretur] Vt paulo ante, *Cum faucibus premeretur.* Idem.

Quod tum exploſum atque ejectum eſt] Sic quidem omnes libri. Sed num Latine dicatur *ejici res*, aut *negotium* pro repudiari, exſibilari, viderint, qui hanc ſcripturam tuentur. Homines ejiciuntur non res. Mihi videtur Cicero ſcripſiſſe, *quod tum exploſum atque rejectum eſt.* II de oratore ad Q. Fratrem: *Qui locus talis eſt, ut plus habeat adjumenti, quam incommodi, hunc judicò eſſe dicendum: ubi plus mali, quam boni reperio, id totum abjudico atque rejicio.* In I de finibus: *Quis enim tam inimicus pene nomini Romano eſt, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii ſpernat, aut rejiciat?* Grævius.

Quod tum exploſum] Nam Staleno creditum non eſt. *Sylvius.*

Qui enim tum poterat] Ad conciliationem gratiæ Stalenum pecuniam non accepiſſe probat. *Idem.*

turpiſſimum, quam per bonum
tur, & amicum neceſſariumque
ego haec pluribus quaſi de re

Qui cum matre habebat ſimultates; hærebat in tabulis, &c.] Nihil variant quidem editi. ſed Pall. ſeptem omnes ad unum excludunt illud *habebat ſimultates*. id an acciderit, ob ſyllabam finalem *bat*, quæ in voce ſequenti, an quod tale nihil reſtaret in authenticis, excutiant otioſiores. ego enim & feſtino, & urgeor; ideoque diutius non audeo ſubſiſtere. *Gruter.* Sic quoque Francii ſecundus & editio prima. Sed in Francii primo videor deprehendiſſe veſtigia hujus corruptionis: in quo ſic ſcribitur: *qui cum hærebat in tabulis, matre habebat ſimultates; hærebat in tabulis publicis reus & accuſator.* Vides *hærebat in tabulis* male collocatum anſam dediſſe ſcribis hæc contaminandi. *Grævius.*

Hærebat in tabulis] Id eſt, ita ſcriptus erat, ut obliterari non poſſet. *Sylv.*

Alio accuſatore] Id eſt, ſi Cluentius accuſationem deſtituiſſet, aliuſque accuſaſſet. *Idem.*

Sine ignominia calumnia] Auctore Marcello Iuriſc. lib. Digeſt. 48. ad Senatuſconſult. Turpilianum, accuſatorum temeritas tribus modis detegitur. *Aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiverſantur. Calumniari eſt, falſa crimina intendere. Prævaricari eſt,* ...

falſa
Idem.
An
cum
ptias di
mittit:
bro ſcri
Iam i
quoque.
Indice
gendum
ceptis,
juſmodi
Quam
potius]
timum,
alio loco
aliam per
tuiſſe doce
Hominem
eſt, neque
cum Cluen
Sordidiſſi
ut ſordes pr
Turpiſſim
Idem.
Neceſſariu
utrique amic
Sed quid

ipſa pecunia, quae Staleno data eſt, numero ac ſumma ſua non modo quanta fuerit, ſed etiam ad quam rem data fuerit oſtendat? Sexdecim dico judices, ut Oppianicus abſolveretur, corrumpendos fuiſſe: ad Stalenum ſexcenta & quadraginta millia nummum eſſe delata. Si, ut tu dicis, gratiae conciliandae cauſa, quadraginta iſtorum acceſſio millium quid valet? ſi, ut nos dicimus, ut IↃCXL millia nummum ſexdecim judicibus darentur; non Archimedes melius potuit deſcribere. At enim judicia facta permulta ſunt, a Cluentio judicium eſſe corruptum. Immo vero ante hoc tempus omnino iſta ipſa res ſuo nomine in judicium numquam eſt vocata. Ita multum agitata, ita diu jactata iſta res eſt, ut hodierno die primum cauſa illa defenſa ſit, hodierno die primum veritas vocem contra invidiam, his

tur in re non dubia teſtibus non neceſſariis. Sylv. Dœsd. Francii uterque, editiones primæ, & ſequentes uſque ad Victorii: *Sed quid ego hac pluribus, quaſi de re obſcura diſputem.* Mox iidem MSS. & edit. prima: *Sed etiam ad quam rem fuerit*, pro vulgatis, *ad quam rem data fuerit.* dein denuo iidem codices, cum editione prima: *Si, ut audiris, gratia conciliandæ cauſa.* Editi: *Si ut tu dicis gratiæ conciliandæ cauſa.*

Numero ac ſumma ſua] Quanto ſcilicet numero, & quanta ſumma. *Sylv.*

Corrumpendos fuiſſe] Ut a majore parte abſolveretur: Nam Staleni ſententia acceſſura erat. *Idem.*

Quadraginta iſtorum acceſſio millium] Id eſt, ad quid adjuncta ſunt quadraginta millia? numquid ſexcenta millia ſufficiebant? *Idem.* *Quadraginta iſtorum acceſſio millium*] Lambinus tranſponit vocem ultimam, ſed contra mſſ. ego mallem auferre tanquam a librariis ortam. *Gruterus.*

Non Archimedes melius] Archimedes ſummo ingenio ac diſciplina præditus, ſingularis cœli ſiderumque ſpectator fuit, ut ait T. Livius lib. 24. De hoc ſcriptores quia paſſim tradiderunt, illud ſolum hoc loco dico, neminem unquam Mathematicis diſciplinis habitum clariorem. In Arithmeticis igitur excelluit. *Sylvius.*

Deſcribere] Id eſt, definire, & ut vulgo dicunt, calculare. *Idem.* *Deſcribere* eſt dividere & diſtribuere in diſtinctas partes, vide quæ notavi ad librum de ſenectute cap. 17. *Græv.*

At enim judicia] Dixit accuſator multos ex judicibus qui damnaverunt Oppianicum, fuiſſe poſtea condemnatos, quod a Cluentio corrupti fuiſſent, hiſque præjudiciis Cluentius lædi videbatur. Itaque Cicero id proponit, ut refutet. *Sylvius.*

Immo vero]. Id vulgus diceret, non eſt ita, ſed potius. *Idem.*

Suo nomine] Id eſt, per ſe, & lata lege. Significat autem hanc rem maledicti loco aliquando jactatam. *Idem.*

Veritas vocem contra invidiam miſerit] Rei inanimatæ dat ſenſum. *Mittere vocem*, pro eo quod eſt loqui, ſæpe dicit Cicero; ut de reſponſis aruſpicum: *Quoties furiales in concionibus voces mittis.* Et pro P. Seſtio: *Conciones haberi quotidie contra me, vocem pro me, ac pro Rep. neminem mittere.* Et pro domo ſua: *Quare*

ſuetudinem ſervem, quan
ſponte faciatis, petam a vo
33 gulis diſputo judiciis, atter
eſt C. Iunius, qui ei quaeſt
illud, ſi placet: tum eſt co
dex quaeſtionis. Non mod
dem quidquam per tribur
tum eſt. Quo tempore ill
lum aliud reip. munus abduc
quaeſtionem ipſe abreptus eſt

Quare quis eſt, qui exiſtimare poſſit huic novo Pontifici primam hanc poſt ſacerdotium initum religionem inſtituenti, vocemque mittenti, non & linguam obmutuiſſe, & manum obtorpuiſſe, & mentem debilitatam metu concidiſſe? Sylvius.

Ego enim me ad omnia confirmavi] Legendum fortaſſe eſt, *conformavi*. Lamb.

Ego me ad omnia confirmavi] Lambinus conjicit *conformavi*. cui bono? *Gruter.* Imo peſſime! *conformavi*. *Confirmare ſe ad judicia*, eſt munire ſe rationibus & argumentis ad oſtendendum, illa judicia non eſſe contra Cluentium. *Conformare ſe ad judicia* hic abſurdum eſt. *Gravius.*

Partim ruinae ſimiliora] *Partitio eſt, quae opportune adhibita, plurimum orationi lucis & gratiae confert, reficitque auditorem propoſita ſingularum partium* ...
ut eſt apud ...

I...
Idem
P...
di ſu...
Con...
qui I...
Cu...
catum
tempo...
munu...
Leg...
eſt. Id...
Quic...
ctore Pl...
erat Pra...
ſam non
Idem.
Arrept...
autem d...

Vultus enim veſtri, judices, me invitant, ut quae reticenda putaram libeat jam libere dicere. Quid? illa tandem quaeſtio, aut diſceptatio, aut judicium fuit? putabo fuiſſe. dicat, qui vult hodie de illo populo concitato, cuì tum mos geſtus eſt: qua de re Iunius cauſam dixerit. quemcunque rogaris, hoc reſpondebit, quod pecuniam acceperit, quod innocentem circumvenerit. Eſt haec opinio. At, ſi ita eſſet, hac lege accuſatum eſſe oportuit, qua accuſatur Avitus. At ipſe ea lege quaerebat. Paucos dies exſpectaſſet Quintius. At neque privatus accuſare, nec ſedata jam invidia volebat. Videtis igitur non in cauſa, ſed in tempore ac poteſtate ſpem omnem accuſatoris fuiſſe. Multam petivit. Qua lege? quod in legem non juraſſet: quae res nemini umquam fraudi fuit: & quod C. Verres, prae-

Vultus enim veſtri judices] Vultus, ut ait Nonius Marcellus, eſt voluntas, quæ mutata facie cognoſcitur. *Sylvius.*

Futabo fuiſſe] Id condonat adverſario, ut ad proxima gradum faciat. *Idem.*

Putabo fuiſſe] Lambini, aliique *putate*. Brutus repoſuit, *reputatote*, ut ad judices referatur. ſed contra olim cuſos, contra Pall. ſeptem. *Gruterus.*

Hac lege accuſatum fuiſſe] Accuſatus eſt Cluentius, quantum conjicere licet, lege Cornelia de ſicariis & veneficiis. Eadem lege C. Iunium accuſari oportuit. Hac lege tenetur is, qui pecuniam dederit aut acceperit, ut reus circumveniretur: vel legem, qua Cluentius reus factus eſt, intellige. *Sylvius.*

At ipſe ea lege quærebat] Hic locus dialogo ſimilis eſt, ut etiam reſpondentis adverſarii perſonam ſuſtineat. Quæ varietas ſi rara eſt, jucunda eſt. *Idem.*

Privatus] Id eſt, ſi abiſſet Tribunatu. *Idem.*

Multam petivit] In legem non juraſſe Iunium, eumque ſubſortitum non eſſe, accuſator dicebat, quod pecunia corruptus eſſet, ideoque multam petebat. Ea enim avaritiæ pœna erat M. Cicero in libro de legibus 3. exponens illam legem, Noxiæ pœna par eſto: *Ut in ſuo*, inquit, *vitio quiſque plectatur, vis capite, avaritia multa, honoris cupiditas ignominia ſentiatur.* Idem.

Quod in legem non juraſſet] Quæſitor, ut judices, in leges jurabat. *Idem.*

Qua res nemini unquam fraudi fuit] Hoc dicit Cicero, ut oſtendat Iunium damnari non oportuiſſe. *Fraudi*, id eſt, pœnæ: quod ſequitur, pro eo quod præcedit. Fraudem enim pro vitio dici, alio loco ſcripſimus. *Idem.*

Et quod C. Verres] Delectis judicibus a Quæſitore, eorumque facta ſortitione, accuſatori & reo rejicere licebat, quos aut inimicos, aut ſuſpectos, aut aliqua ex cauſa ſibi putaret incommodos. In eorum qui rejecti erant locum, aliorum judicum ſubſortitio a Quæſitore fiebat, ut legitimus ille judicum numerus compleretur. His perfectis, primum judices omnes, præter Prætorem, in leges jurabant, ut obſtricti religione judicarent: deinde judicum nomina in libellis ſcribebantur, & a Prætore in arca aſſervabantur, ne pro delectis & ſortitis judicibus ut fit in multitudine, corrupti aliqui ſuppoſiti judicarent. Damnato Oppianico invidioſa res facta eſt.

... juraverat: iu(

ne aliquid de Cluentio judicabatu:
ille idcirco his legibus condemnat
aliam legem commiſerat. Qui ho
ſunt iidem illud judicium fuiſſe d(

eſt. Reus enim Oppianicus pecunia oppreſſus videbatur, illorum judicum princeps Iunius alios ſuppoſuiſſe dicebatur, quam quos Prætor fuerat ſubſortitus, qui reum damnarent. C. Verres, qui in cauſa Oppianici prætor fuerat, pro teſtimonio dixit in judicio Iuniano tabulas ſuas adulteratas fuiſſe, in quibus ſuppoſiti judices eſſent ad ferendam ſententiam corrupti, qui cauſam ante non audiſſent. Idem Verres, ut hæc invidia adverſus Iunium vera videretur, ſuſtulit quos in ſuis tabulis habebat, alioſque ſcripſit: & obſignavit annulo non ſolum ſuo, ſed etiam ſcribæ ſui, quem furtorum participem & divitem fecerat, & annulo aureo donaverat. auctor eſt Aſcon. diverſis in locis. Cur id fecerat Verres, Cicero dicit Action. in C. Verrem 3. *Hec*, inquit, *dicam, quod oſtendam multos ex te viros primarios audiſſe, cum diceres ignoſci tibi oportere, quod falſum codicem protuleris*. Sylv.

Homo ſanctus] Ironia eſt. Vel id Cic. dicit, tanquam ab adverſario dictum ſit. *Idem*.

Subſortitionem ejus] Id eſt, quam C. Iun. Quæſitor facere debuit. *Idem*

Qui tum ...

hunc codic
litura appa
in Verr. 3.
terlinendo :
inter vim ha
interbibere.
uſurpat Cice
pianicum conſ
nicipii ſui corr
mentum interl
falſum teſtam
rit. Et in Ver
bu judices exp
minu? Nihil
dio, qua ſe c
mant. Idem.

Subſortitur
judicum alios

Aut ſi in l
rat] Pro *aliq*
judicando. F.

Commiſerat
vius.

Poſſunt illud
dum enim jud
ea de re latum
pria eſt. *Idem*.

circo, inquit, infeſtus tum praetor Iunio fuit, quod illud judicium corruptum per eum putabatur. Num igitur hoc tempore cauſa mutata eſt? num alia res, alia ratio illius judicii, alia natura totius negotii nunc eſt, ac tum fuit? non opinor, ex iis rebus, quae geſtae ſunt, rem ullam potuiſſe mutari. Quid ergo eſt cauſae, quod nunc noſtra defenſio audiatur tanto ſilentio, tunc Iunio defendendi ſui poteſtas erepta ſit? Quia tum in cauſa nihil erat praeter invidiam, errorem, ſuſpicionem, conciones quotidianas ſeditioſe ac populariter concitatas. accuſabat tribunus plebis idem in concionibus, idem ad ſubſellia: ad judicium non modo de concione, ſed etiam cum ipſa concione veniebat.

Gra-

ſeptem, ſed S. Victoris, & veterum editionum. in iis enim cunctis, nulla uſpiam reperitur negatio, quod ſane fortuitum eſſe non poteſt. *Gruterus.* Negandi particula nec in Francii utroque, nec in Dreſdenſi, nec in veteribus editionibus omnibus uſque ad Victorianam conſpicitur. Primus illam intruſit Victorius, an ex codice aliquo ignoro, & valde dubito, quia in nullo libro, quos Lambinus, Gruterus & ego inſpeximus, invenitur. Victorium ſecuti ſunt ceteri editores omnes recentiores. Sed veterum codicum ſcriptura, etſi prima fronte aliter poſſit non attente rem conſideranti videri, omnino retinenda eſt. Sed pro *idem* legendum eſt *iidem*, quod extat etiam, ut poſtea deprehendi, in editione anni 1498. Sic ſcripſit Tullius: *Qui hoc confitentur, poſſunt iidem illud judicium fuiſſe defendere.* hac ſententia: qui hoc confitentur, aliis criminibus accuſatum fuiſſe Oppianicum, ſed propter illud crimen damnatum, iidem poſſunt defendere id illud judicium, in quo ſic judicabatur, fuiſſe judicium dicendum, & habendum, cum tamen Cicero dicat & oſtendat non fuiſſe id judicium & diſceptationem, cum damnaretur Iunius a concitato populo. Capite 33: *Quid? illa tandem quaeſtio, aut diſceptatio, aut judicium fuit?* Cap. praecedente: *Ut docerem, quae facta poſtea judicia de illo judicio dicerentur, partim ruina ſimiliora, aut tempeſtati, quam judicio & diſceptationi fuiſſe.* Hoc vero fuiſſe judicium de Iunio, docet cap. 34, & 35; ideo pro nullo judicio habendum, nec judicium poſſe dici, nec fuiſſe: *Non fuit igitur illud judicium judicii ſimile, judices, non fuit: in quo non modus eſt adhibitus, non mos conſuetudoque ſervata, non cauſa defenſa. Vis illa fuit, & ut ſaepe jam dixi, ruina quaedam atque tempeſtas, & quid vis potius, quam judicium aut diſceptatio, aut quaeſtio. Quod ſi quis eſt, qui illud judicium fuiſſe arbitretur.* vide & caput 34 & 37. *Iidem* videtur etiam in ſuis codicibus inveniſſe Sylvius. Sic enim ſcribit: *poſſunt iidem*, ut ſupra vidiſti. *Gravius.*

Infeſtus tum Praetor] C. Verres. *Sylvius.*

Per eum] Iunium. *Idem.*

Alia ac] Id eſt, alia quam. *Idem.*

Tunc] Cum Iunius cauſam diceret. *Idem.*

Ad ſubſellia] Id eſt, in foro. *Idem.*

Sed etiam cum ipſa, &c.] Concitatiorem multitudinem ſignificat, quae ex concione cum Trib. pl. cujus oratione concitata erat, ad Iunii judicium venirat. *Idem.*

Gra-

...ceptari poſſe non putaverunt.

Gradus illi Aurelii] In foro Aurelio acta fuit Iunii cauſa. *Sylv.* In foro Aurelio acta fuit cauſa Iunii, ubi erant illi gradus Aurelii, qui ita ab Aurelio quodam dicti ſunt, quo ſæpe e fæce populi multi conveniebant homines inertes ad vim faciendam ſemper parati. *C. de Merouville.* Nullæ cauſſæ in foro Aurelio agebantur, aut ulla habebantur judicia, ſed tum temporis in ſolo foro Romano, cui poſtea forum Iulii & Auguſti acceſſit, unde dicitur triplex forum deſtinatum fuiſſe cauſſis agendis, ut notiſſimum. *Gradus* igitur illi *Aurelii* fuerunt in foro vetere ſeu Romano. *Grævius.*

Tum novi] Hoc loco conjicere licet, a M. Aurelio Cotta hoc forum Aurelium ut ædificatum, ita appellatum: qui non multo poſt equitibus quoque judicandi poteſtatem reſtituit. *Sylvius.*

Quaſi pro theatro] Quod ibi tanta populi celebritas eſſet. *Idem.* Nam ſubſellia in theatris & amphitheatris, in quibus ſedebant ſpectatores, dicebantur gradus. vide Lipſium de amphitheatro cap. 13.

Illi judicio] Iunii. *Sylvius.*

Ab reo] Id eſt, pro reo. *Idem.*

Ne ſurgendi quidem] Nam ut accuſator, ita patronus quum dicebat ſtabat. *Idem.*

Collegam meum] In prætur...

Locu...
cum, ...
conſtit...
quemad...
Scaman...
itemque...
cum O...
tum. *Id*...

Fauſto...
& Cice...
Idem.

De pecu...
duis Sull...
lo Iuriſc.
Iuliam pec...
ſiduis: leg...
pecuniam d...
tinuit, ne...
Hac lege da...
quam debet,...
Idem.

Non quo il...
illegem & ex...
hoc loco ſcr...
Priſcianum l...
Non quod illi...
bitrarentur. Id...

Exlegem] ...
id eſt, nulla l...
judicium. *Ide*...

Conditione aq...
pleb. ſummæ
tem privatus ...

lamnę cum Iunio? an hunc tribunum plebis cum Quin-
tio? an vero tempus cum tempore? Sulla maximis
opibus, cognatis, affinibus, neceſſariis, clientibus plu-
rimis: haec autem apud Iunium parva, & infirma &
ipſius labore quaeſita atque collecta. Hic tribunus ple-
bis, modeſtus, pudens, non modo non ſeditioſus, ſed
etiam ſeditioſis adverſarius: ille autem acerbus, crimi-
noſus, popularis homo ac turbulentus. Tempus hoc
tranquillum ac pacatum: illud omnibus invidiae tem-
peſtatibus concitatum. Quae cum ita eſſent, in Fauſto
tamen ſtatuerunt, iniqua conditione reum cauſam dice-
re, cum adverſario ejus ad jus accuſationis ſumma vis po-
teſtatis accederet. Quam quidem rationem vos, judices, 35
diligenter pro veſtra ſapientia & humanitate cogitare, &
penitus perſpicere debetis, quid mali, quantum periculi
unicuique noſtrum inferre poſſit vis tribunitia, conflata
praeſertim invidia, & concionibus ſeditioſe concitatis.
Optimis hercle temporibus, tum, cum homines ſe non
jacta-

Sulla maximis opibus] Ex comparatione accuſatorum, reorum, & temporum, iniquioris conditionis diſceptationem Iunii quam Sullæ oſtendit. *Maximis opibus*, ejus enim pater Romanorum omnium ditiſſimus erat. Poſt quem M. Craſſum fuiſſe ditiſſimum Plinius lib. 33. ſcribit. *Sylvius*. *Maximis opibus* hic eſt maxima potentia, ut ſæpe Tullius. *Grav.*

Modeſtus, prudens] Francii ſecundus, editio prima ut & Car. Stephani ac P. Manutii, *modeſtus, pudens*. Sæpe Ciceroni conjunguntur tanquam ejuſdem notionis voces. Prudentiæ hic nullus locus, ſed modeſtiæ, pudori, verecundiæ. Male Victorii, Lambini, Gruteri, ceteræque edd. *prudens*. Idem.

Ille autem acerbus] Prim. Franc. & ed. prima: *Ille autem acerrimus*. Sic alibi dixit *acerrimus inimicus*. & apud Livium quoque *acerrimus tribunus* legitur. Vere notavit Servius ad Virgilium *Acer* fortem & vehementer δεινόν, & aſperum & amarum ſignificare. Hinc pro Roſc. & apud Phædrum *acres canes*, qui omnes allatrant & mordent. *Idem.*

Criminoſus] Id eſt, contentioſus & ſeditioſus. *Sylvius*. Imo *criminoſus* eſt, qui alios criminatur, criminibus onerat. Sic *criminoſiſſimus* liber Suetonio in Iulio eſt criminationibus plenus. *Grav.*

In Fauſto tamen illi judices ſtatuerunt] Non habentur in Pall. ſex. aut S. Victoris, *illi judices*. & poterant ſane abeſſe abſque ſententiæ damno. *Gruter.* Equidem nec in utroque Francii, nec in Dreſd. neque editione prima habetur. Avellendus eſt hic pannus male a mala manu adſutus. *Gravius.*

Summa vis poteſtatis] Id eſt, Tribunitia poteſtas quæ ſumma eſt. *Sylv.*

Quid mali, quantum periculi] Quid habeant poteſtatis Trib. pl. in unumquemque oſtendit, ut iniquiorem diſceptationis conditionem oſtendat. *Id.*

Quid hominis] Trib. pl. ſcilicet. *Id.*

Tum, cum homines] *Tum* in primo Franc. non legitur, poterat abeſſe. *Grav.*

jactatione populari, ſed dignitate atque innocentia
bantur, tamen nec P. Popillius, nec Q. Metellus,
riſſimi, atque ampliſſimi viri, vim tribunitiam ſuſ
re potuerunt: ne dum his temporibus, his mori
his magiſtratibus, ſine veſtra ſapientia ac judicio
remediis, ſalvi eſſe poſſimus. Non fuit igitur
judicium, judicii ſimile, judices, non fuit: in

Iactatione populari] Id eſt, concitatione & velut tempeſtate populi. Nam populi concitatio ſæpe a Cicerone tempeſtati comparatur. Iactatio autem tempeſtatis eſt: *Vt multum ille & terris jactatus & alto Vi ſuperum.* Sylv. Sic etiam recentiſſimi editores Pariſienſes *jactatione* exponunt concitatione. Cum *jactatio* ſit captatio gratiæ & favoris populi, cum ſummo ſtudio populi amorem aucupantur. Cic. orat. pro Seſtio: *Alter, qui ita ſe in populari ratione jactarat, ut auſpicia, legem Æliam, ſenatus auctoritatem, Conſulem, Collegas, bonorum judicium nihil putaret, ædilitatem petivit.* Cælius ad Ciceronem VIII ad fam. 10: *Curionem video ſe dupliciter jactaturum.* Iuvenal. Sat. 11:

Ipſe lacernatæ cum ſe jactaret amicæ.

Grævius.

Nec C. Popilius] P. Popilius legi debet. C. Gracchus Trib. pleb. legem tulit, qua cavebat, ut ſi quis magiſtratus civem Romanum ſine judicio morte aut exilio multaſſet, in eum populi animadverſio foret. Hac lege in Popilium judicium parabatur. Is enim Prætor amicos Tiberii Gracchi in exilium ejecit. Is igitur ſibi fuga conſuluit. auctor eſt Plutarchus in vita Gracchorum. *L. Calpurnius Beſtia Trib. pleb. Popilium, filiis cognatis multis & affinibus deprecantibus, rogatione ſua reſtituit:* ut ait Cicero in orationibus poſt reditum ad Quirites, & in Senatu, & de Claris oratoribus. quibus in locis P. Popilium hominem nobiliſſimum appellat. *Sylvius.* Recte monuit Sylvius, legendum *P. Popilius*, ſic enim ab ipſo Cicerone non ſemel appellatur. Sic etiam legit Manutius in notis. vide Sigon. & Pighium ad faſtos anni IↃCXXI.

Nec Q. Metellus] L. Saturninu
pl. legem agrariam tulit, in qu
natum jurare coëgit. Q. Metell
midicus nec vi Tribunitia cogi,
micorum hortatu adduci potuit
eam juraret. Itaque Saturnini juſ
tello aqua, igni, tecto interdictu
quodque turpiſſimum eſt, licere
bus Metellum necare. Metellus
viris bonis ad ſalutem ejus tut
convenientibus, ſeditionem
paſſus non eſt. itaque in exiliur
dum profectus eſt, ibique lege
audiendo magnos viros advocab
ctores ſunt T. Livius lib. 69. &
chus in vita C. Marii. Occiſo S
no, Metellus filio multiſque
quis deprecantibus (permulti eni
Metelli aut Metellorum liberi
ab exilio revocatus eſt, ut ait Ci
oratione poſt reditum ejus ad Q
Sylvius.

Ac judiciorum remediis] Pal.
ſine jud. quod & recepit Lam
forte quod deprehendiſſet item ac
S. Victoris, tanquam lectionem
ram, ut enotavit Guilielmius.
terus.

*Non fuit igitur illud judicium
ſimile*] Tautologia eſt, id eſt, ej
verbi iteratio: quæ auctore Qui
no lib. 8. *Quanquam non magnope
mis auctoribus vitata ſit, interim
videri poteſt:* in quod ſæpe incidit
Cicero, ſecurus tam parvæ ob
tionis, ſicut hoc loco: *Non fuit
hoc judicium judicii ſimile judices.*
Sed loci hujus recta interpunctio,
hic vides, omnem tautologiam
dit. In Franc. primo eſt: *Non fi
tur illud judicium, non judicii ſimil
dices fuit.*

[redacted]

ıodus eſt habitus, non mos conſuetudoque ſervata;
auſa defenſa: vis illa fuit, ut & ſaepe jam dixi, ruina
dam atque tempeſtas, & quidvis potius, quam judi-
, aut diſceptatio, aut quaeſtio. Quod ſi quis eſt, qui
judicium fuiſſe arbitretur, & qui his rebus judicatis
um putet, is tamen hanc cauſam ab illa debet ſejun-
ab illo enim ſive quod in legem non juraſſet, ſive
ex lege ſubſortitus judicem non eſſet, multa petita
icitur. Cluentii autem ratio cum illis legibus, qui-
b Iunio multa petita eſt, nulla poteſt ex parte eſſe
ncta. At etiam Bulbus eſt condemnatus. Adde ma-
is: ut intelligas, hoc judicium cum illo non eſſe con-
um. At eſt hoc illi crimen objectum. Fateor: ſed
legionem eſſe ab eo ſollicitatam in Illyrico C. Co-
litteris, & multorum teſtimoniis planum factum
eſt:

nodus eſt adhibitus] Id eſt, mo-
corum qui judicarent, id eſt,
Romani. *Sylv.* Dreſd. Francii
, editiones antiquiſſimæ, ut &
lti, Aſcenſ. Victor. *non modus eſt*
quod ſequor. *Gravius.*

vos conſuetudoque ſervata] Nihil
tamenti reo datum eſt, ad quæ-
arreptus eſt quæſitor, quem ad
aliud Reip. munus abduci lice-
tius.

cauſa defenſa] Nam ab reo ne
tre quidem licuit. *Idem.*

ſi quis eſt] Simile genus defen-
tque illud eſt, *ſi feci, jure feci: ſed*
de quo multis in locis Quintil.
Eſt igitur hæc ſententia, damna-
i judicium non fuit: & ſi fuit, id
uſa Cluentii conjunctum non
tur non fuit præjudicium. *Id.*

ibus judicatis ſtandum] Id eſt,
debere ſecundum illud judicium
iare. *Idem.*

tiam Bulbus] Hoc ſecundum
ium eſt. Id cum cauſa Cluentii
tum non eſſe docet, quemad-
nec tertium, quo P. Popilius
utta damnati ſunt. *Idem.*

majeſtatis] Simile eſt illud
quod ante dixit, *Condemnatus eſt C. Iunius, qui ei quaeſtioni præfuerit. Adde etiam illud ſi placet, tum eſt condemnatus, cum eſſet judex quæſtionis.* A majore majeſtas, ut ab honore honeſtas, auctore Priſciano appellata eſt. Eſt autem majeſtas, ut definit Cicero lib. de orat. 2. *Amplitudo & dignitas civitatis.* Minuere majeſtatem, potius quam lædere dicimus. Idem in eodem, *Majeſtatem minuit, qui exercitum hoſtibus pop. Rom. tradidit.* Idem libro de Inventione 2. *Majeſtatem minuere eſt, de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum quibus populus poteſtatem dedit, aliquid derogare.* Bulbus igitur majeſtatis condemnatus eſt, quia legionem in Illyrico ſollicitavit. Auctore Vlpiano libro Digeſt. 48. ad legem Iuliam majeſtatis, hac lege tenetur, qui milites ſollicitaverit, concitaveritve, quo ſeditio tumultusve adverſus Remp. fiat.

Hoc crimen] Corrupti judicii. *Idem.*

C. Coſconii] C. Coſconius Calidianus orator fuit, nullo acumine: eam tamen verborum copiam, ſiquam habebat, præbebat populo cum multa concurſatione magnoque clamore, ut ait Cicero de Claris oratoribus. *Idem.*

eſt. quod crimen erat proprium illius quaeſtionis, & quae res lege majeſtatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime. Iam iſta divinatio eſt, qua ſi uti licet, vide ne mea conjectura multo ſit verior. Ego enim ſic arbitror, Bulbum, quod homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus in judicium ſit adductus, idcirco facilius eſſe damnatum. tu mihi ex tota cauſa Bulbi, quod tibi commodum eſt, eligis, ut id eſſe ſecutos judices dicas.
36 Quapropter hoc Bulbi judicium non plus obeſſe huic cauſae debet, quam illa, quae commemorata ſunt ab accuſatore, duo judicia, P. Popillii, & T. Guttae: qui cauſam de ambitu dixerunt: qui accuſati ſunt ab iis, qui erant

Quæ res lege majeſtatis tenebatur] Vt dicimus, qui hominem necaverit, lege Cornelia de ſicariis teneri. Cicero in oratione de reſponſis aruſp. *Decrevit Senatus, eos qui id feciſſent, lege de vi, quæ eſt in eos qui univerſam Remp. oppugnaſſent, teneri.* Igitur lege tenentur ii, qui contra legem peccaverunt. *Sylv.*

At hoc] Crimen corrupti judicii, quod Bulbo objectum eſt. *Idem.*

Mea conjectura multo ſit verior quam divinatio tua] Quamvis divinatio certa, conjectura incerta eſſe ſoleat. *Idem.*

Facilius eſſe damnatum] Non eſt damnatus Bulbus, quia eſſet homo nequam, turpis, &c. Hæc enim cauſæ propria non erant. hæc tamen commoverunt judices, ut facilius majeſtatis damnaretur. *Idem.*

Quapropter] Relicta apoſtrophe, ad judices verba dirigit. *Idem.*

P. Popilii] Is non eſt, cujus ante meminit. hic enim multo poſterior fuit. *Idem.*

Qui accuſati ſunt ab iis] Hoc loco ſignificat Cicero legem fuiſſe, ut ſi quis de ambitu damnatus, alium ambitus accuſaret vinceretque, in integrum reſtitueretur. Auctore Modeſt. Iuriſconſ. lib. Digeſt. 48. ad legem Iuliam de ambitu: *Si quis in municipio contra hanc legem magiſtratum ſacerdotiumve petiverit, per Senatuſconſultum in centum aureos cum infamia punitur: qua lege damnatus, ſi alium convicerit, in integrum reſtituitur, non tamen pecuniam recipit.* Hæc autem lex Romæ ceſſavit, quia ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet. Quum hanc cauſam Cicero ageret, nondum lex illa Iulia lata erat. Veriſimile tamen eſt, eam ad exemplum ſuperiorum latam eſſe. Id ſi ita eſt, damnati de ambitu pœna exilium non erat. Nam ad exules, ut ait Quintilianus lib. 7. lex nulla pertinet. P. Sulla de ambitu damnatus, lege in patria retinebatur, ut ait Cicero in ejus defenſione. qui idem in libro de legibus tertio ſcribit, ambitus pœnam ignominiam eſſe. Idem tamen pro L. Murena ſignificat exilium hujus criminis pœnam eſſe. Is enim negans fieri poſſe, ut quis petat Conſulatum, ſimulque in competitores accuſationem ambitus meditetur: *Magnum eſt*, inquit, *te comparare ea quibus poſſis hominem e civitate, præſertim non inopem, neque infimum exturbare.* Nam ipſe Cicero Conſul ex Senatuſconſulto legem tulit de ambitu. cujus damnato exilii quoque pœna conſtituta eſt. Id pro eodem Murena, quem deſignatum Conſulem Conſul defendit, ſignificat: *Quem*, inquit, *nova pœna legis, & domo, & parente, & omnium ſuorum conſuetudine complexuque privat.* Idem. De legibus & pœnis ambitus vide Sigon. lib. II de judiciis cap. 30.

Quod

: ipſi ambitus condemnati: quos ego non idcirco eſſe ror in integrum reſtitutos, quod planum fecerint, ob rem judicandam pecuniam accepiſſe: ſed quod ibus probarint, quod in eodem genere, in quo ipſi diſſent, alios reprehendiſſent, ſe ad praemia legis re oportere. Quapropter neminem dubitare exiſti- quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum cauſa ntii, veſtroque judicio conjuncta eſſe poſſit. Quid, l Stalenus eſt condemnatus? non dico hoc tempore, es, id quod neſcio an dici oporteat, illum majeſtatis lamnatum. Non recito teſtimonia hominum hone- norum, quae in Stalenum ſunt dicta ab iis, qui emilio, clariſſimo viro legati, & praefecti, & tribuni ares fuerunt: quorum teſtimoniis planum factum maxime ejus opera, cum quaeſtor eſſet, in exercitu ionem eſſe conflatam. Ne illa quidem teſtimonia o, quae dicta ſunt, de H-S I Ↄ Ↄ; quae ille cum ac- ſet nomine judicii Safiniani; ſicut in Oppianici ju- poſtea, retinuit atque ſuppreſſit. Omitto & haec, a permulta, quae illo judicio in Stalenum dicta ſunt: lico, eandem tum fuiſſe P. & L. Cominiis, equitibus . honeſtiſſimis hominibus, & diſertis, controver- cum Staleno, quem accuſabant, quae nunc mihi m Attio. Cominii dicebant idem, quod ego dico: Sta-

in eodem genere] Placet, *quem* *genere*, & ita habet manu- . *F. Urſinus.*

raemia legis] Id eſt, ut in inte- nſtituerentur. *Sylvius.*

quod Stalenus eſt condemnatus?] eſt praejudicium, quod pro entio eſſe Cicero oſtendit. *Idem.*

dico hoc tempore judices] Occu- ſt. Simulat enim id ſe omittere maxime dicit. Hac dicendi ratio- tores fiunt attenti. Fiunt autem ores, cum proxime adjungimus nos dicere, quod ad cauſam no- magis pertineat. *Idem.*

Quaeſtor eſſet] Cum Conſuli- bus aut Praetoribus in provinciam pro- ficiſcentibus, ad pecuniariam rem ad- miniſtrandam, & ad praedas venden- das, Quaeſtores mitti ſolebant. M. igi- tur Æmilium Imp. Stalenus Quaeſtor ſecutus eſt. *Idem.*

Conflatam] Id eſt, factam: ut ante dixit, conflare invidiam. *Idem.*

P. & L. Cominiis] P. Cominius Spo- letinus eques Rom. Ciceronis amicus fuit, quo accuſante Cajum Cornelium majeſtatis reum Cicero defendit. In eo compoſitum dicendi genus & acre & expeditum fuit. auctor eſt Cicero de Claris oratoribus ubi de L. Cominio nihil ſcribit. *Idem.*

Stalenum ab Oppianico pecuniam accepiſſe, ut judicium corrumperet: Stalenus conciliandae gratiae cauſa ſe accepiſſe dicebat. Irridebatur haec illius reconciliatio, & perſona viri boni ſuſcepta, ſicut in ſtatuis inauratis, quas poſuit ad Iuturnae: quibus ſubſcripſit, reges ab ſe in gratiam eſſe reductos. Exagitabantur omnes ejus fraudes atque fallaciae: tota vita in ejuſmodi ratione verſata aperiebatur: egeſtas domeſtica, quaeſtus forenſis in medium proferebatur: nummarius interpres pacis & concordiae non probabatur. Itaque tum Stalenus, cum idem defenderet, quod Attius, condemnatus eſt.

Co-

Stalenus conciliandæ gratiæ cauſa] Guilielmius arbitratur illud *gratiæ* adſutum ab interprete aliquo. *Gruterus.* Atqui abeſſe non poteſt, ſi loci hujus conſtare debet ſententia.

In ſtatuis inauratis] Inauratum dicimus id quod vulgo dicunt deauratum. Actione in Cajum Verrem 6. *Neque me poſtulare, ut quicquam contra Cajum Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam Caji Verris ſtatuam viderem.* In Lucium Piſonem: *Me inaurata ſtatua donarant.* In libro Tuſcul. quæſt. 1. *Argivi in ea delecti viri vecti petebant pellem inauratam arietis.* Idem inaurari, pro ditari dixit, in lib. epiſt. famil. 7. *Moriar, ni quæ tua gloria eſt: puto te malle a Cæſare conſuli, quam inaurari.* Vt inaurare, non deaurare: ita contra dealbare, non inalbare dicimus. Vt libro eodem: *Sed amice Magne noli hanc epiſtolam Attico oſtendere. Sine eum errare, & putare me virum bonum eſſe, nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.* In Verrem act. 3. *Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis.* Item: *Quod ſi tanta pecunia columnas dealbari putaſſem, certe nunquam Ædilitatem petiviſſem.* Sylvius.

Ad Iuturnæ] Id eſt, ad ædem Iuturnæ. Ea autem locutio poëtis, hiſtoricis, & oratoribus familiaris eſt. *ut ad Dianæ*, Terentius in Adelphis: Cicero pro Milone, *ad Caſtoris*: & in Philippica ſecunda, *ad Opis dicit.* de quo dicendi genere alibi plura ſcribimus. Iuturna Turni ſoror nympha eſt, ſtagnis quæ fluminibuſque ſonoris præſidet. *Hunc illi Rex ætheris altus honorem Iuppiter erepta pro virginitate ſacravit*: ut ſcribit Virg. in lib. Æneid. 12. *Eſt autem Iuturna*, ut ait Servius, *fons in Italia ſaluberrimus, prope fluvium Numicum, cui nomen a juvando inditum eſt, quaſi juvans. Quum enim omnis aqua naturaliter noxia ſit externorum corporibus, omnibus hic fons ſaluberrimus eſt. De hoc autem fonte Romam ad omnia ſacrificia aqua afferri conſueverat.* Huic autem Romæ poſitam ædem hoc loco ſignificat Cicero, ad quam ſibi poſuit ſtatuam Stalenus. Turn. pro *externorum* conjicit Cluver. *ægrotorum.*

Exagitabantur] Id eſt, tanquam jacentes & latentes excitabantur atque proferebantur. *Sylvius.*

In ejuſmodi ratione] Id eſt, in tali modo. *Idem.*

Egeſtas domeſtica] Nam pecuniam forenſi quæſtu comparatam Stalenus ita profundebat, ut ne ad neceſſitatem quidem ſibi relinqueret, ut ante dictum eſt. *Idem.*

Forenſis] Quem ſibi ex foro turpiter faceret. *Idem.*

Nummarius interpres pacis] Interpretes ſunt, per quos inducitur pactio: ut ſequeſtres, apud quos deponitur pecunia, auctor eſt Aſconius. *Idem.* Vide de notione iſta hujus vocis *interpres* multis diſputantem ampliſſimum Cuperum ad monumenta, inſcriptiones & marmora, quæ adjecit Apotheoſi Homeri p. 273.

In

Cominii cum hoc agerent, quod nos in tota cauſa egimus, probaverunt. Quamobrem ſi Staleni damnatione Oppianicum judicium corrumpere voluiſſe, Oppianicum judici ad emendas ſententias dediſſe pecuniam judicatum eſt: cum ita conſtitutum ſit, uti in illa culpa aut Cluentius ſit, aut Oppianicus: Cluentii nummus nullus judici datus ullo veſtigio reperitur: Oppianici pecunia poſt judicium factum a judice ablata eſt: poteſt eſſe dubium, quin illa damnatio Staleni, non modo non ſit contra Cluentium, ſed maxime noſtram cauſam defenſionemque confirmet? Ergo adhuc 37
Iunii judicium video eſſe ejuſmodi, ut incurſionem potius ſeditionis, vim multitudinis, impetum tribunitium, quam judicium appellandum putem. Quod ſi quis illud judicium appellet, tamen hoc confiteatur neceſſe eſt, nullo modo illam multam, quae a Iunio petita ſit, cum Cluentii cauſa poſſe conjungi. Illud igitur Iunianum per vim factum eſt: Bulbi, & Popillii, & Guttae contra Cluentium non eſt: Staleni etiam pro Cluentio eſt. Videamus ecquod aliud judicium, quod pro Cluentio

In tota cauſſa egimus, probaverunt] Hæc omnia uſque ad capitis 38 verba: *L. Caulius Mergus? M Baſilius*, deſiderantur in Dreſdenſi, in Francii ſecundo, & editione prima Notat quoque inferius Gruterus, ea deſiderari in omnibus Palatinis, ut clare pateat, hos omnes libros deſcriptos manaſſe ex uno codice, in quo folium perierit.

Quum ita conſtitutum ſit] Conſtabat Ciceroni cum adverſario judicium corruptum. igitur a Cluentio vel ab Oppianico, ut ante dictum eſt. *Sylvius.*

Reperitur] *Reperiatur*, & poſtea *ablata ſit*, legendum videtur, ut particula *quum* repetatur. *Idem.* Sic quoque Lambinus, ſed cauſſæ nihil eſt, cur recedamus a vulgata librorum omnium lectione. Franc. prim. *Cluentii nummos illi datos eſſe judici nullo veſtigio reperitur.* forte: *Cluentii nummos ulli datos eſſe judici nullo veſtigio reperiatur.* Grævius.

A judice] Id eſt, a Staleno: ut ante dictum eſt. *Sylvius.*

Ergo adhuc] Concluſio ſpecialis eſt, per quam repetit ea præjudicia partim non eſſe contra Cluentium, partim pro eo eſſe. *Idem.*

Incurſionem] Id eſt, ut vulgo dicunt, invaſionem. *Idem.*

Multitudinis] Id eſt, vulgi. *Idem.*

Nullo modo illam multam] Idem ante dixit Cicero, id eſt, hoc non eſſe judicium. aut ſi qui judicium putet, id cum Cluentii cauſa non eſſe conjunctum. *Idem.*

Staleni etiam pro Cluentio eſt. Videamus ecquod aliud] Franc. prim. *Staleni etiam pro Cluentio videmus. Et quid aliud judicium, quod pro Cluentio ſit, proferre poſſumus?* Non male. *videmus* ſc. eſſe. ſed pro *&* *quid* leg. *&* *quod.* Græv.

tio ſit, proferre poſſimus. Dixitne tandem cauſam C. Fidiculanus Falcula, qui Oppianicum condemnarat, cum praeſertim, id quod fuit in illo judicio invidioſiſſimum, paucos dies ex ſubſortitione ſediſſet? dixit, & bis quidem dixit. In ſummam enim L. Quintius invidiam concionibus eum quotidianis, ſeditioſis & turbulentis adduxerat. Vno judicio multa eſt ab eo petita, ſicut ab Iunio, quod non ſuae decuriae munere, ne-

Dixitne tandem cauſam] Auctore Quintil. lib. 9. interrogamus etiam quod negari non poſſit: *Dixitne tandem cauſam C. Fidiculanus Falcula?* Sylv.

C. Fidiculanus Falcula] Cicero in actione in Verrem ſecunda de corruptis judiciis verba faciens: *Inventi ſunt*, inquit, *Senatores, qui C. Verre Pratore urbano ſortiente exirent in eum reum, quem incognita cauſa condemnarunt.* C. Fidiculanum Falculam ſignificari Aſconius tradit, qui ad complendam Oppianici damnationem dicebatur eſſe ſuppoſitus: a Cluentio autem ſuppoſitus videbatur. In qua ſententia Cicero eſt pro A. Cecinna. Is enim de hoc Falcula ſcribens: *Meminerant*, inquit, *omnes quantum in Albiano judicio accepiſſet. In eum quid dicam, niſi id quod negare non poſſit? veniſſe in conſilium publicæ quæſtionis? quum enim conſilii judex non eſſet, & in eo conſilio quum cauſam non audiſſet, & poteſtas eſſet ampliandi, dixiſſe ſibi liquere, dum incognita re judicare voluiſſet, maluiſſe condemnare quam abſolvere: quum ſi uno minus damnarent, condemnari reus non poſſet, non ad cognoſcendam cauſam, ſed ad explendam damnationem præſto fuiſſe. Vtrum gravius aliquid in quenquam dici poteſt, quam ad hominem condemnandum, quem nunquam vidiſſet, neque audiſſet, adductum precio eſſe? An certius quicquam objici poteſt, quam quod is, cui objicitur, ſine nutu quidem infirmare conatur?* Hoc loco cauſæ ſuæ ſerviens Cicero contrarium dicit. Paulo poſt dicet, errare eum qui auctoritatem ſuam in judicialibus orationibus conſignatam ſe habere putat. *Licet oratori in cauſis diverſis diverſa dicere.* Idem.

Poſt paucos dies ex ſubſortitione] Quam facta erat ſubſortitio, ſcilicet. Nam intelligendum non eſt, poſt paucos dies quam ab accuſatore & patrono dictæ ſunt orationes. Nam repente eo ipſo die de Oppianico pronunciatum eſt. Hoc fortaſſe conjungendum eſt cum ſuperiore. Id quod fuit in illo judicio invidioſiſſimum paucos dies poſt, quod videlicet L. Quintius abiit Tribunatu. *Idem.* *Paucos dies ex ſubſortitione*] Vulgata recentior, *poſt paucos dies.* ſed non ita quoque antiquiores: excluſitque item liber S. Victoris. *Gruterus.*

Sediſſet] Id eſt judicaſſet: qua in re hoc loco ſedere ſæpe dicitur. *Sylv.*

Vno judicio] Id eſt, priore cauſa. *Id.*

Non ſua decuria munere] Id eſt, ſui ordinis judicium. ut actione in Verrem tertia: *Cui niſi ego vi populi hominum clamore atque convicio reſtitiſſem, ex hac decuria noſtra, cujus mihi copiam quam largiſſime factam oportebat, erepta eſſet facultas eorum, quos eſſe adnumerat.* Quo in loco decuriam pro judicum ordine dici, Aſconius auctor eſt. In eadem re Suetonius dicit in vita Cæſaris Auguſti: *Ad tres judicum decurias quartam adjecit.* Idem in vita Caligulæ: *Vt levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit.* Idem. P. Manutius in hoc loco explicando mirificum ſe præbet. *Sua decuria munere* cum reliquis, inquit, ſenatoribus ex ſubſortitione. Sic enim cauſſam ante cognoviſſet, quam reum damnaret. Nam ſuæ decuriæ munere non ſedere eſt, cum reliquis ſenatoribus ex ſubſortitione non judicare? Num igitur decuria eſt ordo ſenatorius, aut judices

[redacted]

neque ex lege ſediſſet. paullo ſedatiore tempore eſt accuſatus, quam Iunius, ſed eadem fere lege & crimine. Quia nulla in judicio ſeditio, neque vis, neque turba verſata eſt, prima actione facillime eſt abſolutus. Non numero hanc abſolutionem. nihilominus enim poteſt, ut illam multam non commiſerit, accepiſſe tamen ob rem judicandam pecuniam, quam captam nuſquam Stalenus eadem lege dixit. proprium crimen illud quae-

ces ex ordine ſenatorio? Verum quidem eſt tum temporis omnes judices fuiſſe ex ſenatorio ordine: ſed procul dubio in plures fuerunt deſcripti hi ſenatores, qui judicibus præerant, decurias. Sicut equeſter ordo, quamvis unus erat, in decurias dividebatur, quarum alia erat honeſtior alia. Decuria eſt album judicum, in quod ejuſdem generis & cenſus judices erant relati, ut dudum Caſaubonus ad Suetonium docuit. Et, ſicut poſtea cum ex pluribus ordinibus judices legerentur, alia erat decuria ſenatoria, alia equeſtris, alia tribunorum ærarii, ſic tum temporis plures erant decuriæ ſenatoriæ. itaque hic Falculæ ſuam tribuit decuriam. His decuriis judicum ſua quoque fuerunt aſſignata munera, ut non ad omnia judicia legerentur ex omnibus decuriis judices, ſed una aut altera decuria hoc vel illo tempore eſſet immunis. Munus enim erat, hoc eſt onus, judicem ſedere Sueton. Auguſt. 32: *Pleriſque judicandi munus detrectantibus, vix conceſſit ut ſingulis decuriis, per vices annua vacatio eſſet.* Quamvis vero rationem munerum & immunitatum, quæ in decuriis ſenatoriis Ciceronis tempore obtinuit, ignoremus, ut alia multa, clare tamen patet ex hoc loco, Falculam ſediſſe, cum ſuæ decuriæ ſedendi munus non eſſet: itaque cum alienæ decuriæ munere ſederet, cupiditatem aut corruptionem præ ſe ferre videbatur. Hinc tanquam cupido judici & non ex lege ſedenti multa fuit impoſita. *Gravius.*

Prima actione] Ejuſdem cauſæ multas aliquando actiones eſſe, ante diximus. *Sylvius.*

Illam multam non commiſerit] Id eſt, culpam ob quam multa exigatur. Id quod ſequitur, pro eo quod præcedit. *Idem.* Sic *committere ſtipulationem* l. 1, §. 6, ff. de verb. obligat. incidere in pœnam ſtipulatione comprehenſam. *Committere merces*, perdere merces, propter non ſolutum vectigal. *Gravius.*

Accepiſſe tamen] Locum hunc emendare ſcriptum non eſſe, opus non eſt ut admoneam. Quid autem ſi ita legas? *Accepiſſe tamen ob rem judicandam pecuniam accuſatus eſt.* Sylvius.

Quam Stalenus, qui cauſam nuſquam eadem lege dixit] Sic reſtitui, ſcripturæ veteris veſtigia ſecutus. ſententia autem hæc eſt, non numero (inquit) abſolutionem Fidiculanii. nam, quamvis abſolutus ſit, nihilominus tamen, *quam Stalenus, pecuniam ob rem judicandam accipere potuit: qui tamen Stalenus, nuſquam accuſatus eſt, quod pecuniam ob rem judicandam accepiſſet.* Lambin. *Ob rem judicandam pecuniam, quam captam nuſquam Stalenus eadem, &c.*] Hæc quidem eſt lectio recepta, ſed non etiam antiqua. Pall. noſtri omnes hic mutilati ſunt integro folio. quare eorum fidem non produco. at Guilielmius, annotavit legi in ſcripto S. Victoris, *ob rem judicandam captanus quam Stalenus.* ex iis veſtigiis finxit Lambinus & recepit in contextum, *pecuniam quam Stalenus, qui cauſam nuſquam eadem lege dixit.* non poterat propius ad litteras & ſyllabas. Guilielmius nihil mutabat, ſed diviſis vocibus legebat, *ob rem judicandam, capta. nuſquam. Stalenus eadem, &c.* antiquæ edd. *ob rem judicandam captam nuſquam Stalenus eadem, &c.*

quaeſtionis ejus non fuit. Fidiculanus quid feciſſe dicebatur? accepiſſe a Cluentio H-S CCCC. Cujus erat ordinis? ſenatorii. qua lege in eo genere a ſenatore ratio repeti ſolet, de pecuniis repetundis, ea lege accuſatus, honeſtiſſime eſt abſolutus. Acta eſt enim cauſa more majorum, ſine vi, ſine metu, ſine periculo: dicta expoſita, & demonſtrata ſunt omnia: adducti judices ſunt, non modo potuiſſe honeſte ab eo reum condemnari, qui non perpetuo ſediſſet, ſed, ſi aliud is judex nihil ſciſſet, niſi, quae praejudicia de eo facta eſſe conſtarent, audire praeterea
38 nihil debuiſſe. Tum etiam illi quinque, qui imperitorum hominum rumuſculos aucupati, tum illum abſolverunt, jam ſuam clementiam laudari magnopere nolebant. a quibus ſiqui quaereret, ſediſſentne judices in C. Fabricium, ſediſſe ſe dicerent. ſi interrogarentur, num quo crimine is eſſet accuſatus, praeterquam veneni ejus, quod quaeſitum Avito diceretur, negarent. ſi deinde eſſent ro-

Franciſcus Sylvius reſtituebat: *ob rem judicandam pecuniam accuſatus eſt.* Grut. Francii primus: *tandem ob rem judicandam captamus, quam Stalenus eadem lege dixit.* Non inepte ed. anni 1498: *Nihilominus enim poteſt, ut illam multam non commiſerit, accepiſſe tandem ob rem judicandam. captam nuſquam Stalenus eadem lege dixit.* Tò *pecuniam* non extat in ullo libro ante Victorianam editionem. *Grævius.*

Quaſtionis ejus] Staleni. Nam de majeſtate Staleni quæſtio conſtituta erat. *Sylvius.*

Senatorii] Tum enim ſoli Senatores, ut diximus, judicabant. De Fidiculano illa Cicero dicit per ironiam pro A. Cecinna: *Senator pop. Rom. ſplendor ordinis, decus atque ornamentum judiciorum, exemplar antiquæ religionis Fidiculanus Falcula.* Idem.

Qua lege] Lege Cincia cavebatur, ne quis ob orandam cauſam aut judicandam donum munusve acciperet: Hac lege Fidiculanus accuſatus abſolutus eſt. *Idem.*

Dicta] A Fidiculani patrono, quamvis ab Iunio reo ne conſurgere quidem licuerit. *Idem.*

Expoſita] Id eſt, narrata. *Idem.* Delevi copulam *&* auctoritate primi Franc. Vulgo: *& expoſita.* Grævius.

Demonſtrata] Id eſt, probata: id eſt, attente audita ejus defenſio eſt. *Sylv.*

Qui non perpetuo ſediſſet] Id eſt, qui accuſationem & defenſionem totam non audiſſet. *Idem.*

De eo] Reo. *Idem.*

Tum etiam illi quinque] Honeſtius Oppianicum a Fidiculano damnatum, quam a quinque judicibus abſolutum probat, redderque meliorem rationem Fidiculanus cur damnaverit, quam illi quinque cur abſolverint. *Idem.*

Imperitorum hominum] Id eſt, vulgi. *Id.*

Rumuſculos aucupati] Id eſt, ex rumore clementiæ ſuæ & miſericordiæ gloriolam captantes. *Idem.*

Iam ſuam clementiam] Hos quinque in Fidiculani cauſa ſediſſe ſignificat. *Id.*

Quaſitum Avito] Id eſt, paratum contra Cluentium. *Idem.*

Ra-

ti, quid judicaſſent, condemnaſſe ſe dicerent. Ne enim abſolvit. Eodem modo quaeſitum ſi eſſet de nandro, certe idem reſpondiſſent: tametſi ille una entia eſt abſolutus: ſed illam unam nemo tum iſto- ſuam dici vellet. Vter igitur facilius ſuae ſenten- rationem redderet: iſne, qui ſe & ſibi, & rei ju- tae conſtitiſſe dicit: an ille, qui ſe in principem ficii lenem, in adjutores ejus & conſcios vehemen- num eſſe reſpondet? Quorum ego de ſententia non o diſputare. neque enim dubito, quin ii tales viri, icione aliqua perculſi repentina, de ſtatu ſuo declina- Quare eorum, qui abſolverunt, miſericordiam non ehendo: eorum, qui in judicando ſuperiora judicia ti ſunt ſua ſponte, non Staleni fraude, conſtantiam probo: eorum vero, qui ſibi non liquere dixerunt, ntiam laudo: qui abſolvere eum, quem nocentiſſi- n cognorant, & quem ipſi bis jam antea condemna- , nullo modo poterant: condemnare, cum tanta con- infamia, & tam atrocis rei ſuſpicio eſſet injecta, paullo erius patefacta re, maluerunt. Ac ne ex facto ſolum ntes illos judicetis, ſed etiam ex hominibus ipſis, quod

ionem redderet] Franc. prim. *ra- reddere poteſt.*

judicata] Id eſt, duobus præju- *Sylvius.*

mentiſſimum eſſe reſpondit] Rece- ranc. *reſpondet.* Græv.

ſtatu ſuo] Id eſt, de animi con- . *Sylv.* Franc. *ſuſpicione aliqua* , *repente de ſuo ſtatu declinarunt.*

eriora judicia] Id eſt, de Sca- ro & Fabricio præjudicia: id eſt, ppianicum damnaverunt. *Sylv.*

ſponte] Id eſt, æquo & mode- nimo, non irritato, nec conci- *Idem.*

ſſi] Id eſt, judicum. *Idem.*

atrocis rei] Vt reus innocens ju- opprimeretur. *Idem.*

injecta] Injecta infamia & ſu- , pro eo quod eſt, facta & ſu- ſcepta dicitur. ut injectus timor, pro L. Murena dicitur: *Quibus rebus qui ti- mor bonis omnibus injectus ſit, quantaque deſperatio Reipub. ſi ille factus eſſet, nolite a me commoneri velle.* Injicere ignem, pro eo quod eſt imponere, idem dicit in L. Piſonem: *Quum in Palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus injectis.* Idem.

Paulo poſterius] Re ampliata. *Id.*

Sapientes illos] Aut qui non liquere dixerunt, aut etiam eos qui damnaverunt. *Idem.*

Sed etiam ex hominibus ipſis] Id eſt, ex ipſorum animis & virtutibus. Hominem enim eſſe animum qui ſit in corpore putavit Cicero, ut ex multis locis patet. *Idem.* *Sed etiam ex hominibus ipſis*] Non potui veterem ſcripturam, *ex hominibus ipſis*, rejecta vulgata, *ex nominibus ipſis*,

quod ii fecerint, rectiſſime ac ſapientiſſime factum probetis: quis P. Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior, fide, religione, officio, diligentior, aut ſanctior commemorari poteſt? non abſolvit. Quis Qu. Confidio conſtantior? quis judiciorum atque ejus dignitatis, quae in judiciis publicis verſari debet, peritior? quis virtute, conſilio, auctoritate praeſtantior? ne is quidem abſolvit. Longum eſt de ſingulorum virtute ita dicere: quae, quia cognita ſunt ab omnibus, verborum ornamenta non quaerunt. Qualis vir M. Iuventius Pedo fuit ex vetere illa judicum diſciplina? qualis L. Caulius Mergus? M. Baſilus? C. Caudinus? qui omnes in judiciis publicis jam tum florente rep. floruerunt. Ex eodem numero L. Caſſius, Cn. Hejus, pari & integritate & prudentia: quorum nullius ſententia eſt Oppianicus abſolutus. Atque ex his omnibus, natu minimus, ingenio & diligentia, & religione par iis, quos antea commemoravi, P. Saturius, in

ipſis, non probare. Illa enim perſpicue recta & vera eſt: altera autem acrius cernenti & attentius conſideranti, falſa. & mendoſa. *Lamb.* *Sed etiam ex nominibus*] S. Victoris exemplar *hominibus*, arripuitque Lambinus. nihil mihi in eo videtur cur vulgato præferatur: nedum cur tantopere prædicetur Lambino, placueritque item Bruto. adverſatur enim ei præcedens *illos*. Gruter. Franc. prim. *hominibus*, quod merito ex S. Vict. libro recepit Lambinus. nec repugnat *illos* ſubauditur judices. Poſſunt recte judicare nonnunquam & ſapienter etiam improbi, ſed cum homines probi, ſancti, ſapientes pronunciarunt, longe magis perſuaſum omnibus eſt, recte fuiſſe judicatum, quia nihil illi dant gratiæ aut odio. *Gravius.*

Non abſolvit] P. Franc. prim. *Num abſolvit?* acrius ſane. *Gravius.*

Quæ quia cognita ſunt] Numerum pluralem pro ſingulari ponit. *Sylv.*

Verborum ornamenta] Id eſt, laudes. *Id.*

Ex vetere illa judicum diſciplina] Hoc dicendi genere antea uſus eſt. *Idem.*

Cn. Hejus] Ita Pall. & S. Victoris, alluduntque ultimæ originis editiones, in quibus *Heujus*. unde poſteriores formarunt *Navius*, quod in hunc diem uſque regnavit. *Gruterus.*

Natu minimus] Ita parvum natu ne exiſtimes, ut eum minorem annis 35 credas. Nam ante hanc ætatem nulli judicare licebat. ut anno ætatis 30 judicare liceret, id eſt, quinquennio maturius quam ſolebant, Auguſtus Cæſar conſtituit: ut in ejus vita Suetonius ſcribit. *Sylvius.* Non erat 35, ſed 25 annus, quo poterat civis Romanus judex legi. Vide Caſaub. ad laudatum Suetonii locum.

Religione] Id eſt, jurisjurandi integritate. *Idem.*

P. Saturius] Sic ſolum initio fuit in Pal. quart. factumque inde *Statarius*. at reliquis adeſt *Satarius*, quomodo & S. Victoris. ſolum Pal. pr. *Satacius*. unde veniebat mihi in mentem *Satagius*. nam certe & alias legitur in S. Victor. *Satacius*, ſi non mentitur manus Guilielmi. *Gruterus.* In Franc. prim. eſt *Saturius*.

O in-

in eadem ſententia fuit. O innocentiam Oppianici ſin-
gularem! quo in reo, qui abſolvit, ambitioſus: qui di-
ſtulit, cautus: qui condemnavit, conſtans exiſtimatur.
Haec tum agitante Quintio, neque in concione, ne- 39
que in judicio demonſtrata ſunt. neque enim ipſe dici
patiebatur, nec per multitudinem concitatam conſi-
ſtere cuiquam in dicendo licebat. Itaque ipſe, poſt-
quam Iunium pervertit, cauſam totam reliquit. paucis
enim diebus illis & ipſe privatus eſt factus, & homi-
num ſtudia deferbuiſſe intelligebat. Quod ſi, per quos
dies Iunium accuſavit, Fidiculanum accuſare voluiſſet,
reſpondendi Fidiculano poteſtas facta non eſſet. Ac
primo quidem, omnibus illis judicibus, qui Oppiani-
cum condemnarant, minabatur. Iam inſolentiam no-
ratis hominis: noratis animos ejus ac ſpiritus tribuni-
tios. Quod erat odium? dii immortales! quae ſuperbia?
quanta

O innocentiam] Ironia eſt. *Sylv.*

Agitante] Id eſt, multitudinem concitante. *Idem.*

In judicio] Pop. Rom. ſcilicet, quod de Iunio fuit. *Idem.*

In dicendo] Id eſt, in Iunio defendendo. *Idem.*

Pervertit] Id eſt, oppreſſit & damnari fecit. *Idem.*

Cauſam totam] Eorum quos a Cluentio damnatos jactaverat, quibus omnibus minatus erat. *Idem.*

Privatus eſt factus] Id eſt, abiit Tribunatu. *Idem.*

Hominum ſtudia deferbuiſſe] Id eſt, invidiam adverſus judices conflatam refrixiſſe, & ut dicunt refrigerata eſſe. Vt in libro de oratore: *Quantis illa clamoribus adoleſcentuli diximus de ſupplicio parricidarum? quæ nequaquam ſatis deferbuiſſe poſt aliquanto ſentire cœpimus.* Et pro M. Cælio: *Multi & noſtra & patrum majorumque memoria judices ſummi homines & clariſſimi cives fuerunt, quorum quum adoleſcentia cupiditates deferbuiſſent, eximia virtutes firmata jam ætate extiterunt.* Effervescere contrarium eſt, ut pro Cælio: *Si cui nimium efferbuiſſe videtur hujus vel in ſuſcipiendis, vel in gerendis inimicitiis, vis, ferocitas, pertinacia.* Refrigeratum a Cicerone quoque dicitur, actione in Verr. 2. *Ita defeſſa ac refrigerata accuſatione rem integram ad M. Marcellum eſſe venturam.* A deferveſcendo autem dicitur, quæ ut arbitror ſola vox eſt. defervere enim dici non arbitror. Idem in lib. Tuſcul. 4. *Aut rogandi ſunt orandique ut quam habent ulciſcendi vim, differant in tempus aliud, dum deferveſcat ira.* Deferveſcere autem refrigerari ſignificat ardorem animi, invita ratione excitatum. *Idem.*

Poteſtas] Id eſt, copia. *Idem.*

Inſolentia] Id eſt, ſuperbia ſupra humanum morem ſe efferens. *Inſolens*, ut ait Nonius Marcellus, *impudens & audax dicitur conſuetudine.* M. Tullius ad Cæſarem juniorem libro ſecundo: *Inſolens, arrogans, jactans.* Idem.

Quod erat odium] *Odium* hic non eſt, quo alios proſequebatur Quintius, ſed quod apud alios importunitate & arrogantia ſua excitabat. Eſt enim *odium* faſtus odioſus, importunitas, quæ omnibus eſt moleſta, ut apud Horat. 1 Sat. 7:

Durus homo atque odio qui poſſet vincere Regem.

Plaut.

quanta ignoratio ſui? quam gravis atque intolerabilis arrogantia? qui illud etiam ipſum acerbe tulerit, ex quo illa nata ſunt omnia, non ſibi ac defenſioni ſuae condonatum eſſe Oppianicum: proinde quaſi non ſatis ſigni eſſe debuerit, ab omnibus eum fuiſſe deſertum, qui ſe ad patronum illum contuliſſet. Erat enim Romae ſumma copia patronorum, hominum eloquentiſſimorum atque ampliſſimorum, quorum certe aliquis defendiſſet equitem Rom. in municipio ſuo nobilem, ſi honeſte putaſſet ejusmodi cauſam poſſe defendi. Nam Quintius quidem quam

Plaut. Aſin. II, 4:

Perii hercle jam hic me abegerit ſuo odio.

Quod illud odium ſit vide in verſibus, qui hunc præcedit, ubi Leonidæ jactantiam, aliorum contemtum, & inanem oſtentationem cognoſces. Sic *odioſus* eſt qui aliis moleſtus eſt. Act. IV in Verr. c. 21: *Trecenta accuſatori* (H S dediſti) *ne tibi odioſus eſſet*, h. e. moleſtiam crearet. quamvis non negem potuiſſe quoque *odium* in vulgari ſignificatione hic poni, quia paullo poſt dicit: *Atque idem quanto in odio poſtea ſuis illis ipſis fuit, per quos in altiorem locum aſcendetat.* Verius tamen puto, quod paullo ante dixi. *Gravius.*

Quanta ignoratio ſui] *Quantum bonum eſt noſſe ſeipſum, tantum ignoratio ſui malum eſt. Auctore Cicerone libro de leg. primo, natura docuit, ut noſmetipſos noſceremus.* Cujus præcepti tantam vim eſſe, tantam ſententiam dicit, ut ea non homini cuipiam, ſed Delphico deo tribueretur. indeque omnem ſapientiam naſci oſtendit. Auctore Platone in libro de Philoſophia, *ſeipſum ignorare deſipere eſt: ſe noſſe, ſapere. Eodem auctore in Protagora*, ſeptem Græciæ ſapientes facto conſilio & communi conſenſu illas Delphici Apollinis templo primitias ſapientiæ dedicarunt, quæ templo inſcriptæ ab omnibus celebrantur: *Noſce teipſum, &c. Ne quid nimis.* Apud eundem in Charmide Critias: *Ferme*, inquit, *hoc ipſum temperantiam eſſe arbitror, ſeipſum cognoſcere illique aſſentior, qui præceptum hoc templo Apollinis ipſius inſcripſit. Certe videtur hæc inſcriptio tanquam dei ſalutatio quædam ad homines, qui templum ingrediuntur, loco ejus, qua gaudere jubet, &c.* Sylv.

Ex quo illa nata ſunt omnia] Quæ fecit aut dixit Quintius in concione, aut in judicio, ad concitandam multitudinem. *Idem.*

Non ſibi ac defenſioni ſuæ condonatum] Id eſt, quod Oppianicus propter ſe & ſuam defenſionem abſolutus non ſit. Tantum enim ſibi arrogabat, ut cauſa ſua Oppianicum abſolutum iri putaret. *Idem.* Vide de elegantia hujus vocis in hac notione Gronov. lib. III Obſerv. c. 23.

Satis ſigni] Id eſt, argumenti & probationis. *Sylvius.*

Ab omnibus eum fuiſſe deſertum] Id eſt, nullum patronum bonum voluiſſe cauſam ejus ſuſcipere: ut diximus Fabricii cauſam ab indocto Cepaſio ſuſceptam. Quintiliano auctore libro 4. *benevolentiam aliquando captamus a perſona adverſarii per contumeliam, ut Aſinius pro Urbinia heredibus Labienum adverſarii patronum inter probationes cauſæ malæ poſuit.* Idem.

Erat enim Romæ] Cauſam Oppianici deteriorem oſtendit, quod eques Rom. quod in municipio ſuo nobilis fuerit, cum tamen nemo ex tanta copia patronorum hominum eloquentiſſimorum ſuſcipere voluit defendendum. *Idem.*

Equitem Rom.] Oppianicum. *Idem.*

Ex municipio] Larino. Municipes enim & coloni, cives Rom. erant. *Id.*

Dixi-

quam cauſam umquam antea dixerat, cum annos ad quinquaginta natus eſſet? quis eum umquam non modo in patroni, ſed in laudatoris, aut advocati loco viderat? qui quod Roſtra jamdiu vacua, locumque illum, poſt adventum L. Sullae a tribunitia voce deſertum, oppreſſerat, multitudinemque jam deſuefactam a concionibus ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem revocaverat, idcirco cuidam hominum generi paulliſper jucundior fuit. Atque idem quanto in odio poſtea ſuis

Dixerat] Id eſt, oraverat. *Sylv.*

Annos ad quinquaginta] Id eſt, circiter quinquaginta. Majorem Quintii inertiam ſignificat. Adoleſcentes enim accuſare aut defendere incipiebat, unde magnam ſibi gloriam quærebant, ut Cicero natus annos 23. aut ut aliis placet 27. Sex. Roſcium parricidii reum defendit. L. Quintius quinquagenarius ne laudatoris quidem aut advocati officio tum uſus fuerat, quum Oppianici cauſam ſuſcepit. *Idem.* De particulæ *ad*, ut hic accipitur, notione vide Gronovium lib. 1. de pec. vet. cap. 7.

Laudatoris] Reorum laudatores aut a municipiis, aut a provinciis, aut a ſociis adhiberi ſolebant: Hique laudatores publice mittebantur cum tabulis publicis. Ea res multum valebat ad tollendam ſuſpicionem criminis objecti ab accuſatore. Nam veriſimile non erat, hominem tam probatum iis quibuſcum vixerit, crimen id de quo quæſtio conſtituta ſit admiſiſſe. Hac quoque ratione judices ad miſericordiam flectebantur ejus, quem tam charum aliis videbant, quam charitatem a virtute proficiſci putabant. *Sylvius.*

Aut advocati] *Advocatus eſt*, ait Aſconius, *is qui alterum in judicio defendens, aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico.* Idem.

Poſt adventum L. Sullæ] Id eſt, poſtquam a bello Mithridatico redierat, & cum C. Mario populari homine pugnaverat, eumque vicerat. *Idem.*

Tribunitia voce deſertum] Annos ad ſeptem ante Oppianici damnationem L. Sulla tribunitiam poteſtatem ſuſtulerat, quia Patritiorum contra plebejos cauſam ipſe tutabatur. Eodem enim fere tempore judicandi poteſtatem ab Equitibus ad Senatores tranſtulit, quo & tribunitiam poteſtatem ſuſtulit. Verre Prætore urbano cauſa Oppianici acta eſt. Poſtea Verres provinciam Siciliam triennium adminiſtravit. Poſtquam de provincia deceſſit, a Cicerone accuſatus eſt. In ejus accuſatione decem annis ante judicia ad Senatum tranſlata dicit. Poteſtas tribunitia populo antea Pompejo Cos. quam Equitibus judicandi poteſtas a M. Aurelio Cotta reſtituta eſt. Aſconius autem in Commentariis in Divinationem ſcribit, pop. Rom. annis 10. tribunitia poteſtate L. Sulla victore ſpoliatum fuiſſe, eamque judiciorum deſiderio efflagitatam. Senatores enim qui judicabant, avaritiæ infamia maxime flagrabant. *Idem.*

Ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem] Id eſt, ad conciones, quales haberi ſolebant ante poteſtatem tribunitiam ſublatam. *Idem.*

Revocaverat] Significat L. Quintium fuiſſe ex primis Tribunis, poſtquam ea poteſtas reſtituta eſt. Sicinium, Quintium, & Palicanum primos perviſſe, ut poteſtatem tribunitiam populo Rom. Cn. Pompejus & M. Craſſus Coss. darent: auctor eſt Aſconius. Quocirca conjectare licet, hos inter primos Tribunos pleb. fuiſſe. *Idem.*

Cuidam hominum generi] Id eſt, plebi. *Idem.*

Suis

ſuis illis ipſis fuit, per quos in altiorem locum adſcenderat? neque injuria. Facite enim, ut non ſolum mores ejus, & arrogantiam, ſed etiam vultum atque amictum, atque

Suis illis ipſis] Id eſt, populo Rom. cujus ſuffragiis Tribunus plebis factus fuerat. *Sylvius.*

Facite ut recordemini] Id eſt, recordamini. ut de Senectute: *Invitus feci, ut L. Flaminium ejicerem e Senatu*: id eſt, invitus ejeci. *Idem.*

Sed etiam vultum atque amictum] Sub oculos ſubjectio eſt, veluti ante: *Recordamini faciem, atque illos ejus fictos ſimulatosque vultus.* Et pro P. Seſtio de Piſone & Gabinio: *Quorum per deos immortales, ſi nondum ſcelera vulneraque inuſta Reip. vultis recordari, vultum atque inceſſum animis intuemini. Facilius facta eorum occurrent mentibus veſtris, ſi ora ipſa oculis veſtris propoſueritis.* Charientiſmon, ſive ſcomma facit, qua figura fit feſtiva dictio. *Idem.* Tribunos plebis uſos eſſe prætexta ex hoc loco Ciceronis, & Quintiliani, oſtendit Ferrarius lib. II de re Veſtiar. cap. 4. qui ibidem docet Ciceronem reprehendere non ideo Quintium, quod prætexta talari uteretur, nam omnes ea ætate togas talares fuiſſe, ſed quod cum alii paullo ſupra imam togæ oram purpuram circumtextam geſtarint, ſuperbus ille & latiorem, & talos ipſos perfundentem induerit. Hanc ſententiam Rubenius de re lib. I de lato clavo cap. 8 refellit, & defendit Plutarchum, qui tradit tribunos plebis non geſtaſſe tunicam laticlaviam, eamque muniit auctoritate ipſius Ciceronis qui in interrogatione in Vatinium ſcribat: *Sic enim ex te quæro: tribunus plebis fuiſti? Sejunge te a Conſule. Collegas habuiſti viros fortes novem, ex his tres erant, quos tu quotidie dicebas de cælo ſervare, quos irridebas, quos privatos eſſe dicebas, de quibus duos prætextatos ſedentes vides, te ædilitiam prætextam togam, quam fruſtra confeceras, vendidiſſe.* Vnde conficit Rubenius, tribunos plebis non fuiſſe prætextatos, ſed ſæpe exacto tribunatu prætextatos factos, cum ad ædilitatem vel præturam, abrogata jam Sullæ lege, adſcenderint. Hunc autem Ciceronis locum, de Quintio ita putat explicandum. Illum in tribunatu cuidam hominum generi paullisper jucundiorem fuiſſe, ſed deinde, cum nempe magiſtratum adeptus eſſet, odio etiam ſuis illis ipſis fuiſſe, per quos in altiorem locum adſcenderit, ob arrogantiam nempe, & demiſſum ad talos purpuram. Aliud etiam eſſe docet, togam ad calceos dimittere, aliud ad talos. Calceos enim ſenatorum altos fuiſſe & ad medium crus perveniſſe. Ferrarius in Analectis de re veſtiaria cap. 12, in quibus acerbius juſto in Rubenium elegantiſſimi & juxta mitiſſimi ingenii, cum in vivis eſſet, hominem invehitur, ſuam ſententiam acriter tuetur, & contra hunc & contra Plutarchum. Illum cauſſatur, ut ſæpe alias in Romanorum rebus, ſic & de veſtitu tribunorum plebis offendiſſe. Ciceronis locum in Vatinium non explicaſſe recte Rubenium contendit. Nihil enim, ait, repugnare, ut qui fuerint in tribunatu prætextati, eoſdem in alio magiſtratu quoque prætextam ſumſiſſe. Quaſi qui Prætor prætextatus, in ædilitate prætexta caruerit. Falſam eſſe conſecutionem, qui poſt tribunatum prætextam ſumſerint, in tribunatu ea caruiſſe. Vtrobique fuiſſe prætextatos, ſed interjecto tempore, cum privati eſſent, ſine prætexta fuiſſe, quam novo magiſtratu reſumſerint. Hoc clare verba Ciceronis indicare. Nam ex tribus illis collegis, quos in tribunatu irriſerit Vatinius, quos privatos eſſe dixerit, duos jam magiſtratum adeptos fuiſſe, id eſt, ædilitatem, tertium Conſulatum, & omnes in prætexta rurſus fuiſſe, ipſum autem Vatinium ædilitate excluſum prætextam, quam in eam ſpem confecerit, vendidiſſe. Dein addit: Sed quid reponet Quintiliano, qui purpuram ad talos demiſſam prætextam vocet. His cum ſubjeciſſet explicationem hujus loci Rubenii, ſubnectit: Cui odio, vel potius riſui non ſit iſta explicatio? Satius eſſe veteres

illam uſque ad talos demiſſam purpuram recordemini.

ſcriptores non attigiſſe, quam
prętari. Hæc iratius Ferrarius,
erius. Audiamus, quomodo
ronem exponat. Exagitat, in-
in odium ibi vocat Quintium
ribunatu ejus, non autem in
giſtratu mores ejus, arrogan-
ıltum, amictum, & demiſſam
purpuram in memoriam revo-
tiamſi id Quintilianus non po-
æc Ferrarius. Sed qui Cicero-
: locum, qui fundus eſt iſtius
s tribunos uſos eſſe prætexta,
averit intentius, facile depre-
pulchre illum intellexiſſe Ru-
nimis vero cupide illi obloqui
n. Nam cum Tullius dixiſſet,
n, poſt revocatam conſuetu-
teris ſimilitudinem, cuidam
ominum pauliſper jucundio-
e, nimirum in tribunatu, cum
is clamoribus concitaret popu-
judices, addit quid poſt illum
am geſtum ſit: *Atque idem
s odio POSTEA ſuis illis ipſis*
uibus nimirum fuerat in tribu-
undus) *per quos in altiorem lo-
nderat?* Quando per hos ſuos
em locum aſcendit, & qui fuit
locus? Tempus indicat Cice-
n *poſtea*, inquit. hoc eſt poſt
ribunatum? Altior ille locus,
poſtea aſcendit, qui alius po-
quam ædilitas? In illa ædilitate
gantem ſe præbuit, ut ad talos
n purpuram geſtaret. Itaque
cundus fuerat in tribunatu ſuis,
ſtea in ædilitate odio illis fuit
hanc arrogantiam. Hinc in ſe-
as accenſetur quoque Quintius
minibus, qui maximos ceperint
lica fructus. Iam vero tribuni
on poſſunt dici novi homines,
primi ex ſuo genere conſecuti
giſtratus majores, ædilitatem,
n, conſulatum per quos pote-
ccipiebant prodendi ad memo-
aginem ſuam. Nam nec quæ-
ec tribunatus plebis nobilita-
vus homo vero nullus, appel-
niſi qui princeps nobilitatem
in ſuam domum intuliſſet. Clariſſime igitur patet, non in tribunatu, ſed in ædilitate, aut prætura, prætexta ſe jactaſſe Quintium, recteque Quintilianum expoſuiſſe talarem purpuram prætextam, ſed qui non doceat illam geſtaſſe Quintium in tribunatu, ſed tum cum per leges & conſuetudinem ei geſtare licuit, *poſtea* ſcilicet, cum *in altiorem locum adſcendit*. Alter vero locus Ciceronis in Vatinium eſt ſole meridiano clarior. Vatinium exagitat, quod, cum illius collegæ, quos in tribunatu ſuo contemſerat, jam prætexta ſint ornati, ille nondum ad hunc honorem potuerit eniti, ſed ſpe ædilitatis exciderit, & ideo prætextam ædilitiam, quam paraverat, vendiderit. Quis ſane mentis credat ei exprobrari a Tullio, quod prætexta careat, ſi antea in tribunatu prætextatus fuiſſet? Nec in animum inducere quiſquam poterit Plutarchum ignoraſſe, quo veſtitu ipſi ſint tribuni plebis, qui etiam tunc creabantur, quamvis vim omnem in ſe traxiſſet tribunitiâ poteſtas imperatorum. Remanebat tamen nomen & inſignia, ut apud ceteros magiſtratus. Nonnunquam impegit Plutarchus in rebus Romanis, ut homo, cum nec errorum immunes ſint in ſuis rebus ipſi Romani ſcriptores, Livius, Valerius Maximus, Virgilius, alii, ut cum alii viri docti, tum Cl. Perizonius in eruditis illis obſervationibus hiſtoricis nuperius pluribus exemplis docuit, in re tamen tam manifeſta, tam omnibus illa tempeſtate nota potuiſſe fallere tantum virum nemo credet. Vides ex hoc ſpecimine quam homines occæcet amor ſui & ſtudium ſua tuendi. *Gravius.*

Atque illam uſque ad talos] Auctore Quintiliano libro quinto, a patronis aliquando adverſarii vita, vultus, inceſſus, habitus recte incuſari ſolet. *Vt*, inquit, *adverſus Quintium Cicero ipſam prætextam demiſſam ad talos inſectatus eſt. preſſerat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius.* Id utile eſſe dicit ad conciliandum iis quos inviſos facere volueris, odium. Hoc tamen loco ap-

 pellat

mini. Is, quaſi non eſſet ullo modo ferendum, ſe ex judicio diſceſſiſſe victum, rem ab ſubſelliis in roſtra detulit. Et jam querimur ſaepe, hominibus novis non ſatis magnos in hac civitate eſſe fructus? nego uſquam umquam fuiſſe majores: ubi, ſi quis ignobili loco natus ita vivat, ut nobilitatis dignitatem virtute tueri poſſe videatur, uſque eo pervenit, quoad eum induſtria cum innocentia proſecuta eſt. Si quis autem hoc

pellat Cicero purpuram, quam Quintilianus prætextam. *Sylvius.*

Vſque ad talos demiſſam purpuram] Non reprehendit quod toga ad talos demiſſa fuerit. nam ut ait Quintilianus lib. 11. togam veteres Romani ad calceos uſque demittebant. ut Græci pallium. Hujuſmodi togis Ciceronem, & qui poſt eum fuerunt, uſos fuiſſe dicit. Sed illud reprehendit Cicero, quod purpura uſque ad talos prætexta ſit. *Idem.*

Is, quaſi non eſſet ullo modo ferendum] Redit nunc ad narrationem, quæ in criminatione Oppianici dixerit feceritve Romæ Quintius, quam interpoſita de moribus & arrogantia ejus ὑποτύπωσι interruperat. Sicuti paullo poſt aliud quaſi ἐπεισόδιον intertexit de ignobilium fructu, quem Romæ capiunt, poſt quod revertitur iterum ad narrationem hujus judicii.

Diſceſſiſſe victum] Amiſſa cauſa ſcilicet. *Sylvius.*

Rem ſubſelliis ad roſtra detulit] Forum, roſtra, & ſubſellia pro eadem re ſæpe dicuntur. Nec hoc loco Cicero locorum differentiam ſignificare videtur, ſed actorum & auditorum: quod ad ſubſellia agant oratores, audiant judices, in roſtris concionem habeat Trib. pl. populus audiat. Aut ſi locorum diſtinctio eſt, ſicut certe eſſe videtur, roſtra ſunt ubi conciones ad populum habentur, ut populo ante roſtra jamdiu vacua dixit. *Subſellia*, ubi exercentur judicia. ut antea: *Accuſabat Tribunus pleb. idem in concionibus, idem ad ſubſellia, ad judicium non modo de concione, ſed etiam cum ipſa concione veniebat.* Id. *A ſubſelliis ad roſtra* eſt a tribunali judicum ad judicium populi.

Et jam querimur] Et hoc loco particula interrogantis eſt, ut apud Virgilium in Bucolicis: *Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?* Aut potius indignantis. ut apud eundem in libro Æneidos primo: *Et quiſquam numen Iunonis adoret Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem?* Sylvius. *Et jam querimur, &c.*] Guilielmius junctum legebat, *etiam quer.* mihi alterum lepidius videtur. *Gruterus.* Male ſane Guilielmius.

Si quis ignobili loco natus eſt] Quidam legi volunt hic, *nobili loco natus eſt.* ut opponatur illi, quod ponitur infra, *ſi quis autem hoc uno nitatur, quod ſit ignobilis*, ſed errant. nam hic comparat inter ſe duos ignobiles, alterum induſtrium, & virtute præditum: alterum ſola ignobilitate nitentem, nulla virtute inſtructum, aut ornatum. deinde horum utrumque, cum nobili vitioſo, ut doceat, quod vult, hominibus novis, ſeu ignobilibus maximos eſſe Romæ fructus. *Lambinus.* *Vbi ſi quis ignobili loco natus*] Petri Victorii editio, *nobili*. ſed pro noſtra faciunt mſſ. eamque bene tuetur Lambinus. *Gruterus.*

Loco] Id eſt, genere. *Sylvius.*

Vt nobilitatis dignitatem virtute tueri] Nobilitatis dignitatem virtute tueri dicitur is, qui ignobili loco natus, nobilitatem ſibi virtute paravit, quam etiam tuetur. *Idem.*

Vſque eo pervenit] Ad honores, ad magiſtratus ſcilicet. *Idem.*

Proſecuta] Id eſt, comitata. *Idem.*

Hos

ro nititur, quod ſit ignobilis, procedit ſaepe lon-
quam ſi idem ille eſſet cum iiſdem ſuis vitiis no-
nus. ut Quintius, nihil enim dicam de ceteris,
et homo nobilis, quis eum cum illa ſuperbia at-
ntolerantia ferre potuiſſet? Quod eo loco fuit,
erunt, ut, ſi quid haberet a natura boni, prodeſſe
arent oportere: ſuperbiam autem atque arrogan-
jus deridendam magis arbitrarentur propter hu-
tem hominis, quam pertimeſcendam. Sed, ut 41
revertar, quo tempore Fidiculanus eſt abſolu-
u, qui ea judicia facta commemoras, quaero,
tum eſſe exiſtimas judicatum? certe gratis judi-
At condemnarat: at cauſam totam non audierat:
concionibus omnibus a L. Quintio vehementer
t ſaepe vexatus. Illa igitur omnia Quintiana, ini-
alſa, turbulenta, popularia, ſeditioſa judicia fue-
Eſto: potuit eſſe innocens Falcula. Iam ergo ali-
Oppianicum gratis condemnavit: jam non eos lu-
ubſortitus eſt, qui pecunia accepta condemnarent:
Iam

ro] Id eſt, hac re ſola, quod ilis, & non quod ullam habeat . *Sylvius.*

it ſape longius] In magiſtrati- quendis vel gerendis. *Idem.*

antia] Intolerantia hic dicitur pro intolerabili arrogantia. *Id.* am hac voce eſt oratione in , *Perſpicite hanc poteſtatem; non m inſaniam, ſed intolerantiam dicetis.*

eo loco fuit] Id eſt, ignobilis. m plebejus. Nemini enim pa- ebat gerere plebis Tribunatum. e Clodius ut fieret Trib. plebejo ſe dedit adoptandum. *Sylv.*

] Id eſt, nulla accepta pecu- m.

ndemnarat] Dialogo aut alter- ſimilis hic locus eſt, ubi per- accuſatoris & patroni agit Cice- .

itur] Apte hoc loco complexio- ne uſus Cicero eſt, ad hunc modum: Si gratis judicaſſe Oppianicum Fidiculanus judicum ſententia dictus eſt, cæteri qui eundem damnaverunt, gratis damnaverunt. omnium enim eadem cauſa eſt. Si omnes gratis damnaverunt, quos damnandos Quintius curavit, ii injuſte damnati ſunt. Omnia igitur Quintiana judicia fuerunt falſa, iniqua, &c. *Idem.*

Eſto] Eſto eſt particula concedentis, tanquam id concedat Actius Ciceroni, Falculam potuiſſe innocentem eſſe. *Idem.*

Iam ergo aliquis] Nam ſi innocens Falcula fuit, Oppianicum gratis condemnavit. *Idem.*

Iam non eos Iunius ſubſortitus eſt] Dreſdenſis verius puto & efficacius: *Iam non omnes Iunius ſubſortitus eſt.* & ſane ſequentia hanc adſtruunt lectionem: *Iam potuit aliquis ab initio non ſediſſe*, &c. Grævius.

Iam potuit aliquis ab initio non ſediſſe, & tamen Oppianicum gratis condemnaſſe. Verum, ſi innocens Falcula, quaeſo, quis nocens? ſi hic gratis condemnavit, quis accepit? Nego rem eſſe ullam in quemquam illorum objectam, quae Fidiculano objecta non ſit: neque aliquid fuiſſe in Fidiculani cauſa, quod idem non eſſet in ceterorum. Aut hoc judicium reprehendas tu, cujus accuſatio rebus judicatis niti videbatur, neceſſe eſt: aut, ſi hoc verum eſſe concedis, Oppianicum gratis condemnatum eſſe fateare. Quamquam ſatis magno argumento eſſe debet, quod ex tam multis judicibus, abſoluto Falcula, nemo reus factus eſt. Quid enim mihi damnatos ambitus colligitis, alia lege, certis criminibus plurimis teſtibus? cum primum illi ipſi debuerint potius accuſari de pecuniis repetundis, quam ambitus. nam, ſi in ambitus judiciis hoc his obfuit, cum alia lege cauſam dicerent, certe, ſi propria lege hujus peccati adducti eſſent, multo plus obfuiſſet. Deinde, ſi tanta

Iam potuit aliquis, &c.] Liber manuſcr. unus habet, *jam potuerunt aliqui*, &c. ab eodem ſupra abeſt verbum, *condemnavit*. Lambinus.

Quaeſo quis nocens?] Nihilo debilius lectio Pal. ſec. tert. quint. ſexti, *quaero*, quomodo & olim cuſi. *Gruterus.* Sic & Franc. prim.

In quenquam illorum] Qui Oppianico damnato in judicium vocati ſunt. *Sylvius.*

In quenquam illorum objectam] Quæ Fidiculano objecta non ſit. Ex hoc loco attende, *objicio* tibi, & *objicio in te* dici poſſe. *Idem.*

In caeterorum] Iudicum ſcil. qui damnato Oppianico rei facti ſunt. *Idem.*

Aut hoc Iudicium] Argumentum ex remotione eſt: Iudicium Fidiculani aut falſum eſt aut verum: Si non falſum, verum eſt: Si verum, Oppianicus gratis a Fidiculano damnatus eſt, quod hoc judicio liberatus ſit. *Idem.*

Rebus judicatis] Id eſt, præjudiciis. *Id.*

Magno argumento] Id eſt, magnæ probationi. *Idem.*

Ex tam multis judicibus] Qui Oppianicum damnaverant. *Idem.*

Quid enim mihi damnatos ambitus] Quia dixit abſoluto Falcula neminem ex tam multis judicibus reum factum eſſe, ne Popilium & Guttam adverſarios objiciat, eos ambitus alia lege damnatos dicit. *Idem.*

Debuerint potius accuſari] Si eorum judicia eſſent Cluentii præjudicia, repetundarum accuſari debuerunt. Marcello Iuriſc. lib. Digeſt. 46. ad legem Iuliam repetundarum auctore, *lege Iulia repetundarum tenetur, qui quum poteſtatem aliquam haberet, eadem jubet ne quis ob hominem condemnandum abſolvendumve aliquid accipiat.* Idem.

Hoc his obfuit] Id eſt, quod ob rem judicandam accepiſſent pecuniam. *Idem.*

Adducti eſſent] Id eſt, in judicium vocati. *Idem.*

Quam

ıta vis fuit iſtius criminis, ut, qua quiſque lege ex
ıudicibus reus factus eſſet, tamen hac plaga peri-
cur in tanta multitudine accuſatorum, tantis prae-
, ceteri rei facti non ſunt? Hic profertur id, quod
ium appellari non oportet, P. Septimio Scaevolae
ı eo nomine eſſe aeſtimatam. Cujus rei quae con-
ıdo ſit, quoniam apud homines peritiſſimos dico,
bus verbis docere non debeo. Numquam enim ea
entia, quae ſolet adhiberi in ceteris judiciis, ea-
reo damnato adhibita eſt. In litibus aeſtimandis
judices, aut, quod ſibi eum, quem ſemel con-
narunt, inimicum putant eſſe, ſi qua in eum lis ca-
illata eſt, non admittunt: aut, quod ſe perfunctos
jam

u quiſque lege] Ordo eſt, Qua
iſque ex illis judicibus. *Sylv.*
plaga periret] Id eſt, hoc crimi-
upti judicii damnaretur. *Idem.*
is præmiis] *Accuſatoribus qui vi-*
lege conſtitutum fuiſſe præmium,
Aſconium eſt in Commentariis
ilone. Id autem præmium quar-
rtem bonorum damnati rei arbi-
nde quadruplatores idem ſcribit
i, accuſatores criminum publi-
quod ipſi ex damnatorum bo-
nos accuſaverant, quartam par-
aſſequerentur. *Idem.*
proferetur] Quartum eſt hoc ge-
ɛ judiciorum ab Actio prolato-
Id ut proximum, judicii loco
am non eſſe Cicero oſtendit.

ptimio Scævola] Hic quoque ju-
pianicum damnavit. De hoc Ci-
ctione in Verrem 2. Senatores ju-
orruptos commemorans: *Quid*
quit, *quod P. Septimio Senatore*
o, Q. Hortenſio Prætore de pecuniis
tis, lis æſtimata ſit eo nomine,
'e ob rem judicandam pecuniam ac-
Idem.
s eo nomine eſſe æſtimatam] Li-
imare, ut ait Aſconius in Com-
iis in Actionem ſecundam in
n eſt pecuniam de qua lis fuit,
& propter quam condemnatus eſt reus, in ſummam redigere, quæ de bonis ejus redigatur. Lis igitur æſtimari ſolebat ei qui repetundarum poſtulatus eſſet. Quod igitur P. Septimius Scævola ob rem judicandam accepiſſet pecuniam, lis ei æſtimata eſt. Eſt autem æſtimare ab ære dictum, id quod vulgo dicunt appreciare & taxare. Auctore Sex. Pompejo *æſtimata pœna ab antiquis ab ære dicta eſt, qui eam æſtimaverunt ære, ovem decuſſi, bovem centuſſi, hoc eſt, decem & centum aſſibus*. Idem.

Apud homines, &c.] Conciliat ſibi judices, quia eos ore præſenti laudat. *Idem.*

Pluribus verbis] Dociles & attentos facit, promittendo brevitatem. *Idem.*

Nunquam enim, &c.] Tacite confitetur litem Scævolæ æſtimatam fuiſſe, ſed quum aliæ judicii loco habitæ non ſint, hanc quoque habendam non eſſe oſtendit. Sententia eſt: Si quid aliud in damnatum reum dicatur, judices ita diligentes non ſunt, quam quum reus nondum damnatus eſt. *Idem.*

Si qua in eum lis, &c.] Inferre litem in aliquem, eſt cum aliquo litem inchoare; ut pro C. Rabirio Poſthumo: *Itaque in inferendis litibus adeſſe ſolebant, qui aliquid de ſe verebantur.* Idem.

Lis capitis] Id eſt, capitalis. *Idem.*

jam eſſe arbitrantur, cum de reo judicarunt, negligentius attendunt cetera. Itaque & majeſtatis abſoluti ſunt permulti, quibus damnatis, de pecuniis repetundis lites eſſent aeſtimatae: & hoc quotidie fieri videmus, ut, reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos perveniſſe pecunias in litibus aeſtimandis ſtatutum ſit, eos illi judices abſolvant. quod cum ſit, non judicia reſcinduntur, ſed hoc ſtatuitur, aeſtimationem litium non eſſe judicium. Scaevola condemnatus eſt aliis criminibus, frequentiſſimis Apuliae teſtibus. omni contentione pugnatum eſt, ut lis haec capitis aeſtimaretur. quae res, ſi rei judicatae pondus habuiſſet, ille poſtea vel iiſdem, vel aliis inimicis, reus hac lege ipſa factus eſſet.

42 Sequitur id, quod illi judicium appellant. majores autem noſtri numquam neque judicium nominarunt, neque perinde, ut rem judicatam obſervaverunt animadverſionem atque auctoritatem cenſoriam. qua de re antequam incipio, perpauca mihi de meo officio verba faciunda ſunt: ut a me cum hujuſce periculi, tum ceterorum quoque officiorum & amicitiarum ratio conſervata eſſe videatur. Nam mihi cum viris fortibus, qui

Illi] Accuſatores. *Sylvius.*

Animadverſionem atque auctoritatem cenſoriam] Eſt a Petro Victorio, neque aliter ultimæ vetuſtatis edd. quibus reſpondent ſeptem Pall. nam hic videtur deſinere codex S. Victoris. vulgo tamen paſſim excuditur; *animadverſio atque auctoritas cenſoria.* Gruterus.

Qua de re antequam] *Præter id exordium quod eſt totius orationis, multa ſæpe ſunt in eadem oratione ſpecialia,* auctore Quintil. lib. 4. *ſi multiplex cauſa eſt, ſua quibuſque partibus danda præfatio eſt.* Vt, *audite nunc reliqua:* &, *tranſeo nunc illud. Sed in ipſis probationibus multa funguntur procemii vice, ut facit Cicero pro Cluentio dicturus contra Cenſores: pro Murena, quum Servio ſe excuſat. Verum id frequentius eſt, quam ut exemplo confirmandum ſit.* Sylv. *Qua de re antequam incipio*] Ita reſcripſi auctoritate Pall. ſec. recepta enim lectio amplius, *antequam dicere incipio.* ceteri vero Pall. *qua de re initio, &c.* Gruterus.

De meo officio] Quod adverſus amicos eſt. *Sylvius.*

Cum hujuſce periculi] In quo Cluentius verſatur. Inde reum periclitari, apud Quintilianum licet non ſemel invenire. *Idem.*

Cum viris fortibus] Cn. Lentulo & L. Gellio: qui proxime Cenſores fuerunt. M. Aquilius & T. Gutta, qui judices damnaverunt Oppianicum, triennio amplius a Cenſoribus notati ſunt. Nomen enim Cenſorum triſte ſeverumque populus Romanus ſic oderat, ut intermiſſa eſſet Cenſura per plurimos annos, quam Cicero in Divinatione a populo expoſci dicit ob infamiam judicum

[redacted]

qui cenſores proxime fuerunt, ambobus eſt amicitia: cum altero vero, ſicuti & plerique veſtrum ſciunt, magnus uſus, & ſumma utriuſque officiis conſtituta neceſſitudo eſt. Quare, quidquid de ſubſcriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, ut omnem orationem meam non de illorum facto, ſed de ratione cenſoria habitam exiſtimari velim: a Lentulo autem, familiari meo, qui a me pro eximia ſua virtute ſummiſque honoribus, quos a populo Romano adeptus eſt, honoris cauſa nominatur, facile hoc, judices, impetrabo, ut, quam ipſe adhibere conſuevit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum vim animi, libertatemque dicendi, in hac mihi concedat, ut tantum mihi ſumam, quantum ſine hujus periculo praeterire non poſſum. A me tamen, ut aequum eſt, omnia caute pedetentimque dicentur, ut neque fides hujus defen-

cum corruptorum, quam ante recuſabat: auctor eſt Aſconius. Verris cauſam amplius triennium poſt Oppianicum damnatum actam fuiſſe ante diximus. *Sylvius.*

Qui proxime Cenſores fuerunt] Id eſt, qui fuerunt proximi Cenſores ante eos, qui tum erant, quum Cluentii cauſa ageretur. *Idem.*

Cum altero] Cn. Lentulo. *Idem.*

Magnus uſus] Id eſt, magna conſuetudo & familiaritas. *Idem.*

Conſtituta neceſſitudo eſt] Libri manuſcr. habent, *conſtituta conſuetudo eſt.* iidem infra paucis poſt verſibus, ubi eſt in vulg. *vim animi*, non habent, *animi* eodem verſu, ubi libri omnes habent, *in hac*, videtur legendum, *in hoc*, ut ſubintelligatur, aut repetatur, *periculo*. Lamb. *Conſtituta neceſſitudo eſt*] Haud ſecus Pall. ſeptem, niſi quod ſextus, *conſtituta conſuetudo vel neceſſitudo eſt.* unde liquet illud *conſuetudo* manuſcriptorum Lambini, ortum a librariorum manu. *Gruterus.*

De ſubſcriptionibus] Id eſt, de animadverſionibus. Hoc loco ſubſcriptiones in ea re ſæpe dicit Cicero, quod in tabulas publicas Cenſores referebant eos quos notaſſent, quæ tabulæ in æde Nympharum aſſervabantur, ut diximus. *Sylvius.*

Honoris cauſa nominatur] De honeſtiſſimo homine aut amiciſſimo id dici ſolitum, ſcripſi alio loco. *Idem.*

In amicorum periculis] Id eſt, defendendo amicos orator enim fuit. *Idem.*

Libertatem dicendi] Vt libere diceret, etiam contra amicos, ut fidem patrocinii ſervaret. *Idem.*

In hac mihi concedat, ut tantum mihi ſumam, quantum ſine hujus periculo] Pro *hac*, legebat Pantagathus *hoc*, & pro *hujus*, *ejus*. F. Vrſinus. *In hac mihi concedat, &c.*] Id eſt libertate, adnotat Guilielmius. ſed Lambiniani conjectaneum, *hoc*, reſtat in Pal. pr. quart. quint. ſept. *Gruterus.* *In hac* eſt in hac cauſſa. *Gravius.*

Hujus] Cluentii. *Sylvius.*

Caute pedetentimque] Vt Action. in Verrem 2. *Qua tamen a me pedetentim cauteque dicentur, ut amicitia noſtra & dignitatis illius habita ratio eſſe intelligatur.* Idem.

.. ..ucuo & Cn. Domitio c

natu ejectus eſſet, cenſorem ipſum poſtea :, cujus mores a cenſoribus erant reprel oſtea & populi Romani & eorum, qui in i dverterant, moribus praefuiſſe. Quod i ium putaretur, ut ceteri turpi judicio dau etuum omni honore ac dignitate privantur: us ignominia notatis neque ad honorem adi ı curiam reditus eſſet. Nunc ſi quem Cr

Neque in re nota] Quintilianus lib. 5. ıctor eſt, *in rebus apertis argumentari m ſtultum eſſe, quam in clariſſimum ſo- n mortale lumen inferre:* de eo ante di- mus. *Sylvius.*

Cajum Getam] Hoc exemplum eſt am apud Valerium Maximum lib. 2. nota Cenſoria: qui idem de M. Va- io Meſſala ſcribit. *Idem.* *Illud unum Getam*] Pal. pr. *Guttam.* tert. *Gre- i.* ſept. *Gutam.* ſec. *illud Vinium ietam.* ſed nihil mutandum: notat n *Licinium Getam*, cujus meminere es; niſi forſan & iidem corrupti. ıetus.

r *Senatu ejectus eſſet*] Ejicere e Se- , ſæpe Cicero dicit: ut in Catone ›re: *Invitus quidem feci, ut fortiſſi- ri T. Flaminii fratrem L. Flami-*

nuare: de quo alio lo

Cæteri turpi judicio da eos qui de ambitu damn quem alium ambitus ac vicerint, in integrum (eſt) reſtituuntur. *Idem.*

Turpi judicio] Vt furti, tundarum, majeſtatis, q in libris Pandect. ſæpe ap pe enim judicium non quis de re pecuniaria, a aut alia ejuſdem generi *Idem.*

In perpetuum] Niſi ab erant. *Idem.*

Honore] Id eſt, magiſ

Dignitate] Id eſt, Se

Ignominia notatis] A C

aut L. Gellii libertus furti condemnarit: is, omnibus ornamentis amiſſis, numquam ullam honeſtatis ſuae partem recuperabit. quos autem ipſe L. Gellius, & Cn. Lentulus, duo cenſores, clariſſimi viri, ſapientiſſimique homines furti & captarum pecuniarum nomine notaverunt: ii non modo in ſenatum redierunt, ſed etiam illarum ipſarum rerum judiciis abſoluti ſunt. Neminem vo- 43
luerunt majores noſtri non modo de exiſtimatione cujusquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe judicem, niſi qui inter adverſarios conveniſſet. Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum eſt, de quibus cauſis aut magiſtratum capere non liceat, aut judicem legi, aut alterum accuſare, haec ignominiae cauſa praetermiſſa eſt. Timoris enim cauſam, non vitae poenam in

Captarum pecuniarum] Ob rem judicandam. *Sylvius.*

Non modo in Senatum redierunt] Videtur Cicero in ea eſſe ſententia, ut Lentulus & Gellius fuerint Cenſores ii, qui duos judices notaverint, qui Oppianicum damnaverunt. Id ſi ita eſt, intelligendum eſt, hanc animadverſionem fuiſſe antequam Gutta de ambitu damnaretur: aut poſtquam ipſe damnatus alium ambitus accuſaverit, viceritque, ideo reſtitutus in integrum ſit. Antequam autem notati eſſent Aquilius & Gutta, ſenatores erant: tum enim, ut diximus, ſoli ſenatores judicabant. Notati autem e Senatu ejecti ſunt. *Id.*

Iudiciis ipſarum rerum] Id eſt, quæ de capitis pecuniis eſſent. *Idem.*

De exiſtimatione cujuſquam] Id eſt, in turpi judicio. Ibi enim de exiſtimatione rei agitur. Nam qui damnatur, infamiam adipiſcitur perpetuam. *Idem.*

Niſi qui inter adverſarios conveniſſet] Facta judicum ſortitione, accuſator & reus quos volebant rejiciebant, quorum in locum ſubſortitio fiebat, ut diximus. Itaque nemo erat judex, niſi inter accuſatorem & reum conveniſſet. Ita non fiebat in Cenſorum animadverſionibus: hæ igitur ut judicia habendæ non ſunt. *Idem.*

Quapropter in omnibus legibus] *Praterea* hoc loco aptius, quam *quapropter* legeretur. Alia enim cauſa eſt, cur Cenſoriæ animadverſiones judicii loco habendæ non ſint. *Idem.*

In omnibus legibus quibus exceptum eſt, &c.] Aliquæ nonnumquam interveniunt cauſæ, cur non liceat aut accuſare, aut judicem eſſe, aut magiſtratum gerere. Hæ autem cauſæ in jure civili perſcriptæ ſunt: ut lib. Digeſt. 3. de poſtulando, & de his qui notantur infamia, permultæ hujuſmodi cauſæ traditæ ſunt. In hujuſmodi cauſis animadverſionem Cenſoriam eſſe Cicero negat. *Idem.*

Magiſtratum capere] Id eſt, gerendum ſuſcipere, & ut dicunt, acceptare; ut pro lege Manilia: *Quid tam ſingulare, quam ut S. C. legibus ſolutus Conſul ante fieret, quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet?* Et pro Cn. Planco: *Quod multo etiam minus eſt ferendum: tum enim magiſtratum non gerebat is qui ceperat. Mandare magiſtratum*, pro eo quod eſt dare vel offerre, uſitate dicitur: de quo alio loco dicemus. *Idem.*

Timoris enim cauſam] Id eſt, ut ignominiam timerent, itaque a turpitudine avocarentur. *Idem.*

in illa poteſtate eſſe voluerunt. Itaque non ſolum, judices, illud oſtendam, quod jam videtis, populi Romani ſuffragiis ſaepenumero cenſorias ſubſcriptiones eſſe deletas, verum etiam judiciis eorum, qui jurati ſtatuere majore cum religione & diligentia debuerunt. Primum judices, ſenatores, equiteſque Rom. in compluribus jam reis, quos contra leges pecunias accepiſſe ſubſcriptum eſt, ſuae potius religioni, quam cenſorum opinioni paruerunt. Deinde praetores urbani, qui jurati debent optimum quemque in ſelectos judices referre, numquam ſibi ad eam rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerunt. Cenſores denique ipſi ſaepenumero ſuperiorum cenſorum

In illa poteſtate] Cenſoria; ut ante poteſtatem tribunitiam appellavit. *Sylv.*

Populi Romani ſuffragiis] C. enim Geta qui a Cenſoribus notatus fuerat, pop. Rom. ſuffragiis Cenſor factus eſt. *Id.*

Cenſorias ſubſcriptiones eſſe deletas] Libri duo manuſcripti habent, *eſſe ſublatas.* Lambinus.

Iudiciis eorum, qui jurati] Quæ judicia ſuffragiis populi jurati habenda ſunt graviora. *Sylvius.*

Senatores equiteſque Rom.] Quum per annos plurimos ante Oppianici damnationem poteſtas Cenſoria, ut diximus, intermiſſa fuerit: hoc intelligendum eſt factum, poſtquam lege Aurelia Senatoribus & Equitibus Rom. poteſtas judicandi data eſt. *Idem.*

Pecunias accepiſſe] Franc. *pecunias cepiſſe.*

Sua potius religioni] Quæ ex jurejurando profecta eſt. *Sylvius.*

Qui jurati debent optimum quemque in ſelectos judices referre] Prætor Vrbanus cum ſeligeret judices, qui ſortituri erant, juratus erat, ut hoc loco ſignificat Cicero. Cn. Pompejum Cos. ſolum delegiſſe judices in cauſa Milonis, idem Cicero teſtis eſt. Cum vero facta erat judicum ſortitio, omnes in leges jurabant, præter Prætorem. Prætorem autem jurare morem non fuiſſe, Cicero ſignificat Act. in Verr. 2. *Cum enim, ut ait, Pratorum deſignatorum ſortitio fieret, M. Metello obtigit, ut de cauſa Verris quæreret: eo judice quam Pratore hanc rem tranſigi, & jurato ſuam quam injurato aliorum tabellas committere ſe malle dicit.* Id enarrat Aſcon. Nam cum judex ſit Metellus, tabellam judiciariam juratus accipit: cum Prætor fuerit, & non juraverit, quia non eſt juris, in poteſtate habebit omnes tabellas omnium judicum. Prætor igitur cum ſeligit judices, juratus eſt: cum præeſt judicio & judicum tabellis, juratus non eſt. *Idem.* Vide & Turnebum de hoc loco diſputantem Adverſ. XXIX, cap. 16. & de ſelectis judicibus Cl. Salmaſium de modo uſurarum cap. 3.

Ad eam rem] Id eſt, ad optimum quemque in ſelectos judices referendum. *Sylvius.*

Cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere] Nam ſi judicii loco haberetur Cenſoria animadverſio, notatos homines in ſelectos judices referri non oporteret. *Idem.*

Cenſores denique ipſi] Id eſt, proximi Cenſores ſuperiorum Cenſorum judicia non probaverunt. Eos enim reſtituerunt, quos alii notaverant. Auctore Aſconio, Cenſorum notam ſucceſſores plerumque ſolvebant. *Idem.*

In-

[redacted]

rum judiciis, ſi iſta judicia appellari vultis, non ſteterunt. atque etiam ipſi inter ſe cenſores ſua judicia tanti eſſe arbitrantur, ut alter alterius judicium non modo reprehendat, ſed etiam reſcindat: ut alter de ſenatu moveri velit, alter retineat, & ordine ampliſſimo dignum exiſtimet: ut alter in aerarios referri, aut tribu moveri jubeat, alter vetet. Quare qui vobis in mentem venit, haec appellare judicia, quae a populo Romano reſcindi, ab juratis judicibus repudiari, a magiſtratibus negligi, ab iis, qui eandem poteſtatem adepti ſunt, commutari, inter collegas diſcrepare videatis? Quae 44
cum ita ſint: videamus, quid tandem cenſores de illo judicio corrupto judicaſſe dicantur. Ac primum illud ſta-

Iudiciis non ſteterunt] Id eſt, judicia non ſervaverunt: ut ſtare re judicatis, conventis, promiſſis dicimus. Pro L. Flacco, *Re judicata ſtari oſtendit placere.* Lib. de offic. 3. *Multa, quæ honeſta natura videntur eſſe, temporibus fiunt non honeſta: facere promiſſa, ſtare conventis, reddere depoſita, commutata utilitate fiunt non honeſta.* Idem lib. 1. *Iam illis promiſſis non ſtandum eſſe quis non videt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit?* Sylvius.

Vt alter alterius judicium] Præter id quod hoc loco dicit Cicero, illud animadvertendum eſt, Claudium Neronem & Livium Salinatorem, cum Cenſores equitum centurias recenſerent, ſe invicem notaſſe: Salinatorem Claudius, quia populi judicio ante Conſulatum & Cenſuram damnatus fuerat: Neronem Livius, quod non ſincera fide ſecum in gratiam rediſſet, notaverunt. Idem Salinator quatuor & triginta tribus in ærarios retulit, quod cum ſe damnaſſent, poſtea Conſulem & Cenſorem feciſſent: auctor eſt Valerius Maximus lib. 2. tit. de nota Cenſoria *Idem.*

Ordine ampliſſimo] Id eſt, Senatu. *Id.* Paullo ante, *de ſenatu movere*, Franc vulg. *moveri.*

In ærarios] Id eſt, inter ærarios, quod eodem loco idem Valerius dicit: *Salinator*, inquit, *quatuor atque triginta tribus inter ærarios referre non dubitavit.* In ærarios relati dicebantur ii, qui ære multatitio damnati erant: qui tum ex ærariis eximebantur, cum ſatisfecerant, aut aliqua ratione hac ignominia levabantur. *Sylv.* In ærarios referri dicebantur, qui ex albo centuriæ ſuæ delebantur, & in ærarios referebantur, qui carebant jure ſuffragii, & tantum pro capite ſuo tributi nomine pendebant æra, ut ait Aſconius.

Tribu moveri] Id eſt, in albo centuriæ ſuæ non eſſe. De quo animadverſionis genere ex Aſconii ſententia ante diximus. *Sylv.* *Tribu moveri* eſt ex tribu honeſtiore, ruſtica nimirum, in minus honeſtam, hoc eſt, urbanam referri.

Quæ a populo Rom. reſcindi] Per enumerationem concluſio ſpecialis eſt. *Sylv.*

Diſcrepare] Diſcrepare hoc loco impersonale eſt, ut contrarium ejus convenire, alioqui ſæpius perſonale eſt; ut pro Cn. Planco: *Neque ego nunc legis iniquitatem queror, ſed factum tuum a ſententia legis doceo diſcrepare.* Inde diſcrepantiam Cicero dixit in primo de officiis: *In actiones omnemque vitam nullam diſcrepantiam conferre debemus.* Idem.

Quæ quum ita ſint] Rem ſatis notam judicibus ſatis jam probaſſe ſibi viſus eſt. *Idem.*

Quam

ſtatuamus, utrum, quia cenſores ſubſcripſerint, ita ſit: an, quia ita fuerit, illi ſubſcripſerint. Si ideo, quia ſubſcripſerint: videte, quid agatis, ne in unumquemque noſtrum, cenſoribus in poſterum poteſtatem regiam permittatis: ne ſubſcriptio cenſoria non minus calamitatis civibus, quam illa acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre: ne cenſorium ſtilum, cujus mucronem multis remediis majores noſtri retuderunt, aeque poſthac atque illum dictatorium gladium pertimeſcamus. Sin autem quod ſubſcriptum eſt, quia verum eſt, idcirco grave debet eſſe, hoc quaeramus, verum ſit an falſum: removeantur auctoritates cenſoriae: tollatur id ex cauſa, quod in cauſa non eſt. Doce, quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quemadmodum dederit: unum denique aliquod a Cluentio profectae pecuniae veſtigium oſtende. Vince deinde virum bonum fuiſſe Oppianicum, hominem integrum: nihil de illo umquam ſecus eſſe exiſtimatum, nihil denique praejudicatum. tum auctoritatem cenſorum amplexato: tum illorum judicium cum re conjunctum eſſe defendito. Dum vero eum fuiſſe Oppianicum

Quam illa acerbiſſima proſcriptio] L. Sullæ proſcriptionem intelligit. *Sylv.*

Cenſorium ſtilum] Id eſt, Cenſoriam ſubſcriptionem. Cenſores enim ſtilo in ceratis tabulis ſcribebant. *Idem.*

Dictatorium] Id eſt, Sullæ Dictatoris. *Idem.*

Grave debet eſſe] Id eſt, debet valere. *Idem.*

Vince] Id eſt, oſtende & obtine. *Id.*

Nihil de illo unquam &c.] Quam quod vir bonus & homo integer eſſet. *Idem.*

Amplexator] *Amplexato* legendum eſt, auctore Priſciano: is enim lib. 8. multa verba deponentia enumerans, quæ apud veteres in o exibant: *Amplexo*, inquit, *pro amplexor. Q. Claudius in ſecundo Annalium, Comprehenſare ſuos quuque, ſervire, amplexare. Cicero pro Cluentio: Auctoritatem Cenſorum amplexato. Amplecto quoque pro amplector, & complecto pro complector.* Hæc ille. *Idem.*

Amplexato] Non dubitanter ita reſtitui. Priſciani fidem, auctoritatemque ſecutus: qui teſtatur lib. 8. ita a Cicerone hic ſcriptum eſſe. quod eo mihi ſit veriſimile, quia, ſi ita legatur, oratio ſit concinnior, propter *ὁμοιοτέλευτον, amplexato, defendito.* Lambin.

Amplexator] Palat. pr. habet quoque illud Lambino placitum, *amplexato.* Gruterus.

Cum re] Id eſt, cum facto. *Sylv.*

Dum vero eum fuiſſe Oppianicum conſtabit] Improbiſſimum hominem & nequiſſimum fuiſſe atque nocentiſſimum Oppianicum oſtendit, breviterque & per enumerationem repetit Oppianici crimina, quæ ante expoſuit, ut turba magis valeant. Nam ſi quæ per ſe infirma ſunt, colligenda ſunt, ut Quintilianus lib. 5. præcipit, ut turba valeant: quanto plus valebunt collecta ea quæ per ſe firma ſunt? *Idem.*

Ta-

[redacted]

nicum conſtabit, qui tabulas publicas municipii ſui corrupiſſe judicatus ſit; qui teſtamentum interleverit; qui ſuppoſita perſona falſum teſtamentum obſignandum curarit; qui eum, cujus nomine id obſignatum eſt, interfecerit; qui avunculum filii ſui in ſervitute ac vinculis necarit; qui municipes ſuos proſcribendos occidendoſque curarit; qui ejus uxorem, quem occiderat, in matrimonium duxerit; qui pecuniam pro abortione dederit; qui ſocrum, qui uxorem, qui uno tempore fratris uxorem ſperatoſque liberos, fratremque ipſum, qui denique ſuos liberos interfecerit; qui cum venenum privigno ſuo quaereret manifeſto ſit deprehenſus; cujus miniſtris conſciiſque damnatis, ipſe adductus in judicium pecuniam judici dederit ad ſententias judicum corrumpendas: dum haec, inquam, de Oppianico conſtabunt, nec ullo argumento Cluentianae pecuniae crimen

Tabulas publicas] Cenſorias ſcilicet. *Sylvius.*

Municipii ſui] Larini. *Idem.*

Iudicatus ſit] A Decurionibus. *Idem.*

Qui teſtamentum] Dineæ ſocrus ſuæ. *Idem.*

Suppoſita perſona] Ajulii, qui ſe Aſinium mentiebatur. *Idem.*

Qui eum] Aſinium.

Avunculum filii ſui] M. Aurium fratrem Magiæ, ex qua Oppianicus filium ſuſcepit. *Idem.*

Municipes ſuos] Quatuor viros, & tres Aurios, & C. Virium Larinates. *Idem.*

Ejus uxorem] Saſiam A. Aurii Melini uxorem. *Idem.*

In matrimonium duxerit] Ducere in matrimonium dixit, uti Terentius in Eunucho *ducere in uxorem*, & *ducere uxorem* dicit: *Dicebat patrem ita obſecraturum, ut liceret ſibi hanc in uxorem ducere. Bono animo es, duces uxorem hanc. In matrimonio habere* ſæpe dicit Cicero pro P. Quintio: *P. Quintii conſobrinam habet in matrimonio Nævius.* Actione in Verrem 5. *Vellius tuus affinis, cujus ſororem habes in matrimonio.* Pro A. Cecinna: *Is habuit in matrimonio Cæſenniam.* Idem.

Pecuniam pro potione dederit] Vxori Cn. Magii prægnanti. *Pro abortione*, non *pro potione*, lego in codice S. Victoris. *Idem.*

Qui ſocrum] Dineam Magiæ matrem per L. Clodium circumforaneum medicum necatam. *Idem.*

Qui uxorem] Cluentiam, Cluentii amitam. *Vxores*, non uxorem lego in codice S. Victoris. Quæ lectio videtur emendatior. Nam Oppianicum in uxoribus necandis exercitatum dixit. *Idem.*

Vxorem, ſperatoſque liberos] Id eſt, uxorem gravidam. *Idem.*

Fratremque ipſum] C. Oppianicum. *Idem.*

Suos liberos] Id eſt, duos filios, alterum Pappia, alterum Novia natos: quos ut ſibi nuberet Saſia necavit. *Id.*

Privigno] Cluentio. *Idem.*

Miniſtris conſciiſque] Scamandro & Fabricio. *Idem.*

Iudici] Staleno. *Idem.*

Argumento] Id eſt, judicio & probatione. *Idem.*

Gra-

men tenebitur: quid eſt, quod te iſta cenſoria ſive voluntas, ſive opinio fuit, adjuvare, aut hunc innocen-
15 tem opprimere poſſe videatur? Quid igitur cenſores ſecuti ſunt? Ne ipſi quidem, ut graviſſime dicam, quidquam aliud dicent, praeter ſermonem atque famam. nihil ſe teſtibus, nihil tabulis, nihil gravi aliquo argumento comperiſſe, nihil denique cauſa cognita ſtatuiſſe dicent. Quod ſi ita feciſſent, tamen id non ita fixum eſſe deberet, ut convelli non liceret. Non utar exemplorum copia, quae ſumma eſt: non rem veterem, non hominem potentem aliquem, aut gratioſum proferam. Nuper hominem tenuem, ſcribam aedilitium, D. Matrinium cum defendiſſem apud M. Iunium, Q. Publicium praetores, & M. Plaetorium, C. Flaminium, aediles curules, perſuaſi, ut ſcribam jurati legerent, eum, quem iidem iſti cenſores aerarium reliquiſſent. Cum enim in homine nulla culpa reperiretur, quid ille meruiſſet, non quid de eo ſtatutum eſſet, quaerendum eſſe

Graviſſime] Id eſt, veriſſime. *Sylvius.*

Nihil denique cauſa cognita ſtatuiſſe] Id eſt, nec cauſam cognoviſſe, nec ſtatuiſſe. *Idem.*

Quod ſi ita feciſſet] Aliquando fingimus aliquid donare adverſario, ut ad proxima gradum faciamus. *Idem.*

Non hominem potentem aliquem, &c.] Hoc dicit, ut D. Matrinius, qui a Cenſoribus notatus fuerat, non potentia aliqua aut gratia lectus ſcriba eſſe videatur. *Idem.*

Tenuem] Id eſt, pauperem. *Idem.*

Scribam Ædilitium] Ædiles curules habuiſſe ſcribas, deque ſcribarum ordine alibi diſputatur. *Idem.*

D. Matrinium] Franc. *D. Macrinium.*

M. Platorium C. Flaminium ad. cur.] In argenteis denariis Plætoriæ familiæ deſcriptus eſt M. hic PLAETORIVS adſcripto titulo AED. CVR. *F. Vrſin.*

Ædiles curules] Ædilibus judicandi poteſtas fuit. Hinc in lib. Digeſt. 21. titulus eſt de Ædilitio edicto. *Sylv.*

Vt ſcribam jurati legerent eum] Significat D. Matrinium a Cenſoribus notatum, de ſcribarum ordine ejectum fuiſſe, ſeque perſuaſiſſe ut eum iterum legerent; niſi illud: *Nuper hominem tenuem ſcribam Ædilitium, &c.* intelligere maluit: ut tum ſcriba Ædilitius fuerit, quum hanc Cluentii cauſam Cicero ageret, non quum Matrinium defenderet. *Idem.* Nihil aliud Cicero ſignificat, quam ædiles ſcribam legiſſe D. Matrinium, quamvis eſſet a Cenſoribus notatus, & in ærarios relatus. Cenſores enim non de ſcribarum ordine poterant ejicere ſcribas, ut poterant ſenatu, tribu movere, equum publicum adimere; ſed ædiles notatos a Cenſoribus ſcribas poterant ex albo ſcribarum delere, ſi meruiſſent, ut notarentur. *Grav.*

Iidem iſti Cenſores] Lentulus & Gellius. *Sylvius.*

Ærarium reliquiſſent] Id eſt, in ærarios retuliſſent: nam plebejus erat. *Id.*

Quid ille meruiſſet] Franc. & ed. prim. *quam ille meruiſſet.*

Nam

[redacted]

eſſe duxerunt. Nam haec quidem, quae de judicio corrupto ſubſcripſerunt, quis eſt, qui ab illis ſatis cognita, & diligenter judicata arbitretur? in M'. Aquillium, & in T. Guttam video eſſe ſubſcriptum. Quid eſt hoc? duos eſſe corruptos ſolos pecunia. Quid ceteri? videlicet gratis condemnarunt. Non eſt igitur circumventus, non eſt oppreſſus pecunia, non, ut illae Quintianae conciones habebantur, omnes, qui Oppianicum condemnarunt, in culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi. duos ſolos video auctoritate cenſorum affines ei turpitudini judicari. Aut illud afferant, aliquid eſſe, quod de his duobus habuerint compertum, de ceteris com-

Nam hac quidem] *Nam*, id eſt, præterea: in qua ſignificatione perſæpe a Cic. dicitur. Donatus exponens illud ex prologo Adelphorum, *Nam quod iſti dicunt malevoli*: *Nam*, inquit, *incipiendi vim habet modo*: ut, *Nam ego hanc macharam meam dico*: & in Hecyra, *Nam ſenex rus abdidit ſe*. Plautus in Milite, *Nam meus conſervus eſt homo ut magni precii*. Eodem Donato auctore in eandem fabulam, *Enim inceptiva particula apud veteres fuit*. Sylvius.

Subſcripſerint] Franc. *ſubſcripſerunt*. probe. *Gravius*.

Quid cateri?] Viginti judices, ſcilicet. *Sylvius*.

Non eſt igitur circumventus] Nam ſi maximus fuit numerus eorum, qui gratis condemnarunt, circumventus innocens non fuit. *Idem*.

In culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi] M. Cælius in lib. epiſt. Cic. 8. contra dixit ponere in gratiam: *Amabo te, ſi quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. In culpa ac ſuſpicione*, eſt in ſuſpicione culpæ. *Idem*.

Vt illa Quintiana conciones habebantur] Franc. *ut illa Quintiana concione habebatur*. leg. puto: *ut in illa Quintiana concione habebatur*, hoc eſt dicebatur, jactabatur. *Gravius*.

Affines] Id eſt, conſocios, & ut vulgò loquuntur, culpabiles. *Sylv*.

Aut illud afferant, aliquid eſſe, quod de iis duobus habuerint compertum, de ceteris comperiſſe] Legendum arbitror, *compertum, nihil in cateris comperiſſe*. Id. *Namque illud, quod afferunt, nihil eſt, aliquid eſſe, quod, &c.*] Multum debemus libris manuſcr. quorum beneficio, hunc locum, qui erat in vulgatis mendoſiſſimus, emendare licuit. Sic enim habent vulgati, *nam ut illud afferant, nihil eſt, quod de iis duobus habuerint comp.* nulla ſententia. *Lambinus*. *Aut illud adferant (aliquid eſſe) quod de iis duobus. &c.*] Retinui ſcripturam veterrimam trium editionum. ſolummodo circumſcripſi duas voces, quæ mihi viſæ ſupervacuæ. Palatinos citare nequeo, quod hic iterum omnes ad unum integro deſtituantur folio. Patrum ævo lectio fuerat; *Nam ut illud adferant, nihil eſt, quod de iis duobus, &c.* Lambinus jactitat ſic ſe locum redintegrare e mſſ. *Nam illud, quod adferunt, nihil eſt: aliquid eſſe quod de his duobus habuerint compertum, de ceteris nihil comperiſſe*. ſed non ego credulus illis vereorque ne emendatiunculam eam ſumſerit e notis Franc. Sylvii. *Grut*. Eadem lacuna eſt quoque in Dreſdenſi, Francii ſecundo, & editione prima. Sed in Francii primo & editione anni 1498, vulgata retinetur lectio. Mihi videtur legendum, *de ceteris non comperiſſe*. facile enim ſequens ſyllaba *com* potuit abſorbere oſcitatione ſcribæ præcedens *non*. Grævius.

46 comperiſſe. Nam illud quidem minime probandum eſt, ad notationes auctoritatemque cenſoriam exemplum illos a conſuetudine militari tranſtuliſſe. Statuerunt enim ita majores noſtri, ut, ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur: ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perveniret. Quod idem facere cenſores in delectu dignitatis, & in judicio civium, & in animadverſione vitiorum, qui convenit? Nam miles, qui locum non tenuit, qui hoſtium impetum vimque pertimuit, poteſt idem poſtea & miles eſſe melior, & vir bonus, & civis utilis. Quare, ne in bello propter hoſtium metum delinqueret, amplior ei mortis & ſupplicii metus eſt a majoribus conſtitutus. ne autem nimium multi poenam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt. Hoc tu idem facies, cenſor, in ſenatu legendo? ſi erunt plures, qui, ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, ut non animadvertas in omnes,

Ad notationes auctoritatemque Cenſoriam exemplum illos a conſuetudine militari tranſtuliſſe] Franc. *annotationes auctoritatemque cenſoriam illos ex conſuetudin militari traxiſſe.*

Flagitium rei militaris] Quamvis multa ſint rei militaris flagitia, hoc tamen loco intelligit, cum milites hoſtium metu abjectis armis ex prælio effugiunt. Quorum illa apud Romanos veteres pœna fuit, ut qui fugiſſent, in decurias dividerentur, ex quibus ſortitione ſinguli deligerentur, in quos ultimo ſupplicio in oculis exercitus animadverteretur, ut ait Plutarchus in vita M. Craſſi. De hoc more nunc Cicero intelligit. Si igitur dicat Actius, illo more a Cenſoribus in judices numarios animadverſum fuiſſe, quod ex viginti duobus, qui damnaverunt Oppianicum, duo a Cenſoribus notati ſint, hoc minime probandum eſſe oſtendit Cicero. *Sylv.*

Sortitione] Etiam ſortito adverbium dicit in Verrem Act. 4. *Syracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Jovis ſacerdotem ſortito capi jubeat*, & ſortitu, pro domo ſua, *Si etiam pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti.* Idem.

In quoſdam] Id eſt, in decimum quemque. *Idem.*

In delectu dignitatis] Id eſt, in legendo Senatu. Cenſorum enim erat legere Senatum, & Senatu ejicere, Senatus principem conſtituere. *Idem.*

Nam miles, qui locum] Hunc morem in exercitu utilem, in civitate perniicioſum eſſe oſtendit. *Idem.*

Et miles eſſe melior] In hanc rem eſt illud proverbium, *Vir fugiens & denuo pugnabit.* de quo apud Eraſmum eſt. *Id.*

Amplior ei mortis & ſupplicii metus] Nam ſibi quiſque metuit, ne forte puniatur, ut apud Virgilium in libro Æneid. ſecundo, ſi non dicit Euripylum vatem renunciaſſe: *Sanguine quærendos reditus, animaque litandum Argolica, vulgi quæ vox ut venit ad aures, Obſtupuere animi, gelidusque per ima cucurrit Oſſa tremor, cui fata parent, quem poſcat Apollo.* Idem.

Sed

omnes, ſed carpas ut velis, & paucos ex multis ad ignominiam ſortiare? Habebit igitur, te ſciente & vidente, curia ſenatorem, populus Romanus judicem, reſp. civem ſine ignominia quemquam, qui ad perniciem innocentis fidem ſuam & religionem pecunia commutarit? &, qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos civi innocenti, is cenſoriae ſeveritatis nota non inuretur? Tu es praefectus moribus, magiſter veteris diſciplinae & ſeveritatis, ſi aut retines quemquam ſciens in ſenatu ſcelere tanto contaminatum: aut ſtatuis, qui in eadem culpa ſit, non eadem poena affici oportere? Convenire, ut quam conditionem ſupplicii majores in bello timiditati militis propoſitam eſſe voluerunt, eandem tu in pace conſtituas improbitati ſenatoris? Quod ſi hoc exemplum ex re militari ad animadverſionem cenſoriam transferendum fuit: ſortitione id ipſum factum eſſe oportuit. Sin autem ſortiri ad poenam, atque hominum delictum fortunae judicio committere, minime cen-

Sed carpas] Id eſt, ſed ad ignominiam ex majore numero eligas. *Sylv.*

Fortunas] Calliſtratus Iuriſconſ. lib. Digeſt. 48. de bonis damnatorum ſcribit, ſupplicii damnatione bona publicari, quum aut vita adimitur, aut civitas, aut ſervilis conditio irrogatur. *Idem.*

Is cenſoriae ſeveritatis nota non inuretur?] Tu nota inureris, & tibi nota inuritur dici poteſt. Pro P. Sulla: *Neque generi & nomini ſuo nota nefaria turpitudinis inuratur.* Idem.

Tu es perfectus moribus] Apoſtrophe eſt ad Cenſorem. *Idem.*

Veteris] Id eſt, bonae. *Idem.*

Qui in eadem culpa ſit] In libro de offic. 1. Cicero cavendum eſſe ait, ne iiſdem de cauſis alii pleƈtantur, alii ne appellentur quidem timiditatis. *Idem.*

Non eadem poena affici convenire] Excidit hic vox *oportere*, quae legitur in prima Lugdun. Nam *convenire* non ſatis convenit huic loco. Totum locum ex illo libro & edit. Mediolanenſi ſic conſtitui: *non eadem poena affici oportere? Convenire, ut quam conditionem ſupplicii majores in bello timiditati militis propoſitam eſſe voluerunt, eandem tu in pace conſtituas improbitati ſenatoris.* Graevius.

Timiditati militis] A timido timiditatem dici attendo. ut pro Milone: *Quanta in periculis fuga proximorum quanta timiditates.* Quantum timidius a timente, tantum timiditas a timore diſtat. *Sylv.*

Quod ſi hoc exemplum] Sententia eſt, ſi hoc exemplum ex re militari ad animadverſionem Cenſoriam transferendum fuit, id ſortitione a Cenſoribus factum oportuit, ſed Cenſorium non eſt ad civium improborum poenam ſortiri. Hujus igitur animadverſionis rationem ad Cenſores transferri non oportuit. Eſt autem argumentum ex contrariis. *Idem.* *Hoc* perperam omittitur in recentioribus edd. quod eſt in vett. & M S. Franc. In eodem pro *ex re militari* eſt *ex jure militari.*

Hominum delictum fortunae judicio] Id eſt, ſortitioni. *Sylv.* *Hominum delictum fortunae judicio committere*] In hunc lo-

cum

cenſorium eſt: certe in multorum peccato carpi paucos
47 ad ignominiam & turpitudinem non oportet. Verum omnes intelligimus, in iſtis ſubſcriptionibus ventum quendam popularem eſſe quaeſitum. Iactata res erat in concione a tribuno ſeditioſo: incognita cauſa probatum illud erat multitudini, illicitum eſt contra dicere: nemo de-

cum emendavit amicus meus. Victorius autem, & Manutius habent *delictum* pro *delectum*, nec male, ut videtur: ſupra enim dixit, *Vt ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur.* & iterum, *Ne autem nimium multi pœnam capitis ſubirent, iccirco illa ſortitio comparata eſt.* & iterum, *Aut ſtatuis, qui in eadem culpa ſit, non eadem pœna affici oportere.* Verba ipſa non admittunt *delectum*. nam dux militaris fortunæ judicio, id eſt ſortitioni committit militum delictum, quod Cenſori imitandum non fuit in notatione cenſoria, neque delectu, neque ſortitione: neque ad hoc facit quod ſupra dixit, *Non convenire cenſores hoc facere in delectu dignitatis.* nam hæc eſt una particula muneris Cenſorii, pro dignitate hominum dare illis ordinem, locum, & gradum in civitate; quod ridiculum eſſet ſortitione facere. *F. Vrſinus.* *Delictum* eſt in primo Franc. ſed corrupte in illo pro *atque* ſcribitur *ad.*

Verum omnes intelligimus] Quod duo judices tantum notati fuerunt a Cenſoribus, non fuit factum ad imitationem conſuetudinis militaris: ſed Cenſores popularem quendam plauſum petentes, quia videbant perſuaſum populo judices ob rem judicandam accepiſſe pecuniam, Aquilium & Guttam quos cæteris vitiis, atque omni dedecore infames videbant, eos notaverunt. *Sylvius.*

Ventum quendam popularem] Id eſt, favorem, jactantiam, gloriam populi. *Id.*

Quæſitum] Quærere, colligere, petere ventum aut plauſum aut rumorem popularem dicimus. ut paulo poſt: *Ex tota ipſa ſubſcriptione rumorem quendam & plauſum popularem eſſe quæſitum.* Et antea: *Omnes rumorum & concionum ventos colligere conſueſſet.* Quintilianus libro quarto: *Et hujus velut præſtigia plauſum petat.* Idem.

A Tribuno] L. Quintio. *Idem.*

Incognita] Id eſt, indefenſa. *Idem.*

Probatum] Et ideo creditum. *Idem.*

Multitudinem illicitum eſt credere] Locus hic aſteriſco notandus non erat, ſi ſcriptus fuiſſet, ut in codicibus aliis, hoc modo: *Multitudini illicitum erat contradicere.* Idem. *Multitudinem illam non licitum eſt contra dicere*] Hæc eſt vera, & germana ſcriptura, quamvis olim ediderim paullo aliter, nempe hoc modo, *Multitudini illi non licitum eſt contra dicere.* minus recte, quam quo modo nunc ſcripſimus, veſtigia ſcripturæ veteris diligentius perſecuti. Adjuvat autem hanc ſcripturam ratio, & conſuetudo Latini ſermonis. dicunt enim Latini, *contra aliquem dicere*, non, *alicui contra dicere.* Sic igitur hoc loco M. Tullius, non licitum eſt, inquit, dicere contra illam multitudinem, a ſeditioſo tribuno pl. concitatam. *Lamb.* Placet Ant. Auguſtini conjectura, qui hunc locum ex interpunctione ita emendat, *Incognita cauſa probatum illud erat multitudini: nemini licitum erat contradicere.* quamvis antiqua etiam lectio ferri poſſit, *multitudinem illicitum eſt contradicere.* ut ſit dicere contra multitudinem. pro *eſt*, Pantagathus legebat *eſſe.* F. Vrſinus. *Multitudinem illicitum eſt contra dicere*] Non divertunt ab hac ſcriptura vetuſtius cuſi. Lambinus obtruſit nobis; *multit. illam non illicitum eſt contradicere.* Guilielmius divinabat: *probatum illud erat multitudine; nulli licitum, &c.* Gruterus. In primo Francii ſcribitur: *multitudini illicitum eſt contra ire.* Sed prava interpunctione laborat iſte locus, qui cum P. Manutio ſic eſt ſcribendus, ut vidit etiam

[redacted]

que ut defenderet contrariam partem laborabat. In liam porro magnam illa judicia venerant. etenim :is poſtea menſibus alia vehemens erat in judiciis ex tione tabularum invidia verſata. Praetermitti a cen- ıus, & negligi macula judiciorum poſſe non videba- homines, quos ceteris vitiis atque omni dedecore in- :s videbant, eos hac quoque ſubſcriptione notare vo- ınt, & eo magis, quod illo ipſo tempore, illis cenſori- erant judicia cum equeſtri ordine communicata: ut rentur per hominum idoneorum ignominiam ſua oritate illa judicia cum equeſtri ordine reprehendiſſe. ɔd ſi hanc apud eos ipſos cenſores mihi, aut alii cau- agere licuiſſet, hominibus tali prudentia certe pro- ſtem, res enim indicat, nihil ipſos habuiſſe cogni- ıihil comperti: ex tota ipſa ſubſcriptione rumorem ıdam & plauſum popularem eſſe quaeſitum. Nam ..Popillium, qui Oppianicum condemnarat, ſub- ſit L. Gellius, quod is pecuniam accepiſſet, quo in-

Ant. Anguſtinus: *Incognita cauſſa* *ım illud erat multitudini, illicitum* *radicere*. quamvis ille legat, quod lo libro & antiquius edito inve- *citum erat*, ſed *illicitum eſt*, quod r pro illicitum fuit, aut *eſt* delen- & *τὸ erat ἀπὸ κοινοῦ* repetendum. ıtia ſane poſtulat hanc interpun- m. Cui enim probatum fuerit, ırio dicendum erat. Multitudini ɔrobatum fuiſſe multis ſuperius it: *Hac tum agitante Quintio, ne- ʀoncione, neque in judicio demonſtra- :. neque enim ipſe dici patiebatur, · multitudinem concitatam conſiſtere m in dicendo licebat*. Græv.

rariam partem] Id eſt, partem n. *Sylvius*.

judicia] Id eſt, illi judices, qui nicum damnarunt. Iudicia pro us, ut ſervitia pro ſervis, cuſto- :o cuſtodibus, operas pro opifi- licimus. *Sylvius*.

:is poſt menſibus] Hoc intelligi ar- de cauſa C. Iunii. Ea enim quum ageretur, C. Verres Prætor Vrbanus pro teſtimonio dixit, in Iuniano judicio adulteratas fuiſſe tabulas ſuas, in quibus ſuppoſiti eſſent judices ad corruptam ſententiam ferendam, quam cauſam ante non audiſſent, ut ante diximus ex Aſconii ſententia. *Idem*.

Illis Cenſoribus] Caſus dativus eſt, non ablativus. Nondum enim ordini Equeſtri reſtituta erat judicandi poteſtas. *Idem*.

Iudicia] Id eſt, Cenſoriæ animadverſiones. *Idem*.

Idoneorum] Id eſt, indignorum. Idoneus enim hoc loco in malam rem dicitur. ut in Andria Terentii: *Adeon videmur vobis idonei, in quibus illudatis?* Id.

Illa judicia] Quibus damnatus Oppianicus eſt. *Idem*.

Nam in L. Popilium] *Nam* incœptiva particula eſt. *Idem*. *L. Popillium*] Videtur ſcribendum *P. Popillium*. F. Viſin.

In L. Popilium ſubſcripſit] Vt *animadvertere in aliquem*, ita *ſubſcribere in aliquem* dicimus. *Sylvius*.

innocentem condemnaret. Iam id ipſum quantae divinationis eſt, ſcire innocentem fuiſſe reum, quem fortaſſe numquam viderat, cum homines ſapientiſſimi, judices, ut nihil dicam de iis, qui condemnarunt, cauſa cognita, ſibi dixerint non liquere? Verum eſto. condemnat Popillium Gellius: judicat accepiſſe a Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus. nam Popillium, quod erat libertini filius, in ſenatum non legit: locum quidem ſenatorium ludis, & cetera ornamenta reliquit, & eum omni ignominia liberat. quod cum facit, judicat, ejus ſententia gratis eſſe Oppianicum condemnatum. & eundem Popillium poſtea Lentulus in ambitus judicio pro teſtimonio diligentiſſime laudat. Quare,

Quanta divinationis eſt] Divinationem rerum quoque præteritarum eſſe attendendum eſt. *Sylvius.*

Viderat] L. Gellius ſcilicet. *Idem.*

Cum hominis ſapientiſſimi] Argumentum a majore ad minus eſt. Nam ſi judices qui cauſam Oppianici audiverunt, eum innocentem non putaverunt: multo id minus putare debuit L. Gellius, qui eum fortaſſe nunquam viderat. *Idem.*

Cauſa cognita] Id eſt, auditis accuſatione & defenſione. *Idem.*

Verum eſto] Id condonare videtur adverſario, ut ſibi ad proxima gradum faciat. *Idem.*

Et erat libertini filius] Libertini ſunt qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt, ut eſt in lib. Inſtitut. Iuſtiniani 1. Appius Claudius Cenſor libertinorum filios in Senatum legit. Hoc facto ſenatorius ordo inquinatus videbatur. Ob hanc infamem atque invidioſam Senatus lectionem C. Plautius Appii collega ſe cenſura abdicavit. Cenſores proximi Senatum ex templo citaverunt eo ordine, quo Cenſores ante Appium & Plautium fecerunt auctor eſt T. Livius lib. 9. Libertinorum filii indigni Senatu habebantur, ſi qui per imprudentiam lecti fuerant, eos Cenſores e Senatu ejiciebant. L. itaque Popilium Cn. Lentulus Cenſor e Senatu ejecit, quia libertini filius erat, non quia ob rem judicandam pecuniam acceperat. *Idem.*

In Senatum non legit] Is autem proximis Cenſoribus lectus fuerat. *Idem.*

Locum quidem Senatorium ludis] Locus in theatro Senatoribus deſignatus erat, quæ orcheſtra dicebatur. *Idem.*

Ludis] Eſt cum ludi eduntur, in ludis. Sic *gladiatoribus* apud Sueton. eſt cum munus gladiatorium editur, *feriis* cum feriæ ſunt apud eundem.

Et cætera ornamenta] Senatorum ornamenta erant latus clavus, & lunatus calceus, quo alii quoque nobiles utebantur. Dion Caſſius in vita Trajani, Senatorem pingi ſolitum dicit illa forma, ut eſſet ſenior in tunica & prætexta purpurea cum corona. *Sylv.* Aſſignant ornamentis ſenatoriis Manutius & alii etiam calceos lunatos. Senatorum quidem calcei erant ex nigra aluta, unde Horat.

Nam ut quiſque inſanus nigris medium
impediit crus
Pellibus.

Sed ſoli patricii calceos habebant lunatos. vide Alberti Rubenii librum 11 de re Veſtiaria cap. 1, & 3. quæ perperam reprehendit Ferrarius in analectis c. 31, & 32. ut alibi oſtendemus.

Ejus] Popilii. *Sylvius.*

No-

re, ſi neque L. Gellii judicio ſtetit Lentulus, neque Lentuli exiſtimatione contentus fuit Gellius: &, ſi uterque cenſor cenſoris opinione ſtandum non putavit: quid eſt, quamobrem quiſquam noſtrum cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas & in perpetuum ratas putet eſſe oportere? At in ipſum Avitum animadverterunt. nul- 48
lam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitae non dicam vitium, ſed erratum. neque enim hoc homine ſanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt: neque illi aliter dicunt; ſed eandem illam famam judicii corrupti ſicuti ſunt; neque ipſi ſecus exiſtimant, quam nos exiſtimari volumus, de hujus pudore, integritate, virtute: ſed putarunt praetermitti accuſatorem non potuiſſe, cum animadverſum eſſet in judices. Qua de re tota ſi unum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam. Non enim mihi exemplum ſummi & clariſſimi viri, P. Africani praetereundum videtur: qui cum eſſet cenſor, & in equitum cenſu C. Licinius Sacerdos prodiiſſet, clara voce, ut omnis concio audire poſſet, dixit ſe ſcire, illum verbis conceptis pejeraſſe. ſiquis contra dicere vellet, uſurum eſſe eum ſuo teſtimonio. deinde eum contra nemo diceret, juſſit equum traducere. Ita-

Neque Lentuli exiſtimatione] Nam gratis eum condemnaſſe Lentulus exiſtimabat. *Sylv.*

Non dicam vitium, ſed erratum] Erratum minus quam vitium eſſe ſignificat, ut Actione in Verrem 6. minus eſſe ſignificat, quam facinus: *Minime omnibus videri Diodorum virum hominem quietiſſimum, ab omni non modo facinore, verum etiam errati ſuſpicione remotiſſimum.* Id enim erratum eſt, quod conſilio admiſſum non eſt. *Idem.*

Accuſatorem] Cluentium, cujus nomine Oppianicum P. Cannutius accuſavit. *Idem.*

P. Africani] Minoris. *Idem.*

Verbis conceptis pejeraſſe] Quaedam verborum formula erat, quam concipiebant, id eſt, exprimebant ii qui jurabant. Inde factum eſt ut dicatur, *verbis conceptis jurare:* ut contra *verbis conceptis pejerare*, quum quis quid ex illa verborum formula jurando mutat, aut tranſmittit, ne jurejurando obligatus eſſe videatur. Cicero in libro de officiis tertio: *Quod*, inquit, *ex animi tui ſententia juraveris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere perjurium eſt.* Quibus verbis ſignificat, in jurejurando oportere adeſſe & animi ſententiam, & verborum conceptionem. *Idem.*

Juſſit equum traducere] Nam Equiti Roman. equus publicus adimebatur, quum a Cenſoribus notabatur. *Quum*

Itaque is, cujus arbitrio & populus Romanus & exterae gentes, contentae eſſe conſueverunt, ipſe ſua conſcientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. Quod ſi hoc Avito facere licuiſſet, facile illis ipſis judicibus, & falſae ſuſpicioni, & invidiae populariter excitatae reſtitiſſet. Vnum etiam eſt, quod me maxime conturbat, cui loco reſpondere poſſe vix videor, quod elogium recitaſti de teſta-

C. Licinium Sacerdotem accuſare nullus vellet, tum Scipio: Traduce equum, inquit, *Sacerdos, & lucri fac cenſoriam notam, ne ego in tua perſona & accuſatoris, & teſtis, & Cenſoris, & judicis partes egiſſe videar.* auctor eſt Valerius libro 4. titulo de Animi moderatione. Hoc autem exemplo oſtendit Cicero, Cenſorum judicio ſtari non oportere, quum ne ſuo quidem judicio P. Scipio Cenſor ſteterit. Quintilianus lib. quinto, de probatione quæ exemplo fit, ſcribens: *Contraria*, inquit, *exempla Cenſoriam notam Cicero evertit, laudando Cenſorem Africanum, qui eum quem pejeraſſe conceptis verbis palam dixiſſet, teſtimonium etiam pollicitus, ſi quis contradiceret, nullo accuſante traducere equum paſſus eſſet.* Sylv.

Is cujus arbitrio] Scipionis arbitrio quantum etiam exteræ gentes contentæ ſint, unicum hic ſcribam exemplum, quo id agnoſcas facilius. Maſiniſſa Numidiæ Rex tribus filiis regnum commune reliquit: idque eos Scipionis arbitrio dividere juſſit, ut eſt apud T. Livium libro quinquageſimo. *Sylv.*

Ipſe ſua conſcientia] Veneti: *ſcientia.* idque placet, ut alibi, *ignoratio futurorum malorum utilior eſt quam ſcientia.* I. Camerarius. *Ipſe ſua conſcientia*] P. Victorius *ſcientia*, quod melius viſum Camerario: a quo diſſentio. *Grut.* *Scientia* ſane legitur in Dreſd. ſed uterque Francii, & edd. vett. *conſcientia.* qua crebrius veteres utuntur in hujus generis ſententiis, quam *ſcientia*, quæ vox nobis magis eſt in ore.

Quod ſi hoc Habito facere licuiſſet] Id eſt, ſi licuiſſet Scipioni facere Habito, quod C. Licinio fecit. *Sylvius.*

Illis ipſis judicibus] Id eſt, quum tam graves & ſeveri judices eſſent. *Idem.*

Vnum etiam eſt, quod me maxime conturbat] Ironia eſt, qua ſæpe in refutando uti licet, cum argumenta adverſarii, quæ levia ſunt, dicimus graviora. *Idem.*

Elogium] Id eſt, teſtificationem. *Id.* *Quod elegium recitaſti, &c.*] Libris omnibus invitis ita legendum, *elegium*, inquam, vel *eclogium*, non, *elogium*: quamquam non omnibus libris invitis ita repoſuimus, quia ſi non hoc loco hanc vocem ita ſcriptam reperimus, at multis aliis in locis ita ſcripta reperitur. poſtulat autem ratio & veritas, ut ita ſcribatur. eſt enim vox Græca, *elegium* a Græca ἔλεγος, ſeu potius ἐλεγεῖον eſt ipſum: qua voce utitur & Plautus: vel, ſi legamus *eclogium*. vox eſt ab *ecloga* item voce Græca deminuta. ἐκλογή, inde ἐκλογεῖον. *elogium* autem, neque Latina, neque Græca vox eſt, ſed barbara, & purgatis auribus reſpuenda. Nam, quod quidam tradiderunt eſſe ductam a nomine λόγος, errant. Eſſet enim & Græcis ἐλογίον, ſeu ἐλογεῖον, uſitatum: quod non eſt. Quod ſi Græca vox non eſt, multo minus eſt Latina, utro autem modo legi malim, *elegium*, an *eclogium*, ſtatuere non poſſum. Sunt & qui *ellogium* legi poſſe exiſtimant. *Lamb.* *Elogium*] Haud aliter Palatini noſtri ſeptem, quibus adhærere malo, quam Lambini licentiæ; invitis libris omnibus, neſcio quæ obtrudenti. *Gruterus.* Elogium eſt brevis rei aut ſententiæ alicujus expoſitio, ſicut Cicero in Catone: *Solonis eſſe elogium, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum lamentiſque vacare.* vide Caſaubonum ad Sueton. Iul. cap. 47. & Calig. 24. & G. Voſſium in Etymologico in voce *elogium*.

teſtamento Cn. Egnatii, patris, hominis honeſtiſſimi videlicet, & ſapientiſſimi, idcirco ſe exheredaſſe filium, quod is ob Oppianici damnationem pecuniam accepiſſet. De cujus hominis levitate & inconſtantia plura non dicam. Hoc teſtamentum ipſum, quod recitas, ejuſmodi eſt, ut ille, cum eum filium exheredaret, quem oderat, ei filio coheredes homines alieniſſimos conjungeret, quem diligebat. Sed tu, Atti, conſideres, cenſeo, diligenter, utrum cenſorum judicium grave velis eſſe, an Egnatii. Si Egnatii: leve eſt, quod cenſores de ceteris ſubſcripſerunt. ipſum enim Cn. Egnatium, quem tu gravem eſſe vis, ex ſenatu ejecerunt. ſin autem cenſorum: hunc Egnatium, quem pater cenſoria ſubſcriptione exheredavit, cenſores in ſenatu, cum patrem ejicerent, retinuerunt.
At enim ſenatus univerſus judicavit, illud corruptum 49
eſſe judicium. Quomodo? ſuſcepit cauſam. An potuit rem delatam ejuſmodi repudiare? cum tribunus pleb. populo concitato, rem paene ad manus revocaſſet: cum vir optimus, & homo innocentiſſimus, pecunia circumventus eſſe diceretur: cum invidia flagraret ordo ſenatorius: potuit nihil decerni? potuit illa concitatio multitudinis ſine ſummo periculo reip. repudiari? At quid eſt decretum? quam juſte? quam ſapienter? quam diligen-

Hominis honeſtiſſimi] Ironia eſt. *Sylvius.*

Homines alieniſſimos] Id eſt, neque cognatos, neque affines, neque neceſſarios. *Idem.* *Homines alieniſſimos conjungeret*] Libri manuſcr. habent, *adjungeret.* Lambinus.

Sed tu Atti] Quintilianus libro 5. de refutatione ſcribens, *artificis eſſe dicit, invenire in actione adverſarii quæ inter ſemetipſa pugnent, aut pugnare videantur.* Id hoc loco facit Cicero. Nam ut ait idem Quintilianus, *quid tam videri poteſt contra Cluentium, quam Cenſoria nota? Quid tam contra eundem, quam filium ab Egnatio corrupti judicii, quo Cluentius Oppianicum circumveniſſet, crimine exhæredatum? At hæc Cicero pugnare oſtendit: Sed tu Atti conſideres diligenter, &c.* Sylvius.

Quem tu gravem eſſe vis, e Senatu ejecerunt] Ideo immerito ejecerunt. *Ejecerunt*, apud Quintilianum lego *ejeciſſent*. Idem.

Retinuerunt] Qui tamen ejiciendus erat. *Idem.*

At enim Senatus] Purgat quod Attius dixit, Senatum deferente pop. Rom. cauſam ſuſcepiſſe, Senatuſque conſultum feciſſe. *Idem.*

Ad manus] Id eſt, ad concertationem. *Idem.*

Invidia flagraret] Ob corruptum judicium. *Idem.*

...m legem ex illo
conſul, homo ſapientiſſimus, tulerit
M. Lucullus & C. Caſſius, in quos
ſignatos idem illud ſenatus decreverit
& quod tu Aviti pecunia factum eſſe
ulla vel tenuiſſima ſuſpicione confirm
primo illorum aequitate, & ſapientia
quod ſenatus decreverat, ad illud invi
cendium reſtinguendum, id poſtea

Si qui ſunt] Sunt verba Senatuſconſulti. *Sylvius.*

Si ipſe A. Cluentius] Argumentum a fictione eſt. *Idem.*

Aliam non diceret] Dicere ſententiam, & ferre, differunt. nam judex fert, Senator dicit. *Idem.*

Aliam atque] Id eſt, aliam quam. *Idem.*

Num iſtam legem] Quum atrocior res aliqua admiſſa fuerat, pop. Rom. aut indignitate rei permotus, aut Trib. pleb. concionibus ſeditioſis impulſus flagitabat, ut ea de re Senatuſconſultum fieret, ex quo Senatuſconſulto lex per conſulem ferretur: ut pro Milone factum eſt. *Hoc factum ad praeſens invidiae incendium reſtinguendum dicit, quod poſtquam reſtinctum eſt, illa lege opus non eſſe Conſules viderunt.* Idem.

Sequentibus eni
reſpondet quaeſti
Sed quaero a vobis
anno poſt M. Luc
quibus Conſulibus
natus decreverit.
inquit, num ſequ
quibus jam tum
factum erat annc
Reſpondet. *Non*

Quod tu Habiti
Cluentio accepiſſe
S. C. legem non
Id Cicero refutat.

Vt id quod Sena
poſtea dicat, *id p*
terum id ſuperva
quando facit Cice
tio vid...

populum non arbitrarentur. ipſe deinde populus Romanus qui L. Quintii triboni pl. fictis querimoniis antea concitatus, rem illam & rogationem flagitarat, idem C. Iunii filii, pueri parvuli, lacrymis commotus, maximo clamore & concurſu totam illam legem & quaeſtionem repudiavit. Ex quo intelligi potuit id, quod ſaepe dictum eſt: ut mare, quod ſua natura tranquillum ſit, ventorum vi agitari atque turbari: ſic & populum Romanum ſua ſponte eſſe placatum, hominum ſeditioſorum vocibus, ut violentiſſimis tempeſtatibus, concitari. Eſt etiam reliqua permagna auctoritas, quam ego turpiter paene praeterii. mea enim eſſe dicitur. Re-

Cic. pro domo: *Si Curio legem pertulerit*. Lib. 1 ad Attic. epiſt. 19: *Pompejus vero ad voluntatem perferendae legis incubuerat*. Sueton. Auguſt. cap. 34: *Hanc* (legem de maritandis ordinibus) *cum aliquanto quam ceteras ſeverius emendaſſet, prae tumultu recuſantium perferre non potuit*. Graevius.

Rem illam & rogationem] Id eſt, Senatusconſultum & legem. *Sylvius.*

Quaeſtionem] Id eſt, cauſam. *Idem.*

Vt mare, quod ſua natura tranquillum] Eadem eſt ſimilitudo apud T. Livium libro 28. in oratione P. Scipionis ad milites: *Multitudo omnis*, inquit, *ſicut natura maris per ſe immobilis, ut venti & aurae cient, ita aut tranquillum, aut procella in vobis ſunt: & cauſa atque origo omnis furoris penes auctores eſt, vos contagione inſaniſtis*. Idem.

Sua ſponte eſſe placatum] Francii primus: *ſua ſponte eſſe pacatum*, tranquillum, quietum. ut *pacatae civitates, provinciae. Pax fluvii, maris* apud Ovid. Florum. ſed non damno vulgatam. *Grav.*

Eſt etiam reliqua] Artificioſum eſt, ut quum quid alio loco dici poteſt, quam ſuo, commodius id ad eum locum reſervemus, noſque porro praetermiſiſſe dicamus. ea enim ratione auditores facimus attentos, & rem tractamus commodius. ut cum in oratore illud praecipuum ſit, ut ſit vir bonus, aut is certe habeatur, ſi quid in eum ab adverſario dictum ſit, quo ejus exiſtimatio laedatur, id poſt prooemium, ante cauſae actionem refutandam eſt. Id Cicero fecit in oratione pro L. Muraena, & pro P. Sulla. T. Attius in Cluentii accuſatione dixit, Ciceronem in alia oratione dixiſſe, in judicio Iuniano judices pecuniam accepiſſe etiam ab accuſatore Cluentio, ut Oppianicum reum damnarent. Id ex Ciceronis oratione in Verrem prima Attius recitavit. Probavit igitur ab auctoritate Ciceronis, judicium a Cluentio corruptum. Hoc loco Cicero contrarium defendit. Multum igitur de Ciceronis auctoritate detrahitur. Id Cicero poſt exordium ante cauſae actionem commode refutare non potuiſſet. oportebat enim prius probari, id judicium ab Oppianico corruptum, & quanta populi Romani concitatio a L. Quintio facta fuerit. Hoc igitur loco id tractatur commodius, quod ſe pene turpiter praeteriſſe dicit. *Sylvius.*

Permagna auctoritas] Quintil. lib. 5. inter probationes ponit locum ab auctoritate, ſi quid videlicet ita viſum eſt gentibus, populis, ſapientibus viris, claris civibus, illuſtribus poëtis, referri poteſt. At Ciceronis auctoritate ex actione in Verr. 1. uſus accuſator fuerat. *Idem.*

Turpiter pene praeterii] Turpe enim fuiſſet Ciceroni id praeterire, quod ad exiſtimationem ejus pertinebat. *Idem.*

Recitavit ex oratione neſcio qua Attius, quam meam eſſe dicebat, cohortationem quandam judicum ad honeſte judicandum, & commemorationem tum illorum judiciorum, quae probata non eſſent, tum illius ipſius judicii Iuniani: perinde quaſi ego non ab initio hujus defenſionis dixerim, invidioſum illud fuiſſe judicium: aut, cum de infamia judiciorum diſputarem, potuerim illud, quod tam populare eſſet, in illo tempore praeterire. Ego vero, ſiquid ejuſmodi dixi, neque cognitum commemoravi, neque pro teſtimonio dixi, & illa oratio potius temporis mei, quam judicii & auctoritatis fuit. Cum enim accuſarem, & mihi initio propoſuiſſem, ut animos & populi Romani, & judicum commoverem: cumque omnes offenſiones judiciorum non ex mea opinione, ſed ex hominum rumore proferrem, iſtam rem, quae tam populariter eſſet agitata, praeterire non potui. Sed errat vehementer, ſi quis in orationibus noſtris, quas in judiciis habuimus, auctoritates noſtras conſignatas ſe habere arbitratur. omnes enim illae orationes cauſarum & temporum ſunt, non hominum ipſorum ac patronorum. Nam, ſi cauſae ipſae pro ſe loqui poſſent, nemo adhiberet oratorem. nunc adhibemur, ut ea dicamus, non quae noſtra auctoritate conſtituantur, ſed quae ex re ipſa cauſaque ducantur. Hominem ingenioſum, M. Antonium, ajunt ſo-

Ex oratione neſcio qua] Id legere licet in ea act. 1. *Sylv.*

Ad honeſte judicandum] Ne a Verre corrupti turpiter judicarent. *Idem.*

Qua probata non eſſent] Id eſt, quæ bona non eſſent, propterea quod accepta pecunia facta eſſent. *Idem.*

Invidioſum] Id eſt, invidiæ plenum, quam Quintius excitaverat. *Idem.*

Offenſiones judiciorum] Id eſt, corrupta judicia, quibus offenſus populus erat. *Idem.*

Conſignatas] Id eſt, certas & non mutabiles. *Idem.*

Orationes cauſarum & temporum ſunt] Nam oportet orationes ipſas cauſis & temporibus accommodari. *Idem.*

Qua ex re ipſa, cauſaque ducantur] Vetus liber habet, *dicantur.* quod non eſt rejiciendum. Nam ſic propemodum infra loquitur. ut *oratio ex re & ex cauſa habita videretur.* Lambinus.

Hominem ingenioſum] M. Antonii oratoris incredibilem quandam & prope ſingularem & divinam ingenii vim fuiſſe, Cicero dicit in lib. de orat. 1. Eodem auctore de Claris oratoribus: *Hujus erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur.* Sylvius.

Nullam

ſolitum eſſe dicere, idcirco ſe nullam unquam orationem ſcripſiſſe, ut ſi quid aliquando, quod non opus eſſet, ab ſe eſſet dictum, poſſet ſe negare dixiſſe: perinde quaſi quid a nobis dictum aut actum ſit, ut niſi litteris mandaverimus, hominum memoria non comprehendatur. Ego 51
vero in iſto genere libentius cum multorum, tum hominis eloquentiſſimi & ſapientiſſimi, L. Craſſi auctoritatem ſequor, qui cum L. Plancium defenderet, accuſante M. Bruto, homine in dicendo vehementi & callido, cum Brutus, duobus recitatoribus conſtitutis, ex

Nullam unquam orationem ſcripſiſſe] In libro de Claris orat. Cicero alias cauſas dicit, cur alii orationes ſuas non ſcripſerint. Alii enim oratores inertia nihil ſcripſerunt: alii non laboraverunt ut meliores eſſent, nulla enim res tantum proficit ad dicendum, quantum ſcriptio. Alii memoriam ingenii ſui in poſterum non deſiderarunt. Suam enim dicendi gloriam majorem viſum iri exiſtimaverunt, ſi in exiſtimantium arbitrium ſcripta ſua non venirent. Alii putant melius dicere ſe poſſe quam ſcribere, quod peringenioſis hominibus, neque ſatis doctis, plerumque contingit. *Sylvius.*

Eloquentiſſimi] M. Antonius & L. Craſſus, ætate ſua fuerunt oratores maximi. Antonio alii parem eſſe dicebant, alii anteponebant L. Craſſum. Illud quidem certe omnes ita judicabant, neminem eſſe, qui horum alterutro patrono cujuſquam ingenium requireret, ut ait Cicero de Claris oratoribus, ubi permultum ornat utrumque laudibus. *Idem.*

L. Plancium] C. Plancum Quintilianus lib. 6. appellat. *Idem.* *Qui cum L. Plancium defenderet accuſante M. Bruto*] Vel hic corrigendum, *Cn. Plancum*, vel in II. de oratore *L. Plancium.* ita enim de Craſſo in eo libro ſcriptum eſt: *Quid in omni oratione Craſſi vel apud centum viros contra Scævolam, vel contra accuſatorem Brutum, cum pro Cn. Planco diceret.* F. Urſinus.

Accuſante M. Bruto] *Accuſator fuit vehemens & moleſtus, ut facile cerneres naturale quoddam ſtirpis bonum degeneraviſſe vitio depravatæ voluntatis:* auctor eſt Cicero de Claris oratoribus. Hunc accuſatorem paſſim nominatum fuiſſe, idem in lib. de offic. 2. dicit. *Sylv.*

Homine in dicendo vehementi, & callido] P. Victorius lib. Var. lect. XXX. cap. VI. exiſtimat hic eſſe legendum, *calido*, libris omnibus reclamantibus, & ſola conjectura, ſeu potius opinione ductus, quoniam, inquit, qui ſunt vehementes, non ſint callidi, neque callidi vehementes. ſed errat ille: &, qui Adr. Turneb. Adverſariorum editione parum ſuæ exiſtimationi conſuluiſſe ſcripſit, profecto multo minorem ipſe ſui reprehendendi anſam hominibus præbuiſſet, ſi libros illos non effudiſſet, Sed alias de iis libris plura. hic autem nihil mutandum. Callidum enim ſignificat Cicero eum, quem Græci *δεινὸς* appellant. Eundem vero poſſe eſſe callidum, & vehementem, qui neſcit, diſcat vel ex Demoſthene: qui fuit idem & acerrimus, & callidiſſimus. Diſcat ex Cicerone, qui Catilinaria III. dicit, *Catilinam acrem fuiſſe, audacem, callidum*, in ſcelere vigilantem, in perditis rebus diligentem, &c. *Lamb.* Lambino quidem aſſentior. Sed tanta Victorius acerbitate exagitari non merebatur. Calliditas Bruti vel ex iis, quæ de illo hic commemorat Cicero, ſatis apparet. *Grævius.*

Recitatoribus] Id eſt, lectoribus. *Sylvius.*

Ca-

ex duabus ejus orationibus capita alterna inter ſe contraria recitanda curaſſet, quod in diſſuaſione rogationis ejus, quae contra coloniam Narbonenſem ferebatur, quantum poteſt de auctoritate ſenatus detrahit: in ſuaſione legis Serviliae ſummis ornat ſenatum laudibus: & multa in equites Rom. cum ex ea oratione aſperius dicta recitaſſet, quo animi illorum judicum in Craſſum incenderentur, aliquantum eſſe commotus dicitur. Itaque in reſpondendo primum expoſuit utriuſque rationem temporis, ut oratio ex re & cauſa habita videretur: deinde, ut intelligere poſſet Brutus, quem hominem, & non ſolum qua eloquentia, verum etiam quo lepore, & quibus facetiis praeditum laceſſiſſet, tres & ipſe excitavit recitatores cum ſingulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accuſatoris de jure civili reliquit. Eorum initia cum recitarentur, ea, quae vobis nota eſſe arbitror: *Forte evenit, ut ruri in Privernate eſſemus ego & Brutus filius.* fundum Privernatem flagitabat: *in Albano eramus ego & Brutus filius.* Albanum poſcebat. *In Tiburte forte cum aſſediſſemus ego & Bru-*

Capita alterna] Id eſt, quæ alternatim recitarent. *Sylvius.*

In diſſuaſione rogationis] Cum lex ferretur, ne Martius Narbo colonia deduceretur. eam legem diſſuaſit L. Craſſus. de quo Cicero in lib. de Claris oratoribus. *Idem.*

In ſuaſione legis Serviliæ] L. Craſſus annos 34. natus Serviliam legem ſuaſit, quam Q. Servilius Cæpio Conſul tulit. de qua Cicero eodem in libro de Claris oratoribus. *Idem.*

Illorum judicum] Id eſt, equitum Romanorum, qui ſoli tum lege Sempronia judicabant. *Idem.*

Utriuſque rationem temporis] Quo diſſuaderet legem, quæ contra coloniam Narbonenſem ferebatur, & quo ſuaderet legem Serviliam. *Idem.*

Quo lepore] In Craſſo multum leporem fuiſſe, Cicero in 1. de officiis ſcribit, cujus orationem dicit fuiſſe uberiorem, nec minus facetam. *Idem.*

Excitavit] Id eſt, ſurgere juſſit. In lib. de oratore 2. hanc eandem rem licet legere, ubi traditum eſt, tantum tres veros eſſe Bruti libros. Pomponius vero juriſc. Digeſt. 1. de origine jur. ſeptem fuiſſe dicit. *Idem.*

Forte evenit] Id libri primi principium eſt. *Idem.*

In Privernate] *In Privernati* legendum eſſe, docet Priſcianus lib. 7. quemadmodum etiam legitur in libro de oratore ſecundo. *Idem.* Fuit in Volſcis. *Privernum* enim eſt Volſcorum oppidum, hodie *Piperno.*

Flagitabat] L. Craſſus ſcilicet. Sciebat enim hoc & reliqua prædia Brutum vendidiſſe, quæ ſibi pater reliquerat. *Sylvius.*

In Tiburti] Ita legitur in codice S. Victoris, *In Tiburti forte quum aſſediſſemus ego & Brutus filius.* Quæ lectio librorum aliorum initiis cohærentior eſt. *Id.* *In Tiburti* eſt quoque in prim. Franc.

Bru-

Brutus filius. Tiburtem fundum requirebat. Brutum autem, hominem ſapientem, quod filii nequitiam videret, quae praedia ei relinqueret, teſtificari dicebat voluiſſe. quod ſi potuiſſet honeſte ſcribere, ſe in balneis cum id aetatis filio fuiſſe, non praeteriiſſet eas. Se tamen ab eo balneas non ex libris patris, ſed ex tabulis & ex cenſu quaerere. Craſſus tum ita Brutum ultus eſt, ut illum recitationis ſuae poeniteret. Moleſte enim fortaſſe tulerat, ſe in iis orationibus reprehenſum, quas de rep. habuiſſet: in

Brutum autem hominem ſapientem] Idem de oratore ſecundo: *Sapiens*, inquit, *homo cum primis noſtra civitatis norat hunc gurgitem: metuebat ne quum is nihil haberet, nihil eſſe ei relictum putaretur.* Sylvius.

Teſtificari] Id eſt, teſtari, quæ vox infrequens non eſt apud Ciceronem de oratore ſecundo: *Teſtificatur pater tibi Privernatem fundum reliquiſſe.* Lib. ep. fam. 2. *Hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei.* Lib. de finib. 2. *Quippe qui teſtificetur ne intelligere quidem ſe poſſe ubi ſit.* Lib. Tuſcul. quæſt. 4. *Hos autem, ut teſtificer ſæpe, de ſapiente quærimus.* Inde teſtificatio appellata. ut de Claris oratoribus: *Seſeque chirographa, teſtificationes, indicia, quæſtiones, manifeſtam rem deferre diceret.* Idem.

Dicebat] L. Craſſus. *Idem.*

Si potuiſſet honeſte ſcribere] Nam Romano more cum parentibus filii puberes, cum ſoceris generi non lavabantur: ut ſcribit Cicero lib. de offic. 1. *Idem.*

Cum id ætatis filio] Id eſt, cum filio pubere. Id autem ætatis, pro eo quod eſt, ea ætate, vel ejus ætatis, ſæpe dicit Cicero. ut in libro epiſt. familiarium ſexto: *Ita viximus, & id ætatis jam ſumus, ut omnia, quæ non noſtra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus.* Libro quinto decimo: *Moleſte fero me Conſulem tuum ſtudium adoleſcentis perſpexiſſe: te meum, cum id ætatis ſim, perſpicere non poſſe.* Libro de oratore primo: *Id nobis Antonii hominibus id ætatis oneris ab horum adoleſcentium ſtudiis imponitur.* Actione in Verrem tertia: *Homo qui & ſumma gravitate, & jam id ætatis ut parens eſſet, obſtupuit hominis improbi dicto.* Actione quarta: *Homo nefarius de homine nobili, atque id ætatis, ſuoque hoſpite, virgis ſupplicium crudeliſſime ſumeret. Id temporis*, pro eo quod eſt, ejus temporis, vel eo tempore itidem dicitur, de quo alibi. *Idem.* Prim. Franc. *Se in balneis id ætatis cum filio fuiſſe. Se id ætatis*, eſt cum jam eſſet tam grandi ætate, *cum filio fuiſſe in balneo*, quamvis & ferri poſſit editorum lectio. *Cum filio id ætatis*, eſt cum filio, qui ad id ætatis pervenerat, qua non lavabantur liberi cum parentibus. *Gravius.*

Non præteriiſſet] Hoc dicit, quia balneas quoque Brutus vendidit. in quem L. Craſſi facetus eſt ille jocus apud Ciceronem libro de oratore ſecundo: *Cum Brutus diceret ſe ſine cauſa ſudare, tum Craſſus: Minime mirum, inquit, modo enim exiſti de balneis.* Balnea locum ipſum ubi lavamur, & balneum aquam calidam qua lavamur ſignificant. Cornelius Celſus lib. 1. *Prodeſt etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti.* Sylvius. Prim. Franc. & ed. Victor. ſic interpungunt: *Non præteriiſſet. Eas ſe tamen balneas ab eo.* Sed in Franc. non legitur *ab eo*, & merito abeſt. *Gravius.*

Ex tabulis & ex cenſu] Cenſores enim civium bona cenſentes, quæ cujuſque bona eſſent, in tabulas referebant. *Sylvius.*

Ma-

id poſſit reprehendere? praeſert
bis quoque ipſis hoc impetrare
ego & ab initio petivi, & nunc
graviorem de illo judicio opinic
cauſa perſpecta atque omni verita
52 Nunc, quoniam ad omnia, qu
T. Atti, de Oppianici damnati
teare neceſſe eſt, te opinionem mu
exiſtimaris, ne cauſam A. Cluent
lege defenſurum. Nam hoc perſ

Magis requiratur conſtantia] Quam in judicialibus. *Sylvius.*

Illa recitata] A T. Attio. de actione in Verrem ſecunda. *Idem.*

Quod tum erat] Quum accuſarem Verrem. Magna enim tum corruptorum judiciorum infamia erat. *Idem.*

Neque ab ea cauſa] Verris. Tum enim ſperabat Verres, corrupto judicio ſe abſolutum iri, quod patronus ejus Q. Hortenſius Conſul eſſet deſignatus, quod Q. Metellus collega ejus eſſet, quod M. Metellus Prætor eſſet urbanus, quod Q. Metellus eorum frater Siciliam Prætor obtineret, qui omnes Verri favebant. *Idem.*

Nunc quoniam ad omnia] Viſus eſt ſibi Cicero ſatis probaſſe, judices ab Oppianico, ...

poſtea Sull
pterea quoc

Lege] S
dicetur. *Id*

Perſape d
tor, quod
ſcribatur, a
ne patronus
irridendi acc
Itaque auctor
permutatio rep
adverſus Cluen
Cteſiphontem,
rum lege ſolum
rum Demoſthen
ratione cavendun
ſibi refutanda

tiari, me habere in animo cauſam hanc praeſi-gis defendere. Itane eſt? ab amicis videlicet im-ntes prodimur. & eſt neſcio quis de iis, quos is nobis arbitramur, qui noſtra conſilia ad adver-deferat. Quiſnam tibi hoc renuntiavit? quis tam bus fuit? cui ego autem narravi? nemo, ut opi-in culpa eſt: ſed nimirum tibi iſtuc lex ipſa re-ıvit. Sed num tibi ita defendiſſe videor, ut tota ıſa mentionem ullam fecerim legis? num ſecus cauſam defendiſſem, hac ſi lege Avitus tenere-certe ut hominem confirmare oportet, nullus cus a me purgandi iſtius invidioſi criminis prae-ſſus. Quid ergo eſt? quaeret fortaſſe quiſpiam, :eatne mihi legum praeſidio a capite periculum lſare. Mihi vero, judices, non diſplicet: ſed utor ıto meo. In hominis honeſti pudentiſque judicio, non

eſt] Iucunde Attium irridet.

s] Id eſt, ſecreta. *Idem.*

um tibi ita defendiſſe videor] Sic gi vellem, *Sed non tibi ita de-ideor, ut tota in cauſa mentionem* &c. Quam eandem conjectu- Memmium de hoc loco feciſſe ognoviſſem, multo magis eam s ſum. ita tamen, ut eſt in vul-lim excudendum curavi. Si cui conjectura probaretur, legen-x proxime, *nec ſecus hanc cau-*. ubi libri & manuſcr. & vul-ent, *num ſecus*, &c. Sed in ea re diſſentiunt manuſcr. ab s, quod illi habent, *defen-* cum impreſſi habeant, *defen-*ıde ſuſpicari poſſit aliquis, ita n. *num ſecus hanc cauſam defen-ſi lege Avitus teneretur?* quam m probo. *Lambinus.* *Sed num efendiſſe videor, &c.*] Lambi-ituit, *non* præter mſſ. noſtros.

ſecus hanc cauſam defendiſſem, ac Avitus teneretur?] Haud ſecus ltri. Lambinus expreſſit, *defen-diſſem, ſi lege.* vetuſtius cuſi, *defendiſ-ſem hac ſi lege.* recentius *defendiſſe, ac ſi lege, &c.* Guilielmius conjicit *defen-diſſem, etſi lege, &c.* Idem. Franc. prim. *Non ſecus hanc cauſam defendiſſem, hac ſi lege Avitus teneretur.* Equidem *hac*, quod in Dreſd. Francii ſecundo, primis editionibus, quod eſt retinen-dum. Num, inquit, aliter hanc cau-ſam defendiſſem, ſi hac lege, de qua aget, teneretur Avitus? Quamvis hac lege non teneatur, malui tamen ſic age-re. Sequentia verba *certe ut hominem con-firmare oportet*, quid ſibi velint ignoro. Abeſſe poſſent ſine detrimento ullo ſen-tentiæ. Sed invitis libris omnibus quis auſit illa delere? *Gravius.*

Hominem] Cluentium. *Sylv.*

Quaret fortaſſe quiſpiam] Prolepſis eſt. *Idem.*

A capite periculum] In codice S. Vi-ctoris, *capite periculum* ſcriptum eſt. *Id.*

A capite periculum propulſare] Liber u-nus manuſcr. habet, *capitis periculum propulſare.* Lambinus.

In hominis honeſti judicio] Id eſt, in cauſa Cluentii. *Sylvius.*

Non

ge defenderem. Cum ego, quae mihi vi
rem, traduxit me ad ſuam ſententiam.
lacrymans, non ſe cupidiorem eſſe civit
quam exiſtimationis. Morem homini g
idcirco feci, neque enim id ſemper fa
quod videbam, per ſe ipſam cauſam copioſ
poſſe defendi. Videbam in hac defenſi
ſum uſus, plus dignitatis, in illa, qua me

Non ſolum meo] Suum hoc inſtitutum dicit, ut non ſuo ſolum conſilio utatur, ſed multum obtemperet conſilio voluntatique ſui litigatoris. *Sylvius.*

Qui leges eas, ad quas adhibemur] Nam turpe eſt jus in quo verſaretur ignorare, ut ait lex 2, de orig. juris.

De eo, qui coiſſet quo quis condemnaretur] Id eſt, de eo capite legis, quod eſt ad eam ſententiam, *Qui coiſſet quo quis damnaretur*, &c. Sylv. Qui coitionem feciſſet, ſeu conſpiraſſet cum aliis in alicujus caput, ut condemnaretur. *Coire* ſemper fere accipitur in malam partem. hinc *coitiones*, ſunt ſediosa conventicula.

Illum eſſe liberum] Id eſt, lege non teneri. *Sylvius.*

Noſtrum ordinem] Id eſt, Senatum. vero Cicero nondum Senator erat; gendum eſt, *Illum eſſe liberum, nec teri noſtrum ordinem.* Idem.

Traduxit] Id eſt, in ...

Quam exiſtimati... ria lege defendere tur non damnatus, ſed tantum, quia Auctore Quintil. li... *landum eſt nos quau... bus dicere: quod*, in *legem judiciariam.* I...

Morem homini geſſi... *rem homini vel grat*... fruſtra ſic MS. *vel gr*... apud me poterat, ... quaſi inferebat, bla... vim, qua precibus &... petrabat, ut ejus vo... obſequerer. *Gravius*

Neque enim id ſe... Cognoſcit orator ... magis quam litigat... orator non debet ſer... *Sylvius.*

Quod videbam] Cicero, ut magis ...

minus laboris futurum. Quod ſi nihil aliud eſſet actum, niſi ut hanc cauſam obtinerem, lege recitata peroraſſem. Neque me illa oratio commoveret, quod ait Attius, 53
indignum eſſe facinus, ſi ſenator judicio quemquam circumvenerit; legibus eum teneri; ſi eques Rom. hoc idem fecerit, non teneri. Vt tibi concedam, hoc indignum eſſe, quod cujuſmodi ſit jam videro; tu mihi concedas neceſſe eſt, multo eſſe indignius, in ea civitate, quae legibus contineatur, diſcedi a legibus. Hoc enim vinculum eſt hujus dignitatis, qua fruimur in rep. hoc fundamentum libertatis, hic fons aequitatis. mens, & animus, & conſilium, & ſententia civitatis poſita eſt in legibus. Vt corpora noſtra ſine mente: ſic ci-

Minus laboris] Quamvis defendere magis laborioſum ſit. *Sylvius.*

Vt hanc cauſam obtinerem] Id eſt, ut vincerem, ut ſecundum me lis daretur, exiſtimatione neglecta. *Obtinere cauſam*, pro eo quod eſt cauſa vincere, & ut vulgo dicunt, lucrari proceſſum, ſæpe dicitur. ut paulo poſt: *Si obtinuerit cauſam Cluentius, ſicuti veſtra æquitate nixi confidimus, omnes exiſtimabunt, id quod erit, obtinuiſſe propter innocentiam.* Libro epiſtolarum ad Atticum ſeptimo, de Cn. Pompejo: *Malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit.* Actione in Verr. 4. *Verres calumniatores apponebat, Verres adeſſe jubebat, Verres cognoſcebat, Verres judicabat, pecunia maxima dabantur: qui dabant, cauſas obtinebant. Amittere litem* contra dicimus, ut pro Roſcio Comœdo: *Ad judicium hoc modo venimus, ut notam litem aut obtineamus, aut amittamus. Cadere cauſa*, pro amittere litem, & *vincere cauſa* pro obtinere cauſam: alibi dicit. *Idem.*

Lege recitata peroraſſem] Id eſt, primum recitaſſem legem, deinde peroraſſem. *Idem.*

Indignum eſſe facinus] Quibuſdam videtur vox, *facinus*, eſſe adventitia, & aliena, non Ciceronis. Alii putant, hoc totum eſſe mendoſum, & legendum, *iniquum eſſe, ſi ſenator*, &c. Mihi illi priores propemodum verum dicere videntur, ex iis, quæ proxime a Cicerone reſpondentur, ut *tibi concedam, hoc eſſe indignum*, &c. ſi vero ſpectes, quæ poſt legis recitationem ab eodem dicuntur, alteri æque prope ad verum accedere. Sic autem ibi Cicero: *iniquum tibi videtur; Atti*, &c. Lamb.

Indignum eſſe facinus] Locutio eſt popularis, quæ cuique in ore qui ſecum male agi putat. at eam tamen Lambinus ita examinat, ac ſi nunquam Comicum aliquem legiſſet; certe non eſſe poſſet hujus loci. *Gruterus.*

Judicio quemquam circumvenerit] Judicio circumvenit non ſolum judex corruptus, qui innocentem condemnat: ſed etiam qui judices corrumpit. *Sylv.*

Quæ legibus teneatur] Vulgati *contineatur.* ſed alterum reſtat in Pall. & primitus cuſis. *Gruterus.* Palatinis aſſentiuntur Dreſd. & Francii uterque.

Hoc enim vinculum eſt, &c.] Probat multo indignius eſſe a legibus diſcedere, in ea civitate quæ legibus teneatur: oſtenditque quantum leges in civitate neceſſariæ ſint, ſine quibus civitas conſiſtere non queat, ſine quibus nulla ſit judiciorum æquitas. *Sylvius.*

Vt corpora noſtra ſine mente] Quintil. lib. 5. *frequentem in oratione ſimilitudinem eſſe dicit. qua probabilius ſit, quod in-*

...gna multitudine civium tam p
tunis ſententiam fertis? quo jure
dixit? cur mihi tamdiu poteſtas
ſibi autem illi ſcribae, quid lictor
apparere huic quaeſtioni video,
omnia lege fieri, totumque hoc
dixi, quaſi mente quadam legis
Quid ergo eſt? haec quaeſtio ſ

tendimus. Vt ſi animum dicas excolendum, ſimilitudine utaris terra: qua neglecta ſentes atque dumos, exculta fructus creat. Aut ſi ad curam reipublica horteris, oſtendas apes etiam formicaſque non modo muta, ſed etiam parva animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc genere dictum eſt illud Ciceronis: Vt corpora noſtra ſine mente, ita civitas ſine lege, ſuis partibus, ut nervis ac ſanguine & membris uti non poteſt. Sylv.

Suis partibus & nervis] In codice S. Victoris, & in Quintiliano lego, *ut nervis:* quæ lectio mihi probatior eſt. *Idem.* Sic & prim. Franc.

Q. Naſo] Q. Naſonem Prætorem huic cauſæ præfuiſſe ſignificat: ut paulo poſt, Q. Voconium quæſitorem. *Sylv.*

Cur tu in iſto loco ſedeas?] P. Victor. lib. XXIIII. Var. lect. cap. 2. teſtatur, in antiquiſſ. libro eſſe ſcriptum, *cur tu in hoc ſexto loco ſedeas.* de qua ſcriptura judicet lector. nam mihi quidem ſuſpecta eſt. *Lambin.* ...

ſcriptura a
etiam Dreſ
prim. Fanc.
reor ne *ſexto*
ſequentis &
Coerceantur
autem exer
velut animal
Tamdiu]
certum aliq
batur: ut au
lonis horæ d
datæ ſint. C
Lege, inquit
cendum datis
ſe, vel potius
tidie. Quibus
ſas orandi le
ritur, ſemih
Cajum Rabi
Quid lictor
res habeb...

quid M. Plaetorii, & C. Flaminii inter ſicarios? quid C. Orchinii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquillii, apud quem nunc de ambitus cauſa dicitur? quid reliquae quaeſtiones? circumſpicite omnes reip. partes. omnia legum imperio & praeſcripto fieri videbitis. Si quis apud me te, T. Atti, reum velit facere, clames, te lege pecuniarum repetundarum non teneri. neque tua haec recuſatio confeſſio ſit captae pecuniae: ſed laboris, ſed periculi non legitimi declinatio. Nunc quid agatur, 54
& quid abs te juris conſtituatur vide. Iubet lex ea, qua lege haec quaeſtio conſtituta eſt, judicem quaeſtionis, hoc eſt, Q. Voconium, cum iis judicibus, qui ei obvenerint, vos appellat, judices, quaerere de veneno. In quem quaerere? infinitum eſt: QVICVMQVE FECERIT, VENDIDERIT, EMERIT, HABVERIT, DEDERIT.

Quid

Quid M. Platoris] Oſtendit alias quoque cauſas legis quaſi mente gubernari. His autem quos hic nominat, cauſis, Prætores præfuerunt. M. Plætorius fuit is; qui Fontejum accuſavit repetundarum. *Sylvius.*

Caji Orcinii peculatus] Licet conjicere, ut ex hoc loco, ita ex proximis, a Cicerone Prætore Cluentium defenſum. Cajum enim Orcinium ante appellat collegam ſuum, quem hoc loco præfuiſſe cauſæ dicit. *Idem.*

Peculatus] Id eſt, de reſiduis pecuniis, quo crimine accuſatum Fauſtum Sullam ante dixit. *Idem.*

Quid mea de pecuniis repetundis?] Apud Ciceronem Prætorem quæſtio de pecuniis repetundis acta fuit. Ea autem quæ fuerit mihi ignotum eſt, niſi ea Manilii eſt, qui ſub finem Preturæ Ciceronis accuſatus eſt repetundarum. Quæ cauſa fuerit, idem non explicat. pro Cajo Rabirio Poſthumo: *Accuſavi*, inquit, *de pecuniis repetundis, judex ſedi, Prætor quæſivi, defendi plurimos.* Idem.

Nunc de ambitus cauſa agitur] Licebat apud diverſos judices eodem tempore diverſas cauſas agi, ut ante dixit privatum Staleni judicium agi, quum Oppianici publicum ageretur. *Idem.*

Præſcripto] Id eſt, uti legibus præſcriptum eſt. In aliis codicibus *præſidio*, non præſcriptio legitur. *Idem.*

Si quis apud me] Prætorem ſe eſſe ſignificat. Eſt autem argumentum a fictione, ut probet Cluentii recuſationem non eſſe confeſſionem. *Idem.*

Te lege pecuniarum, &c.] Quod neque magiſtratus provinciam adminiſtraveris, neque judex fueris, neque pecuniæ publicæ præfectus fueris. *Idem.*

Laboris] In defendendo, vel negotii. *Id.*

Periculi non legitimi] Id eſt, contra legem. Nam lege non tenetur, qua ei periculum infertur. *Idem.*

Qua lege hac quæſtio conſtituta eſt] Hæc enim Cluentii quæſtio de veneno, non de corrupto judicio conſtituta eſt. *Idem.* Prim. Franc. *qua hac quæſtio conſtituta eſt.*

Judicem quæſtionis] Q. Voconius hujus cauſæ quæſitor fuit. *Sylv.*

Obvenerint] Id eſt, contigerint, & ſortitione evenerint. *Idem.*

Infinitum eſt] Id eſt, lege certa perſona definita non eſt. *Idem.*

Quicunque fecerit] Verba ſunt legis Semproniæ, qua hæc quæſtio conſtituta eſt. *Idem.*

Quid eadem lex ſtatim adjungit? Recita. DE QUE EIUS CAPITE QUAERITO. Cujus? qui coierit? convenerit? non ita eſt. Quid ergo eſt? dic. QUI TRIBUNUS MILITUM LEGIONIBUS QUATTUOR PRIMIS, QUIVE QUAESTOR, TRIBUNUS PL. deinceps omnes magiſtratus nominavit, QUIVE IN SENATU SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT. Quid tum? QUI EORUM COIIT, COIERIT, CONVENIT, CONVENERIT, QUO QUIS IUDICIO PUBLICO CONDEMNARETUR. Qui eorum. quorum? videlicet, qui ſupra ſcripti ſunt. quid intereſt, utro modo ſcriptum ſit? Etſi eſt apertum, tamen ipſa lex docet. Ubi enim omnes mortales alligat, ita loquitur: QUI VENENUM MALUM FECIT, FECERIT. omnes viri, mulieres, liberi, ſervi

Deque ejus capite quærito] Hinc conjectare licet, quæ formula fuerit legum earum, quibus quæſtiones conſtituerentur. *Sylvius.*

Qui coierit] Verba ſunt Ciceronis, recitantem præconem interpellantis. *Id.*

Deinceps omnes magiſtratus nominavit] Hoc dicit Cicero, ne longum nimis videatur, ſi præco magiſtratus omnes nominet. *Idem.*

Quive Quæſtor, tribunus pl.] Prim. Franc. *Quive Quæſtores tri. p.* dein idem: *inve ſenatu*, pro *quive in ſenatu.*

Qui eorum coiit] Hoc eſt, quo oſtendit Cicero Cluentium hac lege non teneri. Nec enim magiſtratus, nec ſenator Cluentius fuit. Erat igitur lex Sempronia dicta, quod a C. Sempronio Graccho lata ſit, ad hunc fere modum: De ejus capite quærito, qui venenum malum fecit fecerit, vendidit vendiderit, emit emerit, habuit habuerit, dedit dederit: deque ejus capite quærito, qui Tribuni militum legionibus quatuor primis, quive Quæſtores Tribuni plebis, &c. quive in Senatu ſententiam dixit dixerit: qui eorum coiit coierit, convenit convenerit, conſenſit conſenſerit, falſumve teſtimonium dixit dixerit, quo quis judicio publico condemnaretur. Coire autem dicuntur ii, qui conſcii ſunt, & pecunia vel conſilio impellunt, aut certe adjuvant judices, ut reum condemnent, ut qui judices corrumpunt: ut ſunt ſequeſtres & interpretes, qui vere conveniunt, conſentiunt cum judicibus, iiſque ex animi ſententia dant fidele conſilium, cujusmodi ſunt aſſeſſores. *Sylvius.*

Qui eorum. quorum?] Hæc verba, *Qui eorum*, ſunt Ciceronis legis verba iterantis: quæ a ſcriba recitata ſunt, proinde ac ſi ita diceret Cicero. Qui eorum, inquit lex. ſed quæro, *quorum?* reſpondet ipſe ſibi. VIDELICET, qui ſupra ſcripti ſunt. *Lambinus.*

Qui ſupra ſcripti ſunt] Id eſt, magiſtratuum & Senatorum. *Sylvius.*

Utro modo] Vel qui eorum, vel qui Tribun. militum, Tribun. plebis, Quæſtorum, reliquorumque magiſtratuum. *Idem.*

Alligat] Lex ſcilicet. *Idem.*

Loquitur] Ita hoc verbum uſurpat, ut ante nominavit. Eſtque metaphora, cum rebus inanimis datur aliquis ſenſus. *Id.*

Venenum malum] Caji Gracchi hæc verba ſunt, ubi venenum malum dicit. uti poſtea Salluſtius: *Ea quaſi veneno malo imbuta, corpus animumque virilem effœminat.* Id vocabulum in utramque partem dici, apud A. Gellium eſt. *Idem.*

Tibi

ſervi in judicium vocantur. Si item de coitione voluiſſet, adjunxiſſet, QVIVE COIERIT. Nunc ita eſt, DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO, QVI MAGISTRATVM HABVERIT, QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXERIT: QVI EORVM COIIT, COIERIT. Num is eſt Cluentius? certe non eſt. Quis ergo eſt Cluentius? qui tamen defendi cauſam ſuam lege nolit. Itaque abjicio legem: morem Cluentio gero: tibi tamen, Atti, pauca, quae ab hujus cauſa ſejuncta ſunt, reſpondebo. Eſt enim quiddam in hac cauſa, quod Cluentius ad ſe; eſt aliquid, quod ego ad me putem pertinere. hic ſua putat intereſſe, ſe re ipſa & geſto negotio, non lege defendi: ego autem mea exiſtimo intereſſe, me nulla in diſputatione ab Attio videri eſſe ſuperatum. non enim mihi haec cauſa ſola dicenda eſt. omnibus hic labor meus propoſitus eſt, quicumque hac facultate defenſionis contenti eſſe poſſunt. nolo quemquam eorum qui adſunt exiſtimare, me, quae de lege ab Attio dicta ſunt ſi reticuerim, comprobare. Quamobrem, Cluenti, de te tibi obſequor: neque ego legem recito: neque hoc loco pro te dico: ſed ea, quae a me deſiderari arbitror, non relinquam. Iniquum tibi vi- 55
detur, Atti, eſſe, non iiſdem legibus omnes teneri. Primum, ut id iniquiſſimum eſſe confitear, hujuſmodi eſt, ut

Tibi tamen, Atti] Quia Cluentius noluit lege defendi, ne exiſtimationem amitteret: videt tamen Cicero maximum ac certiſſimum hujus cauſæ patrocinium eſſe in hac lege, ut ea lege tacite Cluentium defendat, callide ſimulat, ſua, non Cluentii cauſa ſe refutare quod Attius dixit, indignum eſſe Senatorem aliqua lege teneri, qua eques Rom. non tenetur. Quumque illa lex judiciaria ſit, qua Cluentius non tenetur, iniquum eſſe oſtendit a legibus diſcedere. *Sylvius.*

Geſto negotio]. Id eſt, prout geſtum eſt negotium, quod ſcilicet judices non corruperit. *Idem.*

Hæc] Id eſt, mea quæ de lege dicta ſunt: id eſt, indignum eſſe equitem non teneri lege ea qua ſenator teneatur. *Id.*

Dicenda eſt] Id eſt, ornanda: id eſt, alias cauſas præter hanc Cluentii acturus ſum. *Idem.*

Labor meus] In defendendo ſcilicet. *Idem.*

Quæ a me deſiderari arbitror] Id eſt, quæ a me alii, ut arbitror, deſiderant, ut ego præſtem. *Idem.*

Primum, ut id iniquiſſimum, &c.] Locus hic ſubobſcurus eſt, propterea quod mendum ſubeſſe videatur. Ita enim mihi videtur emendatior: *Primum ut id iniquiſſimum eſſe confiteor, hujuſmodi eſt, ut commutatis iis opus ſit legibus, ut iis quæ ſunt non pareamus.* Idem.

...de te ad equeſtrem ordinem.

Altiorem gradum] Id eſt, magiſtratum. *Sylvius.*

Beneficio] Id eſt, ſuffragio. *Idem.*

Eo ſe putaret durioribus] Pluribus enim durioribuſque legibus magiſtratus quam privati homines tenentur: horum quam illorum leviores moleſtiæ & labores minores, ut paulo poſt dicemus. *Idem.*

Quam multa ſunt commoda] Ut rei familiaris tractatio ut amicorum familiaritas, ut quies, ut animi oblectatio, ut alia generis ejuſdem. *Idem.*

Quibus caremus] Non ſcilicet, qui Senatores populi Romani ſuffragio magiſtratus facti ſumus *Idem.*

Quam multa moleſta & difficilia] Nam magiſtratus gerere miſerum eſt Cicero pro L. Murena, *ſe dicit & ex aliorum miſeriis, & ex ſuis curis laboribuſque quotidianis fortunatos eos homines ſæpe judicare, qui remoti a ſtudiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ ſecuti ſunt.* Idem lib. Tuſcul. quæſt. 3. *Inhonoratos propter id ipſum dicit beatiores, quod honores contemnant eorumque vitam laudari nominatim, qui privatum otium negotiis publicis antetulerunt.* Ejuſdem illa querela pro L. Flacco: *O conditiones miſeras administrandarum civitatum & provinciarum, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum: ubi ſeveritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa, frons omnium famil...*

con
tem
dea
repe
gor.
tarc
ſtrat
priſc
prim
A
binu
aut *s.*
H
noph
corpor
dem
Hones
res,
eſſe
Xeno
lib. T
quit,
tem in
laudab
non eſ
quod
Impera
Con
verte
Mich.
ſurde.
Reſtit
mo:
nem.

eaſdem vitae conditiones non perferent. putant enim minus multos ſibi laqueos legum, & conditionum, ac judiciorum propoſitos eſſe oportere, qui in ſummum locum civitatis aut non potuerunt adſcendere, aut non petiverunt. Atque ut omittam leges alias omnes, quibus nos tenemur, ceteri autem ſunt ordines liberati, hanc ipſam legem, ne quis judicio circumveniretur, C. Gracchus tulit: eam legem pro plebe, non in plebem tulit. Poſtea L. Sulla, homo a populi cauſa remotiſſimus, tamen, cum ejus rei quaeſtionem hac ipſa lege conſtitueret, qua vos hoc tempore judicatis, populum Romanum quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare novo quaeſtionis genere auſus non eſt. Quod ſi fieri poſſe exiſtimaſſet, pro illo odio, quod habuit in equeſtrem ordinem, nihil fe-

Laqueos legum] Id eſt, pericula. Laqueos legum appellat, ut pro Milone, *laqueos judicii.* Sylvius.

Non potuerunt] Quia repulſam paſſi ſunt. *Idem.*

Aut non petiverunt] Multi enim equites ordine ſuo, patrumque ſuorum contenti, magiſtratus non petiverunt: ut paulo poſt dicet Cicero. *Idem.*

Sunt ordines liberati] Id eſt, non tenentur. *Idem.*

Hanc ipſam legem] Qua hæc quæſtio conſtituta eſt. *Idem.*

Remotiſſimus] Id eſt, alieniſſimus. Patritiis enim contra plebejos Sulla favebat. *Idem.*

Quum ejus rei quaſtionem] Equites lege Sempronia judicaverant. Equitibus iratus erat L. Sulla: ut de iis qui judicaverant quæreretur, hac ipſa lege conſtituit. *Idem.*

Ab hoc genere liberum] Id eſt, hac lege non teneri. *Liber hoc genere*, & *ab hoc genere*, in eadem re dicitur. Cicero pro C. Rabirio Poſthumo: *Vos Senatus liberos hac lege eſſe voluit, populus nunquam alligavit.* Idem in lib. de finib. 1. *Robuſtus animus & excelſus omni eſt liber cura & angore.* de offic. lib. 1. *Id autem ipſum cernitur in duobus, ſi & ſolum id quod honeſtum ſit bonum judices, & ab omni animi perturbatione liber ſis.* Idem in Rullum in Senatu: *Qui ſe incolumes volent, ſequentur auctoritatem Conſulis, ſoluti a cupiditatibus, liberi a delictis.* Idem.

Alligare] Id eſt, obligare, obſtringere, obnoxium facere. *Novo quaſtionis genere*, id eſt, mutata lege, ut ea populus Romanus teneretur. *Idem.*

Quod habuit in equeſtrem ordinem] Nam Cornelium Cinnam equeſter ordo contra Sullam adjuvit, ut ait Aſconius. *Habeo te odio* non dicimus, ſed *habeo in te odium:* ut habeo amorem in te. Cicero pro domo ſua: *Quam porticum pro amore, quem habetis in rempub. & ſemper habuiſtis, non modo ſententiis, ſed ſi opus eſſet, manibus veſtris diſturbare cuperetis.* Habeo tecum odium, etiam dicere licet; ut in hac oratione: *Qui poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius, qui cum matre habebat ſimultates?* Non dicitur eodem modo, *habere invidiam*, ſed paſſive; ut pro L. Murena: *Invidiam vero his temporibus habere Conſulatus ipſe nullam poteſt.* Et lib. de oratore 2. *Quum Scaurus nonnullam haberet invidiam, ex eo quod Phrygionis Pompeji locupletis hominis bona ſine teſtamento poſſederat.* Idem.

ordinem annos prope quin-
ragintа continuos judicaſſe: id eſt, a
racchо ad Sullam, quo toto tempore
tenuiſſimam quidem ſuſpicionem
ceptæ pecuniæ ob rem judicandam
onſtitutam fuiſſe: Vellejus tamen
uum alios multos clariſſimos viros at-
ue innocentiſſimos, tum P. Rutilium
rum non ætatis ſuæ modo, ſed etiam
mnium ſeculorum virum optimum,
petundarum lege interrogatum maxi-
io cum gemitu civitatis ab equitibus
imnatum fuiſſe ſcribit. T. Livius li-
ro 70. hunc inviſum fuiſſe equeſtri or-
ini dicit, propterea quod C. Marii le-
itus ab injuriis publicanorum, qui ex
queſtri ordine erant, Aſiam defende-
t. Hæc in equites judices Sulla queri
otuiſſet. *Sylv.* *Quæſtus in veteres ju-
ces*] Hæc verba ſine dubio ex ora li-
ri, in contextum illata ſunt. adſcripſe-
t enim lector aliquis e regione hujus
ci, hæc verba, *quæſtio in veteres judi-
*, nempe equites, deinde ea ſcriptor
rarius huc intulit. poſtea aliquis ex
mine, *quæſtio*, cum, quo pertine-
, non videret, fecit *quæſtus*, plane
octe, & craſſe. Nam, *queror in ali-
m*, non dicunt Latini: ſed, *queror
liquo*. hoc igitur totum deleri juſſi.
a non longe, *ubi* libri vulgati ha-
t, *equeſter ordo*, ſcriptum eſt in ma-
r. *equites Rom.* ubi illi, *includatur*,
abent *concludantur*. Lamb. *Quæ-
n veteres judices*] Nonnulli cenſent
verba tollenda. Nos maluimus
tumvis inepta & corrupta relin-

iterum deni
norum, deficiente
Eadem lacuna eſt in
ſecundo, & edition
Palatinis. In Franci
ditione anni 1498,
legitur, ut nunc vulg
legerunt, *in equeſtres*
de blanditur mihi
tii, *quæ eſt uſus in* v
vius.

In veteres judices]
queſtres judices. Vtro
ſententia. *Sylvius.*

Nec nunc aliud quicq
tificioſum eſt, ut oſt
accuſatorem non ſolun
aperte in reum petere vi
cite contra multos, a
peti. Vt pro Fontejo
Fonteji damnatione immu
bertatem ſperare. Eo
nullus Prætor Gallos reg
bit, metuens ne concit
repetundarum accuſetur.
rio oſtendit T. Labienu
re, ut quum ad arma
natuſconſulto vocabunt
arma capiat, ut ſit in
vexandi patriam licent
Sex. Roſcio docet accuſ
damnato Roſcio ad jud
filii proſcriptorum, qu
nierunt. *Idem.*

Niſi ut equeſter ordo]
eques Rom. quod verum
verterunt hæc, qui igno

[redacted]

cludatur. Neque hoc agitur ab omnibus, ſed a paucis. nam ii ſenatores, qui ſe facile tuentur integritate & innocentia, quales, ut vere dicam, vos eſtis, & ceteri, qui ſine cupiditate vixerunt, equites ordini ſenatorio dignitate proximos, concordia conjunctiſſimos eſſe cupiunt: ſed ii, qui ſe volunt poſſe omnia, neque praeterea quidquam eſſe aut in homine ullo, aut in ordine: hoc uno metu ſe putant equites Rom. in poteſtatem ſuam redacturos, ſi conſtitutum eſt, ut de iis, qui rem judicarent, hujuſmodi judicia fieri poſſint. Vident enim auctoritatem hujus ordinis confirmari: vident judicia comprobari, hoc metu propoſito, evellere ſe aculeum ſeveritatis veſtrae poſſe confidunt. Quis enim de homine audeat paullo majoribus opibus praedito vere & fortiter judicare; cum videat ſibi de eo, quod coierit, aut conſenſerit, cauſam eſſe dicendam? O viros fortes, equites Rom. 56
qui homini clariſſimo ac potentiſſimo, M. Druſo, tribuno pleb. reſtiterunt, cum ille nihil aliud ageret cum

Ab omnibus] Senatoribus. *Sylv.*

Qui ſine cupiditate vixerunt] Id eſt, ſine avaritia: id eſt, qui ob rem judicandam pecuniam non acceperunt. *Id.*

Dignitate proximos] Equites medii inter Senatores & plebejos erant. Ex iis Senatores a Cenſoribus plerumque legebantur. *Idem.*

Praeterea] Id eſt, praeter id quod poſſint. *Idem.*

Si conſtitutum eſt] Hac lege, ſcilicet. *Idem.* Videtur ſententia poſtulare, ut legendum: *ſi conſtitutum eſſet.* Græv.

De iis, qui rem judicarent] Id eſt, qui cauſæ judices eſſent. Vt actione in Verrem ſecunda: *Ne tenuiſſima quidem ſuſpicio accepta pecunia ob rem judicandam conſtituta ſit.* Sylvius.

Hujus ordinis] Equeſtris. *Idem.*

Hoc metu propoſito] Equitibus. *Id.*

Evellere ſe aculeum ſeveritatis veſtræ] Ab apibus facta tranſlatio eſt, quibus cum avulſus aculeus eſt, non pungunt. Hoc autem dicit tanquam equitum judicia Senatores ſequantur in ferendis ſententiis, ſintque equites veluti aculeus ſeveritatis Senatoriæ. *Idem.*

Severitatis] Severos judices appellari, qui nocenti reo non ignoſcunt. *Id.*

Quis] Ex equeſtri ordine, ſcilicet. *Id.*

Fortiter] Id eſt, ut dicunt, audacter. *Id.*

Quum ille nihil aliud ageret] Auctore T. Livio lib. 71. *M. Livius Druſus Tribunus plebis legem tulit judicialem, ut æqua parte judicia penes Senatum & equeſtrem ordinem eſſent.* Auctore Vellejo libro 2. *Druſus ab equitibus ad Senatores judicandi poteſtatem transferre conatus eſt.* Ab utroque hoc loco diſſentit Cicero. Hanc eandem ſententiam iiſdem prope verbis legere licet in oratione pro C. Rabirio Poſthumo, quem Iulia lege de repetundis negat teneri, quod ſit eques Rom. hortaturque equites ne ſe teneri ea lege patiantur, qua Senatus eos teneri noluit. Illinc multa liceat accipere, ad hunc locum clarius intelligendum: quæ propterea non adſcripſimus, quod nimis multa viderentur: indicaſſe locum ſatis fuit. *Idem.*

cum illa cuncta, quae tum erat, nobilitate, niſi uti, qui res judicaſſent, hujuſcemodi quaeſtionibus in judicium vocarentur. Tunc C. Flavius Puſio, Cn. Titinnius, C. Maecenas, illa robora populi Romani ceterique hujuſcemodi ordinis, non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, ut aliquid culpae ſuſcipere ſe putarent recuſando: ſed apertiſſime repugnarunt, cum haec recuſarent, & palam fortiſſime atque honeſtiſſime dicerent, ſe potuiſſe judicio populi Romani in ampliſſimum locum pervenire, ſi ſua ſtudia ad honores petendos conferre voluiſſent: ſeſe vidiſſe, in ea vita qualis ſplendor ineſſet, quanta ornamenta, quae dignitas: quae ſe non con-

Cum illa cuncta, qui tum erant nobilitatis] Id eſt, equites qui tum ſoli judicabant. *Sylv.* *Cum illa cuncta, quæ tum erat nobilitate, niſi uti, qui res judicaſſent*] Hæc vera & recta lectio videtur, uſque adeo ut diſſentientes ab hac adſcribendas eſſe non duxerim. *Ioach. Camerarius.* *Quæ tum erat nobilitate*] Acquieſco huic ſcripturæ una cum Camerario; repudiata ea, quam induxit Victorius, quamque adfigunt ad oram alii. *Gruterus.* In primo Francii eſt ſcriptum, ut edidit Victorius, *quæ tum erat nobilitatis*, niſi quod ille *erant*, ut & vetus Mediolanenſis. Sed ſani nihil tam ex vulgatorum, quam ex vett. librorum verbis colligi poteſt. Per *nobilitatem* cum Sylvio non poteſt intelligi equeſter ordo, qui minime Romæ nobilis erat: ne dicam Druſum tuliſſe, invito equite, ut judicum albo tot adſcriberentur ſenatores, quot equites, & ita judicia cum utroque ordine communicarentur, idque auctoritate ſenatus. vide Flor. III, c. 17. & quæ ibi laudant viri docti aliorum teſtimonia. Nec ſenatores omnes erant nobiles, ſed ii ſoli, quorum majores geſſerant magiſtratus curules, mihi hæc verba *cum illa cuncta, quæ tum erat, nobilitate* ſuſpecta ſunt νοθείας, primo quia non omnes nobiles ſtabant a partibus Druſi, dein quia *nobilitas* pro nobilium turba redolet idiotiſmum linguarum vulgarium, *met al den Adel.* *Nobilitas* Romanis nihil aliud notat, quam claritatem generis, non homines ipſos clari generis. Sic *nobilitati favere* apud Ciceronem eſt magni æſtimare generis claritatem. *Gravius.*

Niſi utique] Aut *utique* pro *vero* dixit, aut *vere*, non *utique* legi debet: quod mihi perſuadeam facilius, quod etiam Valla ſcribat, *utique* nunquam fere a Cicerone dici. *Sylvius.* *Niſi uti qui rem judicaſſent*] Pantagathus ex manuſcripti libri lectione, *niſi utique rem*, emendabat *ut ſi iniquerem*, vel *ii ſi inique rem, &c.* F. Vrſinus. Recte correxerunt viri docti: *niſi uti, qui*, licet repugnent libri.

Hujuſmodi quæſtionibus] Id eſt, hac lege Sempronia. *Sylvius.*

Ceterique hujuſcemodi ordinis] Guilielmius putabat *ordinis* adventitium, exterendumque. *Gruterus.*

Dicerent] Arbitror legendum eſſe, *dixerunt*, ad hanc ſententiam: Quum hi equites etiam palam recuſarent, quod agebat Druſus, fortiſſime & honeſtiſſime dixerunt ea quæ ſequuntur: cum quibus verbum *dixerunt*, repetendum eſt. *Sylvius.*

Iudicio populi Romani] Id eſt, ſuffragio: quos enim ſuffragio populus Rom. facit magiſtratus, eos dignos judicat. *Id.*

In ampliſſimum locum] Id eſt, ad Conſulatum. *Idem.*

In ea vita] Id eſt, in gerendo magiſtratu. *Idem.*

. Or-

contemſiſſe, ſed ordine ſuo patrumque ſuorum contentos fuiſſe: & vitam illam tranquillam & quietam, remotam a procellis invidiarum, & hujuſcemodi judiciorum amfractu, ſequi maluiſſe. aut ſibi ad honores petendos aetatem integram reſtitui oportere: aut, quoniam id non poſſet, eam conditionem vitae, quam ſecuti petitionem reliquiſſent, manere: iniquum eſſe, eos, qui honorum ornamenta propter periculorum multitudinem praetermiſiſſent, populi beneficiis eſſe privatos, judiciorum novorum periculis non carere: ſenatorem hoc queri non poſſe, propterea, quod ea conditione propoſita petere coepiſſet: quodque permulta eſſent ornamenta, quibus eam mitigare moleſtiam poſſet: locus, auctoritas, domi ſplendor, apud exteras nationes nomen & gratia, toga praetexta, ſella curulis, inſignia, faſces, exercitus, imperia, provinciae: quibus in rebus cum ſummum recte factis majores noſtri praemium, tum plura peccatis pericula propoſita eſſe voluerunt. Illi non hoc recuſabant, ea ne lege accuſarentur, qua nunc Avitus accuſatur, quae tunc erat Sempronia, nunc

Ordine ſuo] Ordine equeſtri: qui per adeptionem Senatus, vel Præturæ, vel Conſulatus amittebatur. *Sylvius.*

Vitam illam tranquillam & quietam] Id eſt, vitam privatam, quæ ſine magiſtratu eſſet. *Idem.*

Petitionem] Magiſtratuum ſcilicet. *Idem.*

Quod ea conditione propoſita] Vt judiciorum periculis non carerent. *Idem.*

Locus, auctoritas] Hæc ſunt ornamenta Senatorum magiſtratuum, quibus pericula & labores fiunt leviores. *Id.*

Sella curulis, inſignia, faſces] Invectum hic temere arbitrabatur illud *inſignia* Guilelmius. *Gruterus.*

Quum ſummum recte factis] In codicibus aliis ſcriptum eſt: *Quum ſumma recte factis majores noſtri præmia, plura peccatis pericula propoſita eſſe voluerunt.* Quæ lectio mea quidem ſententia emendatior eſt; ut ea ſententia ſit: Majores noſtri voluerunt recte factis ſumma propoſita eſſe præmia, ut locum, auctoritatem, &c. quæ enumerat: peccatis autem, id eſt, non recte factis, plura pericula propoſita eſſe voluerunt, ut accuſationes, damnationes, exilia. *Sylvius.*

Illi] Puſio, Titinnius, Mecœnas. *Id.*

Quæ tunc erat Sempronia] A C. Sempronio Graccho Trib. pl. lata. Leges enim appellantur a nomine familiæ, quod proxime ſequitur prænomen ejus qui tulerit. A quo nomine fœminas quoque appellari ſolitas, ante diximus; ut C Iulius Cæſar: leges ab eo latæ Iuliæ, filia ejus Iulia appellata eſt. C. Sempronius Gracchus: leges Semproniæ, earumque ſoror, quæ Scipioni nupſit, Sempronia. L. Cornelius Sulla: leges Corneliæ inde appellatæ ſunt. *Idem.*

Nunc

nunc eſt Cornelia: intelligebant enim, ea lege equeſtrem ordinem non teneri: ſed ne nova lege alligarentur laborabant. Avitus ne hoc quidem umquam recuſavit, quo minus vel ea lege rationem vitae ſuae redderet, qua non teneretur. Quae ſi vobis conditio placet, omnes id agamus, ut haec quam primum in omnes ordines quaeſtio
57 perferatur. Interea quidem, per deos immortales, quoniam omnia commoda noſtra, jura, libertatem, ſalutem denique legibus obtinemus, a legibus non recedamus: ſimul & illud quam ſit indignum cogitemus, populum Romanum aliud nunc agere, vobis remp. & fortunas ſuas commiſiſſe, ipſum ſine cura eſſe, non metuere, ne lege ea, quam numquam ipſe juſſerit, & quaeſtione, qua ſe ſolutum liberumque eſſe arbitretur, per paucos judices adſtringatur. Agit enim ſic cauſam T. Attius, adoleſcens bonus & diſertus, omnes cives legibus teneri omnibus: vos attenditis & auditis ſilentio, ſicut facere debetis. A. Cluentius, eques Rom. cauſam dicit ea lege, qua lege ſenatores, & ii, qui magiſtratum habuerunt, ſoli tenentur: mihi per eum recuſare, & in arce legis praeſidia conſtituere defenſionis meae non licet. Si obtinuerit cauſam Cluentius, ſicuti veſtra aequitate nixi confidimus, exiſtimabunt, id quod erit, obtinuiſſe propter innocentiam, quoniam ita defenſus ſit: in lege autem, quam attingere noluerit, praeſidii nihil fuiſſe. Hic nunc eſt

Nunc eſt Cornelia] Vel quia eam de integro Sulla tulit, vel quod eam Sulla confirmavit, quod populum Romanum novo quæſtionis genere alligare auſus non fuerit. *Sylvius.*

In omnes ordines] In equites & in plebem. Nam ſi Cluentium cauſam dicere ea lege qua non tenetur, æquum eſt, reliquos quoque dicere æquum ſit. Itaque in omnes ordines quæſtio perferatur. *Idem.*

Interea] Id eſt, antequam hæc quæſtio in omnes ordines perferatur. *Idem.*

A legibus non recedamus] Hanc quoque legem retineamus, qua equeſter ordo non tenetur. *Idem.*

Quam nunquam ipſe juſſerit] Iubet populus quum fert ſuffragium. Itaque in plebiſcitorum formula erat: *Velitis, jubeatis, &c.* Senator cenſet, quum dicit ſententiam. *Idem.*

Adoleſcens] *Adoleſcentes enim quærebant ſibi gloriam ex accuſatione.* ut eſt in lib. de offic. 2. *Idem.*

Vos attenditis] T. Attium. *Idem.*

Quoniam ita defenſus ſit] Non lege, ſed re ipſa, & geſto negotio. *Idem.*

Is

[redacted]

uiddam, quod ad me pertineat, de quo ante dixi, l ego populo Romano praeſtare debeam, quoniam is e vitae ſtatus eſt, ut omnis mihi cura atque opera po- it in omnium periculis defendendis. Video quanta, uam periculoſa, & quam infinita quaeſtio tentetur cuſatoribus, cum eam legem, quae in noſtrum ordi- ſcripta ſit, in populum Romanum transferre conen- qua in lege eſt, *qui coierit*: quod quam late pateat vi- i. *Convenerit*. aeque infinitum & incertum eſt. *Con- rit*. hoc vero cum incertum & infinitum, tum obſcu- & occultum eſt. *Falſumve teſtimonium dixerit*. Quis lebe Romana teſtimonium dixit umquam, cui non periculum, T. Attio auctore, paratum eſſe videatis? dicturum quidem certe, ſi hoc judicium plebi Rom. oſitum ſit, neminem umquam eſſe confirmo. ſed hoc ceor omnibus, ſi cui forte hac lege negotium faceſ- , qui lege non teneatur, ſi is uti me defenſore volue- ne ejus cauſam legis praeſidio defenſurum: & vel dicibus, vel eorum ſimilibus, facile probaturum, & i me defenſione uſurum eſſe legis: qua nunc ut utar, ab

a vita ſtatus eſt] Id eſt, vitam litui. *Sylvius.*

poſita ſit] Vt in lib. de offic. 2. *rque in eo tantum me opera & tem- vere.* Item: *Quum autem reſpub. omnis mea cura, cogitatio, opera ibat, nulla eſſet omnino.* Idem.

nium periculis] Id eſt, in omni- . *Idem.*

rum ordinem] Senatorium, eo qui habuerunt magiſtratus. *I-*

quam late pateat] Hoc enim Senatores tantum, ut eos qui int magiſtratus, ſed ad omnes ter pertinet. *Idem.*

obſcurum] Obſcurum enim eſt, am qui non repugnaverit, quum blico judicio condemnaretur, e teneatur, quod conſenſiſſe vi- *Idem.*

Cui non hoc periculum] Vetere Romanorum jure lex aliquando habebat vim in ea quæ admiſſa erant, antequam lex ferretur. ut auctore Aſconio M. Cælius Tribun. pleb. quæſtus eſt de lege, quæ in Milonem lata videbatur: qua de vi lata, nominatim cædes in via Appia facta comprehendebatur. Hac lege Cornelia ſi alligetur populus Romanus, periculum intentatum erit iis qui antea teſtimonium dixerint. *Idem.*

Hoc judicium] Id eſt, hæc quæſtio, hæc lex qua teneatur. *Idem.*

Confirmo] Id eſt, affirmo. *Idem.*

Si cui] Equiti vel plebejo ſcilicet. *Id.*

Negotium faceſſetur] *Faceſſere, facere, exhibere negotium, eſt alterum moleſtia ac labore afficere, præcipue per accuſationem*, ut eſt apud Vallam lib. 5. *Id.*

Iudicibus probaturum] Id eſt, facturum ut judices approbent. *Idem.*

In-

ab eo, cujus voluntati mihi obtemperandum eſt, non
58 conceditur. Non enim debeo dubitare, judices, quin,
ſi qua ad vos cauſa hujuſmodi delata ſit ejus, qui lege non
teneatur, etiam ſuis invidioſus, aut multis offenſus eſſe
videatur, etiam ſi eum oderitis, etiam ſi inviti abſoluturi
ſitis, tamen abſolvatis, & religioni potius veſtrae, quam
odio pareatis. Eſt enim ſapientis judicis cogitare, tan-
tum ſibi a populo Romano eſſe permiſſum, quantum
commiſſum & creditum ſit: & non ſolum ſibi poteſtatem
datam, verum etiam fidem habitam eſſe meminiſſe: poſ-
ſe, quem oderit, abſolvere, quem non oderit, condemna-
re: & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio
cogat cogitare: animadvertere, qua lege reus citetur, de
quo reo cognoſcat, quae res in quaeſtione verſetur. Cum
haec ſunt videnda, tum vero illud eſt hominis magni, ju-
dices, atque ſapientis, cum illam judicandi cauſa tabel-
lam

Invidioſus, aut multis offenſus] Id eſt, invidiæ plenus. nam paſſive dicitur. *Offenſus* contra dicitur, non quem alii offenderunt, ſed qui alios offendit: id eſt, aliis odioſus. Vt in libro epiſt. ad Attic. 15. *Hircius ſe ſcribit vehementer offenſum eſſe veteranis.* Sylvius.

Religioni potius veſtræ] Id eſt, conſcientiæ, quæ jurejurando allegata eſt. *Idem.*

Eſt enim ſapientis judicis] Sequitur deinceps in libris vulgatis, *meminiſſe ſe hominem*, quod totum cum ſit ſuperva-caneum, atque alienum, nec reperiatur in lib. antiquis, & ab aliquo inepte, & ſtulte religioſo adſcriptum eſſe appareat, delendum curavi. *Lambinus.* *Eſt enim ſapientis judicis, cogitare tantum, &c.*] Sic tota cohors mſſ. Pall. neque aliter edidit olim Victorius; ne quis putet primum a Lambino proditum. vulgo legitur: *eſt enim ſapientis judicis, meminiſſe ſe hominem: cogitare tantum, &c.* Gruterus.

Tantum permiſſum, quantum commiſſum] Permittimus, quod poteſtati concedimus ut liceat: committimus, quod fidei credimus ut deceat. Vt pro C. Rabirio Poſthumo: *Hic jam judices veſtri conſilii res eſt, veſtræ ſapientiæ, quid deceat vos, non quantum liceat, vobis ſpectare debetis. Si enim quid liceat quæritis, poteſtis tollere e civitate quem vultis. Tabella eſt quæ dat poteſtatem: occultat eadem libidinem: cujus conſcientiam nihil eſt quod quiſquam timeat, ſi non pertimeſcat ſuam. Vbi eſt igitur ſapientia judicis? In hoc, ut non ſolum quid poſſit, ſed etiam quid debeat ponderet: nec quantum ſibi permiſſum meminerit ſolum, ſed etiam quatenus commiſſum ſit.* Pro M. Fontejo: *Frugi igitur hominem judices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis, videtis poſitum in veſtra fide ac poteſtate, atque ita ut commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati.* Act. in Verr. 3. *Incommoda ſua veſtris committere legibus & judiciis, quam dolori ſuo permittere maluerunt.* Ideoque ſubjungit, *non ſibi ſolam poteſtatem datam*, id eſt, permiſſum, *verum etiam fidem habitam*: id eſt, commiſſum. *Sylv.*

Cum illam judicandi cauſa tabellam] *Certas tabellas Prætores judicibus dabant, ſi clam judicandum erat, in quibus inſcripta erant notæ: A abſolutionis, C con-*

lam ſumſerit, non ſe putare eſſe ſolum, neque ſibi quodcumque concupierit licere: ſed habere in conſilio legem, religionem, aequitatem, fidem, libidinem autem, odium, invidiam, metum, cupiditateſque omnes amovere: maximeque aeſtimare conſcientiam mentis ſuae, quam ab diis immortalibus accepimus, quae a nobis divelli non poteſt: quae ſi optimorum conſiliorum atque factorum teſtis in omni vita nobis erit, ſine ullo metu & ſumma cum honeſtate vivemus. Haec ſi T. Attius

C condemnationis, *N L ampliationis*, *tanquam ſit*, *Non liquet.* Hæc ex Aſconio. In cauſa Milonis has tabellas judicibus dedit Cn. Pompejus. Is enim ſolus Conſul erat loco Dictatoris: nam dictaturæ nomen ob Sullæ dictaturam populo Romano odioſum erat. *Sylv.*

Cum illam judicandi cauſa tabellam] Vox, *cauſa*, mihi ſuſpecta eſt, & item aliis: qui exiſtimant, ea deleta, ſic eſſe legendum, *cum illam judicandi tabellam*, &c. Lambinus.

Reputare non ſe eſſe ſolum] Sic legendum, non ut in libris vulgatis, *non ſe putare eſſe ſolum.* Idem. *Non ſe putare eſſe ſolum*] Lambinus contendit legendum, *reputare non ſe eſſe ſolum.* ſed cur quæſo? & quibus libris auctoribus? vulgata omnis ſtat ab altera, firmantque Pall. ſeptem, niſi quod ſec. *non ſic putare eſſe ſolum.* Gruterus. Inde Thales apud Diogenem Laertium interroganti: εἰ λάθοι θεοὺς ἄνθρωπος ἀδικῶν, *Num homo injuſte faciens Deum fallat*, reſpondet, ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος, *ne cogitans quidem* ſcilicet aliquid injuſti *latere Deo poteſt.* Et Socrates apud Xenoph. 1 ἀπομνημον. teſtatur πάντα θεοὺς εἰδέναι τά τε λεγόμενα, καὶ πραττόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα. *Deos omnia ſcire, & quæ dicuntur, & quæ aguntur, & quæ tacite cogitantur.* Imo ſemper nobiſcum eſt, ille qui intra nos eſt collocatus Deus, mens noſtra. Hinc Senec. ep. 41: *Sacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumque noſtrorum obſervator & cuſtos. Hic prout a nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat.* Grævius.

Libidinem autem odium, invidiam] Hoc eſt quod Cæſar apud Salluſtium inculcat: *Omnes homines, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira atque miſericordia vacuos eſſe decet; haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt: neque quiſquam omnium libidini ſimul & uſui paruit. Ubi intenderis ingenium valet. ſi libido poſſidet, ea dominatur, animus nihil valet.*

Maximique æſtimare] Sic legendum potius, quam quomodo eſt in libris nonnullis vulg. *maximeque æſtimare.* Lamb. *Maximeque æſtimare*] Mallet Lambinus, *maximique*, præter mſſ. editoſque. neque eſt tamen noſtro aut robuſtius aut venuſtius. *Grut.* Edidit tamen Gruterus *maximique*, & habetur in editionibus nonnullis: Sed M S S. & emendatiores libri *maximeque.* Nihil magis hominem debere revereri, quam animi ſui conſcientiam veteres Philoſophi multis docuerunt præcipue M. Antoninus ἐν τοῖς εἰς ἑαυτόν. Græv.

Sine ullo metu, & ſumma cum honeſtate vivemus] Hoc eſt quod M. Antoninus Imperator libro 3 præcipit, Latina tantum ex verſione Gatakeri apponam: *Si rationi recta obſecutus, id quicquid eſt, quod jam inſtat, ſedulo, ſtrenue, placide egeris*, &c. *genium tuum purum integrumque ſervaveris, ac ſi illum ſtatim redditurus eſſes: huic inquam ſi adhaſeris, nihil ulterius expectans, nihil fugiens, ſed quod præ manibus eſt juxta naturæ dictamen agere, & in dictis quibuſque animo heroico veritatem libere proloqui contentus, proſpere plane victurus es.*

Quod

tius aut cognoviſſet, aut cogitaſſet, profecto ne conatus quidem eſſet dicere id, quod multis verbis egit: judicem quod ei videatur ſtatuere, & non devinctum legibus eſſe oportere. quibus de rebus mihi pro Cluentii voluntate nimium; pro reip. dignitate parum; pro veſtra prudentia ſatis dixiſſe videor. Reliqua perpauca ſunt, quae, quia veſtrae quaeſtionis erant, idcirco illi ſtatuerunt ſibi fingenda eſſe & proferenda, ne omnium turpiſſimi reperirentur, ſi in judicium ni-
59 hil praeter invidiam attuliſſent. Atque, ut exiſtimetis, neceſſario me de his rebus, de quibus jam dixerim, pluribus egiſſe verbis, attendite reliqua. profecto intelligetis, ea, quae paucis demonſtrari potuerunt, breviſſime eſſe defenſa. Cn. Decio Samniti, ei, qui proſcriptus eſt, injuriam in calamitate ejus ab hujus familia factam eſſe dixiſtis. Ab nullo ille liberalius, quam a Cluentio tractatus eſt. hujus illum opes in rebus ejus incommodis ſublevarunt. atque hoc cum ipſe, tum omnes ejus amici neceſſariique cognoverunt. Ancarii & Paceni paſtoribus hujus villicum vim

Quod ei videatur] Etiam ſi contra leges ſit. *Sylvius.*

Reliqua perpauca ſunt] Intelligit de veneficii criminibus, quæ paulo poſt refutabit: ea enim quæſtionis propria ſunt. Nam de his hæc quæſtio conſtituta eſt ea parte legis, *de ejus capite quærito, qui venenum malum fecit fecerit, emit emerit, &c.* Idem.

Sibi fingenda eſſe] Melius ita legitur, quam quo modo in codicibus aliis ſcriptum eſt, fugienda non eſſe. Hac enim ratione falſa & ficta eſſe veneficii crimina ſignificat, ut paulo poſt probabit. *Idem.*

Intelligetis] Quia hæc veneficii crimina breviſſime defendam, quæ paucis defendi poſſint: inde intelligetis me pluribus verbis neceſſario egiſſe de his rebus, de quibus jam dixerim: id eſt, de invidia judicii Iuniani. *Idem.*

Cn. Decio] Hæc ſunt maledicta ex ante acta vita Cluentii ab accuſatoribus collecta, eique objecta quo magis veriſimilia ſint veneficii crimina. Ea autem maledicta prius refutari ſolent, quam ad crimen quod cauſæ proprium eſt: ut ex defenſionibus L. Murenæ & M. Cælii facile videre licet. Ea autem Cicero partim contemnit, partim refutat leviter, ut ea ab adverſariis conficta eſſe oſtendat. *Idem.*

Hujus villicum] *Villicos* legendum eſſe, quæ proxime ſequuntur indicant, quemadmodum in antiquo codice ſcriptum eſt: in quo eodem Ancharii per aſpirationem lego. *Idem.* *Paſtoribus, hujus villicum vim, &c.*] Sic malui cum edd. & mſſ. vett. quam ut hodie excuditur, *villicos.* Gruterus. Dreſd. uterque Franc. & edit. antiquiores omnes: *villicum.*

Vim

ẋ manus attuliſſe. Cum quaedam in collibus, ut
controverſia paſtorum eſſet orta, Aviti villici rem
ni & privatam poſſeſſionem defenderunt. cum
expoſtulatio facta, cauſa illis demonſtrata; ſine
io controverſiaque diſceſſum eſt. P. Aelii teſta-
o propinquus exheredatus cum eſſet, heres hic a-
ır inſtitutus eſt. P. Aelius Aviti merito fecit: ne-
ıic in teſtamento faciendo interfuit: idque teſta-
um ab hujus inimico Oppianico eſt obſignatum.
ɔ legatum ex teſtamento infitiatum eſſe. non eſt
ed cum H-S XXX ſcripta eſſent, pro H-S CCC; ne-
:i ſatis cautum videretur, voluit eum aliquid ac-
ım referre liberalitati ſuae. Primo deberi negavit:
ſine controverſia ſolvit. Coeli cujuſdam Samnitis
em poſt bellum ab hoc eſſe repetitam. Mulierem
emiſſet de ſectoribus, quo tempore eam primum
ım eſſe audivit, ſine judicio reddidit Coelio. En-
nium

& manus attuliſſe] Dixiſti, ſci-
quod verbum in proximis repe
ı eſt, eſtque apoſtrophe. In his
ẛis refutandis prius Cicero repe
adverſarii dixerint; deinde re-
Id in omni refutatione Cicero
dee. *Sylvius.*

ſtulatio facta] Expoſtulare, &
oc loco Cicero dicit, *expoſtula-
fuerre*, eſt cum querela apud a-
requirere, & quaſi officium a-
: in alio deſiderare: quia ab eo
m ſit. Facta igitur expoſtulatio
Aviti eſt, quod injuſte in domi-
ıra poſſeſſione illi paſtores paſce-
lem.

nior] Id eſt, multum alienus:
nullo modo propinquus. *Idem.*

to] Id eſt, beneficio. Eſt autem
. *Idem.*

ne hic in teſtamento] P. Ælium
ıtio non eſſe ſubornatum probat.

hujus inimico] Verum eſſe teſta-
m & non adulteratum oſtendit,
etiam ab inimico teſte obſigna-
tum ſit. Qui enim teſtes faciendo teſta-
mento adhibebantur, annulo obſigna-
bant. *Idem.*

Florio] In codice antiquo *Floro* legi-
tur. *Idem.*

Ei] Floro. *Idem.*

Cautum] Id eſt, proviſum. *Idem.*

Primo debere negavit] Dreſd. & Fran-
cii primus: *primo deberi negavit.* quod
probo. *Gravius.*

Solvit] H-S C C C. *Sylvius.*

Cn. cujuſdam Samnitis] Fortaſſe le-
gendum ſit, *Cn. Cœlii Samnitis.* Idem.

Emiſſet de ſectoribus] Vt paulo poſt:
*Emit de A. Rupilio. Vt enim dicimus,
quaero a te & quaero de te: audivi a patre,*
& *audivit ex patre: ita emi a ſectoribus,*
& *emi de ſectoribus.* Sunt autem ſecto-
res, qui publicata bona, quum per
auctionem venduntur, emunt. *Idem.*

Emiſſet de ſectoribus] Lambinus *a ſecto-
ribus:* cum tamen vulgata lectione ni-
hil ſit utitatius; tueaturque ſe ſcriptis
editiſque omnibus. *Gruterus.*

Libram eſſe auctore] Auctore Vlpiano
lib. Digeſt. 48. titulo ad legem Flaviam

nium eſſe quendam, cujus bona teneat Avitus. Eſt hic Ennius egens quidam, calumniator, mercenarius Oppianici, qui permultos annos quievit: deinde aliquando cum ſervo Aviti furti egit: nuper ab ipſo Avito petere coepit. Hic illo privato judicio, mihi credite, nobis iiſdem fortaſſe patronis, calumniam non effugiet. Atque etiam, ut nobis renuntiatur, hominem multorum hoſpitum A. Binnium quendam, coponem de via Latina, ſubornatis: qui ſibi a Cluentio ſerviſque ejus in taberna ſua manus allatas eſſe dicat. Quo de homine nihil etiam nunc dicere nobis eſt neceſſe. Si

de Plagiariis: *Si quis hominem liberum ſciens emerit, capitale crimen adverſus eum ex lege Flavia de plagio naſcitur.* Idem juris eſſe arbitror, ſi quis hominem quem ſciat eſſe liberum retinuerit, quem tum liberum eſſe neſciret, quum emeret. *Sylvius.*

Calumniator] Calumniari, ut ait Marcellus lib. Digeſt. 48. titulo ad Senatuſconſultum Turpilianum, eſt falſa crimina intendere. Inde calumniator etiam dicitur is, qui rem ſibi non debitam judicio petit. Calumniam pro malicioſa, & nimis callida juris interpretatione, Cicero dicit in lib. de offic. 1. Eſtque a calvendo, id eſt fallendo appellata. *Idem.*

Mercenarius] Id eſt, temperarius famulus, quod operam ſuam Oppianico mercedis cauſa locaverit. Famulus enim proprie ſervus eſt. *Idem.*

Petere] In judicio. Inde petitor in judiciis privatis dicitur, non accuſator. *Idem.*

Privato judicio] Privatum judicium appellat, quia nulli competebat hujus cauſæ actio, niſi ei cui deberetur. *Idem.*

Calumniam non effugiet] Id eſt, calumniæ damnationem. Calumniatoribus pœna lege Rhemmia irrogatur, ut eodem in lib. Digeſt. idem Marcellus ait. *Idem.*

Hominem multorum hoſpitum] *Hoſpitem*, non *hoſpitum*, eſt in codice S. Victoris, quæ lectio aſpernanda non eſt. Hoſpes enim tam qui accipit dicitur, quam qui accipitur. Eſtque hoc loco attendendum, hoſpitem dici etiam eum qui accipit, aut accipitur in diverſorium. *Idem.* *Hoſpitem* legitur etiam in primo Francii. Forte Cicero ſcripſit, *hominum multorum hoſpitem*. Sed tamen vulgata lepidior eſt. *Gravius.*

A. Binnium quendam] Paullus Merula ad Ennium cupiebat *A. Billium*, quoniam hæc gens nota, illa non. tanquam ſcilicet tale quid requiratur in caupone. ſed tamen hominis hujus nomen valde variat. nam olim cuſi *Brevium* vocat. Pal. pr. quart. ſept. *Binium*. ſec. *Bivium*. tert. quint. *Binum* qui quint. ſuperſcriptum habet *Bibium*. ſext. *A. Albinum*, quod & in octavo, ſed ſine prænomine. *Gruterus.*

Coponem] Alii *cauponem* legunt. Sed ut Plautum & Plotum, ut plauſtrum & ploſtrum, ut cautem & cotem, ita cauponem & coponem dicere licet. *Sylv.* Recte *coponem*. ſic *copa* eſt mulier, quæ cauponam habet, apud Sueton. Ner. *inſtitorium matronarum copas imitantium.* Virg. *Copa Syriſca caput Gruja redimita mitella.* & *copona* pro caupona.

De via Latina] Ad viam Latinam diverſorium habebat. *Sylvius.*

Subornatis] Vos accuſatores ſubornatis. *Idem.*

In taberna ſua] Id eſt, in caupona, in diverſorio. *Idem.*

Si

itaverit, id quod ſolet, ſic hominem accipiemus, »leſte ferat, ſe de via deceſſiſſe. Habetis, judices, in totam vitam de moribus A. Cluentii, quem vidioſum reum volunt eſſe, annos octo meditati itores collegerunt. quam levia genere ipſo! quam e! quam brevia reſponſu! Cognoſcite nunc id, 60
ad veſtrum jusjurandum pertinet, quod veſtri ju- :ſt, quod vobis oneris impoſuit ea lex, qua coacti onveniſtis de criminibus veneni: ut omnes intel- :, quam paucis verbis haec cauſa perorari potue- : quam multa a me dicta ſint, quae ad hujus vo- :em maxime, ad veſtrum judicium minime per- nt. Objectum eſt, C. Vibium Capacem ab hoc uentio veneno eſſe ſublatum. Opportune adeſt ſumma fide & omni virtute praeditus L. Plaeto- ſenator, qui illius Capacis hoſpes fuit & familia- »ud hunc ille Romae habitavit, apud hunc aegro- tavit,

itaverit] Ad cauponum mo- udit. *Sylvius.* More caupo- ætereuntes invitantium, ut ad ſant. Suet. Ner. 27: *Diſpoſita a & ripas diverſoria taberna pa- , inſignes ganea & matrona- litoria copas imitantium, atque hortantium ut appelleret.* non- l in hanc rem Caſaubonus nota- :vius.

via deceſſiſſe] Caupones enim ites invitent, de via nonnun- ecedunt. *Sylvius.* Eſt jocus *de* irum Latina, ubi erat ejus ta- ex qua judicii cauſſa venerit Ro- *Graevius.*

is] Id eſt, audiviſtis. *Sylv.*

nſu] In ablativo tantum dici- juſſu, eventu, permiſſu, hor- rbitratu, aliaque generis ejus- ilta. Hujus autem modi ablati- oſitio addi non ſolet. *Idem.*

ſcite nunc id] Fit magis diluci- io, auditores meminerunt faci- atque ad audienda reliqua atten- ſi tum breviter quibus de rebus diximus, repetamus, & proponamus quæ dicturi ſumus, quum ad novam quæſtionem accedimus. Quum igitur levia & falſa maledicta breviter refuta- verit, accedere ſe ad crimina veneni o- ſtendit. *Idem.*

Coacti] Id eſt, congregati. Dicimus enim *cogere judices*, Senatum, medi- cos, agmen, milites, pecuniam, alia- que ejuſdem generis, pro eo quod eſt congregare. *Idem.*

Quæ ad hujus voluntatem maxime] Cluentius enim ut bonam exiſtimatio- nem retineret, objectum crimen cor- rupti judicii negotio geſto, non lege de- fendi voluit. Id autem paucis defendi non potuit. *Idem.*

Ad veſtrum judicium minime pertine- rent] De criminibus veneni tantum conſtituta hæc quæſtio eſt: ideoque de his ſolum judicandum. *Idem.*

Objectum eſt C. Vibium Capacem] Pri- mum veneni crimen eſt. Nam tria ob- jecta ſunt. Cauponem non capacem, in codicibus aliis ſcriptum invenio. *I- dem.*

tavit, hujus domi eſt mortuus. At heres eſt Cluentius. Inteſtatum dico eſſe mortuum, poſſeſſionemque ejus bonorum praetoris edicto huic illius ſororis filio, adoleſcenti pudentiſſimo, & in primis honeſto, equiti Rom. datam, Numerio Cluentio, quem videtis. Alterum veneficii crimen, Oppianico huic adoleſcenti, cum ejus in nuptiis, more Larinatium, multitudo hominum pranderet, venenum Aviti conſilio paratum: id cum daretur in mulſo, Balbutium quendam, ejus familiarem, intercepiſſe, bibiſſe, ſtatimque eſſe mortuum. Haec ego ſi ſic agerem, tanquam mihi crimen eſſet diluendum, haec pluribus verbis dicerem, quae nunc paucis percurrit oratio mea. Quid umquam Avitus in ſe admiſit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? quid autem magnopere Oppianicum metuebat, cum ille verbum omnino in hac ipſa cauſa nullum facere

Haud hares eſt Cluentius] Vt accuſator rem facit credibilem, quum cauſam dicit, quæ reum ad maleficium impulit: ita patronus fidem removet, quum cauſam removet, quæ ad maleficium impellere potuiſſet. *Sylvius.*

Inteſtatum] *Inteſtatus decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non jure fecit: aut id quod fecerat, ruptum, irritumque factum eſt: aut ſi ex eo nemo hares extiterit*, ut eſt in lib. Inſtit. Iuſtiniani tertio, titulo de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. *Idem.*

Huic illius ſororis filio] In lege Tabularum 12. illa lex erat: *Si paterfamilias inteſtatus moritur, familia pecuniaque ejus agnatorum gentiliumque eſto:* ut eſt in lib. Rhetoricorum ad Herennium 1. Vt autem eſt in lib. Inſtit. Iuſtiniani 3. titulo ad S. C. Tertullianum, *lex 12 tabularum ita ſtricto jure utebatur, & praponebat maſculorum progeniem, eoſque qui per fœminini ſexus neceſſitudinem ſibi conjunguntur, adeo repellebat, ut neque inter matrem quidem & filium filiamve ultro citroque hareditatis capienda jus daret, niſi quod Pratores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad ſucceſſionem, bonorum poſſeſſione, unde cognati, accommodata vocabant. Poſtea S. C. Orficiano, quod D. Marci Antonini tempore factum eſt, liberi ad bona matrum inteſtatarum admiſſi ſunt.* Idem.

Illius] C. Vibii. *Idem.*

In mulſo] Mulſum potio eſt, quæ fit ex melle & vino, auctore Plin. cap. 24. lib. 22. *Semper mulſum ex vetere vino utiliſſimum, faciillimeque cum melle concorporatur. quod in dulci nunquam evenit.* Idem.

Hac ego ſi ſic agerem] Fictum hoc crimen & contemnendum, ideoque ſibi diluendum non eſſe ſignificat. idque plane falſum poſtea oſtendit, & probat. Ironiam autem hoc in loco eſſe, Quintilianus lib. 9. ſcribit. *Idem.*

Quid unquam, &c.] Id eſt, quod unquam ſcelus commiſit. *Idem.*

Quid autem magnopere] Oſtendit nullam cauſam fuiſſe, cur Oppianicum necare vellet: imo potius fuiſſe, cur nollet. *Idem.*

Quum ille verbum omnino, &c.] Hanc ob cauſam hoc dici conjicere licet, quod Prætoris edicto pueri prohibentur poſtulare, id eſt, accuſare aut defende-

Bb

otuerit? huic autem accuſatores, matre viva, non poſſent? quod jam intelligetis. An ut de jus periculi nihil decederet, ad cauſam novum accederet? quod autem tempus veneni dandi ? in illa frequentia? per quem porro datum? umtum? quae deinde interceptio poculi? cur integro autem datum? Multa ſunt, quae dici ſed non committam, ut videar non dicendo dicere: res enim jam ſeipſa defendat. Nego, adoleſcentem, quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe dixiſtis, omnino illo die eſſe mortuum: ma- & impudens mendacium. Perſpicite cetera. di- m, cum ad illud prandium crudior veniſſet, &c, [illegible] ut

Iam autem uſque ad 17 ætatis impletum [illegible], Vlpianus Digeſt. 3. titulo de Poſtulan- [illegible] Oppianicum tempore quo [illegible] eſt, [illegible] fuiſſe, [illegible] nio poſt Saſſiam deſpondiſſe [illegible] quam ex Melino ſuſceperat, [illegible]. Inde conjectare licet Op- adhuc puerum fuiſſe, praeſer- paulo poſt dicat: Vt Oppia- [illegible] brevi tempore poſt ac- [illegible]. *aut voluerit, non potuerit* eſt. Adoleſcens enim, Op- Saſſia impelli potuit, ut ſer- Nicoſtratum daret in quae- le caede patris Oppianici. Nec e, non licere Oppianico ac- [illegible], quod ejus patrem Cluentius egerit. Nam au- [illegible] Maximo lib. 3. titulo de [illegible] *L. Craſſus orator quum Con-* [illegible] *Galliam obtinèret, Cn. Car-* *patrem damnaverat, in Galliam* [illegible] *ejus alia venit, ut patrem* *liceret.* Sylvius.

[illegible] tempus veneni dandi] In [illegible] ſeſtibus illam rationem [illegible] libro quinto probat: *Pe-* *[illegible]? quis nuntiavit? ubi? un-* *[illegible] arguit? ubi cepit? a quo?* *[illegible] dedit? qua conſcio? Quae,* *[illegible] omnia pro Cluentio. Cicero in* *crimine veneficii excutit.* Auctore eodem libro ſexto, iterum conjunctam diverſi- tatem. Cælius [illegible] vocat, qualis eſt: Quod autem tempus veneni dandi? unde illa frequentia? per quem porro datum? unde ſumptum eſt, &c. *Idem.*

De integro] Id eſt, ut vulgo dicunt, iterum incipiendo. *Idem.*

Non dicendo] Id eſt, tacendo, prae- termittendo. *Idem.*

Nego illum adoleſcentem] Auctore Quintiliano lib. 5. *quum quod dicit ad- verſarius palam falſum eſt, id negare ſatis eſt: ut pro Cluentio: Cicero enim, quem dixerat accuſator epoto poculo concidiſſe, negat eodem die mortuum.* Idem.

Crudior] Id eſt, cujus ſtomachus ci- bo multum offenderetur, ne eum faci- le concoqueret, propter malum quen- dam corporis habitum, aut nimis ma- gnam cibi copiam. Vt lib. de oratore 1. *Noluit*, inquiunt, *hodie agere Roſcius, aut crudior fuit.* Et lib. de fin. 2. *Nolim enim mihi fingere aſotos, ut ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conviviis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus in- gurgitent.* Eſt igitur crudus, qui cibum crudum in ſtomacho habet, qui non- dum concoxit: & ut vulgo dicunt, qui nondum fecit digeſtionem. Inde crudi- tas, cui contraria concoctio eſt, quae a Cornelio Celſo ſaepe dicitur. *Idem.*

ut aetas illa fert, ſibi tum non peperciſſet; aliquot dies aegrotaſſe, & ita eſſe mortuum. Quis huic rei teſtis eſt? idem qui ſui luctus pater: pater, inquam, illius adoleſcentis: quem propter animi dolorem pertenuis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco teſtem in A. Cluentium conſtituere: is hunc ſuo teſtimonio ſublevat. quod recita. Tu autem, niſi moleſtum eſt, paulliſper exſurge, & perfer hunc dolorem commemorationis neceſſariae: in qua ego diutius non morabor, quoniam, quod fuit viri optimi, feciſti, uti ne cui innocenti maeror tuus calamitatem, & falſum crimen afferret. TESTIMONIVM BALBVTII PATRIS. Vnum etiam mihi reliquum ejuſmodi crimen eſt, judices, ex quo illud perſpicere poſſitis, quod a me initio orationis meae dictum eſt, quidquid mali per hos annos A. Cluentius viderit, quidquid hoc tempore habeat ſollicitudinis ac negotii, id omne a matre eſſe conflatum. Oppianicum veneno necatum eſſe, quod ei datum ſit in pane per M. Aſellium quen-

Vt aetas illa fert] Adoleſcentia enim ſibi avidior eſt. *Sylvius.*

Peperciſſet] Id eſt, temperaſſet. *Id.*

Aliquot dies] Id eſt, nec paucos nec multos. *Idem.*

Idem qui ſui luctus] Id eſt, qui mortuum filium luget. *Idem.*

Pertenuis ſuſpicio] Si qua ad Cluentium perveniſſet. *Idem.*

Ex illo loco] Id eſt, ex illa dignitate: niſi illo luctu mavis legere. *Idem.*

Teſtem in A. Cluentium conſtituere] Permagnum eſt necati hominis propinquis ſolatium, ſi eum qui necaverit, pœnas expendere videant. Si igitur pertenuis ſuſpicio veneni dati, quo Balbutius interiit, ad ejus patrem perveniſſet, Cluentium teſtimonio læſiſſet, ut eum affici pœna videret. *Idem.*

Sublevat] Id eſt, ut vulgo dicunt, deonerat. *Idem.*

Tu autem] Apoſtrophe eſt ad Balbutii patrem, poſtquam teſtimonium ejus præco recitavit. *Idem.*

Exurge] Teſtis enim ſtans dicebat teſtimonium. *Idem.*

Hunc dolorem commemorationis] Vt, *Infandum Regina jubes renovare dolorem.* Quæ enim nobis acerba ſunt, quum ea commemoramus, dolorem renovamus, vulnuſque, ut ajunt, refricamus. *Idem.*

Neceſſaria] Id eſt, quæ mihi ad Cluentii ſalutem neceſſaria eſt, ut abſolvatur facilius, ſi teſtimonio tuo ejus innocentiam judicibus probavero. *Id.*

Vnum etiam mihi reliquum] Refutat aliud veneni crimen, quod fuit præcipuum. A. enim Cluentium paraſſe venenum accuſatores dixerunt, quo per M. Aſellium Oppianicus necatus ſit. Alia autem duo veneni crimina ab accuſatoribus objecta mihi videntur, quo magis credibile eſſet, id quod de Oppianici nece objicitur: quamvis ut de hoc, ita de illis quæſtio conſtituta ſit. *Idem.*

Per hos annos] Id eſt, his annis præteritis. *Idem.*

quendam, familiarem illius, idque Aviti conſilio factum eſſe dicitis. In quo primum illud quaero, quae cauſa Avito fuerit, cur interficere Oppianicum vellet. Inimicitias enim inter ipſos fuiſſe confiteor: ſed homines inimicos ſuos morte affici volunt, vel quod metuunt, vel quod oderunt. Quo tandem igitur Avitus metu adductus tantum in ſe facinus ſuſcipere conatus eſt? quid erat, quod jam Oppianicum poena affectum pro maleficiis, ejectum e civitate quiſquam timeret? quid metuebat: ut oppugnaretur a perdito? an ne accuſaretur a condemnato, an ne exſulis teſtimonio laederetur? Sin autem, quod oderat Avitus, idcirco illum vita frui noluit: adeone erat ſtultus, ut illam, quam tum ille vivebat, vitam eſſe arbitraretur, damnati, exſulis, deſerti ab omnibus? quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo audire, nemo alloqui, ne-

Ego neſcio] Qui factum eſſe negat, facti cauſam, ut diximus, removet: alio loco, alio tempore, alio modo commodius potuiſſe fieri oſtendit. *Sylv.*

Inimicitias enim inter ipſos, &c.] Inimicitiae magnam in ſe habent caedis cauſam: ideoque Miloni ab Appio Clodio [illegible] objectum eſt, quod P. Clodio propter inimicitias fecerit inſidias. [illegible] Cicero ullas fuiſſe Miloni inimicitias cum Clodio negat, praeter odium [illegible], quo improbos omnes odimus. [illegible] autem homines inimicos ſuos [illegible] morte velint, id eſt, vel quia eos [illegible], vel quia oderunt, nullum [illegible] in Cluentio fuiſſe probat. [illegible]

[illegible] facinus in ſe ſuſcipere] De hoc dicendi genere ſcripſimus pro M. Fonteio. [illegible]

[illegible] oppugnaretur a perdito, &c.] [illegible] manifeſtum, in priore editione [illegible] praetermiſſum, quod [illegible] in libris vulg. nunc ſuſtuli, in [illegible] legitur, ut oppugnaretur, &c. [illegible]. *Ut oppugnaretur a perdito?*] [illegible] editio, item Pal. ſec. *ne oppugnaretur*, & acriter defendit Lambinus. ſed [illegible] enim eam in pleriſque edd. item Pall. ſeptem reſtet altera ſcriptura; non video cur temere ejici debeat. *Gruterus.*

Ne accuſaretur a condemnato] Nam condemnato judicio publico accuſare non licebat, niſi ut ante dictum eſt. *Sylvius.*

Ne exulis teſtimonio laederetur] Ad exulem lex nulla pertinet, ut ait Quintilianus libro ſeptimo: *Ne teſtimonium quidem dicere exuli licet.* Idem.

Quam tum ille vivebat, vitam eſſe arbitraretur] Nam miſera vita & calamitoſa vix appellari vita poteſt. *Idem.*

Importunitatem] Id eſt, perverſitatem & crudelitatem. *Idem.*

Recipere tecto] Id eſt, domo. Synecdoche eſt. *Idem.*

Nemo audire, nemo alloqui] Laudaveram olim ſcripturam veterem, *nemo audire*: neque nunc eam vitupero, aut improbo: quis enim neget certare poſſe cum lectione vulgata, *adire*? longeque gravius eſſe, nolle aliquem audire, quam nolle adire? multos enim non adimus, quos tamen non audire noluimus. Verumtamen vulgatam nunc magis probo. *Lambinus.* *Nemo audire,*

nemo reſpicere vellet? hujus igitur vitae Avitus invidebat? hunc ſi acerbe & penitus oderat, non eum quam diutiſſime vivere velle debebat? huic mortem maturabat inimicus, quod illi unum in malis perfugium erat calamitatis? qui ſi quid animi ac virtutis habuiſſet, ut multi ſaepe fortes viri in ejuſmodi dolore, mortem ſibi ipſe conſciſſet: huic quamobrem id vellet inimicus offerre, quid ipſe ſibi optare deberet? Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? niſi forte ineptiis ac fabulis ducimur, ut exiſtimemus, illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre, ac plures illic offendiſſe inimicos, quam hic reliquiſſe: a ſocrus, ab uxorum, a fratris, a liberum poenis actum eſſe praecipitem in ſceleratorum ſedem atque regionem. quae

nemo alloqui] Non potui excludere hanc lectionem, tutam non ſolum Palatinis octo, item ſcriptis Lambini, ſed & vetuſtioribus editionibus. haud tamen inepte prius publicata, *nemo adire*. Gruterus.

Nemo reſpicere] Lamb. *adſpicere*. cur quæſo? nam alterum profecto omnes occupavit libros. *Idem*.

Penitus] Id eſt, pene intus: id eſt, maxime. *Sylvius*.

Non eum quam diutiſſime vivere velle debebat?] Non diſſimilia ſunt ea, quæ ſcripſit Lyſias in oratione ὑπὲρ φανίου παρανόμων ἐπιγραφ. apud Athen. libro XII. non longe ab extr. nam oratio non exſtat. Sic igitur ille de Cneſia quodam. Τοῦτον δὲ ὑπὸ πλείστων γινωσκόμενον οἱ θεοὶ οὕτω διέθεσαν, ὥστε τοὺς ἐχθροὺς αὐτὸν βούλεσθαι ζῆν μᾶλλον, ἢ τεθνάναι, &c. ſequitur aliquanto poſt ibid. τὸ μὲν γὰρ ἀποθανεῖν, ἢ κάμνειν νομίμως, κοινὸν ἅπασιν ἡμῖν ἐστι· τὸ δ' οὕτως ἔχοντα, τοσοῦτον χρόνον διατελεῖν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντα, μὴ δύνασθαι τελευτῆσαι τὸν βίον, τούτοις μόνοις προσήκει τοῖς τὰ τοιαῦτα, ἅπερ οὗτος, ἐξημαρτηκόσιν. Id eſt, *Ipſum autem pleriſque notum dii immortales ita affecto corpore reddiderunt, ut inimici malint eum vivere, quam mori.* ſequitur, non longe. *nam mori quidem, aut ægrotare humano more, nobis omnibus commune eſt: ita autem affectum tamdiu in vita manere, & quotidie morientem vitam finire non poſſe, his ſolis convenit, qui talia peccata, qualia iſte, peccarunt.* Lambinus.

Maturabat] Id eſt, veneno accelerabat. *Sylvius*.

Virtutis] Id eſt, fortitudinis. *Idem*.

Inimicos] Quos necaverat. *Idem*.

Socrus] Dineæ. *Idem*.

Uxorum] Quibus necandis exercitatus erat. *Idem*.

Fratris] C. Oppianici. *Idem*.

A liberum] Id eſt, filiorum. Duos enim filios ipſe necavit, ut Saſſia ſibi nuberet. *Liberum* autem pro *liberorum* dici, Cicero ſcribit de oratore ad Brutum: *ut quum dicimus cupidos liberum, aut in liberum loco.* Sed liberorum ſæpius dici invenias. *Idem*.

Actum eſſe præcipitem] Id eſt, præcipitatum eſſe. *Idem*.

In ſceleratorum ſedem] Id eſt, in tartarum: ubi animas miſeras cruciari Virgilius dicit, libro Æneidos ſexto: *Hinc exaudiri gemitus, & ſæva ſonare Verbera, tum ſtridor ferri, tractaque catenæ*, Idem.

Qua

quae ſi falſa ſunt, id quod omnes intelligunt, quid ei
tandem aliud mors eripuit, praeter ſenſum doloris?
Age vero venenum per quem datum? per M. Aſellium.
Quid huic cum Avito? nihil: atque adeo, quod ille 62
Oppianico familiariſſime eſt uſus, potius etiam ſimul-
tas. Eine igitur, quem ſibi offenſiorem, Oppianico
familiariſſimum ſciebat eſſe, potiſſimum & ſuum ſce-
lus, & illius periculum committebat? cur deinde tu,
qui pietate ad accuſandum excitatus es, hunc Aſel-
lium eſſe inultum tamdiu ſinis? cur non Aviti exem-
plo uſus es, ut per illum, qui attuliſſet venenum, de
hoc praejudicaretur? Iam vero illud quam non proba-
bile, quam inuſitatum, judices, quam novum, in pane
datum venenum? Faciliuſne potuit, quam in poculo?
la-

Quæ ſi falſa ſunt] Impia eſt hæc Ciceronis ſententia, qui hoc loco, ut in libro Tuſculanarum quæſtionum primo, inferos eſſe neget. *Sylv.*

Præter ſenſum doloris] Æque impia eſt hæc ſententia, ſi ita ſentiat ut dicit. Significat enim animum interire una cum corpore, & ut corporis, ita animi ſenſum morte eripi. In eadem ſententia eſt C. Cæſar apud Salluſtium in bello Catilinario: *De pœna*, inquit, *poſſum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miſeriis mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſolvere: ultra neque curæ neque gaudio locum eſſe.* Sed longe aliter Ciceronem ſenſiſſe arbitror, quippe quum in Lælio, in Catone majore, in libro de Republica ſexto, in lib. Tuſcul. quæſt. 1. aliiſque multis in locis, doceat animos eſſe immortales. Hoc autem dixit, ut cauſæ ſuæ ſubſerviret. Nam ut antea dixit: *Omnes orationes judiciales cauſſarum ſunt & temporum, non hominum ipſorum ac patronorum.* Idem.

Age vero venenum per quem datum] Veriſimile non eſſe oſtendit, Cluentium Oppianico dediſſe venenum per M. Aſellium, ipſi Oppianico familiariſſimum. *Idem.*

Potius etiam ſimultas] Eſt a ſeptem Palatinis. ſolus enim primus habuit illud hodie vulgatum *etiam contra ſimultas*; quod reſpuunt alioqui antiquitus cuſi. *Gruterus.*

Offenſiorem] Id eſt, multum inimicum. *Sylvius.*

Cur deinde tu] Id eſt, ut mortem patris ulciſcerere. *Idem.*

Aviti exemplo] Is enim Oppianicum veneficii crimine prius non accuſavit, quam primum de Scamandro, deinde de Fabricio præjudicatum eſſet. *Idem.*

Iam vero illud] Alio modo venenum dari potuiſſe commodius oſtendit, id eſt, in poculo, non in pane: ideoque credibile non eſſe quod dixit accuſator. *Idem.*

Facilius ne potuit quam in poculo?] Eclipſis eſt facilius ne potuit, in pane dari ſcilicet. *Idem.* *Faciliuſne potuit quam in poculo*] Non reprehendo. libet tamen indicare, amicum noſtrum conjicere; *in pane datum venenum potius, quam in poculo.* omiſſo illo *faciliuſne.* Gruterus.

In poculo] Id eſt, in potione. *Sylvius.*

latentius potuit abditum aliqua in parte panis, quam ſi totum colliquefactum in potione eſſet? celerius potuit comeſtum, quam epotum in venas, atque in omnes partes corporis permanare? facilius fallere in pane, ſi eſſet animadverſum, quam in poculo, cum ita confuſum eſſet, ut ſecerni nullo modo poſſet? At repentina morte periit. Quod ſi eſſet ita factum, tamen ea res, propter multorum ejuſmodi mortem, ſatis firmam veneni ſuſpicionem non haberet. ſi eſſet ſuſpicioſum, tamen ad alios potius, quam ad Avitum pertineret. Verum in eo ipſo homines impudentiſſime mentiuntur. Id ut intelligatis, & mortem ejus, &, quemadmodum poſt

Latius potuit abditum] Quamvis ita legam in omnibus codicibus, improbanda tamen lectio non videatur, *ſi latentius*, non *latius* legatur. *Abditum*, quoque legendum eſt, non *additum*, ut in omnibus codicibus ſcriptum. Ita enim apud Priſcianum eſt legere lib. decimo. Ibi enim bis citat hoc exemplum, quum præcipit, comeſum & comeſtum a comedendo fieri. *Sylv.* *Latentius potuit abditum, &c.*] M S S. habent, *latius petivit adicum*, &c. quæ diſſimilitudo & diſcrepantia arguit, hunc locum eſſe mendoſum. Ego me in omnes partes verti, ut ex hac antiqua ſcriptura depravata aliquid recti elicerem. ſed fruſtra. ex voce, *latius*, ſuſpicabar hoc ſentire Ciceronem, *latius manavit*, aut, *manare potuit datum in pane, quam*, &c. ſequitur enim, *celerius potuit*, &c. vulgatam tamen lectionem retineo. *Lamb.* *Latius potuit abditum*] Quei potuiſſem includere ſcripturam octo Palatinorum? qui omnes ſibi conſtabant in *latius potuit*, ſolum variabant in tertia voce, *aditum*, *additum*. ſed & ſic quoque omnis editio vetus; ut taceam membranas, a Lambino productas, recentius cuſi *latentius potuit*, &c. male. nam id mox ſequitur: *facilius fallere in pane.* Gruter. Secutus tamen eſt Gruterus in contextu editiones Victorii, Manutii, C. Stephani, Lambini, & merito ſecutus eſt. *Latentius* enim omnino legendum. Hac interrogatione, ut in ceteris Cicero vult oſtendere, latentius poſſe dari venenum liquefactum in poculo, quam abditum in pane. Serpunt vitia. Cum *abditum* vitio librariorum degeneraſſet in *aditum*, alii addiderunt *habere*, quod legitur in prim. Francii & editione anni 1472, ſed corrupte. *Gravius.*

Celerius potuit comeſum] Priſcianus lib. 10. duobus locis legit, *comeſtum*. Lamb. *Comeſtum*] Datum hoc Priſciano. nam mſſ. noſtri adhærebant vulgato; ni quod pr. & octavus *comeſſum*. Grut.

In venas] A venis venenum appellatum eſſe putant, quod in eas facile permanet. *Sylvius.*

At repentina morte periit] Adverſarii dictum eſt, quod ſibi refutandum proponit. *Idem.*

Quod ſi eſſet ita factum] Ita enim factum non eſſe, paulo poſt exponit. *Id.* *Quod ſi eſſet ita factum*] Nihil variant mſſ. noſtri. mallem tamen. *Si eſſet ita; tamen, &c.* Gruterus.

Propter multorum ejuſmodi mortem] Multi enim repentina morte pereunt, qui tamen veneno non pereunt. *Sylv.*

Suſpicioſum] Id eſt, ſi eſſet ſuſpicio, eum veneno necatum. Paſſive enim dicitur. *Idem.*

In eo ipſo] Quod veneno, quod repentina morte perierit. *Idem.*

Id ut intelligatis] Attentos facit auditores. *Idem.*

In

poſt mortem in Avitum ſit crimen a matre quaeſitum, cognoſcite. Cum vagus & exſul erraret, atque undique excluſus Oppianicus, in Falernum ſe ad C. Quinctilium contuliſſet: ibi primum in morbum incidit, ac ſatis vehementer diuque aegrotavit. Cum eſſet una Saſſia, & Statio Albio quodam, colono, homine valente, qui ſimul eſſe ſolebat, familiarius uteretur, quam vir diſſolutiſſimus, incolumi fortuna, pati poſſet, & jus illud matrimonii caſtum atque legitimum damnatione viri ſublatum arbitraretur: Nicoſtratus quidam, fidelis Oppianici ſervulus, percurioſus, & minime mendax, multa dicitur renuntiare domino ſolitus eſſe. Interea Oppianicus cum jam convaleſceret, neque in Falerno improbitatem coloni diutius ferre poſſet, & huc ad urbem pro-

In Falernum] Falernus ager in Campania vini bonitate a Latinis ſcriptoribus celebratus eſt. *Sylvius.*

Ad C. Quinctilium] Liber unus manuſcr. habet, *ad L. Quinctium.* Lambinus.

Homine valente] Id eſt, robuſto juvene. Hoc dicit, ut magis credibile ſit adulterium, *Sylvius.*

Familiarius uteretur] Ad libidinem ſcilicet. *Idem.*

Quam vir diſſolutiſſimus] Uxorum impudentia maritis etiam diſſolutis odioſa eſſe ſolet. Ea autem aliquando fortunae calamitas eſt, ut hanc hujuſmodi mariti non ſolum tolerare cogantur; ſed etiam uxores proſtituant. Vir autem [illegible] extrema omnia potius ſuſtineret, quam talem uxoris impudentiam pateretur. *Idem.*

Vir] Id eſt, maritus. Vir enim niſi [illegible] pro marito dicitur, a Cicerone in bonam partem ſolum dici ſolet, [illegible] in utramque. Quintilianus autem [illegible] modo in bonam partem, modo [illegible] dicit. *Idem.*

Diſſolutiſſimus] Id eſt, impudentiſſimus. [illegible] enim diſſolutus eſt, qui nullis [illegible] verecundiaeque & honeſtatis [illegible] ligatus eſt. Effrontem vulgo appellant. ut in primo de officiis: *Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non modo arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti.* Et libro Tuſculanarum quaeſtionum quarto: *Commode dixit Afranius, dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet. dixit enim de adoleſcente perdito ac diſſoluto.* Oratione in Rullum, diſſoluta conſilia appellat improba, & ſine ulla ratione: *O perturbatam rationem, o libidinem refrenandam, o conſilia diſſoluta atque perdita.* *Diſſolutam conſuetudinem*, eadem ratione dicit pro L. Flacco: *Satiſne vobis coarguere his auctoribus diſſolutam Graecorum conſuetudinem, licentiamque impudentem videmur?* Hinc diſſolutus pro negligente dicitur, act. in Verrem ſeptima: *Tantum intelligo maluiſſe Domitium crudelem in animadvertendo, quam in praetermittendo diſſolutum videri.* Et pro Aul. Cecinna: *Nec contenderit aliud, quam ne iis ſinum diſſolute relinquere videretur.* Idem.

Percurioſus] Credibile facit, hoc adulterium Nicoſtrato cognitum fuiſſe. *Idem.*

Ad urbem] Id eſt, prope urbem. ut in primo Aeneid. *Prima quod ad Trojam pro charis geſſerat Argis.* Nam in urbem exuli redire non licet. Sed ad urbem eſſe, aliter dicitur, auctore Aſconio, omnis magiſtratus qui intramuranus

non

profectus eſſet, ſolebat enim extra portam aliquid habe-
re conducti, cecidiſſe ex equo dicitur, & homo infirma
valetudine latus offendiſſe vehementer, &, poſteaquam
ad urbem cum febri venerit, paucis diebus eſſe mortuus.
Mortis ratio, judices, ejuſmodi eſt, ut aut nihil habeat
ſuſpicionis, aut, ſiquid habet, id intra parietes in domeſti-
63 co ſcelere verſetur. Poſt ejus mortem Saſſia ſtatim moliri
nefaria mulier coepit inſidias filio: quaeſtionem habere
de viri morte conſtituit. emit de A. Rupilio, quo erat uſus
Oppianicus medico, Stratonem quendam, quaſi ut idem
faceret, quod Avitus in emendo Diogene fecerat. De hoc
Stratone, & de aſſecla quodam ſervo ſuo quaeſituram eſſe
dixit.

non eſt, nec ut urbanus, etiamſi adminiſtrator ejus Romæ eſt, ad urbem eſſe dicitur. Salluſtius lib. 2. *Vtrique ad urbem Imperatores erant.* Cicero actione quarta in Verrem: *Ad urbem quum eſſet, audivit Dioni cuidam Siculo permagnam veniſſe hereditatem.* Idem actione ſecunda: *Ipſe denique Cn. Pompejus quum primum concionem ad urbem Coſ. deſignatus habuit.* Hunc locum exponens Aſconius: Ad urbem, inquit, *id eſt in urbe. Et ſic dici ſolet de iis, qui cum poteſtate provinciali aut nondum in provinciam profecti ſunt, aut in urbem redierunt.* Cicero Proconſul ad Cæſarem lib. epiſt. ad Attic. 9. *Vt legi tuas litteras, quas a Furnio noſtro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem eſſem, te velle uti conſilio & dignitate mea, minus ſum admiratus.* Sylv.

Extra portam] In ſuburbiis. *Idem.*

Aliquid habere conducti] Id eſt, conducere domum vel prædium. *Idem.*

Infirma valetudine] Magis credibile facit eum ex equo cecidiſſe, & latus offendiſſe. *Idem.*

Latus offendiſſe] Id eſt, ut vulgo loquuntur, in latere ſe læſiſſe, ut offendere pedem dicimus. Hinc offenſio pedis, a Cicerone in libro de Divinatione ſecundo dicitur: *Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſervanda.* Idem.

Ad urbem cum febri venerit] Febri in ablativo dici attende, ut apud Catonem in epiſtola ad filium: *Ex dolore, ex febri, ex medicamentis bibendis.* Id exemplum eſt apud Priſcianum libro ſeptimo. Alibi quoque Cicero hac voce uſus eſt. ut libro de oratore tertio: *Ex quo cum cohorruiſſet, cum febri domum rediit.* In oratione in Catilinam prima: *Quum æſtu febrique jactantur.* Et libro epiſtolarum ad Atticum quinto: *Quum ſine febri laboraſſem.* Hujus terminationis cauſa eſt, quia hanc febrim dicimus. Idem libro epiſtolarum familiarium decimo tertio: *Mihi & ſcriptum & nunciatum eſt, te in febrim ſubito incidiſſe.* Idem.

Id intra parietes in domeſtico ſcelere verſetur] Videtur legendum, *id intra parietes domeſticos in domeſtico ſcelere verſetur.* vel hoc totum, in domeſtico ſcelere, tollendum, ſi, intra parietes domeſticos, repoſitum ſit. *Lamb.*

Quod Avitus in emendo Diogene] Id ante dictum eſt. *Sylvius.*

De aſſecla quodam] *Aſſeclæ ſervi ſunt, dicti quod omnibus juſſis dominorum aſſint, & præſto ſint*, ut ait Non. Marcellus. Cicero in libro de Divinatione ſecundo: *Is quum ei Troginorum tetrarchiam eripuiſſet, & aſſeclæ ſuo Pergameno neſcio cui dediſſet.* Idem actione in Verrem tertia: *Oſtendit munus illud ſuum non eſſe, ſe quum ſuæ partes eſſent hoſpitum recipiendorum, tum ipſos tamen Prætores & Conſules, non legatorum aſſeclas recipere ſolere.* Idem.

In

ppianici, & ipſius mulieris multi, homines honeſti, : omnibus rebus ornati. tormentis omnibus vehe- :iſſimis quaeritur. Cum eſſent animi ſervorum & ſpe, :tu tentati, ut aliquid in quaeſtione dicerent: tamen,)itror, auctoritate advocatorum, & vi tormentorum ċti in veritate manſerunt, neque ſe quidquam ſcire runt. Quaeſtio illo die de amicorum ſententia di- ı eſt. Satis longo intervallo poſt iterum advocantur. tur de integro quaeſtio: nulla vis tormentorum a- morum praetermittitur: averſari advocati, & jam :rre poſſe: furere crudelis atque importuna mulier, ıequaquam, ut ſperaſſet, ea, quae cogitaſſet, pro- cedere.

uaſtionem] Id eſt, ut de eo ha- quæſtio. *Sylvius.*
] Oppianicus. *Idem.*
vocantur amici & hoſpites Oppia- Mirum eſt aliquem fuiſſe Op- o amicum & hoſpitem, præſer- uum antea dixerit Oppianicum ınibus deſertum, quem propter importunitatem nemo recipere nemo audire, nemo alloqui, reſpicere voluerit. Id autem hoc :icero dicit, ut habitæ quæſtionis ıiſſæ auctoritatem augeat. *Idem.*
ibus vehementiſſimis] Hoc genus li non omnino Ciceroni infre- eſt, quod eſt contra Grammati- præſentibus mentiri noluerunt. *Idem.*

Vi tormentorum] Quæ magna eorum conſtantia fuit & patientia. *Idem.*

De integro] Id eſt, rurſus incipiendo, perinde ac ſi ante habita non fuiſſet. *Idem.*

Adverſarii advocati] Quos Saſſia advocavit, qui horum ſervorum qui torquebantur adverſarii erant. Magnam vim tormentorum exprimit. *Id.* Peſſime. *Averſari advocati* rectius legitur, in C. Stephani & Lambini edd. In prim. Franc. & ed. antiquiſſima hæc omnia ab iſtis verbis: *quendam, quaſi ut idem faceret*, uſque ad iſta, *ex omnium ſententia conſtitutum eſt.* deſiderantur.

cedere. Cum jam tortor atque eſſent tormenta ipſa defeſſa, neque tamen illa finem facere vellet; quidam ex advocatis, homo & honoribus populi ornatus, & ſumma virtute praeditus, intelligere ſe dixit, non id agi, ut verum inveniretur: ſed ut aliquid falſi dicere cogerentur. Hoc poſtquam ceteri comprobarunt, ex omnium ſententia conſtitutum eſt, ſatis videri eſſe quaeſitum. Redditur Oppianico Nicoſtratus: Larinum ipſa proficiſcitur cum ſuis maerens, quod jam certe incolumem filium fore putabat, ad quem non modo verum crimen, ſed ne ficta quidem ſuſpicio perveniret: & cui non modo aperta inimicorum oppugnatio, ſed ne occultae quidem matris inſidiae nocere potuiſſent. Larinum poſtquam venit: quae a Stratone illo venenum antea viro ſuo datum, ſibi perſuaſum eſſe ſimulaſſet, inſtructam ei continuo & ornatam Larini medicinae exercendae cauſa tabernam dedit.

Vnum,

Quum jam tortor] Tortor dicitur is, qui equuleo torquet. ut pro Milone: *Quid opus eſt tortore? quid quaeris? occideritne? occidit.* Sylvius.

Tormenta ipſa defeſſa] Rebus inanimis ſenſus datur. ut pro Q. Ligario: *Quid tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum?* Magnam autem tormenti vehementiam ſignificat. *Idem.*

Honoribus populi] Id eſt, magiſtratu. *Idem.*

Larinum ipſa proficiſcitur] Nam Romæ habita hæc quæſtio eſt. *Idem.*

Incolumem] Id eſt, non damnatum, quod ejus cauſa melior eſſet. *Idem.*

Ad quem non modo verum crimen, ſed ne ficta quidem ſuſpicio perveniret] *Non modo* accipitur hic pro *non modo non*, ut ſæpe Cicero, quod olim multis docuit Muretus in variis. ſententia eſt, quem non modo veri criminis arguere non poterat, ſed ne fictæ ſuſpicionis ullius criminis lædere. *Gravius.*

Inſtructam & ornatam tabernam] Id eſt, ornatam, paratam: ut inſtructum convivium, & inſtructos hortos dicit actione in C. Verrem ſexta: *Deinde ipſum regem ad cœnam vocavit, exornat ample magnificeque triclinium, exponit ea quibus abundabat plurima ac pulcherrima vaſa argentea: namque hæc aurea nondum fecerat. omnibus curat rebus inſtructum & paratum ſit convivium.* In oratione Poſt reditum in Senatu: *Hi ſunt conditores inſtructoreſque convivii.* Libro de offic. 3. de hortis quos a Pythio Canius emit: *Emit inſtructos, nomina facit, negotium conficit.* Vlpianus libro Digeſt. 15. tit. de Verborum & rerum ſignificationibus: *Tabernæ appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificium, ex eo quod tabulis claudatur.* Inſtructam autem tabernam, *ut idem ait, ſic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem parata conſtat.* Sylvius. *Inſtructa taberna* eſt quæ omni inſtrumento ad eam tabernam, & artem in illa faciendam neceſſario eſt referta: ſic apud Iuriſconſultos *inſtructus fundus.* Eadem ratione dicitur *ornata taberna*, ut *ornata navis*, parata ab omnibus rebus, quæ requiruntur ad navigandum. *Gravius.*

Vnum,

ım, alterum, tertium annum Saſſia quieſcebat, ut vel- 64
:que optare aliquid calamitatis filio potius, quam id
:re & moliri videretur. Tum interim Hortenſio, Me-
› Coss. ut hunc Oppianicum aliud agentem, ac ni-
juſmodi cogitantem, ad hanc accuſationem detrahe-
invito deſpondit ei filiam ſuam, illam, quam ex ge-
› ſuſceperat, ut eum nuptiis alligatum ſimul, & teſta-
ıti ſpe devinctum poſſit habere in poteſtate. Hoc
fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit,
aedem ejuſmodi. Cum eſſet in aedibus armarium,
in-

m, alterum, tertium annum] Hoc › movet magis, quam ſi dixiſſet ınos. *Sylvius.*

] Id eſt, ita ut. *Idem.*

rtenſio & Metello Coſſ.] His Con- s deſignatis Verres accuſatus eſt: ·odem tempore Cicero Ædilis de- us fuit, ut ipſe ſcribit in accuſa- Verris. Prætor autem Cicero hanc m, ut diximus, defendit. Quo- licet conjicere, tres, aut ad ſum- quatuor annos poſt mortem Stra- actam eſſe Cluentii cauſam. Verre Prætore urbano Oppianicus da- ıs eſt. Poſtea Siciliam triennium niſtravit. Hortenſio & Metello accuſatus eſt, quo tempore de ne ſumptum ſupplicium eſt. Anno o poſt Oppianici damnationem tus eſt Cluentius. Oppianicum ue mortuum eſſe anno poſt da- ionem, aut circa, inde licet con- . Nam triennio ante Stratonis fur- de Stratone & Nicoſtrato quæſtio a fuerat. *Idem.*

quid agentem] *Aliud agentem*, le- ım arbitror. *Idem.*

ſpondit ei filiam ſuam] *Spondere ſpondere ita diſtinguit Donatus in entariis in Terentium, ut ſpondeat pater, deſpondeat adoleſcentu: ut deat puellam qui petit, ſpondeat a itur.* Sed hoc loco hæc Donati tia non obſervatur. Illud tamen ri ſolet, ut ſpondere vel deſpon- puellam, non adoleſcentem, di- . Sibi quoque adoleſcens uxo- rem deſpondere dicitur. Cicero lib. epiſt. famil. 8. *Cornificius adoleſcens Oriſtilla filiam ſibi deſpondit.* Idem.

Ex genero] A. Aurio Melino. *Idem.*

Furtum fecit] Facere furtum, inſidias, prædas, pactionem, convicium: pro furari, inſidiari, prædari, paciſci, conviciari dicimus. Pro Roſcio Comœdo: *Cujus res furtum factum erat?* Pro P. Sulla: *Ut etiam ex memoria, quas mihi ipſe fecerat, inſidias, deponerem.* Id dicendi genus ſæpe pro Milone eſt. In Verrem act. 3. *Iam vero in bonis Q. Opinii vendendis, quas iſte prædas, quam aperte, quam improbe fecerit, longum eſt dicere.* Pro Roſcio Comœdo: *Dic pactionem feciſſe, ut abſolveretur.* Libro epiſtol. ad Atticum 1. *Convicium Piſoni Coſ. mirificum fecit. Facere bellum, prælium, pugnam, cædem, caſtra, cœnam, conceſſionem, concionem, finem, fraudem, gratulationem, largitionem, lucrum, moram:* Pro bellare, præliari, pugnare, occidere, caſtrametari, cœnare, concedere, concionari, finire, fraudare, congratulari, largiri, lucrari, morari, aliaque generis ejuſdem apud Ciceronem invenire licet. *Idem*,

Armarium] Armarium eſt, ubi reponuntur arma. Arma autem ſunt, ut ait Servius in lib. Æneid. 1. cujuſcunque artis inſtrumenta. Hoc vocabulum tam late patet, ut Valla in lib. 1. *armarium eſſe dicat, ubi reponuntur libri, cæteraque hujuſmodi.* Armarium hoc loco Cicero dicit pro loculo, ubi reponuntur pecuniæ. *Idem.*

Nam-

in quo ſciret eſſe nummorum aliquantum & auri: noctu duos conſervos dormientes occidit, in piſcinamque dejecit: ipſe armarii fundum exſecuit, & H-S. * & auri quinque pondo abſtulit, uno ex ſervis puero non grandi conſcio. Furto poſtridie cognito, omnis ſuſpicio in eos ſervos, qui non comparebant, commovebatur. Cum exſectio illa fundi in armario animadverteretur, quaerebant homines, quonam modo fieri potuiſſet. Quidam ex amicis Saſſiae recordatus eſt, ſe nuper in auctione quadam vidiſſe in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium & tortuoſam venire ſerrulam, qua illud potuiſſe ita circumſecari videretur. Ne multa: perquiritur a coactoribus. in-

Numorum aliquantum & auri] Numorum nomine aurum non contineri, hic attendendum eſt. *Sylvius.*

Conſervos] Erat enim Strato Saſſiæ ſervus. Conſervos, cohæredes, condiſcipulos dici: quamvis concivem, coæqualem, conſodalem, confœderatum non dicamus, in Progymnaſmatis ſcribimus. *Idem.*

In piſcinam] *Lacus & ſtagna, quæ piſcibus vivis coërcentur clauſa, ſuo atque proprio nomine piſcinas nominaverunt*: ut ſcribit Aul. Gellius cap. 20. lib. 2. Vivarium quoque & ſtabula, pro piſcina, Columella libro nono dicit. *Idem.*

Execuit] Id eſt, ſecando perforavit. *Idem.*

Seſtertiorum & auri] Hic quoque attendendum, ſeſtertiorum nomine aurum non contineri. *Idem.* *Et ſeſtertium, & auri q.*] Poſt vocem, *ſeſtertium*, juſſi notari ſtellulam, per quam admoneatur lector, hic deeſſe numerum. *Lambinus.* Omnia ſana erunt & integra ſi legatur ex veſtigiis ſcripturæ, quæ eſt *ſeſtertiorum*, & *ſeſtertium* C L, *auri.* Iacobus Gronovius.

Non grandi] Id eſt, magno natu. Grandis enim de ætate ſæpe dicitur, ut ante admonuimus. *Sylvius.*

Qui non comparebant] Quod occiſos in piſcinam Strato dejecerat, quos furto facto profugiſſe arbitrabantur. Eſt autem veriſimilis admodum hæc narratio. *Idem.*

Commovebatur] Id eſt, excitabatur & perveniebat. *Idem.*

In auctione] Id eſt, in publica bonorum venditione. *Idem.*

In rebus minutis] Id eſt, inter res minutas. *Idem.*

Aduncam ex omni parte dentium] *Dentatam*, non *dentium* legi debet. Itaque in antiquis Priſciani codicibus lego, qui in libro tertio hunc locum citat, quum dicit a nominibus in a primæ declinationis fieri diminutiva in ula, ut a ſylva ſylvula, luna lunula, rubicunda rubicundula, lingua lingula, & per conciſionem ligula, puella puellula, ſerra ſerrula, ut inquit Cicero pro Cluentio: *Ex omni parte dentatam & tortuoſam venire ſerrulam.* Idem. *Aduncam ex omni parte*] Pantagathus, *aduncam exteriori parte.* F. Vrſinus.

Venire] Id eſt, vendi. *Sylvius.*

Ne multa] In narratione illud valet ad levandum auditoris tædium, ut dicamus: Sed quid ego diutius? Quid verbis opus? Quid ultra moror? Ne multa: aliudve quid ejuſdem generis. Quo etiam admonetur auditor, ut id quod proxime dicturi ſumus, audiat attentius. *Idem.*

A coactoribus] Coactores hoc loco dici videntur ii qui in auctione pecuniam accipiunt, remque auctionatam addicunt ei

:ur ea ſerrula ad Stratonem perveniſſe. Hoc ini-
picionis orto, & aperte inſimulato Stratone,
le conſcius pertimuit, rem omnem dominae in-
:, homines in piſcina inventi ſunt: Strato in vin-
njectus eſt: atque etiam in taberna ejus num-
uaquam omnes, reperiuntur. Conſtituitur quae-
furto. nam quid quiſquam ſuſpicari aliud poteſt?
: dicitis, armario expilato, pecunia ablata, non
cuperata, occiſis hominibus inſtitutam eſſe quae-
1 de morte Oppianici? cui probatis? quid eſt, quod
veriſimile proferre potuiſtis? Deinde, ut omit-
:tera, triennio poſt mortem Oppianici de ejus
quaerebatur? Atque etiam incenſa odio priſtino,
ratum eundem illum tum ſine cauſa in quaeſtio-
oſtulavit. Oppianicus primo recuſavit. poſtea-
lla abducturam ſe filiam, mutaturam eſſe teſta-
n minaretur, mulieri crudeliſſimae ſervum fide-
liſſi-

ximum obtulerit ejuſdem rei qui & rei venditæ precium & 1omen ſcribere ſolent. Id hac ate fieri ſolet. *Sylvius.*

to] Id eſt, accuſato, ſed extra & ut ita dicam coarguto. *Id.*

t] Pueros alicujus maleficii :rreri facile eſt. eoque magis pſi ſpem ſibi impunitatis pro-*dem.*

'] Indicare & confiteri ita Donatus in Adelph. Terentii: quit, *is qui de ſe volens aliquid tiam prodit. Sed confitetur, qui m, & qui invitus.* Idem.

iam omnes] Vt res magis ſit, furum conſuetudinem ex-ud quos ſi ſublata pecunia re-:quaquam tota reperitur. ejus :m ipſi jam expenderint. *Id.*

tur quæſtio] Conſtituere quæ-uid ſit, alibi diximus. Hic lio pro tormento, non pro ır. *Idem.*

dicitis] Apoſtrophe eſt ad d Oppianicum adoleſcentem ad T. Attium accuſatorem. Hi autem dixerunt, Stratonem in quæſtione aliquid de Oppianico necato veneno confeſſum fuiſſe. Hanc quæſtionem de furto, non de Oppianici morte habitam fuiſſe, Cicero contendit. *Idem.*

Expilato] Id eſt, exinanito, exhauſto. *Idem.*

Inſtitutam] Id eſt, conſtitutam. *Id.*

Cui probatis] Id eſt, ut quis probet facere poteſtis. *Idem.*

Triennio poſt mortem] Significare videtur jure civili cautum fuiſſe, ne de cujuſquam morte poſt triennium quæreretur, id eſt, quæſtio haberetur. *Idem.*

Abducturam] Arceſſi uxor ad maritum, abduci a marito ad divortium dicitur. Sic Virgilius: *Et gremiis abducere pactas.* Auctor eſt Donatus, exponens illud ex Hecyra, *Et filiam abduxit ſuam, &c.* Idem.

Mulieri crudeliſſimæ ſervum fideliſſimum non, &c.] Indignitatem rei oſtendit, ut Saſſiam in odium judicum adducat. *Idem.*

liſſimum non in quaeſtionem tulit, ſed plane ad ſup-
65 plicium dedit. Poſt triennium igitur agitata denique quaeſtio de viri morte habebatur. Et de quibus ſervis habebatur? Nova, credo, res objecta, novi quidam homines in ſuſpicionem vocati ſunt. de Stratone, & de Nicoſtrato. Quid? Romae quaeſitum de iſtis hominibus non erat? Itane tandem? mulier jam non morbo, ſed ſcelere furioſa, cum quaeſtionem habuiſſet Romae, cum de T. Annii, L. Rutilii, P. Saturii, & ceterorum honeſtiſſimorum virorum ſententia conſtitutum eſſet, ſatis quaeſitum videri, eadem de re triennio poſt, iiſdem de hominibus, nullo adhibito, non dicam viro, ne colonum forte afuiſſe dicatis, ſed bono viro, in filii caput quaeſtionem habere conata eſt. An hoc dicitis? mihi enim venit in mentem, quid dici poſſit, tametſi adhuc non eſſet dictum: mementote, cum haberetur de furto quaeſtio, Stra-

In quaeſtionem tulit] Id eſt, obtulit. *Sylvius.*

Nova credo res objecta novi, &c.] Ironia eſt. De iiſdem enim ſervis, de crimine eodem quæſitum eſt, de quo triennio ante Romæ quæſitum fuerat. Romæ hi ſervi nihil dixerunt, quo læderetur Cluentius. Triennio poſt cum Larini torquerentur, de eodem ſcelere quæri non licebat. Illud itaque confinxit Saſſia, quum de furto quæreretur, Stratonem de veneno aliquid dixiſſe: idque in tabellis ſcriptum, in judicium allatum. Cicero autem oſtendit, a Saſſia impudentius id confictum quam callidius. *Idem.*

Itane tandem? mulier jam, &c.] Legendum fortaſſe eſt. *Itaque tandem mulier*, &c. deleta interrogationis nota. *Lambinus.*

Non morbo, ſed ſcelere furioſa, cum quaeſtionem] Non enim ſolo morbo furioſi fiunt homines, ſed etiam ſcelere, ut Oreſtes & Alcmæon. *Sylv.* Morbo non corporis, ſed animi ut recte Manutius. Eſt enim morbus prava affectio animi, cum quis vitio alicui indulget contra rationem. Cic. III Tuſc. quæſt. *Miſereri, invidere, geſtire, laetari, haec omnia morbos Graeci appellant, motus animi rationi non obtemperantes.* Senec. ep. 85. *Vitia mentis humanae inveterata & dura, quae morbos vocamus.* Grævius.

Ne colonum, &c.] Stathium Albium, de quo antea dixit, quo pro viro, id eſt, marito Saſſia utebatur. *Sylv.*

An hoc dicitis forte abfuiſſe?] Quum haberetur de furto quæſtio, &c. *Idem.*

An hoc dicitis?] Vos accuſatores, Atti & Oppianice. *Idem.*

Cum haberetur de furto quaeſtio] Præmittunt vetuſte cuſi, *mementote, cum haberetur.* neque abeunt mſſ. Pall. adeo ut diſpiciendum ſit, quomodo hic iterum locum ſuum occupare queat. *Grut.* Eſt quoque in Franc. *mementote*, & nulla interrogandi nota conſpicitur in eodem, ut & Victorii editione. Repoſui voculam a poſterioribus editoribus male repudiatam. Sunt quaſi accuſatorum verba ad judices, quæ Cicero ſuggerit: *Mementote judices, cum haberetur*, &c. ſequentia id confirmant. Non longe poſt: *An, id quod dicendum vobis eſt*, &c. *cum de furto quaereretur, tum Strato in iiſdem tormentis dixit de veneno?* Græv.

Atque

Stratonem aliquid de veneno eſſe confeſſum. Hoc uno modo, judices, ſaepe multorum improbitate depreſſa veritas emergit, & innocentiae defenſio intercluſa reſpirat, quod aut ii, qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi, quorum eminet audacia atque projecta eſt, a conſiliis malitiae deſeruntur. quod ſi aut confidens aſtutia, aut callida eſſet audacia, vix ullo obſiſti modo poſſet: Vtrum furtum factum non eſt? At nihil clarius Larini fuit. An ad Stratonem ſuſpicio non pertinuit? At is & ex ſerrula inſimulatus, & a puero conſcio eſt indicatus. An id actum non eſt in quaerendo? Quae fuit alia igitur cauſa quaerendi? an, id quod dicendum vobis eſt, & quod tum Saſſia dictitabat, cum de furto quaereretur, tum Strato iiſdem in tormentis dixit de veneno? En hoc illud eſt, quod ante dixi: mulier abundat audacia, con-

Atque projecta eſt?] Id eſt, extenta, eminens, & velut ſe exerens; ut act. Verr. 3. *Eſt idem Verres qui fuit ſemper, ut ad audendum projectus, ſic paratus ad audiendum.* Et pro domo ſua: *At videte hominis intolerabilem audaciam, cum projecta quadam & effrenata cupiditate.* Projecta ſaxa Virgilius dixit in libro Æneid. 3. qualia in rupibus eminent: *Hinc altas cautes, projectaque ſaxa Pachyni Radimus.* Sylvius. *Projecta* eſt magna & incredibilis quædam temeritas, ut ex locis allatis a Sylvio conſtat.

A conſiliis malitia deſeruntur] Id eſt, ſatis callidi non ſunt, ad cogitandum & fingendum. *Malitia* eſt, calliditatis & verſutiæ. *Malitia a malo appellata, non dicitur improbitas, quam Graci κακιαν appellant, ſed certi cujuſdam vitii nomen eſt:* ut ait Cic. lib. Tuſcul. quæſt. 4. Inde malitioſum, callidum, aſtutum, verſipellem dicimus. *Confidens aſtutia* autem, eſt audax. *Sylvius.*

Vix ullo obſiſti modo poſſet] Nam vere Phædrus:

Vis & conſilium quicquid oppugnant ruit.

Et viciſſim, apud eundem:

Vis conſilii expers mole ruit ſua.

An id actum non eſt in quarendo] Id eſt, an de furto quæſitum non eſt. *Sylvius.*

Saſſia dictitabat] Liber manuſcr. habet, *dictitavit.* & infra, ubi vulgati habent, *obſignatas eſſe dixi*, in illis eſt, *dixit*, & inferius, ubi vulgati, *aliquid adjungere dictum*, illi habent, *aliquod dictum adjungere.* Lambinus.

En hoc illud eſt, quod ante dixi] Id autem eſt, illi quorum eminet audacia atque projecta eſt, a conſiliis malitiæ deſeruntur. Audax Saſſia fuit in confingendo hoc ſcelere, callida tamen non fuit. Ideo veritas emergit. *Sylvius.*

Mulier abundat audacia] Priſcianus lib. 18. *abundans* hoc loco, non *abundat* legit. *Abundans iſtius rei*, inquit, *nomen eſt:* nam participium ablativo, quo modo & verbum ejus conjungitur. Virgilius in Bucolicis: *Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans.* Cicero pro Cluentio: *Mulier abundans audacia.* Idem pro Cornelio Balbo: *Quis tam abundans copiis.* Idem.

conſilio & ratione deficitur. nam tabellae quaeſtionis plures proferuntur, quae recitatae vobiſque editae ſunt, illae ipſae, quas tum obſignatas eſſe dixi, in quibus tabellis de furto littera nulla invenitur. Non venit in mentem, primam orationem Stratonis conſcribere de furto, poſt aliquid adjungere dictum de veneno, quod non percontatione quaeſitum, ſed dolore expreſſum videretur. Quaeſtio de furto eſt, veneni jam ſuſpicione ſuperiore quaeſtione ſublata: quod ipſum haec eadem mulier indicarat: quae ut Romae de amicorum ſententia ſtatuerat ſatis eſſe quaeſitum, poſtea per triennium maxime ex omnibus ſervis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat. Cum igitur de furto quaereretur, & eo furto, quod ille ſine controverſia fecerat, tum ille de eo, quod quaerebatur, verbum nullum fecit. de veneno ſtatim dixit. de furto, ſi non eo loco, quo debuit, ne in extrema quidem, aut media, aut in

Conſilio & ratione deficitur] Id eſt, deſtituitur. Vt in oratione de reſponſis aruſpicum: *Monent ne per optimatium diſcordiam diſſenſionemque patribus principibuſque cædes periculaque creentur, auxilioque diminuti deficiantur.* Sylvius.

Tabellæ quæſtionis] Id eſt, in quæſtione confeſſionis. Quod præcedit, pro eo quod ſequitur. *Idem.*

Quæ recitatæ vobiſque editæ ſunt] Id eſt, exhibitæ & oblatæ. *Edere*, ut ait Vlpianus libro Digeſtorum ſecundo, titulo de edendo, eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti & dare, vel dictare. *Idem.*

Quas tum obſignatas] Legendum videtur, *non obſignatas*; ante enim dixit: *Nullo adhibito, non dicam viro, &c.* ut tabellarum auctoritatem tolleret. *Idem.*

Non venit in mentem] Nam conſilio malitiæ defecta fuit. *Idem.*

Primam orationem Stratonis conſcribere] Id eſt, confeſſionem. Ea autem prima ſcribenda erat, quia de furto eam haberi quæſtionem Saſſia dixit. *Idem.*

Quod non percontatione quæſitum] Quum de veneno non haberetur quæſtio. Oſtendit autem quid Saſſia feciſſet, niſi conſiliis malitiæ deſerta fuiſſet. *Idem.*

Superiore quæſtione ſublata] Quæ triennio ante habita Romæ fuerat. *Idem.*

Per triennium maxime ex omnibus ſervis] Partitio eſt per ablativum. Superlativus adverbii regit caſum eundem quem ſuperlativus nominis: *maximus ſervorum, & ex ſervis* ut dicitur, ita *maxime ſervorum & ex ſervis*. Idem.

In honore habuerat] *Aliquem in honore habere dicit*, alibi tamen *alicui habere honorem* in eadem re dicit, in Divinatione: *Quibus ego non ſum tantum honorem habiturus, ut ad ea quæ dixerint, certo loco, aut ſingulatim unicuique reſpondeam.* Et in Vatinium: *Ne tibi hunc honorem a me haberi forte mirere.* Idem. Aliud tamen eſt in *honore habere*, pro honore afficere, aliud *honorem habere alicui*, pro multum tribuere.

Si non eo loco quo debuit] Id eſt, primo loco. *Sylvius.*

In

in aliqua deniquc parte quaeſtionis verbum fecit ullum. Iam videtis, illam nefariam mulierem, judices, eadem ma- 66
nu, qua, ſi detur poteſtas, interficere filium cupiat, hanc fictam quaeſtionem conſcripſiſſe. Atque iſtam ipſam quaeſtionem, dicite, quis obſignavit? Vnum aliquem nominate. neminem reperietis, niſi forte ejuſmodi hominem, quem ego proferri malim, quam neminem nominari. Quid ais, T. Atti? tu periculum capitis, tu indicium ſceleris, tu fortunas alterius litteris conſcriptas in judicium afferas: neque earum auctoritatem litterarum, neque obſignatorem, neque teſtem ullum nominabis? &, quam tu peſtem innocentiſſimo filio ex matris ſinu depromſeris, hanc hi tales viri comprobabunt? Eſto: in tabellis nihil eſt auctoritatis: quid? ipſa quaeſtio, judicibus: quid? amicis hoſpitibuſque Oppianici, quos adhibuerat antea: quid? huic tandem ipſi tempori, cur non reſervata eſt?

In aliqua parte queſtionis verbum fecit nullum] *Vllum*, non *nullum*, legendum eſſe videtur. Illa enim eadem ſententia dicimus, *ne in extrema quidem parte verbum fecit ullum*: &, *verbum fecit nullum ne in extrema quidem parte*. Sylvius.

Iam videtis illam nefariam mulierem] Saſſiam adducit in odium judicum. *Idem.*

Niſi forte ejuſmodi hominem] Stathium Albium colonum. *Idem.*

Quem ego proferri malim] Ejus enim levitas atque improbitas tabellarum auctoritatem tolleret. *Idem.*

Ex matris ſinu depromſeris] Id eſt, ex tabellis, quas in ſinu Saſſia geſtavit. Quae enim chara habemus, ut diligentius ſervemus, ſinui committimus. *Idem.* Nihil hic *ex ſinu matris depromſeris* aliud eſt, quam quam peſtem a matre inſtructus moliris filio.

Hi tales viri] Inviſum judicibus Attium facit, quod iis falſa & pernicioſa cogetur probare. *Sylvius.*

Eſto: in tabellis nihil eſt auctoritatis] Quamvis in omnibus codicibus ita ſcriptum inveniam, legendum tamen arbitror: *Eſto, in tabellis aliquid eſt auctoritatis*; ut id quod jam refutavit, condonet adverſario, ut ad ſequentia ſibi veluti gradum faciat. Id autem artificioſum eſt. *Idem.* *Eſto: in tabellis nihil eſt auctoritatis*] I. Paſſeratius, homo pereruditus, legendum putat, *in tabellis nonnihil eſt*, &c. cui aſſentior. *Lambin.* *Eſto: in tabellis nihil eſt auctoritatis*] Frigida admodum eſt conjectura, *nonnihil eſt*. imo quam magis elevat auctoritatem tabellarum, tanto plus ſerviunt argumentationi. & vero vulgata reſtat in omnibus Pall. & edd. vett. *Gruterus.* Sententia tamen quam jam Sylvius vidit, poſtulat, ut legatur, *non nihil eſt auctoritatis*.

Quid ipſa quaeſtio?] Haud ſcio an legendum ſit *prima quaeſtio*, non *ipſa quaeſtio*. Id niſi ita legatur, de ea quaeſtione, quae prius habita Romae eſt, intelligit, quam Saſſia ſuppreſſit: propterea quod Cluentium non modo non laederet, ſed etiam adjuvaret. Eam autem quaeſtionem judicibus, amicis, hoſpitibuſque Oppianici, & huic ipſi tempori reſervari oportebat. *Sylvius.*

conſilio & ratione deficitur. nam tabellae quaeſtionis plures proferuntur, quae recitatae vobiſque editae ſunt, illae ipſae, quas tum obſignatas eſſe dixi, in quibus tabellis de furto littera nulla invenitur. Non venit in mentem, primam orationem Stratonis conſcribere de furto, poſt aliquid adjungere dictum de veneno, quod non percontatione quaeſitum, ſed dolore expreſſum videretur. Quaeſtio de furto eſt, veneni jam ſuſpicione ſuperiore quaeſtione ſublata: quod ipſum haec eadem mulier indicarat: quae ut Romae de amicorum ſententia ſtatuerat ſatis eſſe quaeſitum, poſtea per triennium maxime ex omnibus ſervis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat. Cum igitur de furto quaereretur, & eo furto, quod ille ſine controverſia fecerat, tum ille de eo, quod quaerebatur, verbum nullum fecit. de veneno ſtatim dixit. de furto, ſi non eo loco, quo debuit, ne in extrema quidem, aut media, aut in

Conſilio & ratione deficitur] Id eſt, deſtituitur. Vt in oratione de reſponſis aruſpicum: *Monent ne per optimatium diſcordiam diſſenſionemque patribus principibuſque cædes periculaque creentur, auxilioque diminuti deficiantur.* Sylvius.

Tabellæ quæſtionis] Id eſt, in quæſtione confeſſionis. Quod præcedit, pro eo quod ſequitur. *Idem.*

Quæ recitatæ vobiſque editæ ſunt] Id eſt, exhibitæ & oblatæ. *Edere*, ut ait Vlpianus libro Digeſtorum ſecundo, titulo de edendo, eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti & dare, vel dictare. *Idem.*

Quas tum obſignatas] Legendum videtur, *non obſignatas*; ante enim dixit: *Nullo adhibito, non dicam viro, &c.* ut tabellarum auctoritatem tolleret. *Idem.*

Non venit in mentem] Nam conſilio malitiæ defecta fuit. *Idem.*

Primam orationem Stratonis conſcribere] Id eſt, confeſſionem. Ea autem prima ſcribenda erat, quia de furto eam haberi quæſtionem Saſſia dixit. *Idem.*

Quod non percontatione quæſitum] Quum de veneno non haberetur quæſtio. Oſtendit autem quid Saſſia feciſſet, niſi conſiliis malitiæ deſerta fuiſſet. *Idem.*

Superiore quæſtione ſublata] Quæ triennio ante habita Romæ fuerat. *Idem.*

Per triennium maxime ex omnibus ſervis] Partitio eſt per ablativum. Superlativus adverbii regit caſum eundem quem ſuperlativus nominis: *maximus ſervorum, & ex ſervis* ut dicitur, ita *maxime ſervorum & ex ſervis.* Idem.

In honore habuerat] *Aliquem in honore habere dicit*, alibi tamen *alicui habere honorem* in eadem re dicit. in Divinatione: *Quibus ego non ſum tantum honorem habiturus, ut ad ea quæ dixerint, certo loco, aut ſingulatim unicuique reſpondeam.* Et in Vatinium: *Ne tibi hunc honorem a me haberi forte mirere.* Idem. Aliud tamen eſt in *honore habere*, pro honore afficere, aliud *honorem habere alicui*, pro multum tribuere.

Si non eo loco quo debuit] Id eſt, primo loco. *Sylvius.*

In

In aliqua denique parte quaeſtionis verbum fecit ullum. Iam videtis, illam nefariam mulierem, judices, eadem ma- 66
nu, qua, ſi detur poteſtas, interficere filium cupiat, hanc fictam quaeſtionem conſcripſiſſe. Atque iſtam ipſam quaeſtionem, dicite, quis obſignavit? Vnum aliquem nominate. neminem reperietis, niſi forte ejuſmodi hominem, quem ego proferri malim, quam neminem nominari. Quid ais, T. Atti? tu periculum capitis, tu indicium ſceleris, tu fortunas alterius litteris conſcriptas in judicium afferas: neque earum auctoritatem litterarum, neque obſignatorem, neque teſtem ullum nominabis? &, quam tu peſtem innocentiſſimo filio ex matris ſinu depromſeris, hanc hi tales viri comprobabunt? Eſto: in tabellis nihil eſt auctoritatis: quid? ipſa quaeſtio, judicibus: quid? amicis hoſpitibuſque Oppianici, quos adhibuerat antea: quid? huic tandem ipſi tempori, cur non reſervata eſt?

In aliqua parte queſtionis verbum fecit nullum] *Vllum*, non *nullum*, legendum eſſe videtur. Illa enim eadem ſententia dicimus, *ne in extrema quidem parte verbum fecit ullum*: &, *verbum fecit nullum ne in extrema quidem parte*. Sylvius.

Iam videtis illam nefariam mulierem] Saſſiam adducit in odium judicum. *Idem.*

Niſi forte ejuſmodi hominem] Stathium Albium colonum. *Idem.*

Quem ego proferri malim] Ejus enim levitas atque improbitas tabellarum auctoritatem tolleret. *Idem.*

Ex matris ſinu depromſeris] Id eſt, ex tabellis, quas in ſinu Saſſia geſtavit. Quæ enim chara habemus, ut diligentius ſervemus, ſinui committimus. *Idem.* Nihil hic *ex ſinu matris depromſeris* aliud eſt, quam quam peſtem a matre inſtructus moliris filio.

Hi tales viri] Inviſum judicibus Attium facit, quod iis falſa & pernicioſa cogetur probare. *Sylvius.*

Eſto: in tabellis nihil eſt auctoritatis] Quamvis in omnibus codicibus ita ſcriptum inveniam, legendum tamen arbitror: *Eſto, in tabellis aliquid eſt auctoritatis*; ut id quod jam refutavit, condonet adverſario, ut ad ſequentia ſibi veluti gradum faciat. Id autem artificioſum eſt. *Idem.* *Eſto: in tabellis nihil eſt auctoritatis*] I. Paſſeratius, homo pereruditus, legendum putat, *in tabellis nonnihil eſt*, &c. cui aſſentior. *Lambin.* *Eſto: in tabellis nihil eſt auctoritatis*] Frigida admodum eſt conjectura, *nonnihil eſt*. imo quam magis elevat auctoritatem tabellarum, tanto plus ſerviunt argumentationi. & vero vulgata reſtat in omnibus Pall. & edd. vett. *Gruterus.* Sententia tamen quam jam Sylvius vidit, poſtulat, ut legatur, *non nihil eſt auctoritatis.*

Quid ipſa quaeſtio?] Haud ſcio an legendum ſit *prima quaeſtio*, non *ipſa quaeſtio*. Id niſi ita legatur, de ea quæſtione, quæ prius habita Romæ eſt, intelligit, quam Saſſia ſuppreſſit: propterea quod Cluentium non modo non læderet, ſed etiam adjuvaret. Eam autem quæſtionem judicibus, amicis, hoſpitibuſque Oppianici, & huic ipſi tempori reſervari oportebat. *Sylvius.*

eſt? Quid iſtis hominibus factum eſt, Stratone, & Nicoſtrato? quaero abs te, Oppianice, ſervo tuo Nicoſtrato quid factum eſſe dicas. quem tu, cum hunc brevi tempore accuſaturus eſſes, Romam deducere, dare poteſtatem indicandi, incolumem denique ſervare quaeſtioni, ſervare his judicibus, ſervare huic tempori debuiſti. Nam Stratonem quidem, judices, in crucem actum eſſe exſecta ſcitote lingua: quod nemo eſt Larinatium qui neſciat. Timuit mulier amens non ſuam conſcientiam, non odium municipum, non famam omnium: ſed, quaſi non omnes ejus ſceleris teſtes eſſent futuri, ſic metuit, ne condemnaretur extrema ſervuli voce morientis. Quod hoc portentum, dii immortales? quod tantum monſtrum in ullis locis? quod tam infeſtum ſcelus & immane, aut unde natum eſſe dicamus? Iam enim videtis profecto, judices, non ſine neceſſariis me ac maximis cauſis principio orationis meae de matre dixiſſe. nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. Mitto illam primam libidinis injuriam: mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate matris expulſam ex matrimonio filiam: quae nondum ad hujuſce vitae periculum, ſed ad commune familiae dedecus pertinebant.

nihil

Quid iſtis hominibus factum eſt?] Hoc modo verbum facere cum ablativo ſæpe invenitur. Terent. in Andria: *Nec quid me nunc faciam, ſcio.* Quo in loco notandum eſſe faciam cum ablativo, Donatus dicit. Idem in eadem: *Quid me fiet?* Itemque, *Nunc audio primum quid illo ſit factum.* Lucilius apud Marcellum: *Quid me fiet, ſi quidem non juſte improbu committere.* Cicero lib. epiſt. 14. *Quid puero miſero fiet?* Itemque, *Sed quid Tulliola mea fiet?* In orat. in Rullum ad Quirites: *Quia pecunia fiet?* Pro P. Seſtio: *Quid hoc nomine facias?* Sylv.

Servo tuo Nicoſtrato quid factum eſſe dicas] Significat Nicoſtratum ab Oppianico, vel potius a Saſſia e medio ſublatum, ne quæſtio ea quæ Romæ habita eſt, his judicibus eſſet cognita. *Idem.* Franc. *ſervo tuo Nicoſtrato quid factum eſt, edicas.*

Dare poteſtatem] Sic ſæpe Cicero dicit, ut facere poteſtatem, & pro Sex. Roſcio, *permittere poteſtatem.* Sylv.

In crucem actum eſſe] Id eſt, ſublatum. Servorum enim, non civium, crux ſupplicium erat. In ſervos autem necis poteſtatem domini habebant. Poſtea D. Hadrianus ſervos a dominis occidi vetuit, eoſque per judices, ſi digni eſſent, condemnari juſſit, ut ait Æl. Spartianus in ejus vita *Idem.*

Mitto illam primam libidinis injuriam] Cum expulſa filia nupſit genero. *Idem.*

Filiam] Cluentiam. *Idem.*

Hujuſce] Cluentii. *Idem.*

De

nihil de alteris Oppianici nuptiis queror: quarum illa cum obſides filios ab eo mortuos accepiſſet, tum denique in familiae luctum, atque in privignorum funus nupſit. Praetereo, quod Aurium Melinum, cujus illa quondam ſocrus, paullo ante uxor fuiſſet, cum Oppianici eſſe opera proſcriptum occiſumque cognoſceret, eam ſibi domum ſedemque conjugii delegit, in qua quotidie ſuperioris viri mortis indicia & ſpolia fortunarum videret. Illud primum queror, de illo ſcelere, quod nunc denique patefactum eſt, Fabriciani veneni: quod jam tum recens, ſuſpicioſum ceteris, huic incredibile, nunc vero apertum jam omnibus ac manifeſtum videtur: Non eſt profecto de illo veneno celata mater: nihil eſt ab Oppianico ſine conſilio mulieris cogitatum: quod niſi eſſet, certe poſtea, de-

De alteris] Alterum de duobus dicitur. Ter nupſit Saſſia: ſed primæ nuptiæ, quæ cum A. Cluentio fuerunt, unde hic natus eſt, honeſtæ & legitimæ fuerunt: binæ reliquæ cum Melino & Oppianico, fuerunt infames: de quibus hic loquitur. *Sylvius.*

Quarum illa cum obſides filios] Id eſt, tanquam in pignus nuptiarum. *Idem.*

Quod cum Aurium Melinum] Cum reperiſſem ſcriptum in libris manuſcr. *quod cum a Aurium*, facile mihi fuit conjicere, reponendum, *quod cum A. Aurium*, id eſt, Aulum Aurium. cognomen autem, *Melinum*, retinui, quamquam non eſt in iis, quos dixi, libris. *Lambinus.*

Proſcriptum occiſumque] Id ante dixit. *Sylvius.*

Illud primum queror, illud ſcelus, quod nunc, &c.] Cum hæc verba, *de illo ſcelere*, quæ leguntur in libris vulgatis, poſt verbum *queror*, reperiſſem in libris manuſcr. partim demerſa in litura, partim non uno modo ſcripta, ego, *illud ſcelus*, repoſui. quod rectum eſſe arbitror. *Lambinus.* Cave audias Lambinum, & a codicibus diſcedas: Eſt oratio ſuſpenſa, cujus generis plures apud antiquos ſcriptores, cum multa interponuntur, inveniuntur. Hæc eſt ſententia: *Illud primum queror, de illo ſcelere non eſt celata mater.* ſed cum interſeruiſſet, *quod nunc eſt patefactum*, &c. ſupplet ſententiam, appoſitis verbis *non eſt profecto de illo veneno celata mater:* In hac ipſa oratione: *Nam Saſſia mater hujus Aviti (mater a me nominis cauſſa* &c.) *ea igitur mater Aviti* &c. Exempla plura ex Cicerone alibi attulimus. *Grav.*

Fabriciani veneni] Quod Scamander Fabricius Diogeni dabat, ad necandum Cluentium. Venenum Fabricianum dicit, ut crimen Clodianum, quod Clodius admiſit, de quo alio loco ſcripſimus. *Sylvius.*

Suſpicioſum ceteris] Suſpicioſum paſſive dixit. *Idem.*

Huic] Cluentio. *Idem.*

Non eſt de illo veneno celata mater] Id eſt, Oppianicus non celavit eam de veneno, id eſt, conſcia fuit. Celo te venenum, veneni, & de veneno dicimus. Terent. in Hecyra: *Quam ob rem tantopere hunc omnes nos celare volueris partum.* Hanc antiquam locutionem eſſe Donatus ſcribit: duæ autem proximæ Ciceronis ſunt, ut pro Cælio: *Vidit hoc Balbus, facinoris tantum celatam eſſe Clodiam dixit.* Idem pro rege Dejotaro: *De armis, de ferro, de inſidiis celare te noluit.* Idem.

deprehenſa re, non illa ut ab improbo viro diſceſſiſſet: ſed ut a crudeliſſimo hoſte fugiſſet, domumque illam in perpetuum ſcelere omni affluentem reliquiſſet. non modo id non fecit, ſed ab illo tempore nullum locum praetermiſit, in quo non inſtrueret inſidias aliquas, ac dies omnes ac noctes tota mente mater de pernicie filii cogitaret. quae primum, ut iſtum confirmaret Oppianicum accuſatorem filio ſuo, donis, muneribus, collocatione filiae,
67 ſpe hereditatis obſtrinxit. Itaque apud ceteros, novis inter propinquos ſuſceptis inimicitiis, ſaepe fieri divortia, atque affinitatum diſcidia vidimus: haec mulier ſatis fir-

Deprehenſa re] Id eſt, deprehenſo veneno. *Sylvius.*

Scelere omni affluentem] Vt paulo ante: *Mulier abundans audacia.* Idem.

Inſtrueret inſidias] Moliri, facere, ſtruere, & inſtruere inſidias dicimus. *Idem.*

Confirmaret] Id eſt, firmum faceret. *Idem.*

Donis, muneribus, collocatione filiæ] Sic habent libri manuſcr. Cleric. & Memmiani: atque ita ſe reperiſſe in aliis item antiquis teſtatur P. Victor. Var. lection. lib. XII. Supra autem ubi in lib. vulgatis legitur, *dies omnes, ac noctes tota mente*, &c. antiqui habent, *dies omnes, atque noctes tota mente*, &c. Vnde ſuſpicari poſſit aliquis, legendum, *dies omnes, noctesque totas, tota mente*, &c. vel delendum, *tota mente.* Lambinus.

Donis, muliebribus, collocatione filiæ] Legitur fere hodie, *doniis, muneribus, coll.* quod eruit e ſuis Victorius, firmavitque lib. XI. Var. lect. cap. 22. offendique item in Pal. ſec. ſed enim cum in ceteris octo, item in vetuſte cuſis; reſtet illud prius, nolui id temere eliminare; præcipue cum annotarit Guilielmius ſic quoque locutum libro I. Livium. *Gruterus.* Quiſquis ſapit præferet ſcripturam librorum, qui oſtendunt, *donis, muneribus, collocatione filiæ.* ſi ſcripſiſſet Tullius, *donis muliebribus, collocatione filiæ*, addidiſſet copulam, ut uſus loquendi requirit, *donis muliebribus, & collocatione filiæ.* Græv.

Collocatione filiæ] Collocare filiam pro eo quod vulgo dicunt maritare, ſæpe a Cicerone dici ſolet; ut lib. de oratore 3. *Non ſolum ut de jure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio referretur.* Item lib. de offic. 2. *Liberales autem ſunt, qui ſuis facultatibus, aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſa, aut in filiarum collocatione adjuvant.* Itemque, *Cum conſuleretur bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret.* Collocare in matrimonium idem dicit in lib. Divinat. I. *Cum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare.* Apud eundem lib. de oratore 3. neſcio quis poëta dicit, *collocare nuptias: Sed mihi quum tetulit coronam ob collocandas nuptias.* Sylv.

Itaque apud ceteros] Perverſam & præpoſteram dicit fuiſſe Saſſiam. quo eam judicibus magis inviſam faciat. *Idem.*

Itaque apud ceteros, &c.] Lambinus, *Itaque quod.* ſi e libris, non carpo. mallem tamen, ut eſt in Pal. ſec. *Ita quod apud cet.* Gruterus.

Atque affinitatum diſcidia videmus] Sic habent noſtri libri veteres: & ſine dubio ſic eſt legendum. qua de voce pluribus verbis egimus in commentariis Lucretianis: ubi oſtendimus, auctorem lexici veteris Latinogræci, interpretari, *diſcidium*, χωρισμὸν, & διάλυσιν γάμου: id eſt, ſeparationem, & diſſolutionem nuptiarum. *Lambinus.*

Atque

firmum accuſatorem filio ſuo fore neminem putavit, niſi qui in matrimonium ſororem ejus ante duxiſſet. ceteri novis affinitatibus adducti, veteres inimicitias ſaepe deponunt: illa ſibi ad confirmandas inimicitias affinitatis conjunctionem pignori fore putavit. Neque in eo ſolum diligens fuit, ut accuſatorem filio ſuo compararet, ſed etiam cogitavit, quibus cum rebus armaret. hinc enim illae ſollicitationes ſervorum & minis & promiſſis: hinc illae infinitae crudeliſſimaeque de morte Oppianici quaeſtiones: quibus finem aliquando non muliebris modus, ſed amicorum auctoritas fecit. ab eodem ſcelere illae triennio poſt habitae Larini quaeſtiones: ejuſdem amentiae falſae conſcriptiones quaeſtionum: ex eodem furore etiam illa conſcelerata exſectio linguae: to-

Atque affinitatum diſcidia videmus] Sic editiones a prima proximæ. nam princeps, *atque diffinicatum diſc.* Lambinus edidit, *atque adfinium diſc.* ſed ne ſic quidem rem acu tetigit. nam Palatini plerique *atque infimum diſc.* unus etiam *intimari.* ut forte fuerit *intimum*, ἀντὶ τοῦ *intimorum*. Gruterus.

Sororem ejus] Saſſiæ & Melini filia Cluentii ſoror erat germana. *Nam germani*, ut ex Varrone Servius ſcribit, *qui ex eadem matre nati ſunt, appellantur, quamvis ex eodem patre non ſint.* Ideo Virgilius Æneid. 5. Erycem Veneris & Butæ filium Æneæ dicit fuiſſe germanum, qui Veneris & Anchiſæ filius fuit: *Hæc*, inquit, *germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.* Sylv.

Cæteri novis affinitatibus] Vt Scipionis & Gracchi reconciliatio firmata arctior eſt nuptiis Corneliæ Scipionis filiæ, quam in matrimonium Gracchus duxit. *Idem.*

Veteres inimicitias ſæpe deponunt] Vt pro L. Flacco: *Cum a clariſſimis viris juſtiſſimas inimicitias ſæpe cum bene meritis civibus depoſitas eſſe vidiſſem.* De provinciis Conſularibus: *Si ipſas inimicitias depono Reip. cauſa, quis me tandem jure reprehendat?* Idem.

Eum] Accuſatorem. *Idem.*

Armaret] Id eſt, muniret & inſtrueret. In orat. pro domo ſua: *Erat incredibili armatus audacia.* Idem.

Et minis & promiſſis] Vt paulo ante: *Cum eſſent animi ſervorum & ſpe & metu tentati, ut aliquid in quæſtione dicerent.* Idem.

Infinitæ] Quibus ne amicorum quidem & hoſpitum ſententia finem facere potuerit. *Idem.*

Crudeliſſimaque] In quibus tortor & tormenta defeſſa ſunt. *Idem.*

Aliquando] Id eſt, tandem. *Idem.*

Muliebris modus] Id eſt, modeſtia. *Id.* Male. *Modus* eſt finis. Non modum impoſuit mulier ſuæ crudelitati, quod crederet, jam ſatis tortum eſſe ſervum, eſſe ſibi nunc ſatisfactum. Horat.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines.

Idem 1, 24:

Quis deſiderio ſit pudor aut modus
Tam cari capitis?

Finem fecit] Vt act. in Verr. 5. *Vt ille aliquando impudentiæ ſuæ finem facit.* Et in Rullum ad Quirites: *Finem feci offerendi mei.* Sylvius.

Falſæ conſcriptiones] Id eſt, falſæ tabellæ. *Idem.*

Conſcelerata exſectio linguæ] Id eſt, valde ſcelerata. In qua ſignificatione a Ci-

68 mitteret. Iam vero quod iter Romam
ſe exiſtimatis? quod ego propter vici
tium & Venafranorum ex multis audivi
concurſus in his oppidis? quantos &
lierum gemitus eſſe factos? mulieremq

Cicerone ſæpe dicitur, ut antea: *Cujus præſentis nefarium & conſceleratum vultum intuebantur.* Pro P. Sulla: *Voluntates vero conſceleratas ac nefarias nec ſanare potui, nec tollere.* Pro domo ſua: *Cum ſervos tuos ad rapinam, ad bonorum cædem paratos, quoniam illa tua conſceleratorum ac perditorum manu armatos in Capitolium tecum veniſſe conſtabat.* In Piſonem: *Me tamen fugerat, deorum immortalium has eſſe in impios & conſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas.* Item: *Nolite enim putare P. C. ut in ſcena videtis homines conſceleratos impulſu deorum terreri furiarum tædis ardentibus.* Et pro Sex. Roſcio: *Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas a conſceleratiſſimis filiis repetant.* Sylvius.

Conducendorum] Id eſt, precio corrumpendorum. Inde mercenarii teſtes, qui mercede conducti ſunt, appellantur a Cicerone lib. epiſt. famil. 3. *De mercenariis teſtibus a ſuis civitatibus notandis, niſi jam aliquid factum eſt per Flaccum, fiet a me cum per Aſiam diſcedam.* Idem.

Advolavit] Immoderatam Saſſiæ
cupiditatem opprimendi ...

Vt accuſatores
confirmaret.

Hujus ſordium
ſqualliди erant,
diam commove

Propter vicin
Frabaternorum]
oppida ſunt Arpi
tem & Frabate
ſignificat. *Idem*
Pall. & olim cuſ
mile quid; ut c
legendum *Alſat*
minit Plinius lib
Alfaterni abſunt
contendunt Lari
enim ſunt Nuce
quibus in hoc it
gius quoque rem
quino. Retinen
ditionum lectio
frorum. Venafru
Retinet antiquum
dicitur. Sicut eti
eſt non longe
Grævius.

Ex his oppidis]

atque illam uſque a mari ſupero Romam proficiſci, cum magno comitatu & pecunia, quo facilius circumvenire judicio capitis atque opprimere filium poſſet. Nemo erat illorum, paene dicam, quin expiandum illum locum eſſe arbitraretur, quacumque illa iter feciſſet: nemo, quin terram ipſam violari, quae mater eſt omnium, veſtigiis conſceleratae matris putaret. Itaque nullo in oppido conſiſtendi poteſtas ei fuit: nemo ex tot hoſpitibus inventus eſt, qui non contagionem adſpectus fugeret. nocti ſe potius ac ſolitudini, quam ulli aut turbae aut hoſpiti committebat. Nunc vero quid agat, quid moliatur, quid denique quotidie cogitet, quem ignorare noſtrum putat? quos appellarit, quibus pecuniam promiſerit, quorum fidem pretio labefactare conata ſit, tenemus. quin etiam nocturna ſacrificia, quae putat occultiora eſſe, ſceleratasque ejus preces, & nefaria vota cognovimus: quibus illa etiam deos immortales de ſuo ſcelere teſtatur, neque intelligit, pietate & religione, & juſtis precibus deorum mentes, non contaminata ſuperſtitione, neque ad ſcelus perficiendum caeſis hoſtiis poſſe placari. cujus ego furorem

Atque illam] Guilielmius ádnotavit forte legendum *illim*. Gruterus.

Vſque a mari ſupero] Id eſt, uſque a mari Hadriatico: ut Tyrrhenum mare appellant Inferum. *Sylvius.*

Vſque a mari] Vt dixit Virgilius, *Aō uſque a Pachynno.* Idem.

Circumvenire] Circumvenire & opprimere aliquem judicio capitis, eſt judicibus corruptis, vel conductis teſtibus facere ut innocens condemnetur. *Idem.*

Qui non contagionem adſpectus fugeret] Id eſt, qui non fugeret adſpectum ejus, quo ſe contaminari & pollui putaret. *Id.*

Quam ulli aut urbi aut hoſpiti] De urbe jam dixit: *Itaque nullo in oppido conſiſtendi poteſtas ei fuit.* Recepi itaque Francii libri veram ſcripturam, *quam aut ulli turba aut hoſpiti: Turba* opponitur *ſolitudini*, ut *nox hoſpiti*, apud quem noctu maneret. *Grav.*

Quorum fidem precio labefactare] Significat Saſſiam voluiſſe aliquos ex judicibus pecunia corrumpere. *Sylv.*

De ſuo ſcelere teſtatur] Id eſt, vocat & adhibet teſtes ſui ſceleris, ut pro L. Flacco: *Vociferarem, & quantum maxime poſſem contenderem, teſtarer publicanos, excitarem negotiatores.* Idem.

Pietate & religione] *Deos placatos pietas efficiet & ſanctitas*, ut ait Cicero in lib. de offic. 2. *Eſt autem pietas, juſtitia adverſus deos*, ut idem ait in lib. de nat. Deor. 1. *Nec eſt ulla erga deos pietas*, ut ait idem pro domo ſua, *niſi honeſta de numine eorum ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis quod ſit injuſtum ac inhoneſtum arbitrere.* Idem.

Superſtitione] *Superſtitio*, ut ait Cicero lib. de nat. Deor. 1. *Eſt in qua ineſt timor inanis deorum: ut religio eodem auctore eſt, qua deorum cultu pio continetur.* Idem.

Con-

rem atque crudelitatem deos immortales a ſuis aris atque
69 templis aſpernatos eſſe confido. Vos, judices, quos huic
A. Cluentio quoſdam alios deos ad omne vitae tempus
fortuna eſſe voluit, hujus importunitatem matris a filii
capite depellite. multi ſaepe in judicando peccata libe-
rum parentum miſericordiae conceſſerunt: vos, ne hujus
honeſtiſſime actam vitam matris crudelitati condonetis,
rogamus: praeſertim cum ex altera parte totum muni-
cipium videre poſſitis. Omnes ſcitote, judices, incredi-
bile dictu eſt, ſed a me veriſſime dicitur, omnes Larina-
tes, qui valuerunt, veniſſe Romam, ut hunc ſtudio fre-
quentiaque ſua, quantum poſſent, in tanto ejus periculo
ſublevarent. Pueris illud hoc tempore, & mulieribus
op-

Confido] Id eſt, arbitror, ut in lib. epiſt. ad Attic. 6. *Confido te jam, ut volumus, valere. Confidere* & *ſperare*, dicta pro arbitrari, junguntur cum verbis præteriti, præſentis & futuri temporis. *Sylv.*

Quoſdam alios deos] Id eſt, mortales. Tanquam mortales deos dicat eſſe hos judices, qui Cluentium tanta ſollicitudine, tanto periculo liberent. Homines hominibus prodeſſe divinum eſt. Inde illud proverbium antiquitate tritum eſt, *Homo eſt homini Deus.* Idem.

Ad omne vitæ tempus] Nam ſi Cluentium abſolveritis, cum omni periculo a matre in perpetuum liberabitis. *Idem.*

Fortuna eſſe voluit] Iudicum enim facta ſortitio eſt: ſortitio autem fortunæ eſt. *Idem.*

Peccata liberum parentum miſericordiæ conceſſerunt] Id eſt, multi judices ſæpe abſolverunt nocentes liberos, quod parentum eorum miſererentur. *Conceſſerunt* eſt, condonaverunt, & peccatis ignoverunt. Concedere peccato etiam dici poteſt, ut pro Sex. Roſcio: *Cæterorum neque dictum obſcurum poteſt eſſe propter nobilitatem & amplitudinem, neque temere dicto concedi propter ætatem & prudentiam.* Idem.

Matris crudelitati condonetis] Iudex aut princeps reum condonat, qui poſtulantis voluntati permittit & donat aut liberandum, aut necandum. *Idem.* *Matri condonetis* eſt in matris gratiam damnetis, patiamini a matre vexari, & condemnari. Inferius cap. 20: *Orat vos*, &c. *ne ſe invidiæ, quæ in judiciis valere non debet; ne matri, cujus vota & preces a veſtris mentibus repudiare debetis; Oppianico, homini nefario, condemnato jam & mortuo condonetis.* In 1 in Rullum cap. 1: *Urbes pacatæ, agri ſociorum, regum ſtatus decemviris donabuntur.* In orat. pro Cœlio: *In ea civitate ne patiamini illum abſolutum muliebri gratia, M. Cœlium libidini muliebri condonatum.* Pro Scauro: *Ut M. Æmilius cum ſua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria, ſordidiſſimæ, leviſſimæ, vaniſſimæ genti, &, prope dicam, pellitis teſtibus condonetur.* Iuſtin. XXII, 3: *Hunc ut dominum & tyrannum, illum ut proditorem arguentes: a quo infeſtiſſimo hoſti fortunæ ſociorum, interpoſita pactione, donatæ ſint.* Grævius.

Totum municipium] Id eſt, omnes Latinates; eſt autem intellectio: nam municipium dicitur, & municipes intelliguntur. Valet multum ad movendos affectus, quum dicimus plurimos de rei ſalute ſollicitos eſſe. *Sylvius.*

Qui valuerunt] Id eſt, qui valentes fuerunt: id eſt, omnes præter pueros & mulieres. *Idem.*

Quos

oppidum ſcitote eſſe traditum, idque in praeſentia, in communi Italiae pace, domeſticis copiis eſſe tutum. quos tamen ipſos aeque & eos, quos praeſentes videtis, hujus exſpectatio judicii dies noćteſque ſollicitat. Non illi vos de unius municipis fortunis arbitrantur, ſed de totius municipii ſtatu, dignitate, commodiſque omnibus ſententias eſſe laturos. ſumma eſt enim, judices, hominis in communem municipii rem diligentia, in ſingulos municipes benignitas, in omnes homines juſtitia & fides. praeterea nobilitatem illam inter ſuos, locumque a majoribus traditum ſic tuetur, ut majorum gravitatem, conſtantiam, gratiam, liberalitatem aſſequatur. Itaque iis eum verbis publice laudant, ut non ſolum teſtimonium ſuum judiciumque ſignificent, verum etiam curam animi ac dolorem. quae dum laudatio recitatur, vos quaeſo, qui eam detuliſtis, aſſurgite. LAVDATIO CLVENTII, EX DECVRIONVM LARINATIVM DECRETO.

Ex

Quos tamen ipſos] Pueros & mulieres. *Sylvius.*

De unius municipis] Artificioſum eſt, ut oſtendamus ſententiam, qualiſcunque lata ſit, ad alios multos, quam ad reum pertinere. *Idem.*

Rem] Id eſt, commoditatem: id eſt, publicæ utilitatis admodum ſtudioſus eſt. *Idem.*

In omnes homines] Tam municipes ſuos, quam alienos. *Idem.*

Juſtitia & fides] *Eſt enim juſtitia fundamentum perpetuæ commendationis & famæ*, ut ait Cicero in lib. de offic. 2. *Fundamentum autem juſtitiæ fides eſt*, ut ait idem in lib. 1. *Idem.*

Locumque a majoribus traditum] Auctore eodem, libro eodem: *optima hæreditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior gloria virtutis, rerumque geſtarum, cui dedecori eſſe nefas & vitium judicandum eſt.* Illis igitur commendat Cluentium, diligentia in Remp. benignitate in ſingulos, in omnes juſtitia & fide, & majorum imitatione: Reum autem virtus ejus & bene acta ante vita judici non parum commendant. *Idem.*

Tuetur] Id eſt, conſervat, & ut vulgo dicunt intertenet. Qua in re id verbum ſæpe dici invenias, ſive agrum, ſive domum, ſive dignitatem, ſive aliud quid quis tueri dicat. *Idem.*

Gratiam, liberalitatem aſſequatur] *Gratiam* non eſt in Francii libro. & commodius poteſt abeſſe. *Gratia* enim non tam eſt virtus, quam præmium virtutis. Quæritur enim conſtantia, gravitate, liberalitate. *Gravius.*

Iis eum verbis] De hujuſmodi reorum laudationibus alibi. Sed ex hoc loco attende, laudationes illas publice decerni, conſcribi & obſignari ſolitas. *Sylvius.*

Aſſurgite] Orator quum diceret, ſtabat, ut modo dicebamus: itidem & teſtis, quum diceret teſtimonium. Legatos autem ſtare, cum recitaretur laudatio, quam attuliſſent, morem non fuiſſe ſignificat, quos hoc loco excitat, ut ex eorum lachrymis facilius perſpectis affectus moveantur. *Idem.*

Ex

Ex lacrymis horum, judices, exiſtimare pôteſtis, omnes haec decuriones decreviſſe lacrymantes. Age vero, vicinorum quantum ſtudium, quam incredibilis benivolentia, quanta cura eſt? non illi in libellis laudationum decreta miſerunt, ſed homines honeſtiſſimos, quos noſſemus omnes, huc frequentes adeſſe, & hunc praeſentes laudare voluerunt. Adſunt Ferentani, homines nobiliſſimi, Marrucini item pari dignitate: Teano Apulo, atque

Ex lachrymis horum] Significat Cicero Larinates omnes lachrymaſſe, cum Cluentii laudatio recitaretur. *Sylv.*

Omnes hac decuriones] Decuriones municipiorum & coloniarum Senatores eſſe, alibi diximus. Ex decurionum decreto hujuſmodi laudationes fieri ſolitas, hinc attende. *Idem.*

Decreviſſe lachrymantes] Laudationis fidem commendat, & movet affectus, remque ſub oculos ſubjicit. *Idem.*

Age vero] Continuantes particulæ ſunt, non hortantes, ut antea ſæpe dixit in eadem re, *Iam vero.* quamvis *Age vero*, aliquid hortamenti habere videatur. *Idem.*

In libellis] Id eſt, in ſcriptis. *Idem.*

Laudationum decreta] Id eſt, laudationes decretas & publicas. Eſt enim laudatio, oratio de laude cujuſquam ſcripta. *Idem.*

Quos noſſemus omnes] Id dicit, ut majus vicinorum ſtudium liberandi Cluentii oſtendat. Hi enim homines notos miſerunt, ut eorum verbis fides haberetur major, cum publice laudarent Cluentium. *Idem.*

Ferentani] *Ferentium oppidum Faliſcorum eſt.* ut ait Volaterranus. inde Ferentani, quos Ferentinos Plinius appellat lib. 3. Ferentium Theano Appulo propinquum eſſe, auctor eſt Strabo libro 5. qui idem ſcribit, poſt Picenum Ferentanos & Marrucinos eſſe. *Idem.* *Ferentani* ſunt incolæ illius Ferenti, quæ, ut Acro ait ad Horatium, eſt oppidum Apuliæ, Venuſinæ civitati vicinum in valle ſitum, cujus meminit Horat. III, carm. 4. hodie *Ferenza.* vid. Cluver. Ital. antiq. IV, 12. Ego vero cenſeo legendum *Frentani*, quia cum *Marrucinis* junguntur, ut populos intelligat, non unius urbis incolas. Vterque populus eſt illius tractus in ora maris ſuperi. Frentana regio, teſte Plin. III, 12. extendebatur a Tiferno ad Aternum, nunc eſt pars Abrutii Citerioris, & Capitanatæ, ut loquuntur, complectebatur olim Ortonam, Hiſtonium, Larinum. *Marrucini* vicini ſunt Frentanis, quorum ager hodie pars eſt Abrutii Citerioris, & quorum urbs eſt Teate, nunc Chielli. *Grav.*

Theano Appulo] Quod a Larino abeſt decem & octo millia paſſuum, ut ante dixit Cicero. *Sylvius.* *Pari dignitate Theano, Apulo atque Luceria*] Ita Victorius: Manutius vero & Lambinus, *Theano Apuloque atque Nuceria.* Ant. Auguſtinus, *Theano Appulo atque Nuceria.* Ego puto utrumque *Teanum*, *Apulum* & *Sidicinum* ſcribi ſine *h*. *Apuliam* & *Apulum* modo ſimplici *p*. (ut apud Horatium ſemel reperi) *altricis extra limen Apuliæ*, modo duplici *pp*. ut plerumque. Luceriam eſſe *Appulam* ſcio, non longe a Larino, & Teano: duas Nucerias memini, alteram in Vmbria, alteram in Campania. ita ergo legerem, *Pari dignitate Teano Appuloque atque Luceria:* Nam illud *que* jungit Teanum cum Marruncinis, & Ferentanis, ſive ut alii, Frentanis. *F. Vrſinus.* Sed rectius nunc interpungitur, niſi quod depravate virgula interponatur inter Teano & Appulo, quaſi eſſent diverſa loca, cum tamen *Teanum Apulum* ubique dicatur, ut diſtinguatur a Teano Sidicino. Illud, hodie teſte Holſteinio *civitate* dicitur. Adſitum eſt ripæ Frontanis fluvii. *Grav.*

Atque

atque Luceria equites Romanos, honeſtiſſimos homines, laudatores videtis: Boviano, totoque ex Samnio cum laudationes honeſtiſſimae miſſae ſunt, tum homines ampliſſimi nobiliſſimique venerunt. Iam qui in agro Larinati praedia, qui negotia, qui res pecuarias habent, honeſti homines, & ſummo ſplendore praediti, difficile dictu eſt, quam ſint ſolliciti, quam laborent. Non multi mihi ab uno ſic diligi videntur, ut hic ab his univerſis. Quam non abeſſe ab hujus judicio L. Voluſie- 70
num, ſummo ſplendore hominem ac virtute praeditum, vellem? quam vellem praeſentem poſſe P. Helvidium Rufum, equitem Rom. omnium ornatiſſimum, nominare: qui, cum hujus cauſa dies noctesque vigilaret, & cum me hanc cauſam doceret; in morbum gravem periculoſumque incidit: in quo tamen non minus de

Atque Luceria] Luceria Appuliæ oppidum eſt. Daunorum vetus oppidum fuiſſe, Strabo auctor eſt libro 6. *Sylv.* Fuit colonia Romanorum in Apulia Daunia, nunc *Lucera delli Saraceni*, ſeu *Lucera delli Pagani*.

Atque Luceria equites Romanos] Non ſolum ex urbe Roma, ſed etiam ex municipiis & coloniis erant equites Romani, ut Cicero Arpinas, ut Cluentius Larinas, aliique innumerabiles documento eſſe poſſunt. *Sylvius.*

Boviano] Bovianum, vel ut ait Strabo, Bojanum, oppidum in Samnio eſt. *Idem.* Fuit caput Samnitium Pentronum, poſtea lege Iulia colonia facta eſt. nunc *Bojano*. Fuit duplex, vetus & novum Bovianum. Hoc dicebatur *Vndecimanorum* teſte Plinio libro III, cap. 12.

Tum homines ampliſſimi] Laudationum commendatio major eſt, quod eos ampliſſimi homines honeſtiſſimique attulerunt. *Sylvius.*

Qui res pecuniarias habent] Id eſt, qui aliquos illic habent reditus, aut debitores: aut revera, qui fœnerantur. *Id.*

Qui negotia, qui res pecuniarias habent] Placet ut *pecuarias* ſcribatur pro *pecuniarias*: nam tota illa regio rem pecuariam exercet. *F. Vrſinus.* Legendum eſſe *res pecuarias* videram, antequam meminiſſem id quoque Fulvio & Manutio in mentem veniſſe. Nam Samnium fertilitate terræ & paſcuorum præſtantia inſignis erat, ut nemo ignorat. Poſtea, ubi deprehendi ſic clare ſcribi in editione anni 1498, nullus dubitavi id recipere. noſter pro Quint. *Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica ſane bene culta.* Si de pecuniaria re locutus eſſet, dixiſſet, ut fere ſemper, *qui negotia & res habent.* Grævius.

Summo ſplendore] Equites eſſe ſignificat. Equites enim qui honeſti ſunt & liberales, ſplendidi: qui contra turpes ſunt & avari, ſordidi appellari ſolent. *Sylvius.*

Non multi mihi] Vt unus multo deligat, vel quos amet, vel quibus fortunas ſuas commendet, vel a quibus aliquid ſperet, facile eſt, ut autem unum aliquem ſibi univerſi deligant, difficilius eſt, eaque ſummæ probitatis ejus qui deligatur ſignificatio eſt. *Idem.*

Nominare] Quam vellem ſcilicet. Id eſt, quam vellem ut adeſſet. *Idem.*

Par

de capite hujus, quam de ſua vita laborat. Cn. Tudicii ſenatoris, viri optimi & honeſtiſſimi, par ſtudium in teſtimonio & laudatione cognoſcetis. Eadem ſpe, ſed majore verecundia de te, P. Volumni, quoniam judex es in A. Cluentium, dicimus. Et, ne longum ſit, omnium vicinorum ſummam eſſe in hunc benivolentiam confirmamus. Horum omnium ſtudium, curam, diligentiam, meumque una laborem, qui totam hanc cauſam, vetere inſtituto, ſolus peroravi, veſtramque ſimul judices, aequitatem & manſuetudinem una mater oppugnat. At quae mater? quam caecam crudelitate & ſcelere ferri videtis: cujus cupiditatem nulla umquam turpitudo retardavit: quae vitiis animi in deterrimas partes jura hominum convertit omnia: cujus ea ſtultitia eſt,

ut

Par ſtudium & teſtimonio & laudatione cognoſcetis] Legendum conjeceram, *par ſtudium ex teſtimonio & laudatione cognoſcetis.* Sed recepi poſtea ex Francii primo: *par ſtudium in teſtimonio & laudatione cognoſcetis.* Dein pro *Cn. Tudici* uterque Francii *Cn. Tudicii* rectius. Antiquus lapis apud Gruterum:

CN. TVDITIVS Ɔ L.
PHILOSERGVS.

Gravius.

Sed majore verecundia] Auctore Quintiliano lib. 4. *ſi judex amicus noſter ſit, diligenter tractandus eſt. Eſt enim nonnunquam pravus hic ambitus judicibus, adverſus amicos pronunciandi, pro iis quibuſcum ſimultates gerunt, & faciendi injuſte ne laſiſſe videantur.* Sylvius.

Iudex es in A. Cluentium] Vt antea: *Sediſſentne judices in C. Fabricium.* Idem.

Comfirmamus] Id eſt, affirmamus. *Idem.*

Vetere inſtituto ſolus peroravi] Inſtitutum fuiſſe vetus ſignificat, ut unus accuſator, unus patronus eſſet. ætate vero Ciceronis id immutatum erat. Nam in eadem cauſa licebat multos eſſe accuſatores, multos patronos, quibus ſingulis ſuæ cauſæ pars agenda data eſſet. M. Scauti cauſam, auctore Aſconio, patroni ſex defenderunt, quum ad id tempus raro quiſquam pluribus quam quatuor uteretur. Totidem patronos Miloni affuiſſe idem dicit. Lucium Murenam tres accuſaverunt, totidemque defenderunt. P. Sullam duo defenderunt, quod accuſaverunt M. Cælius quatuor habuit accuſatores: tres L. Cornelius Balbus defenſores. Ex Ciceronis orationibus hæc facile agnoſcas. *Idem.*

Vna mater oppugnat] Vt Cluentius in judicum miſericordiam influat, adducit Saſſiam in odium judicum, quod ea ſola nefaria mulier tam multorum ſtudiis rectis adverſetur. *Idem.*

Ferri] Id eſt, toto animi impetu rapi. unde feras appellatas eſſe accepimus. *Idem.*

Cupiditatem] Vt nuberet genero. *Id.*

Iura hominum convertit] Vt eadem eſſet ſocrus & uxor, idem eſſet gener & maritus. Ius hominum appellat jus gentium, quod jus humanum Tit. Livius libro quinto appellat: *Interim Galli poſteaquam accepere ultro honorem habitum violatoribus juris humani, eluſamque ſuam legationem eſſe, flagrantes ira, cujus impatiens eſt gens, confeſtim ſignis convulſis, citato agmine iter ingrediuntur.* Idem.

Vt

ut eam nemo hominem, ea vis, ut nemo faeminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare poſſit. atque etiam nomina neceſſitudinum, non ſolum naturae nomen & jura mutavit: uxor generi, noverca filii, filiae pellex: eo jam denique adducta eſt, ut ſibi praeter formam nihil ad ſimilitudinem hominis reſervarit. Quare, judices, ſi ſcelus odiſtis, prohibete aditum matris a filii ſanguine, date parenti hunc incredibilem dolorem ex ſalute, ex victoria liberum, patimini matrem, ne orbata filio laetetur, victam potius veſtra aequitate diſcedere. Sin autem, id quod veſtra natura poſtulat, pudorem, bonitatem, virtutemque diligitis: levate hunc aliquando ſup-

Vt eam nemo hominem] Homo enim qui ſolus rationis particeps eſt, ſolus prudens eſt. Priſcianus libro ſexto, hunc locum citat: *Ordo* (inquit) *ordinis*, *homo hominis Cicero pro A. Cluentio, quum de ejus matre loqueretur ait: Cujus ea ſtultitia eſt, ut eam nemo hominem appellare poſſit.* Sylvius.

Ea vis, ut nemo fœminam] Fœminæ, niſi quum fœtus habent, maribus multo ſunt manſuetiores. *Idem.*

Vt nemo matrem] Ipſum enim matris nomen amantius eſt, ut antea dixit. *Idem.*

Atque etiam nomina neceſſitudinem] Ordo eſt, mutavit non ſolum naturæ nomen & jura, ſed etiam nomina neceſſitudinum. *Idem.*

Nomina neceſſitudinum, non ſolum natura nomen & jura mutavit] Sic Myrrha patris amore correpta ad ſe ipſam. Ovid. x Metam.

Vltra autem ſperare aliquid potes impia virgo?
Nec quod confundans & jura & nomina ſentis?
Tunc eris & matris pellex, & adultera patris?
Tunc ſoror nati? genitrixque vocabere fratris?

Eo quoque reſpiciunt verba Philomelæ ad Tereum apud eundem VI Metam.

Omnia turbaſti. Pellex ego facta ſororis:
Tu geminis conjux.

Omnia turbaſti nimirum nomina neceſſitudinum & jura naturæ. *Grav.*

Vxor generi] Cicero in libro de oratore ad Brutum, ab indole adoleſcentiæ illa eſſe matura dicit: *Vxor generi, noverca filii, filia pellex.* Sylvius.

Noverca filii] Quæ novercali odio in filium eſt. *Idem.*

Adducta eſt] Id eſt, pervenit. *Idem.*

Vt ſibi præter formam] Apud Tit. Livium libro 29. in oratione legatorum Locrenſium, de Q. Pleminio, P. Scipionis legato querentium, eadem ſententia eſt: *In hoc*, inquit, *legato veſtro (dant enim animum ad loquendum libere ultima miſera) nec hominis quicquam eſt P. C. præter figuram & ſpeciem, nec Romani civis præter habitum veſtitumque & ſonum Latina lingua.* Idem.

Ex victoria] Nam cauſæ victoria dicitur, quemadmodum vincere cauſa. *Idem.*

Liberum] Id eſt, filii Cluentii. *Liberos etiam de unica filia dici*, apud Gellium eſt. *Idem.*

Sin autem virtutem diligitis] Inter odiſſe vitia, & virtutem diligere, aliquod eſſe medium ſignificat. Ea autem ſententia eſt, ſi odiſtis ſcelus, ſcelus Saſſiæ a Cluentio ſententiis veſtris prohibere: ſin autem virtutem diligitis, innocentiam Cluentii levate. *Idem.*

Sin autem id] Pantagathus optime *ſi id quod*, emendavit. *F. Vrſinus.*

ſupplicem veſtrum, judices, tot annos in falſa invidia periculiſque verſatum: qui nunc primum poſt illam flammam, aliorum facto & cupiditate excitatam, ſpe veſtrae aequitatis erigere animum, & paullum reſpirare a metu coepit: cui poſita ſunt in vobis omnia: quem ſervatum eſſe plurimi cupiunt, ſervare ſoli vos poteſtis. Orat vos Avitus, judices, & flens òbſecrat, ne ſe invidiae, quae in judiciis valere non debet: ne matri, cujus vota & preces a veſtris mentibus repudiare debetis: ne Oppianico, homini nefario, condemnato jam & mortuo condonetis.
71 Quod ſiqua calamitas hunc in hoc judicio afflixerit innocentem: nae iſte miſer, judices, ſi, id quod difficile factu eſt, in vita remanebit, ſaepe & multum quaeretur, deprehenſum eſſe illud quondam Fabricianum venenum. quod ſi tum indicatum non eſſet, non huic aerumnoſiſſimo venenum illud fuiſſet, ſed multorum medicamentum la-

Supplicem veſtrum] Id eſt, ſupplicantem vobis, & ut vulgo loquuntur, humilem famulum veſtrum. qua in re ſæpe dicit Cicero. In Divinatione: *Ecquid auctoritatis apud vos in ſuo jure repetundo ſocii populi Romani ſupplices veſtri habere debeant.* Pro L. Murena: *Nunc idem ſquallore ſordidus, confectus morbo, lacbrymis ac mœrore perditus, veſter eſt ſupplex judices, veſtram fidem obteſtatur, miſericordiam implorat, veſtram poteſtatem, ac veſtras opes intuetur.* Pro L. Flacco: *Ne hominibus lenitate Græcis, crudelitate Barbaris, civem ac ſupplicem veſtrum dederitis.* Itemque: *Huic, huic miſero puero veſtro ac liberorum veſtrorum ſupplici judices ac judicio vivendi præcepta dabatis.* Pro M. Cœlio: *Quem vos ſupplicem veſtra miſericordia, ſervum poteſtatis, abjectum non tam ad pedes, quam ad mores ſenſuſque veſtros vel recordatione parentum veſtrorum, vel liberorum jucunditate ſublevate.* Sylvius.

Tot annos in falſa invidia periculiſque verſatum] Prim. Franc. *qui tot annos in falſa invidia periculiſque verſatur.* quod non improbo. *Gravius.*

Poſt illam flammam] Invidiæ ſcilicet. *Sylvius.*

Aliorum facto] Oppianici pecunia, judicum avaritia, & L. Quintii concionibus. *Idem.*

Reſpirare a metu] Vt de reſponſis aruſpicum: *Idem poſteaquam reſpirare vos a metu cadis, emergere auctoritatem veſtram a fluctibus illis ſervitutis, reviviſcere memoriam ac deſiderium mei vidit, vobis ſe cœpit ſubito fallaciſſime venditare.* Idem.

Condonetis] Id eſt, dedatis. *Idem.*

Si qua calamitas hunc afflixerit] Id eſt, ſi Cluentius damnabitur. *Idem.*

Id quod difficile factu eſt] Hanc enim calamitatem ſibi mortem fortiter conſciſcendo effugiet. *Idem.*

Fabricianum venenum] Quod Scamander Fabricius Diogeni dabat ad necandum Cluentium, quod etiam ante ita appellavit. *Idem.*

Multorum medicamentum laborum] Ex comparatione quam miſer futurus ſit Cluentius, ſi damnetur oſtendit. Nam hujus miſeriæ comparatione fœlix tum fuiſſet, ſi venenum indicatum non fuiſſet, eoque interiſſet. Auctore Quintiliano libro ſexto, *Grave aliquid faci-*

laborum: poſtremo etiam fortaſſis mater exſequias illius funeris proſecuta mortem ſe filii lugere ſimulaſſet. nunc vero quid erit profectum, niſi ut hujus ex mediis mortis inſidiis vita ad luctum reſervata; mors ſepulchro patris privata eſſe videatur? Satis diu fuit in miſeriis, judices: ſatis multos annos ex invidia laboravit. Nemo huic tam iniquus praeter parentem fuit, cujus animum non jam expletum eſſe putemus. Vos, qui aequi eſtis omnibus, qui, ut quiſque crudeliſſime oppugnatur, eum leniſſime ſublevatis, conſervate A. Cluentium, reſtituite incolumem municipio, amicis, vicinis, hoſpitibus, quorum ſtudia videtis, reddite, vobis in perpetuum liberiſque veſtris obſtringite. veſtrum eſt hoc, judices, veſtrae clementiae: recte hoc repetitur a vobis, ut virum optimum atque innocentiſſimum, plurimiſque mortalibus carum atque jucundiſſimum, his aliquando calamitatibus liberetis: ut omnes intelligant, in concionibus eſſe invidiae locum, in judiciis veritati.

facimus, quum magnis alioqui malis gravius eſſe id quod paſſi ſumus oſtenditur. Quale eſt illud Virgilii: *O fœlix una ante alias Priameja virgo, Hoſtilem ad tumulum Trojae ſub mœnibus altis juſſa mori. Quam miſer enim caſus Andromachae, ſi comparata ei Polyxena ſit fœlix?* Sylv.

Fortaſſis] *Fortaſſis* rariſſime, *fortaſſe* ſæpiſſime Cicero dicit. *Idem.*

Ex mediis mortis inſidiis] Quum deprehenſum venenum eſt. *Idem.*

Mors ſepulchro patris privata eſſe] Sepulchra familiæ communia Romani habebant, quibus privari triſte erat. *Id.*

Satis diu] Illud reum commendat, ſi dicimus eum jam ſatis pœnarum expendiſſe. *Idem.*

Ex invidia laboravit] Id verbum laborare ita ſæpe a Cicerone dicitur, ut pro Sex. Roſcio: *Quod ſi omnes qui eodem loco nati ſunt facerent, & Reſpub. ex illis, & ipſi ex invidia minus laborarent.* Libro epiſtolarum familiarium 9. *Dixit te in lecto eſſe, quod ex pedibus laborares.* Libro 7. *Quum decimum jam diem graviter ex inteſtinis laborarem.* Libro Tuſculanarum quæſt. ſecundo: *Quum ex renibus laboraret, ipſo in ejulatu clamitabat, falſa eſſe illa quæ antea de dolore ſenſiſſet ipſe.* Libro epiſtolarum 16. *Non ignoro quantum ex deſiderio labores.* Idem.

Tam iniquus] Id eſt, tam inimicus. *Idem.*

DE
LEGE AGRARIA,
Kalendis Ianuariis,
Contra P. SERVILIVM RVLLVM Tribunum pl. in Senatu.

ORATIO QVINTADECIMA.

ARGVMENTVM P. MANVTII.

P. Servilius Rullus tribunus pl. vel ſuo, vel eorum conſilio, qui ſibi plus potentiae, quam libera civitas ferret, quaerentes, exitioſa novarum legum liberalitate populi gratiam aucupabantur, legem agrariam ante Kal. Ian. promulgavit. nam tribuni pl. non, ut reliqui magiſtratus, Kal. Ian. ſed IV. *id. Dec. magiſtratum inibant. ejus legis haec ſententia fuit, ut decemviri, a* XVII *tribubus creati, agros omnes, quicumque extra Italiam L. Sulla, Q. Pompejo Coſ. aut poſtea, publici facti eſſent, venderent, in Africa tamen, exceptis iis, de quibus foedere cautum eſſet, quos Hiempſal Mauritaniae rex, a Cn. Pompejo traditos, poſſidebat: in Italia vero, & ſilvas, & poſſeſſiones omnes publicas, exceptis agro Campano & Stellate, quos non vendi, ſed dividi quinque millibus colonorum lex jubebat: & ut iidem omnibus agris publicis vectigal imponerent, excepto Recentorico Siciliensi: & ut, qui agri privati eſſent, eos publicare, qui publici, liberare poſſent: quodque ad quemque eorum, qui exercitum habuiſſent, & bella geſſiſſent, ex praeda, manubiis, auro coronario perveniſſet, perventurumve eſſet, quod neque conſumptum in monumento, neque in aerarium relatum eſſet, id omnes, uno excepto Cn. Pompejo, ad decemviros referrent: quaeque ex iis omnibus rebus exacta pecunia eſſet, ea decemviri emerent*

[redacted]

agros in Italia, qui plebi Romanae dividerentur. Eam legem conſul Cicero primo magiſtratus die, id eſt Kal. Ian. in ſenatu, ipſo praeſente Rullo, aliisque tribunis pl. diſſuaſit, ac reprehendit. quod ipſe gloriatur his verbis in oratione in Piſonem: Ego Kalend. Ian. ſenatum, & bonos omnes legis agrariae, maximarumque largitionum metu liberavi. *Significat eam, quae exſtat, orationem, cujus primae partes deſiderantur: reliquae duae ad Quirites integrae leguntur. cum enim Rullus, quamquam perſpecta ſenatus voluntate, conſilium tamen ferendae legis non abjeciſſet, profectus ad populum Cicero ſequente ſenatu, ea, quae exſtat, concione ita contra legem diſputavit, ut eam non eſſe e rep. quae largitionem verbis oſtentaret. revera aerarium exhauriret, populo perſuaſerit, tribunumque pl. L. Caecilium, quod in oratione pro Sulla legitur, eam in mentem adduxerit, ut agrariae legi, ſi Rullus eam ferre conaretur, interceſſorem ſe fore profiteretur. in quo Ciceronis eloquentiam Plutarchus effert laudibus. Plinius autem lib.* VII. *cap.* 30. Quo te, *inquit*, M. Tulli, piaculo taceam? quove maxime excellentem inſigni praedicem? quo potius, quam univerſi populi illius gentis ampliſſimo teſtimonio, & tota vita tua conſulatus tantum operibus electis? Te dicente, legem agrariam, hoc eſt alimenta ſua, abdicaverunt tribus. *Simile quiddam Plutarchus de Solone narrat; diſſenſione Athenis orta, & plebe diſſidente, eloquentia perſuaſiſſe, ut illi ipſi, quorum opera commota ſeditio erat, judicio committi non recuſarent, ſuaeque necis & vitae poteſtatem optimatibus judicibus traderent. quo facto, damnati in exſulium abierunt. Rulli lex nec antiquata ſuffragiis eſt, nec interceßione tribuni pl. impedita; cum dicat Cicero de L. Cecilio,* non agrariae legi interceſſit, ſed, interceſſorem ſe fore profeſſus eſt: verum eam Rullus, cognita non tam ſenatus, quam populi voluntate, ſua ſpe dejectus, ferre non eſt auſus. *Quod ideo dicendum putavi, ne quis illud Plinii,* abdicaverunt tribus, *ad ſuffragia referret: cum referri potius ad ſignificationem voluntatis, in con-*

cione factam, oporteat. Et quoniam agraria lex, aut quod iniqua ſit, aut quod inutilis, quae duo vim habent in diſſuadendo maximam, a Cicerone reprehenditur: operae pretium eſſe arbitror, ejus legis capita ſingula quae fuerint, oſtendere. ſic enim fiet, ut, quae contra diſputantur, minore negotio lector, cum in eas diſputationes inciderit, aſſequatur. Capita colliguntur omnia, id eſt octo, ex oratione ſecunda, ad Quirites. nam primae, quae in ſenatu habita eſt, non exiguam partem vel hominum incuria perdidit, vel ipſa rerum edax vetuſtas abſumpſit. In tertia vero, ipſa quoque ad Quirites habita, non diſputat contra legem, ſed tribunis pl. qui eum; tamquam Sullanarum aſſignationum defenſorem, in concione abſentem accuſaverant, ita reſpondet, non modo, ut ſe purget, verum etiam in ipſos, & in principem legis Rullum culpam transferat: cum dicat, ea lege Sullanos agros confirmari, atque ſanciri: idque fieri eo conſilio, ut Rulli ſocer Valgius aut retineat quos agros habet, nullo invidiae metu, aut decemviris, quanti ipſe voluerit, vendat: utrumque lege permittente, quae tangi quidquam ab invito vetat. Sed ut ipſa legis capita demonſtrem, Primum eſt, ut tribunus pl. qui eam legem tulerit, per XVII *tribus decemviros creet: ut, quem novem trib. fecerint, is decemvir ſit. Alterum, ut item, eodemque modo creentur, ut comitiis pontificis max. Tertium, ut lege curiata decemviri ornentur: eam legem praetor ferat, qui primus factus ſit; ſin is ferre non poſſit, qui poſtremus ſit: quod ſi legem neque praetor primus, neque poſtremus ferat, exempli cauſſa, aliquo tribuno pl. intercedente, aliove magiſtratu auſpiciis comitia impediente; decemviri tamen eodem jure ſint, quo qui optima lege. Quartum, ut auſpicii coloniarum deducendarum cauſſa pullarios habeant, eodem jure, quo habuerunt treſviri lege Sempronia. Quintum, ut liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis S. C. facta ſunt M. Tullio, Cn. Cornelio Coſ. quique agri, quae loca, quae aedificia, aliudve quid, extra Italiam, quod publicum populi Romani factum ſit L. Sulla, Q. Pompejo Coſ. aut poſtea. Sextum,*

ut

ut liceat eis vectigalia, in lege nominata, omnesque agros publicos extra Italiam, vendere, aut iis pergrande vectigal imponere, cum eo tamen, ne vectigal imponatur agro Recentorico Sicilienſi, neve ii agri vendantur, de quibus foedere cautum ſit: & ut cognitio decemvirum ſit, qui publici agri; qui privati. Septimum, ut, quod ad quemque pervenit, pervenerit ex praeda, ex manubiis, ex auro coronario, quod neque conſumptum in monumento, neque in aerarium relatum ſit, id, quicumque ex provincia deceſſerit, uno excepto Cn. Pompejo, apud decemviros profiteatur. Octavum, ut, quam pecuniam decemviri coegerint, ea pecunia agros, quo plebs deducatur, ab iis, qui vendere voluerint, emant, ab invitis nihil tangant: eos autem agros in Italia emant, qui arari, & coli poſſint: & ut, quae in municipia, quaſque in colonias velint, colonos, quos velint, deducant; iiſque agros aſſignent, quibus in locis velint: & ut Capuam in coloniam deducant quinque colonorum millia, iiſque & agrum Campanum, & Stellatem agrum dividant.

ARGVMENTVM A. TVRNEBI.

Kalendis Ianuariis conſules magiſtratum inibant, magnaque civium multitudine celebrante in Capitolium aſcendebant: ubi rem divinam faciebant, mox etiam ſenatum advocabant, & habebant. quae omnia ſic ordine fieri ſolita, his deſcribit verſibus Ovidius, de conſulatu Sex. Pompeji loquens,

Ergo ubi Iane biceps longum reſervaveris annum,
  Pulſus & a ſacro menſe December erit:
Purpura Pompejum ſummi velabit honoris,
  Ne titulis quicquam debeat ille ſuis.
Cernere jam videor rumpi pene atria turba,
  Et populum laedi deficiente loco.
Templaque Tarpejae primum tibi ſedis adiri,
  Et fieri faciles in tua vota Deos.

Colla boves niveos certae praebere ſecuri,
  Quos aluit campis herba Phaliſca ſuis.
Cumque Deos omnes, tum quos impenſius aequos
  Eſſe tibi cupias, cum Iove Caeſar erit.
Curia te excipiet, patreſque ex more vocati
  Intendent aures ad tua verba ſuas.

Eo die Servilius Rullus Trib. plebis, qui cum collegis proximo Decembri magiſtratum inierat, de lege agraria, quam jam promulgarat, verba in ſenatu fecit. Solebant enim ante patres conſulere, qui ad populum aliquam legem ferre parabant, ut auctores eſſent. Eam legem Cicero, quod aerarium exhauriret, vectigalia proſcriberet: poſſeſſiones omnes publicas venderet: omnia belli ſubſidia & ornamenta pacis imperio Romano adimeret: quod decemviros in quinquennium cum ſumma imperio omnium fortunis & capitibus imponeret, ſumma cum aſſenſione & approbatione bonorum omnium diſſuaſit, & a Tribunitiae largitionis metu ſenatum & bonos omnes hac oratione liberavit: quam Kalend. Ianuariis in Capitolio habuit: ut in Piſonem ſcribit, Ego Kalend. Ianuarii ſenatum & bonos omnes legis agrariae maximarumque largitionum metu liberavi. Ego agrum Campanum, ſi dividi non oportuit, melioribus auctoribus reſervavi.

Deſunt permulta.

1 * quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis op-

DEſunt permulta] Pal. pr. adſcriptum habet; deeſſe a principio folia duo. *Gruterus.* In editione Mediolanenſi 1498 hæc verba præfiguntur huic orationi: *Hujus orationis principium de lege Agraria contra P. Rullum non extat. Duo enim folia ex vetuſtiſſimo codice abſciſſa fuiſſe librariis admonitum reliquerunt in marginibus vetuſtiſſimorum exemplorum, quæ in conſultationem hujus noſtræ editionis adhibuimus.* Hæc illi. In editione anni 1472 non habetur hoc fragmentum orationis primæ.

Quæ res aperte petebatur] Quod valde dolendum eſt, hujus orationis exordium, propoſitio, & magna pars confirmationis, vetuſtatis ne injuria, an hominum incuria, interciderunt. capita autem, quæ deſiderantur, ex ea, quæ ſequitur, ad Quirites oratione cognoſci poſſunt. ibi enim ſe demonſtraturum profitetur: lege agraria P. Rulli tribuni pl. nihil populo Romano dari, certis hominibus omnia condonari, plebi agros oſtentari, libertatem eripi, privatorum pecunias augeri, publicas ex-

exhauriri, per tribunum denique pl. reges in civitate conſtitui. atque hæc probat ſingulis legis capitibus reprehendendis. quorum ſex ad creandos decemviros agris vendendis, emundis, ac dividundis pertinebant, duo venditionem agrorum continebant. primum autem caput ita proponit: *Primum caput eſt legis agrariæ, quo tentamini leviter, quo animo libertatis veſtræ diminutionem ferre poſſitis: jubet enim tribunum pl. qui eam legem tulerit, creare decemviros per tribus ſeptem decem, ut quem novem tribus fecerint, is decemvir ſit.* ſecundum ita: *Item*, inquit, *eodemque modo capite altero, ut comitiis Pontificis Maximi.* Item: *Iubet*, inquit, *comitia decemviris habere eum, qui legem tulerit.* tertium ita: *Primum lege curiata decemviros ornat.* quartum ſic: *Decemviri eodem jure ſint, quo qui optima lege.* quintum ſic: *Iubet*, inquit, *auſpicii coloniarum deducendarum cauſa decemviros habere pullarios eodem jure, quo habuerunt treviri lege Sempronia.* ſextum hoc modo: *Dat*, inquit, *poteſtatem verbo prætoriam, revera regiam definit in quinquennium*, &c. De vendendi ratione, quæ decemviris permittebatur, ſic deinceps loquitur. *Datur eis primum, ut liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis S. C. facta ſunt M. Tullio Cn. Cornelio Coſ.* deinde ſic: *Attendite animos ad ea, quæ conſequuntur. hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera factum intelligatis. Qui agri, quæ loca, quæ ædificia, aliudve quid, quod publicum populi Romani factum ſit L. Sulla, Q. Pompejo Coſ. aut poſtea, id decemviros jubet vendere.* Hoc autem caput eum reprehenderet, atque iniquum, & perniciosum eſſe oſtenderet, interpretabatur, Aſiam, Bithyniam, Mitylenas, Ægyptum poſtremo, & Alexandriam decemviris vendenda permitti, quod ea omnia poſt Sullam, & Pompejum Cos. in poteſtatem populi Romani veniſſent. Aſia & Mitylenæ Sullæ victoria, Bithynia Nicomedis regis, Ægyptus & Alexandria Alexandri regis teſtamento. Hoc autem in loco cum cætera peregiſſet, de Ægypto loquebatur, eamque prope inſidioſe peti a Rullo, & legis Serviliæ auctoribus oſtendebat. *Lauredanus.* *Petebatur*] In oratione ſecunda, *Quod ſi Alexandria petebatur, cur non eoſdem curſus hoc tempore, quos L. Cotta, & L. Torquato Coſſ. cucurrerunt? cur non aperte ut antea? cur non item, ut cum decreto & palam regionem illam petierunt?* Significat igitur, ut ex 2. orat. apparet, quo antea aperte tendebant, id nunc inſidioſe oppugnant, aut potius id ſibi clam poſcunt concedi, quod aperte contendentibus eſt negatum. Nam non placet tranſlationem eſſe a petitionibus gladiatorum. Cotta autem Cotta & Torquato Coſſ. Craſſus Cenſor, ut a Plutarcho ſcribitur, Ægypti regnum publicare conatus eſt, refragante vehementer ejus collega Catulo: quo quidem tempore ædilis Cæſar tentavit per partem Tribunorum, ut ſibi Ægypti provincia plebiſcito daretur. Quod tamen non obtinuit adverſante optimatum factione. *Turnebus.*

Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnantur] Significat Alexandriam, & Ægyptum, quæ ab Alexandro rege, qui Cotta, & Torquato Cos. Tyri mortuus eſt, teſtamento populo Romano relictæ dicebantur. quod cum Romæ percrebuiſſet, multi extiterunt, qui aperte dicerent, adeundam eſſe regiam hæreditatem, Ægyptum Ptolomæo adimendam eſſe, qui eam tenebat, quod non eſſet nec genere, nec animo regio. qua de re apertius agitur in ſequenti oratione. Vſus eſt autem tranſlatione e re militari ducta. Nam *petebatur*, a gladiatorum, aut præliatorum petitionibus ſumptum eſt, cui tranſlationi reſpondet illa altera a bellicis clandeſtinis oppugnationibus hauſta. *Cuniculis oppugnatur*, quod quid ſit, expreſſit in ſecunda, cum dixit. *Nunc tectis tenebris, & caligine Alexandriam ſe perventuros arbitrati ſunt.* Sunt enim cuniculi foſſæ ſubterraneæ hominum ingenio ad cuniculorum animantium imitationem fabrefactæ, ut clam mœnia urbium hoſtilium ſuffodiant, atque imprudentibus hoſtibus in eorum oppidum erumpant, quales quondam Camillus in capiendis Veiis machinatus eſt. Contrariis autem his hæc eſt ornata oratio, *aperte peti*, & *clam cuniculis oppugnari.* Laured. *Cuniculis*] Vegetius, *aliud genus eſt oppugnationum ſubterra-*

 neum

oppugnatur. Dicent enim decemviri, id quod & dicitur a multis, & ſaepe dictum eſt; poſt eoſdem conſules, regis

neum atque ſecretum, quod cuniculum vocant, a leporibus qui caſulas ſub terras fodiunt, ibique conduntur. Nullum poteſt eſſe genus oppugnationis occultius, quam ſuffoſſo cuniculis urbis ſolo. Tribuni eodem modo diſſimulantes, quo pergerent, Coſſ. tantum nominarant, ea quæ publicabant non ediderant, cum in Conſulum nomine laterent: ſic incauto populo obrepebant. *Turneb.*

Dicent enim decemviri id quod & dicitur a multis, & ſape dictum eſt] Rationem affert, qua veriſimile eſt uſuros eſſe decemviros in vendenda Ægypto. ratio autem eſt teſtamentum, quod a rege factum eſſe dicebatur. probat autem ea uſuros eſſe decemviros, eo quia eadem nunc etiam a multis jactatur, & ſæpe antea jactata ſit. ſignificat autem in primis L. Philippum, de quo ſic in ſequenti locutus eſt: *Hac L. Philippum ſape in Senatu confirmaſſe memoria teneo.* Item: *Cur non eoſdem curſus hoc tempore, quos L. Cotta, L. Torquato Coſ. cucurrerunt?* ſignificare etiam poteſt M. Craſſum, qui cenſor cum Q. Catulo collega contendit, Cotta, & Torquato Cos. de Ægypto tributaria Romanis reddenda, ut ſcriptum eſt apud Plutarchum. *Laured.* *Decemviri*] Qui lege Rulli creati erant. Ad agrorum aſſignationem & coloniarum deductionem perſæpe Triumviri creabantur, non nunquam Quinqueviri. Rullus ſua lege Decemviros creari jubebat. Cæſar in conſulatu agros per xx viros aſſignavit. *Turneb.*

Poſt eoſdem Conſules] Id eſt, poſt ſupradictos L. Sullam, & Q. Pompejum. hos enim eum ſupra nominaſſe credendum eſt. atque eoſdem ſignificari manifeſtum eſt ex VIII. legis capite, cujus ante meminimus. ut hoc loco parum videatur temporum rationem attendiſſe Petrus Ramus in ſuis in hanc orationem commentariis, qui Cottam & Torquatum conſules exponit. hic eſt enim ſenſus. Dicunt decemviri Rulliani poſt Sullam, & Pompejum Cos. qui in lege nominatur, Ægypti regnum teſtamento regis Alexandri, qui Cotta & Torquato Cos. mortuus eſt, populi Romani eſſe factum. *regis* autem *Alexandri*, dixi, non *Alexandrini*, ſic enim in omnibus antiquis libris, quos legi, invenio. nec quin ita legendum ſit, dubitandum eſt, quod & illius loci confirmat auctoritas, qui eſt in oratione proxima: *Tum, quando Alexandro mortuo legatos Tyrum miſimus.* Quod autem Petrus Ramus intelligit Ptolomæum Apionem, qui Cyrenas populo Romano teſtamento reliquit, ut ſcriptum eſt in epitoma Livii LXX. & lib. VI. apud Eutropium, id non procedit. nam ille cognomento Apio vocabatur, hic Alexander, ille reliquit Cyrenas, & Libyam, hic Alexandriam, & Ægyptum, ille multo ante Sullam, & Pompejum Cos. ut ex epitoma ſupra citata colligitur, hic poſt eos Conſules. Neque etiam de Ptolemæo Aulete intelligi poteſt, ut & Bugellius, & Leodegarius exponunt, quem Gabinius regno pulſum reſtituit. nam hic Alexander mortuus eſt biennio ante Ciceronem Conſulem Cotta, & Torquato Cos. Auletes autem multis poſt annis Romam venit, quam Cicero Conſul fuit. quis autem hic fuerit incompertum eſt. Regis quidem Alexandri in Ægypto regnantis multi meminerunt, ſed id fere ante Sullana tempora quantum autem ego conſequi conjectura poſſum, hic de quo loquitur Cicero, nepos ejus fuit. ſic enim ſcribit Appianus in primo: *Sulla Alexandrum Alexandri, qui in Ægypto regnaverat, filium nutritum in Co, & a Cois Mithridati traditum, cum a Mithridate ad ſe confugiſſet, regnare in Ægypto juſſit, qua tunc ſine rege erat. At eum Alexandrini poſt novem & decem dies, quam regnum inierat, quod Sulla arbitratu omnia adminiſtraret, interfecerunt.* Ergo ſi filius Alexander Sulla vivo necatus eſt, hic autem, de quo quærimus, Alexander, multis poſt Sullam mortuum annis Tyri deceſſit, alius ab eo ſit, neceſſe eſt. neque vero de hoc, aut de teſta-

regis Alexandri teſtamento, regnum illud populi Rom. eſſe

teſtamento ejus quicquam accepimus. Oſtendit deinde, hanc rem non eſſet decemviris concedendam, quia indignum ſit, quod aperte petentibus negatum eſt, id clam agentibus concedi. *Laured.*

Eoſdem Coſſ.] Sullam & Pompejum intelligit, ut ex 2. orat. apparet. Nam in lege Rullus quæ publicabat, & vendebat, ex horum Conſulatu definiebat. Qui Cottam & Torquatum intelligunt, vehementer errant. *Turneb.*

Regis Alexandrini] Vetus liber, *Regis Alexandri*: ut & lib. 2. *Illud regnum teſtamento regis Alexandri populi Romani eſſe factum.* Reges tamen Ægypti ſæpe a Cicerone, Alexandrini reges appellantur; ſed in oratione 2. Rex ille perſpicue Alexander vocatur: Qui, quis fuerit, quæſtionis eſt. Cenſent magnæ auctoritatis in litteris viri Appionem fuiſſe. Quibus, cur non credam hæ cauſæ ſunt. Appion ille Cyrenarum rex, qui populum Romanum reliquit hæredem regni ſui, nunquam Ægypto imperavit, quamquam ab Ægypti regibus ortus. Deinde ante Conſulatum Pompeji & Sullæ, a quo tempore, quæ publicabat & vendebat Rullus, definierat, e vita migrarat, & ejus regnum Romani poſſidebant. In hanc potius ſententiam labor, ut putem fuiſſe Ptolomæum Lathurum Alexandrum nomine, cui Auletes Ptolomæus ſucceſſerat. Nam cum Lathurus ſocius atque amicus appellatus fuiſſet, regno poſtea a ſuis ejectus, magna vi pecuniæ Tyri depoſita, illa in fuga mortuus, exiſtimatus eſt populum Romanum hæredem reliquiſſe. Itaque eo mortuo, ad pecunias recuperandas ſenatus legatos miſit, & ad hæreditatem adeundam. Id ut ita credam, facit Cicero oratione 2. qui Alexandro ſcribit eum ſucceſſiſſe, qui ipſo Conſule regnum tenebat. Is autem erat Auletes: & Cæſare Ædile ſcribit Suetonius, ab Alexandrinis regem ſuum expulſum fuiſſe, qui alius quam Lathurus eſſe non potuit: cum, ut ſcribit Strabo, poſt eum Auletes regnarit. In nulla autem, quod ſciam, hiſtoria legitur, legatum pop. Rom. teſtamento regnum Ægypti. Sed ita tamen inſederat ea opinio animis non nullorum: ut ea, quod reor, cauſa fuerit publicandi Ptolemæi Cypriorum regis. Cyprus enim regnum Ægyptiorum erat: & Ptolemæus, quem Clodius publicarit, ex eorum familia poſt Lathurum in ea regnarat. *Idem.* In omnibus antiquis libris legi *Alexandri* teſtatur Lauredanus & Turnebus. Sic ſane & ego inveni in Erfurt. Francii primo, & excerptis Pithæi. Fuerunt autem tres Ptolemæi Alexandri reges Ægypti. Primus fuit Ptolemæi Soteris Lathuri frater natu minor, qui pulſo Lathuro fratre rex a matre conſtitutus eſt. Sed illa occiſa in odium populi incurrit, de quo Iuſtin. 39, 5, & regno deturbatus, in inſula Cypro interfectus eſt, revocato in regnum Ptolemæo Sotere Lathuro, qui in exilium fuerat expulſus. Huic ſucceſſit Cleopatra filia, cui nupſit Ptolemæus Alexander II, Primi filius, ut docet Porphyrius in fragmentis, quæ Euſebio adjecit Scaliger, & Appianus 1 bell. civ. quem locum attulit Lauredanus. Sed cum Cleopatram uxorem interfeciſſet, & ipſe undeviceſimo regni die a militibus in gymnaſio fuit jugulatus. Ei ſucceſſit filius, Nothus Ptolemæus Alexander III Philadelphus. Cujus meminit Trogi Prologus lib. 39: *Poſt Lathurum filius Alexandri regnavit, expulſoque eo ſubjectus Ptolemæus Nothus.* Is eſt Alexander III. Nam ſecundi Prologus non meminit propter brevitatem imperii, cum tantum XIX dierum rex fuiſſet. Alexandrum fuiſſe dictum apparet ex hoc loco & ex orationis ſequentis cap. 16. Philadelphum appellat Porphyrius in Euſeb. Is enim inter Alexandrum, II nimirum & Ptolemæum Dionyſum collocat Philadelphum, pluresque annos regnaſſe tradit. Ad regnum pervenit Decula & Dolabella Coſſ. Expulſus ab Alexandrinis Romanorum auxilium imploravit. Eum reſtituere volebat Cæſar ædilis. Sueton. Iul. cap. XI. Inde ejectus Ægypto Tyrum ſe recepit, ibique mortuus eſt, fama ſparſa teſtamento illius populo Romano regnum Ægypti

fuiſſe

ribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat & diſſipet; ut ſit non minus in populi Romani patrimonio nepos, quam in ſuo. Proſcribit in ſua lege vectigalia, quae decemviri vendant, hoc eſt, proſcribit auctionem publicorum bonorum. agros emi vult, qui dividantur, quaerit pecuniam. videlicet excogitabit aliquid atque afferet. nam ſuperioribus capitibus dignitas populi Romani violabatur: nomen imperii in commune odium orbis terrae vocabatur: urbes pacatae, agri ſociorum, regum ſtatus decemviris donabantur: nunc prae-

In populi Romani patrimonio nepos] Erf. *In populi Romani patrimonio heres.* paullo poſt in eodem cod. ab his verbis, *videlicet excogitabit aliquid* abeſt *videlicet.*

Hoc eſt, proſcribit auctionem publicorum bonorum] Affert ergo ipſe verbum grave & indignum populo Romano, *auctionem publicorum bonorum.* Quaſi dicat, bona populi Romani, quæ tueri omnes debemus, decemvirum haſtæ vult ſubjicere. *Laured.* In præcedentibus *proſcribere vectigalia* eſt agros, poſſeſſiones, ſilvas, unde vectigalia colliguntur. *Turneb.*

Agros, qui dividantur] Pecunia emptos, quæ redacta fuerit ex vectigalium venditione. *Dividuntur, inquit Siculus Flaccus, agri, limitibus inſtitutis per centurias, aſſignantur viritim.* Hic tamen diviſionem cum aſſignatione intelligimus. *Idem.*

Videlicet excogitabit aliquid, atque afferet] Id eſt novam aliquam poſſeſſionem nominabit, quæ ſine ſummo reip. detrimento vendi poſſit. *Laured.*

Violabatur] Cum lege Rulli in creatione x virum jus ſuffragii eſſet imminutum, ut orat. 2. oſtenditur. *Turneb.*

Nomen imperii in commune odium] Quia decemviris apud omnes gentes cognitionem dabat ſine conſilio, pœnam ſine provocatione, animadverſionem ſine auxilio, quibus de rebus agebat a primo capite uſque ad ſeptimum præterea. *Laured.* *Commune odium*] Conſtitutis decem tyrannis in omnium hominum fortunas & caput, cum ſumma poteſtate & infinito imperio. *Turneb.*

Orbis terræ] Non imperii tantum Romani, ſed etiam ſociorum, nationum, tetrarcharum, regum. Ab hac loquendi ratione, & ob amplitudinem imperium Romanum orbis Romanus dicebatur, ut & a Iuriſconſultis, & a Marcellino, his verbis, *Cum hoc loco fortuna orbis Romani merito incuſaris.* Idem.

Vrbes pacatæ, agri ſociorum, regum ſtatus] Quia provincias, & regna decemviris vendenda permittebat. *Vrbes pacatæ*, ut Talleis, Epheſum, Miletum. Cyzicum, *agri ſociorum*, ut Aſianorum, & Cilicum, & Africanorum, & Macedonum *regum ſtatus*, ut Ptolomæi Ægypti, & Alexandriæ regis, qui Alexandro mortuo Ægyptum tenebat. *Lauredanus.* *Pacatæ*] Quietæ, nullum nobis bellum molientes, ut eorum agros tanquam hoſtium publicare non debeamus. *Turneb.*

Decemviris donabantur] Verbo odioſo uſus eſt, ut in ſequenti. *Hoc capite Quirites omnes gentes, nationes, provincias, regna decemvirum ditioni, judicio, poteſtatique permiſſa, & condonata eſſe dico.* Laured. *Decemviris condonabantur*] Sic legendum eſſe vidit Cl. Puteanus, homo pereruditus. ſic infra, *condonari certis hominibus omnia.* Idemque me admonuit, hanc orationem ſic eſſe inſcribendam. Oratio de lege Agraria, Kalendis Ianuar. contra P. Rullum, tribunum pl. idque ex A. Gellio. lib. XIII. cap. 23. & Cariſio lib. 1. in voce, *Imberbi:* quod ego jam in meo libro notaveram, ab ipſo M. Tullio eruditus in epiſt. 1. lib. 2. ad Atticum, ibi, *ut mea* qua-

praeſens certa pecunia numerata quaeritur. Exſpecto quid tribunus plebis vigilans & acutus excogitet. Veniat, inquit, ſilva Scantia. Vtrum tandem hanc ſilvam

in

quoque eſſent orationes, quæ conſulares nominarentur: quarum una eſt in ſenatu, Kalendis Iannar. &c. Lambinus. *Decemviris donabantur*] Alii emendant *condonabantur.* quod eodem redit, & tamen eſt contra mſſ. editoſque itaque præter librorum auctoritatem nihil moveo; ut fecit Lambinus, qui correctionem Puteani alioquin inſignem intulit libris Tullii. *Gruterus.* Vide ſuperius ad orat. pro Cluent. cap. 69.

Præſens certa pecunia] Præſens pecunia, quæ non futura eſt, aut in diem debebitur atque ſolvetur: ſed repræſentabitur certa. Cujus definita ſumma eſt, ut ex Iuriſconſultorum titulo, *ſi certum petatur*, intelligitur. Numerata, quæ non eſt in nominibus: ut in Topicis, *Quoniam argentum omne mulieri legatum eſt, non poteſt ei pecunia, quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata.* Paulo poſt, *Non ſi vir uxori legavit omne argentum, quod ſuum eſt, idcirco, quæ in nominibus fuerunt, legata ſunt: multum enim differt in arcane poſitum ſit argentum an in tabulis debeatur?* Et in Verrem, *Pecuniam ſibi eſſe in nominibus, numeratam in præſentia non habere.* A pecuariis autem publicani pecuniam exigebant certam, quæ ſcriptura dicebatur. Cicero., *Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt.* Sequitur enim mox, *Cum publicani familias maximas, quas in ſilvis habent, quas in agris, quas in portubus atque cuſtodiis:* ut perſpicue ſcripturam propter ſilvas dixerit. Plaut. Truc.

> *Nam adverſum legem a me ob meam ſcripturam pecudem accepit.*
>
> *At, plerique quod tu facis faciunt, rei male gerentes*
>
> *Vbi non eſt ſcripturam unde dent, incuſant publicanos.*
>
> *Di. Male vertit res pecuaria mihi apud vos.*

Multas autem Reſpublica ſilvas habebat, quæ interdum erant provinciæ conſulares, Tranquillus, *Eandem ob cauſam opera optimatibus data eſt, ut provinciæ futuris Coſſ. minimi negotii, id eſt, ſilvæ calleſque decernerentur.* Quo ſane loco *calles* Tranquillus vocavit, annua loca a pecoribus & paſtoribus calcari ſolita, pecudumque ſemitas & vias, quæ a callo pecudum ſic nuncupatæ ſunt. Varro, *Quod ſi ſunt regiones ubi beſtiæ ſunt multa, debent eſſe plures, quod accidit iis, qui per calles ſilveſtres longinquos ſolent comitari in æſtiva & hiberna.* Cicero pro Seſtio: *Italiæ calles, & paſtorum ſtabula prædari cœpiſſet.* Ergo Suetonius ſignificat ſilvas publicas, & cognitionem rei pecuariæ Conſulibus Optimates decreviſſe. *Turneb.*

Expecto quid Tribunus pl. vigilans, & acutus excogitet] Irridens hominem neque induſtriæ, neque ingenii laude ulla præſtantem. Hoc autem loco præco ex legis ſcripto poſſeſſiones, quas Rullus vendebat, recitavit, inter quas erat ſilva Scantia. cujus ubi Cicero nomen audivit; tum ita ſubſecutus eſt. *Laured.*

Veneat, inquit, ſilva Scantia] Præco enim quaſi pro Rullo locutus eſt. Itaque *inquit*, expone in lege. Silvæ autem Scantiæ Cicero meminit in Bruto: cum ait, *Cum in ſilva Scantia facta cædes eſſet*, quamvis alii aliter cum locum legant. *Aquarum Scantiarum* meminit Plin. libro 2. cap. 107. & *malorum Scantinorum* lib. 15. cap. 14. & 15. *Vva Scantiana*, lib. 14. cap. 4. poſt autem cum pergit. *Idem.* *Scantia*] Silvam Scantiam Cenſores publicanis pecuariis locabant. Cicero in Bruto, *Nam cum in Scantia facta cædes eſſet, notique homines interfecti, inſimulareturque familia, partim etiam liberi ſocietatis ejus*, &c. Suſpicor illic fuiſſe Scantias aquas, ubi, ut inquit Plinius, *e petra flamma exibat, quæ pluviis accenderetur.* Turnebus. Scantia ſilva fuit in Campania, ubi & aquæ Scantiæ Plinio commemoratæ. Sed mala non *Scantia*, ſed *Scandia* huc non pertinent. Illa enim nomen habuerunt a quodam Scandio, ut Matiana a Matio teſte Plinio loco laudato. *Gravius.*

In

in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inveniſti? ſiquid eſt, quod indagaris, inveneris, ex tenebris erueris, quamquam iniquum eſt, conſume tamen ſane, quoniam commodum eſt, quoniam quidem tu attuliſti. ſilvam vero tu Scantiam vendas, nobis conſulibus, atque hoc

In relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inveniſti] Reprehendit Rullum, quod poſſeſſionem relictam non excogitarit, ſed quæ ſit in Cenſorum paſcuis attulerit. figura dicendi γοργότης eſt, καὶ λόγος ἀληθινὸς, καὶ ἐνδιάθετος κατὰ πεποίθησιν. Etenim ad objecta ſtatim, ut docet Hermogenes, ſine ulla præparatione reſpondet. *Relictas* poſſeſſiones exponit Ramus legatas populo Romano ſed non aditas, neque poſſeſſas. alii *relictas*, ignoratas. quæ expoſitiones a vera ſententia longe aberrant. Etenim, auctore Frontino, & Aggeno de limitibus agrorum, relicta ea loca ſunt, quæ ſive iniquitate locorum aſſignari nequiverunt, ſive ex voluntate menſoris relicta limites minime acceperunt. dicuntur & ea relicta loca, quæ vis aquæ obtinuit, quæ ſunt juris ſubſecivorum; ut ſilvæ, & loca aſpera. præterea non video cur, in *cenſorum tabulis*, pro *paſcuis*, reponendum ſit, ut quibuſdam placuit. cum ſcribat Plinius lib. 18. cap. 3. *Et nunc in tabulis cenſoriis paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat.* hanc autem ſilvam locatam fuiſſe a Cenſoribus docet locus ille, quem paulo ante protuli ex Bruto Ciceronis: *Cum in ſilva Scantia facta cædes eſſet, inſimularetur que familia, partim etiam liberi ſocietatis ejus, quæ piccarias de T. Cornelio, L. Mummio Cenſoribus redemiſſet.* Lauredanus. *Relictis poſſeſſionibus*] Locis ſterilibus, quæ quod locari non poſſint, idcirco in tabulis cenſoriis ſcripta non erant, ſed negligebantur. Virgilius libro 4. Georg.

——— *cui pauca relicti*
Iugera ruris erant.

Sic in aſſignatione agrorum, quæ ob ſterilitatem aut conditoris voluntatem nullo attribuebantur, *relicta* dicebantur Frontino. *Turnebus.*

Paſcuis] Plinius, *Pecunia ipſa a pecore appellabatur, Etiam nunc in tabulis Cenſoriis paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat.* Hunc ego Plinii locum, Leodegario meo indicaram, a quo alii poſtea ſunt mutuati, ut & plurima alia in hujus orationis interpretatione. Quanquam non me fallit, etiam hic ſilvas intelligi tantum poſſe, cum in iis paſtiones haberentur, quo nomine etiam ſaltus veniunt nemoroſi, ut Apuliæ. Non tamen illi, qui magni montes ſunt, ut *ſaltus Pyrenæus*, id eſt, mons Pyrenæus. *Saltus Grajus*, id eſt, alpes Grajæ. Nec quatuor Centuriarum conjunctio, quæ *ſaltus* dicitur Varroni, nec cubile ferarum in locis præruptis ex Plinio, cujus verba ſunt, *Ad prærupta ducunt ſaltumque monſtrant.* Nam ita vocavit, quod Ariſtoteles dixit σταθμόν. Idem.

Conſume] *Conſume* dixit, non vende, nec proſcribe. ſed invidiæ cauſa *conſume.* Laured. V. Cl. Iac. Gronovius notavit in Victoriana legi, *tamen conſume ſane*, quod non ſit repudiandum, ſi MSS. annuant, quia id a Latinæ linguæ ratione non abhorreat. Liv. 1, 57: *Age ſane, omnes citatis equis advolant Romam:* ubi patrem ſuum conſulendum eſſe cenſet. Ego ſane Gronovio ſubſcribo, cum in Erfurtenſi invenerim *conſume tamen ſane.* Grævius.

Commodum eſt] Quoniam tibi placet, quoniam vis. Aſconius, *Vetuſte, inquit, poſuit pro eo quem volebat.* Sic Terentius, *Amat, dabitur ei a me argentum, cum erit commodum.* Nam meretrici dare, quando eſt commodum? Sed eſt poſitum pro eo, quamdiu libuerit. *Turneb.*

Silvam vero Scantiam] Quæ ſcilicet in paſcuis cenſorum eſt, quam populus Romanus poſſidet. *Laured.*

Sub-

[redacted]

hoc ſenatu? tu ullum vectigal attingas? tu populi Romani
ſubſidia belli? tu ornamenta pacis eripias? Tum vero hoc
me inertiorem conſulem judicabo, quam illos fortiſſimos
viros, qui apud majores noſtros fuerunt: quod quae vecti-
galia illis conſulibus populo Romano parta ſunt, ea, me
conſule, ne retineri quidem potuiſſe judicabuntur. Ven- 2
dit Italiae poſſeſſiones ex ordine omnes. ſane eſt in eo
diligens. nullam enim praetermittit. perſequitur in ta-
bulis cenſoriis totam Siciliam. nullum aedificium, nullos
agros relinquit. Audiſtis auctionem populi Romani pro-
ſcriptam

Subſidia belli? tu ornamenta pacis] Quæ nunc ſubſidia belli, & ornamenta pacis dixit, eadem etiam ſic in Maniliana appellavit: *Vectigalibus amiſſis, & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis.* & in ſequenti: *Agrum Campanum pacis ornamentum, & ſubſidium belli, vocat.* & in frumentaria: *Siciliam opportunum ſubſidium belli, atque pacis dixit.* & de ſuppliciis: *Belli adjumenta, & pacis ornamenta nominavit.* Laured. *Subſidia belli*] Cic. lib. 2. de orat. *Si ærarii copiis & ad belli adjumenta, & ad ornamenta pacis utimur, vectigalibus ſerviamus.* Hac ſententia fere niti ſolebant Optimates adverſus eos, qui leges agrarias inducebant, cum dicerent ærarii copias bellum tolerare, pacem ornare. *Turneb.*

Tum vero hoc me inertiorem conſulem judicabo] Tertia ratione pugnat. quia a majoribus relicta eſt. qui locus eſt ἀπὸ τοῦ αἰσχροῦ ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα. Vt enim honeſtum fuit, hæc vectigalia parare, ſic turpe eſt, hæc eadem vendere. Hoc argumento utitur ſæpe Cicero, ut in Maniliana: *Videte ne, ut majoribus veſtris pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere, ſic vobis turpiſſimum ſit illud, quod accepiſtis, tueri, & conſervare non poſſe.* Comparat autem ſe cum illis conſulibus, quorum in magiſtratu ſilva Scantia parta eſt, atque ut illos fortes fuiſſe, qui comparaverint; ſic ſe inertem, ſi amiſerit, futurum ait. *Laured.*

Vendit Italiæ poſſeſſiones ex ordine omnes] Hoc loco deinceps præco legis verba recitaverat, quibus poſſeſſiones Italiæ omnes ex ordine a Rullo proſcribebantur, quam partem cum abſolviſſet. tum ſic Cicero ſubſecutus eſt. *Vendit Italiæ, &c.* Irridet autem inanem diligentiam ejus, qui nullam poſſeſſionem in Italia prætierit, quam non proſcripſerit. *Idem.*

Ex ordine] Ordine & deinceps, ita ut nullam prætermittat. Sic Maro: *Septem illum totos perhibent ex ordine menſes.* Turneb.

Diligens] Alioqui in re familiari indiligens & nequam. *Idem.*

Perſequitur in tabulis cenſoriis totam Siciliam] Et hæc etiam videntur eſſe ab oratore ſubjecta voci præconis, cum poſt Italicas poſſeſſiones Siculas quoque recitaſſet, quas ita perſecutus erat in lege Rullus, ut in tabulis Cenſoriis inveniebantur. *Laured.* *Perſequitur*] Percenſet ordine omnes publicos agros, qui in Sicilia ſunt, ita ut in tabulis cenſoriis ſunt perſcripti, quod illic publicum eſt & populi Romani vendit. Tranſibat ex Italia Rullus in Siciliam, quod is ordo eſſet in tabulis cenſoriis, & quod adjuncta eſſet Italiæ, & prope continens: ut in continentibus etiam provinciis numeraretur. *Siciliam*, inquit Vlpianus, *magis inter continentes accipere nos oportet, qua modico freto ab Italia dividitur.* Turneb. *Perſequitur in tabulis cenſoriis, &c.*] Puteanus mallet, *perſ. ut in tabulis.* non male. *Gruter.*

Audiſtis auctionem populi Romani proſcriptam] Satis hæc verba docent, poſſeſſiones proſcriptas ex lege per præco-

proſcriptam a trib. pl. quaſi qui defenſor commodorum populi Romani eſt conſtitutus: eſt enim hoc etiam vehementius, quam ſi, *a Rullo*, dixiſſet. &, *Conſtitutam in menſem Ianuarium*, ait, quia tribuni pl. menſe Decembri, quo inierant, legem promulgaverant, atque auctionem in Ianuarium proximum indixerant. *Lauredan.*

Audiſtis] Cum promulgata lex eſt, & cum modo hic ab eo recitata. Ab auctione etiam, *coauctionem* dixit Cicero, ſed in alia ſignificatione. Eo enim verbo intelligi voluit amplificationem pretii, cum ſcripſit in Verrem, *Ex coauctione annonæ atque æſtimationis*. Turnebus.

Ianuarium] In hunc menſem. Legem enim proponere cœperat menſe Decembri, quo magiſtratum inierat. *Idem.*

Et credo non dubitatis] Non vendenda hæc omnia eſſe docet, ne his ſublatis vectigalibus ærarium exhauriatur. argumentatur autem a diſſimili, & minori, Majores, qui hæc pepererunt, ea ærarii cauſa non vendiderunt, ergo nos, qui ea ab illis accepimus, multo minus largitionis cauſa vendere debemus. Addita eſt argumento ironia, quæ contrariam ſententiam inferre videtur. Hæc præterea inter ſe opponuntur, *ærarii cauſa*, & *largitionis cauſa*, quorum illud commoda publica ſpectat, hoc gratiam privatorum. *Laured.*

Videte nunc quoad fecerit iter apertius, quam antea] Perſequitur alia vectigalia, quæ extra [illegible]

[illegible]
natum, ut
Pompejum
lege oppugn[illegible]
ſcure ei det[illegible]
profiteri jub[illegible]
ſententem a dec[illegible]
rent, hoc au[illegible]
oppugnant,
adhuc bellum[illegible]
tem verba, [illegible]
nis ſubjecta [illegible]
omnia loca [illegible]
autem : *Quo*
quouſque per[illegible]
tunt enim ho[illegible]
aut ſi quis ha[illegible]
Quo adfectari[illegible]
ctionem excog[illegible]
genio præſtant[illegible]
quo dicendi ge[illegible]
ro pro Roſcio
quam viam m[illegible]
videtis. & Te[illegible]
Gladiatorio anim[illegible]
Plautus in Me[illegible]
viam. Idem. [illegible]
Manutii conjec[illegible]
dum curavi. na[illegible]
fecerit iter apert[illegible]
eſt. Licet etiam
mero multitud[illegible]
Quouſque. Na[illegible]
iter aperte fecit
progrederetur,
libris ſcribitur
Quod idonean[illegible]
[illegible]

ſuperiore parte legis quemadmodum Pompejum oppugnarent, a me indicati ſunt: nunc jam ſe ipſi indicabunt. Iubent venire agros Attalenſium, atque Olympenorum. hos populo Rom. Servilii fortiſſimi viri victoria adjunxit. deinde

tiam habet. *Turneb.* *Quoad fecerit iter apertius*] Ita libri ſcripti & editiones ante P. Manutium, qui malebat *quo adfectarint iter apert.* quem ſecutus eſt Lambinus, aliique. neſcio quam bene. vulgata ſane æque recta eſt. Guilielmius conjiciebat, *quo adegerit iter.* Gruterus. Primus Francii: *Videte nunc, ut fecerit iter apertius.* Sed in Erfurt. eſt *quoad.*

Pompejum oppugnarent] Quem decemviratu ſummovent lege ſua. Erat autem populo cariſſimus Pompejus, ſed & multis e ſenatu. *Turneb.*

Indicarunt] De ſe ipſis indicio jam ... runt Tribuni, ut aliis indicibus non ſit opus ad eos convincendos. Nam ab indice hoc profectum eſt. *Idem.*

Nunc jam ſe ipſi indicabunt] Hoc ſignificat: Tam aperte dignitatem Pompeji hoc legis capite convellunt; ut id ſine verbis atque interpretatione mea quiſque per ſe intelligere poſſit. *Laurendanus.*

Iubet venire agros Attalenſium, atque Olympenorum] Quæ de Pamphiliis, Macedonicis, Corinthiis, & Punicis agris affert, nihil ad Pompejum: propterea breviter ea perſtringit. *Attalea* urbs eſt Pamphiliæ, quam miror a Ramo Attiliam, a Leodegario Attaliam dici; cum Græce Ἀττάλεια ſcribatur, unde Attalea, ut Μηδεία Medea. Alioquin ſi *Attaliam* ſcribas, Attalienſium etiam erit ſcribendum. De hac Strabo. Olympus autem Lyciæ oppidum eſt: hæc vero a prædonibus occupata victoria P. Servilii Vatiæ, qui victis Iſauris Iſauricus dictus eſt, in poteſtatem populi Romani redacta ſunt; unde in Prætura urbana dixit Cicero: *P. Servilius Olympum vi, copiis, conſilio, virtute cæpit, urbem antiquam, & omnibus rebus auctam & ornatam.* Hujus belli meminit Florus, & alii. *Idem.* *Agros Attaleenſium*] Nihil refert, utrum ſcribatur, *Attalienſium*, an, *Attaleenſium.* neque me movet, quod Græce dicitur Ἀττάλεια. Nam diphthongus ει vertitur a Latinis vel in *i* longum, vel in *e* longum: ut Ἀλεξάνδρεια, Alexandria, ſeu Alexandrea: κιχορεῖον, cichorium, ſeu cichoreum. Κενταυρεῖον, Centaurium, ſeu Centaureum. & cetera ſexcenta. *Lambinus.* *Iubent venire agros Attalenſium & Olympenorum*] Non video quid Lambinum impulerit, ut *Attaleenſium*, ſive *Attalienſium* ſcribendum hoc loco affirmarit. ab Ἀττάλεια enim civis Ἀτταλεὺς deducitur, quemadmodum ab Ἀλεξάνδρεια, Ἀλεξανδρεύς: & in æreis numiſmatibus non eſt, Ἀτταλειέων, &, Ἀλεξανδρειέων, ſed Ἀτταλέων, & Ἀλεξανδρέων. Fulv. Vrſinus. *Attalenſium*] Attalea urbs Lyciæ: Lydiæ eſt in Stephano, quæ ante Ἀγρόειρα, aut Ἀλλόειρα dicebatur. Alii Corycum Ciliciæ ſic appellari dicunt, ut Demetrius, ab Attalo Philadelpho ejus conditore. Ab Ἀτταλεὺς more Latinis uſitato, fit *Attalenſis.* Olympus urbs Pamphiliæ: inde Ὀλυμπηνός, inquit Stephanus, gentile formatur, Latine *Olympenus.* Servilius Proconſul in Ciliciam miſſus, piratas vicit: eorum urbes Phaſelum, Olympum, Attaliam, Iſaurumque Ciliciæ arcem expugnavit: nomenque Iſaurici ſibi adoptavit. Illarum urbium agros publicaverat, quas Cicero nominat, Rullus nominatim vænire jubebat, præter illa, quæ a Pompejo & Sulla Coss definierat. *Turneb.* Vide L. Holſtenium ad Steph. de urb. in Ἀττάλεια, qui duas hujus nominis urbes fuiſſe docet, alteram Lyciæ, alteram Ciliciæ.

Hos populo Romano R. Servilii fortiſſimi viri victoria adjunxit] Latet vis argumenti, quaſi vero indignum ſit, ea vendere, quæ P. Servilius vir fortiſſimus armis peperit. *Laured.* *Adjunxit* eſt addidit, populo Romano quæſivit. *Turneb.*

deinde agros in Macedonia regios, qui partim T. Flaminii, partim L. Paulli, qui Perſen vicit, virtute parti ſunt: deinde agrum optimum & fructuoſiſſimum Corinthium, qui L. Mummii imperio ac felicitate ad vectigalia populi Romani adjunctus eſt: poſt autem agros in Hiſpania apud Karthaginem novam duorum Scipionum eximia virtute poſſeſſos: tum vero ipſam veterem Karthaginem vendunt, quam P. Africanus nudatam tectis ac moenibus, ſive ad notandam Karthaginienſium calamitatem, ſive ad teſtificandam noſtram victoriam, ſive ad oblatam aliquam religionem, ad aeternam hominum memoriam conſecravit. His

Deinde agros in Macedonia regios] Qui regis Philippi, & ejus filii Perſis fuerunt, quorum illum T. Quinctius Flamininus, hunc L. Æmilius Paullus devicit; auctor Livius, & Florus, & Plutarchus. *Laured.*

Deinde agrum optimum, & fructuoſiſſimum Corinthium] *Opimum* porro, non *optimum* habent duo manuſcripti libri, quos ego inſpexi, quomodo in ſequenti locutus eſt. *Corinthios agros opimos, & fertiles.* Idem.

L. Mummii imperio] Quia L. Mummius ad bellum Corinthium pene a Q. Metello Macedonico confectum profectus eſt, quo factum eſt, ut primo adventu nullo fere negotio Corinthum in poteſtatem adduxerit. *Idem.* *L. Mummii imperio*] Qui bellum Achaicum confecit, Corinthum diruit, quod ibi legati pop. Rom. violati fuerant. Fructuoſiſſima erat ea regio, quod ſatis indicat verſus Græcus, *εἴη μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου* ϗ *Σικυῶνος*, *Sit mihi quod Sicyonem interjacet atque Corinthum.* & illud:

Οὐδέποτ' ἀμήσαντι Κορινθιακὸν, ὤ-
πότε πικρὰς
Τῆς ἀφιλοστάχυος γευσαμένῳ πενίης.
Qui nec agros Ephyres ſecuit unquam,
cui nec acerba
Spica ignara ſuit cognita pauperies.

Alioqui circa Corinthum aſper erat ager. *Ager* autem hic a Cicerone *Corinthius* dicitur Corinthium territorium. *Turneb.*

Poſt autem agros in Hiſpania apud Carthaginem novam] Carthago nova in Bætica Hiſpania ad litus fuit ab Aſdrubale Pœno condita. nova autem dicta eſt, ut a vetere, quæ in Africa erat, diſtingueretur, auctore Stephano; hujus Carthaginis agros duorum Scipionum eximia virtute poſſeſſos ait, intelligit autem Cn. & P. Scipiones fratres, qui primi bellum in Hiſpania geſſerunt, atque ibi ambo oppreſſi ſunt; cujus poſſeſſionem L. Marcius primipili centurio, imperatoribus ſuis amiſſis, virtute reſtituit; auctor Liv. *Laured.*

Oblatam religionem] Sive quod ejus animo inceſſerat quædam religio, ac Deorum metus reverentiaque, cum ſedes illa Iunoni ſacra eſſet: qua impulſus, ut homines agros ſacrare ſolent Diis immortalibus, ſic etiam Carthaginem conſecraverit. Quanquam oratione ſecunda negat, propter religionem ſedium illarum ac vetuſtatis, eſſe conſecratam. *Turneb.*

Conſecravit] Tertio bello Punico P. Scipio Africanus Æmilianus Carthaginem expugnavit, atque incendit: agrum ex decem legatorum ſententia in publicum, regionem in provinciæ formam redegit, urbis ſolum ipſum conſecravit. Appianus. Hac igitur in re cum illud grave eſſe putat, quod ipſamet Carthago vendatur, tum maxime, quod Carthago ea vendatur, quæ nudata

His inſignibus atque infulis imperii venditis, quibus or-

data tectis, ac mœnibus a P. Scipione conſecrata fuerat: *conſecrare* autem nihil aliud erat, quam a privato cultu ſacro aliquo carmine vindicare; ut Romæ Sp. Mælii, & M. Ciceronis area conſecrata eſt. Conſecraſſe autem Carthaginem Africanum docet etiam Appianus in Libyca extrema his verbis: *Σωώκισι τὴν νεῶ Καρχηδόνα ἀγχιτάτω μάλιϛα ἐκείνης φυλαξάμενος τῆς πάλαι τὸ ἐπάρατον.* & lib. 1. de bellis civil. *Σκιπίων τὴν Καρχηδόνα, ὅτι ἐσκαπτεν, ἐπηράσατο εἰς ἀεὶ μηλόβοτον εἶναι.* Hac de conſuetudine loquitur Cicero lib. II de legibus. *Laured.* *Conſecravit*] Scipio Iunior non ſolum diruit Carthaginem, omni murali lapide in pulverem comminuto: Verum etiam conſecravit: ut hominibus adempto ejus uſu, nunquam poſtea ædificaretur: quanquam Cajus Gracchus ea re non eſt deterritus, qui in eam colonos deduxit, primaque Carthago extra Italiam Colonia condita ſit: Iulius etiam Cæſar Colonos Corinthi, & Carthagini collocavit. *Turneb.*

His inſignibus atque infulis imperii venditis] Augendæ rei cauſa priores agros illos tanquam inſignia, atque infulas imperii vocat, quibus ornatam majores remp. reliquerint, tranſlatione ſumpta a templis, quæ inſignibus, & infulis ornabantur: ſunt enim infulæ, auctore Feſto, filamenta lanea, quibus ſacerdotes, & hoſtiæ, templaque velantur; unde Cicero de ſignis: *Præſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.* Vt ergo templa infulis, ſic reſp. his agris erat ornata, quos vendi indigniſſimum eſſe judicat Cicero, præſertim cum a majoribus hæc ornamenta relicta ſint; unde invidia conflatur in Rullum hujus venditionis auctorem. *Laured.* *Inſignibus atque infulis*] Inſignia notabilem & inſignem ſignificant cultum, & ornatum: ut quæ magiſtratus & imperii inſignia: dicuntur a Græcis, *ἀρχῆς ἢ ἡγεμονίας παράσημα*, ſed & phaleræ equorum, propter cultum inſignem:

——— poſitis inſignibus Æthon
It lachrimans, inquit Maro. Cicero etiam in amplo ornatu, ſcenæ & fori inſignia vocari dicit, quæ excellunt. Etiam inſigne regium diadema eſt, & ſceptrum, veſtiſque regia. Etiam inſignia ſunt argumenta, quæ vel pinguntur, vel cælantur in clypeis, Maro:

—— clypeoque inſigne paternum,
Centum angues.

Sunt & inſignia criſtæ galearum. Plaut.

Pro galea ſcaphium, pro inſigni ſit corolla plectilis.

Hic meo judicio, inſignia vocat ornamentum imperii, cui ut ſacro non tantum inſignem cultum, ſed etiam infulas ſacras tribuit. Quod ideo fecit, quia conſecratam dixerat Carthaginem, quam tanquam quandam infulam videri vult. Infula autem faſcia eſt, ex qua utrinque dependent vittæ, quæ ſunt ejus retinacula: Ea tribuitur ſacerdotibus. Maro:

Nec procul Æmonides Phœbi, Triviæque ſacerdos,
Infula cui ſacra redimibat tempora vitta.

Ferebantur & ab hoſtiis. Lucretius:

Cui ſimul infula Virgineos circumdata comptus
Ex utraque pari malarum parte profuſa eſt.

Nos hujus nominis veſtigia retinemus, qui genus chirothecarum, vel manicarum hibernarum & villoſarum maninfulas appellamus, quaſi manuum infulas: & hibernas crepidas, pedinfulas dicimus. Infulæ etiam ferebantur a ſupplicibus. Livius, *Prima luce ſacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt.* Illud Ciceronis lib. 3. de orat. obſcurum videtur: *Pamphilumque neſcio quem ſinamus in infulis tantam rem, tanquam pueriles aliquas delicias depingere.* Quo quidem in loco putem Ciceronem in Pamphilum illudere hominem, ut ait Plinius, omnibus litteris eruditum, eundemque pictorem, qui cum de arte dicendi ſcripſiſſet, irridetur, ut non rhetor, ſed ut pictor, qui non tam librum ſcripſerit, quam infulas depinxerit: ut enim reor infulæ pingi ſolebant. *Turneb.* Similiter Seneca Conſolat. ad Helv. epiſt. 14: *Hæ litteræ, non dicam*

[illegible] hoc eſt ſunt viro, qui iis eſt inſtructus, ornamento, illum in dignitate ponunt, & venerabilem reddunt. *Gravius.*

Cappadociaque] Quos Pompeji victoria pop. Rom. adjunxerat, victo Mithridate. Macedones Cappadociam in duas partes diviſere: majorem, quam etiam proprie Cappadociam nominabant: & minorem, quam Pontum, alii Cappadociam ad Pontum. Auctor Strabo. *Turneb.*

Num obſcure videntur prope haſta præconis inſectari Cn. Pompeji exercitum] Quibus verbis aperit id, quod propoſuit, nimirum hoc capite palam oppugnari Pompejum, cum vendi jubeantur illi agri, in quibus ille bellum gerat, neque enim Kal. Ian.[illegible]is, quibus Cicero conſulatum inivit, bellum a Pompejo adhuc perfectum erat: nam cum Mithridates hoc anno arma repararet, a filio eſt interfectus. Invidioſe autem dixit, *prope haſta præconis inſectari Cn. Pompeji exercitum*, quaſi vero cum agri vendantur, in quibus Pompejanus exercitus eſt, exercitus ipſe vendatur. Haſtæ autem meminit, quod ea Romæ in auctionibus utebantur, & erat haſta præconis auctionis ſignum, unde in ſequenti dixit: *Ponite vobis ante oculos Rullum in Ponto haſta poſita auctionantem.* Et in II Philip. *Quis haſtam venditionis vidit, quis vocem præconis audivit?* hoc autem cum interrogatione, & indignatione dictum eſt; ut in ſequenti: *Num obſcure regnum conſtituitur?* ex quo apparet oratorem quaſi [illegible]

dicit,
conia
nia int
loquut
unquan
nes per
minerin
vibraſſe
ſexto 6
haſta n
auction
Centun
Decem
Centun
ſilium (
rum ger
quæ pur
telligim
pura noi
Ille,

Quæ ex
bantur,
ſe exerce
Etiamne
ro gram
in grami
Pars

Eodem
haſtas gr
velitaren
Hoc v
aliud leg
autem e
decemvi
quum e

ejus auctionis, quam conſtituunt, locum ſibi nullum definiunt? nam decemviris, quibus in locis ipſis videatur, vendendi poteſtas lege permittitur. Cenſoribus vectigalia locare niſi in conſpectu populi Romani non licet. his vendere vel in ultimis terris licebit? At hoc etiam nequiſſimi homines, conſumtis patrimoniis, faciunt, ut in atriis auctionariis potius, quam in triviis, aut in com-

Actionis ejus, quam conſtituunt, locum ſibi nullum definiunt] Excitat in Rullum invidiam, quem credibile eſt, ipſum ſupra oſtendiſſe, ſemet ipſum decemvirum eſſe renunciaturum: id enim fecit etiam in ſequenti, quibus verbis arguit, hanc legem Rullum ad ſuam, non ad populi utilitatem promulgaſſe. *Lauredanus.*

Cenſoribus vectigalia] Probat indignitatem hujus permiſſionis comparatione a minori. Cenſoribus, inquit, vectigalia populi Romani, niſi in conſpectu populi Rom. locare non licet, ergo decemviris, ut in ultimis terris vendere liceat, indignum eſt: qua in comparatione Cenſores decemviris opponuntur, forum Romanum ultimis terris, locatio venditioni. Cenſorum porro fuiſſe munus, ut vectigalia in conſpectu populi Romani locarent, omnes loquuntur hiſtoriæ; unde dixit in ſequenti: *Vectigalia locare nuſquam licet, niſi in hac urbe, hoc ex loco, hac veſtrum frequentia:* locum vero roſtra, unde loquebatur, intellexit. Plena autem eſt indignationis argumentatio. Cæterum, quod hic *ultimas terras*, Paphlagoniæ tenebras, atque Cappadociæ ſolitudinem in ſequenti appellavit. *Idem.*

Cenſoribus vectigalia] Cenſores ſarta tecta vectigalia, quæ ex agris publicis, ſilvis, portoriis colligebantur, redemptoribus, publicanis, mancipibus locabant. Hoc poſtea munus ad Conſules, imperatorum tempore, tranſlatum eſt. Ovidius de Sex. Pompejo Conſule,

Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam,
Et minui magna non ſinet urbis opes.

Et de Græcino Conſule,

Nunc longi reditus haſta ſuppenere luſtri
Credet, & exacta cuncta locare fide.

Locabant etiam, ut opinor, viceſimam, cujus mentio eſt apud Ciceronem ad Atticum, & Iuriſconſultos: a qua Livius *aurum viceſimarium* vocavit, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur. Erat autem viceſima pars hæreditatum teſtamentariarum, quæ ærario tribuebatur. *Turneb.*

At hoc etiam nequiſſimi homines] Auget hujus permiſſionis indignitatem diſſimilitudine. Nam nequiſſimi homines patrimonium in atriis potius auctionariis, quam in triviis, & compitis auctionantur; at hic publici patrimonii heluo permittit, ut quibuſvis in tenebris publica vectigalia veneant. Atria vero auctionaria loca ſunt, in quibus publicæ auctiones fiebant, quæ fortaſſe in foro erant; unde dixit in Quinctiana: *Tollitur ab atriis Licinis, atque a præconum conſeſſu in Galliam Navius.* Trivia vero, & compita loca ſunt urbis, in quæ tres, pluresve viæ incidant, in quibus auctio nulla fieri conſuevit. Itaque quod ſequitur diſſimilitudinem oſtendit in re ſimili. *Laured.*

Atriis auctionariis] Atria quædam erant in foro, in quibus conſeſſus præconum erat, auctioneſque fiebant. Cicero pro Quintio: *Tollitur ab atriis Liciniis, atque a præconum conſeſſu in Galliam Nevius.* Et de poëtis, qui ob paupertatem præconium facere cogebantur, ſic ſcribit Iuvenalis,

—— Nec fœdum alii nec turpe putarent
Præcones fieri, cum deſertis Aganippes
Vallibus eſuriens migraret in atria Clio.

Q. etiam Cicero cum in commentario de conſulatus petitione ſcribit, *ab atriis Sapalas & Servilias*, de præconibus intel-

compitis auctionentur. Hic permittit ſua lege decemviris, ut, in quibus commodum ſit tenebris, ut in qua velint ſolitudine, bona populi Romani poſſint divendere. Iam illa omnibus in provinciis, regnis, liberis populis quam acerba, quam formidoloſa, quam quæſtuoſa concurſatio decemviralis futura ſit, non videtis?

He-

telligit. Vt autem in atriis auctiones fiebant, ſic quoque Tubulaſtrio in atrio ſutorio Tubæ ſacrorum luſtrabantur. Sententia eſt: Etiam nepotes adeſa re familiari & perdita, ut creditoribus ſolvant, non in triviis neque paſſim, ſed certis & conſtitutis in locis, ut in atriis auctionariis, ſolent auctionari. *Turneb.*

Quibus commodum ſit] In quibus velint ut ſupra. At Cenſores Romæ in foro, ut oratione 2. dicit, vectigalia locabant. *Idem.*

Iam illa omnibus in provinciis] Nunc poteſtatem tantam, quanta ſuperioribus capitibus legis decemviris permittitur, decemviris ipſis quæſtuoſam, ſociis pernicioſam futuram eſſe ſtatuit. Augendi vero cauſa ſocios dicturus provincias, regna, ac liberos dixit: nam teſte Livio tribus modis externæ gentes in amicitiam populi Romani veniunt. aut cum victis leges dantur, aut cum pares bello paciſcuntur, aut, cum nunquam hoſtes fuerint, fœdere junguntur; Primus modus provincias continet, alteri duo ſive reges, ſive liberos populos. Acerbum autem dixit futurum ſociis decemvirum non adventum, ſed concurſationem; propter infinitam eorum avaritiam, ut etiam invitos ſpoliare velint: Formidoloſum, propter imperii magnitudinem, ut etiam de innocentibus ſupplicium ſumere poſſint: quæſtuoſum, propter infinitam eorum cupiditatem, quod pecunias a ſociis, ne agris ſuis ſpolientur, facile accepturi ſint. *Laured.*

Liberis populis] Pop. liberi qui non parent Regi: ut lib. 3. de legibus: *Nos autem qui leges damus liberis populis, quaque de optima repub. ſentiremus in ſex libris ante diximus, accommodabimus hoc tempore leges ad illum, quem probamus, civitatis ſtatum.* Interdum ſunt liberi populi, qui ſine vectigali & tributo pop. Rom. parebant, qui ſuis vivebant legibus, αὐτονόμους Græci vocant. Apud quos magiſtratus Romanus juſ ſine dicebat. Cicero in Piſonem: *Nam lege Cæſaris juſtiſſima atque optima, populi liberi plane & vere erant liberi: lege autem ea, quam nemo præter te & collegam tuum putavit, omnis erat tibi Achaja, Theſſalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta.* Et de provinc. Conſularibus: *Tum inquam emiſti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis jus in liberos populos contra Senatuſconſultum, & contra legem generi tui dicere liceret.* Hic liberos populos dicit, qui neque in provinciæ formam redacti ſunt, ut vectigal pendant, neque Regi parent. Nam provinciis & regnis opponit. *Turneb.*

Concurſatio] Peragratio, cum eas provincias, regna, liberos populos obibunt. Epiſtola prima famil. *Libonis*, inquit Cicero, *& Hipſei non obſcura concurſatio, omnium Pompeji familiarium ſtudium.* Nam omnium domos obibant omneſque prehenſabant. Sic concurſare dixit lib. poſteriore de Divinatione, *Venit enim jam in contentionem, utrum ſit probabilius, Deoſne immortales rerum omnium præſtantia excellentes, concurſare omnium mortalium, qui ubique ſunt, non modo lectos, verum etiam grabatos:* hoc eſt, obire ut ſomnia mittant & futurum præſignificent. *Idem.*

Non videtis] Genus eſt loquendi oratoribus uſitatum. cum aliquam rem perſpicuam eſſe ſignificare volunt, quæ tam animo perſpiciatur, quam ea quæ oculis cernimus; ut illud Horatii:

Non vides, quanto moveas periclo
Pyrrha Getula catulos leana.

Laured.

He

ꝛreditatum obeundarum cauſa quibus vos legationes diſtis,qui & privati & privatum ad negotium exierunt, n maximis opibus, neque ſumma auctoritate praediti, nen auditis profecto, quam graves eorum adventus :iis veſtris eſſe ſoleant. Quamobrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris & mali, cum

Iareditatum obeundarum cauſa] Pro- quod ſtatuit comparatione a minori contraria. Legatorum, qui privatis rebus privati nulla prope auctoritate diti exeunt, graves ſociis adventus t; ergo multo graviorem decemvi- ı concurſum, qui maxima cum po- ate, infinito cum imperio mittun- : opponuntur autem decemviri lega- . qui ſunt cum ſummo imperio pri- s, & nulla prope auctoritate prædi- qui in orbem terrarum mittuntur qui ad privatum negotium mittun- . Legatos autem nunc ſignificat eos, legationes liberas obibant, quas mani Senatores a Senatu ſæpe impe- ›ant vel vitandi periculi, vel voti ſol- .di, vel negotii privati procurandi, hæreditatis obeundæ, vel pecuniæ ʒendæ cauſa; periculi: ut Cicero 14. epiſt. *Meum fuit officium vel le- ione vitare periculum, vel diligentia, copiis reſiſtere, vel cadere fortiter*; ti: ut lib. II. ad Attic. *A Cæſare de liberaliter invitor in legationem il- ı, ſibi ut ſim legatus, atque etiam li- s legatio voti cauſa datur.* Et lib. IV. ı *me a Pompejo legari ita ſum paſſus, ıulla re impedirer, quin ſi vellem, voti ſa legationem ſuſcipere poſſem.* Et li- › XV. *Votiva legatio ne tibi quidem pla- ıt. Etenim erat abſurdum, quæ, ſi ſſet reſp. voviſſem, ea me everſa illa a diſſolvere.* Negotii privati: Cicero Cornificium: *C. Anicius familiaris us negotiorum ſuorum cauſa legatus eſt Africam legatione libera*; & in ſequen- graria: *Legatos noſtros homines, qui ım privatarum cauſa legationes liberas unt*: Hæreditatum, ut hoc loco: gendæ pecuniæ, ut pro Flacco: *Le- iones ſumere liberas exigendi cauſa, ſum eſt*: Hæ autem legationes a Senatu, & a populo dabantur; unde Cicero ad Q. Fratrem: *Illud, quod cupit Clodius, eſt legatio aliqua, ſi minus per Senatum, per populum libera.* Eaſdem lege Iulia in quinquennium definitas tradit lib. XV. ad Attic. *Habent*, inquit, *legationes liberæ definitum tempus lege Iulia.* Iam cum dixit, *Qui & privati, & privatum ad negotium exierunt.* Feſtive idem verbum bis poſuit, quam figuram traductionem vocant, ut illud Catulli:

——— *Bona cum bona*
Nubit alite virgo.

Quia vero privati exeunt, non maximis opibus ſunt, quia ad privatum negotium, non ſumma auctoritate. Illa vero; *Quamobrem quid putatis impendere*: redditio comparationis eſt, quam complexionis in modum affert, addita interrogatione, in quam ex rei indignitate videtur erumpere; ut in ſequenti: *Quid cenſetis cum iſti decemviri cum imperio, cum faſcibus per orbem terrarum vagabuntur.* Elatorie autem dixit, non ſocios, aut regna, aut provincias, ſed *omnes gentes, & orbem terrarum*, ut invidioſam eorum poteſtatem faceret; & adjicit; *Terroris, & mali*: nam in imperio ſummo terror eſt, ex avaritia malum impendet. *Laured.*

Privati] Senatoribus dabantur illæ legationes: ſed cum imperio, ut decemviri, non mittebantur, verum privati, *privatum ad negotium*, ad res ſuas ſine ullo reipub. munere. *Turneb.*

Graves eorum adventus] Proinde in conſulatu has legationes tollere tentavit Cicero: quanquam ad ſenatus commodum pertinere videbantur, feciſſetque, niſi leviſſimus Trib. plebis impediſſet: poſtea lex Iulia quinquennio definiit. *Idem.*

... monitorio in atrio
lutorio Tubæ ſacrorum inſtrabantur. Sententia eſt: Etiam nepotes adeſa re familiari & perdita, ut creditoribus ſolvant, non in triviis neque paſſim, ſed certis & conſtitutis in locis, ut in atriis auctionariis, ſolent auctionari. *Turneb.*

Quibus commodum ſit] In quibus velint ut ſupra. At Cenſores Romæ in foro, ut oratione 2. dicit, vectigalia locabant. *Idem.*

Iam illa omnibus in provinciis] Nunc poteſtatem tantam, quanta ſuperioribus capitibus legis decemviris permittitur, decemviris ipſis quæſtuoſam, ſociis pernicioſam futuram eſſe ſtatuit. Augendi vero cauſa ſocios dicturus provincias, regna, ac liberos dixit: nam teſte Livio tribus modis externæ gentes in amicitiam populi Romani veniunt. aut cum victis leges dantur, aut cum pares bello paciſcuntur, aut, cum nunquam hoſtes fuerint, fœdere junguntur; Primus modus provincias continet, alteri duo ſive reges, ſive liberos populos. Acerbum autem dixit futurum ſociis decemvirum non adventum, ſed concurſationem; propter infinitam eorum avaritiam, ut etiam invitos ſpoliare velint: Formidoloſum, propter imperii magnitudinem, ut etiam de innocentibus ſupplicium ſumere poſſint: quæſtuoſum, propter infinitam eorum cupiditatem, quod pecunias a ſociis, ne agris ſuis ſpolientur ...

populi,
pop. Rc
legibus,
pud quo
dicebat.
Cæſaris j
liberi pla
tem ea,
tuum pa
Theſſalo,
dicta. E
Tum inqu
de pecunia
contra Sen
generi tuo
pulos dicit
nam redad
neque Reg
regnis oppo
Concurſat
vincias, re
bunt. Epiſ
inquit Cice
curſatio, om
dum. Nam
omneſque
dixit lib.
Venit enim
ſit probabili
omnium pra
omnium mor
modo lectos
eſt, obire ut
præſignific

Hereditatum obeundarum cauſa quibus vos legationes dediſtis, qui & privati & privatum ad negotium exierunt, non maximis opibus, neque ſumma auctoritate præditi, tamen auditis profecto, quam graves eorum adventus ſociis veſtris eſſe ſoleant. Quamobrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris & mali, cum

Hæreditatum obeundarum cauſa] Probat quod ſtatuit comparatione a minori per contraria. Legatorum, qui privatis de rebus privati nulla prope auctoritate præditi exeunt, graves ſociis adventus ſunt; ergo multo graviorem decemvirum concurſum, qui maxima cum poteſtate, infinito cum imperio mittuntur: opponuntur autem decemviri legatis; qui ſunt cum ſummo imperio privatis, & nulla prope auctoritate præditis; qui in orbem terrarum mittuntur iis, qui ad privatum negotium mittuntur. Legatos autem nunc ſignificat eos, qui legationes liberas obibant, quas Romani Senatores a Senatu ſæpe impetrabant vel vitandi periculi, vel voti ſolvendi, vel negotii privati procurandi, vel hæreditatis obeundæ, vel pecuniæ exigendæ cauſa; periculi: ut Cicero lib. 14. epiſt. *Meum fuit officium vel legatione vitare periculum, vel diligentia, & copiis reſiſtere, vel cadere fortiter*; Voti: ut lib. II. ad Attic. *A Cæſare valde liberaliter invitor in legationem illam, ſibi ut ſim legatus, atque etiam libera legatio voti cauſa datur.* Et lib. IV. *Ego me a Pompejo legari ita ſum paſſus, ut nulla re impedirer, quin ſi vellem, voti cauſa legationem ſuſcipere poſſem.* Et libro XV. *Votiva legatio ne tibi quidem placebat. Etenim erat abſurdum, quæ, ſi ſtetiſſet reſp. voviſſem, ea me everſa illa vota diſſolvere.* Negotii privati: Cicero ad Cornificium: *C. Anicius familiaris meus negotiorum ſuorum cauſa legatus eſt in Africam legatione libera*; & in ſequenti agraria: *Legatos noſtros homines, qui rerum privatarum cauſa legationes liberas obeunt:* Hæreditatum, ut hoc loco: Exigendæ pecuniæ, ut pro Flacco: *Legationes ſumere liberas exigendi cauſa, rectum eſt:* Hæ autem legationes a Senatu, & a populo dabantur; unde Cicero ad Q. Fratrem: *Illud, quod cupit Clodius, eſt legatio aliqua, ſi minus per Senatum, per populum libera.* Eaſdem lege Iulia in quinquennium definitas tradit lib. XV. ad Attic. *Habent*, inquit, *legationes liberæ definitum tempus lege Iulia.* Iam cum dixit, *Qui & privati, & privatum ad negotium exierunt.* Feſtive idem verbum bis poſuit, quam figuram traductionem vocant, ut illud Catulli:

——— *Bona cum bona*
Nubit alite virgo.

Quia vero privati exeunt, non maximis opibus ſunt, quia ad privatum negotium, non ſumma auctoritate. Illa vero; *Quamobrem quid putatis impendere:* redditio comparationis eſt, quam complexionis in modum affert, addita interrogatione, in quam ex rei indignitate videtur erumpere; ut in ſequenti: *Quid cenſetis cum iſti decemviri cum imperio, cum faſcibus per orbem terrarum vagabuntur.* Elatorie autem dixit, non ſocios, aut regna, aut provincias, ſed *omnes gentes, & orbem terrarum*, ut invidioſam eorum poteſtatem faceret; & adjicit; *Terroris, & mali:* nam in imperio ſummo terror eſt, ex avaritia malum impendet. *Laured.*

Privati] Senatoribus dabantur illæ legationes: ſed cum imperio, ut decemviri, non mittebantur, verum privati, *privatum ad negotium*, ad res ſuas ſine ullo reipub. munere. *Turneb.*

Graves eorum adventus] Proinde in conſulatu has legationes tollere tentavit Cicero: quanquam ad ſenatus commodum pertinere videbantur, feciſſetque, niſi leviſſimus Trib. plebis impediſſet: poſtea lex Iulia quinquennio definiit. *Idem.*

… locis inundationem

Cum mittantur] Erfurt. *cum immutantur.* leg. *cum immittantur.* Eſt hoc verbum invidioſum. *Immitti* enim dicuntur ſicarii, & alii homines ſcelerati, qui ad ſcelus aliquod patrandum ſubornantur, ut notum eſt. *Grav.*

Summo cum imperio] Quia decem reges conſtituit: Regiam enim revera poteſtatem decemviris in quinquennium tribuit, ut oratione 2. ſcribitur. *Turnebus.*

Cupiditate] Cupiditas, habendi aviditas. Cicero in Verrem, *Vt homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere praditus.* Aviditas etiam nominatur in Antonium: *Hujus mendicitas aviditati conjuncta in fortunas noſtras imminebat.* Et animus avidus Plauto: *Quorum animus avidus, atque in ſatietatibus.* Idem.

Faſces formidoloſi] Propter imminens, & promptum in eos, qui dicto decemvirum audientes non fuerint, ſupplicium. *Laured.*

Iudicium ac poteſtas erit non ferenda] Quia poterunt, quod videbitur publicum judicare, quod judicarint vendere. *Idem.*

Publicum judicare] Privatis abjudicare, & populo Romano adjudicare: publico autem privatum opponitur. Et autem publicum, quod populi Romani eſt. Itaque bona civitatis abuſive, ut Vlpianus ſcribit, publica dicta ſunt. Sola enim proprie ea publica dicenda ſunt.

ri ſint,
enim, i
vendant
a moribu
ſunt ſan
τ@. La
Quod
velit dic
ſunt, eſſ
Per leg
gura, qu
cum clau
Demoſth
εἴπερ ἦν ὅ,
& finis cl
Quas ſp
quas ſponſ
ut intellig.
ſituri eſſe
decemviro
poſſideren
vatos, in
Sed a vulg
Nundina
Sic dixit,
mam juri
ut in Ver
tem ſuam
nium: *In*
nundina.
his verbis
agros extra
privatus ſi

ſore putatis? Etenim quod ſuperiore parte legis praefinitum fuit, Sulla & Pompejo conſulibus, id rurſus liberum infinitumque fecerunt. Iubet eoſdem 4
decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut iidem poſſint & liberare agros, quos commodum ſit, &, quos ipſis libeat, publicare.

quo

lendos conduxerint, majus vectigal pendant, quam aſſuevit, privatos vendant; utroſque autem, quos commodum ſit, aut velint, vel liberent, ſi publici ſint, vel publicent, ſi privati. hoc enim eſſe *liberare agrum* docet Cicero in primo ad Atticum: *Liberabam agrum eum, qui P. Mucio, L. Calpurnio Coſ. publicus fuiſſet.* Lauredanus.

Etenim quod ſuperiore parte legis praefinitum fuit] Senſum legis hunc elicit, quod ante præfinivit conſulatu L. Sullæ, & Q. Pompeji, cum ea vendi juſſit, quæ poſt eos conſules publica populi Romani facta eſſent, id nunc reddit infinitum, cum omnes agros præter Recentoricum, & Hiempſalis regis, poteſtati & cognitioni decemvirali permittit. *Idem.*

Sulla & Pompejo] Quo capite jubebat, ut quicquid extra Italiam eſſet, quod publicum populi Romani factum eſſet L. Sulla, & Q. Pompejo Coss. poſtea id omne decemviri venderent. *Turnebus.*

Liberum infinitumque] Proximo capite, quo jubent, ut pergrande vectigal agris publicis imponatur. Quos enim cumque volent, publicos eſſe judicabant, neque ulla præfinitio temporis eſt, id tamen a Rullo ſcriptum & promulgatum erat, ut pro vectigalibus, quæ decemviri venderent, alia reponerent, ne reſpub. hac largitione & venditione damnum acciperet, neu ærarium imminueretur. *Idem.*

Iubet eoſdem] Erfurt. *jubet enim eoſdem decemviros.*

Pergrande vectigal] Arvis ultra decumam, paſcuis ſcripturam gravem. Hos autem agros dicit, quos populi Romani eſſe judicarint decemviri: tametſi pop. Rom. facti non ſint, id eſt, non ſint a populo poſſeſſi, non ſint pop. adjudicati. Quo quidem capite magna decemviris poteſtas permittitur, ut quos velint agros pop. Rom. adjudicent, eiſque vectigal imponant: quos velint abjudicent & liberent. Hinc prædandi magnam fore occaſionem decemviris ait. Eſt autem hic *liberare agros*, liberos & immunes reddere: ut nihil penſitent. Nam agri, qui publici erant aratoribus dati, decumas pendebant, ſi arvi eſſent, ſi paſcui, ſcripturam. Italicis populis civitate tandem donatis, tributarii & ſtipendiarii deſierunt eſſe in Italia agri, cum tales eſſent provinciales ut Iuſtinianus dicit. Vocantur autem tributaria & ſtipendiaria prædia, quæ in provinciis ſunt, quæ, ut idem ait, traditione alienabantur, quod, ut reor, nexu non poſſent, nec mancipatione. Id declarant verba vel Simplicii, vel Vrbici (duplicem enim inſcriptionem reperio) *Prima conditio poſſidendi hæc eſt per Italiam, ubi nullus eſt ager tributarius, ſed aut colonicus aut municipalis, aut alicujus caſtelli, aut conciliabuli, aut ſaltus privati: at ſi ad provincias reſpicimus, habent agros colonicos quidam ſui juris, habent & colonicos ſtipendiarii qui ſunt, in eodem habent & coloni ſtipendiarios: habent autem provincia & municipales agros, aut civitatum peregrinarum, & ſtipendiarios, quod nexum non habent, neque poſſidendi ab alio quam poſſidentur tam a privatis: ſed alia conditione venerunt, ſed nec mancipatio eorum legitima poteſt eſſe. Poſſidendi enim illis quaſi fructus tollendi cauſa, & præſtandi tributi conditio conceſſa eſt.* Porro in oratione 3. *liberos agros* aliter Cicero dicit. Non enim eos appellat, qui immunibus & tributariis opponuntur, ſed qui ſervi non ſunt, id eſt, qui ſervitutem non debent. *Turnebus.*

Que

…tendit, dilemmate uſus. aut enim, inquit, decemviri in hoc judicio ſeveritate utentur, aut benignitate. ſeveritas propter acerbitatem reprehendenda, ſi invitos ſpoliabunt; benignitas propter quæſtum vituperanda, ſi pecunias, ne vendant, accipient. *Laured.*

Severitas] Si agrum publicent decemviri. Acerbitatem in nimia ſeveritate ponit, & ſummo jure in Partitionibus, cum ſcribit, *Acerbitatem eſſe juſtitiæ imitatricem.* Quod verbum a fructibus acerbis tranſlatum eſt, ut ſit tanquam συφρότης. Turneb.

Benignitas] Si liberent. Nam benignitas quædam liberalitas eſt, & indulgentia, & conceſſio, etiam interdum profuſio. Horatius, *Quippe benignus erat.* Se liberales autem non præſtabunt ſine quæſtu, nec illa conceſſio gratuita erit. *Idem.*

Suſpicioſa] Nam ſuſpicio eſt Trib. a Siculis & ab Hiempſale pecunia corruptos, exceptionem legi adjeciſſe. *Idem.*

Imponendo] Illo in capite, quo imponi pergrande vectigal jubet agris, qui publici judicati fuerint. Recentoricus autem ager cum publicus eſſet, a privatis poſſidebatur, qui poſſeſſione ſe defendebant, non agri conditione. Recentoricum Sicilienſem dicit, qui in Sicilia ſit populi Romani. Sic lege Rulli immunem & ſine vectigali erant eum poſſeſſores habituri. *Idem.*

In vendendis agris, eos agros, de quibus, &c.] In vendendis agris, inquit M. Tullius, eos agros excipit, quibus …

re delen…
camus, …
dum, *in*…
pit, de qu…
quod tuti…
Sit fæ…
lem, quo…
& firmun…
more erat…
Socii & …
appellaren…
in Capitol…
tis Ciceron…
Erfurt. *de*…
Forte; *de*…
vulgatam r…
In Afric…
regio inter…
Carthago e…
thagine po…
adjudicarat…
Hiarba Po…
parte conſt…
Suſpicor au…
quo inter …
lam, poſt ſe…
contentio fu…
nico confect…
carit, cum f…
nuntiaſſet P…
agro ſic ſcrib…
Carthaginenſi…
Galam Sypha…
gratiam Socer…
bus dono dede…
Maſiniſſa expu…

foedere, & Recentoricus ager privatus eſt, quid attinuerit excipi? ſin & foedus illud habet aliquam dubitationem, & ager Recentoricus dicitur nonnumquam eſſe publicus, quem putet exiſtimaturum, duas cauſas in orbe terrarum repertas, quibus gratis parceret? Nunc quiſnam tam abſtruſus uſquam nummus videtur, quem

blicus, ſi privatus, non fuit excipiendus. nam vectigal agris publicis tantum imponitur, ſi publicus, non gratis parcit ei agro, ſed pecunia corruptus. Item: Hiempſalis agris aut ſatis eſt cautum fœdere, aut non, ſi ſatis, non attinuit eum excipi, ſi non ſatis. ergo pecunia inductus ei agro cavet, ne vendatur. Cæterum, *hic quæro*; &, *primum quæro*, genera ſunt dicendi, quibus ſæpe utitur Cicero in refellendis adverſarii rationibus, ut ſæpe infra: *Libet agros emi, primum quæro, quos agros.* Item: *Hic quæro, quam ob cauſam initium rerum, ac legum ſuarum hinc duxerit?* Poſt Hiarbam autem regem a Cn. Pompejo victum, de quo ille vivente Sulla ex Africa triumphavit, regnavit Hiempſal, Hiempſali Iuba ſucceſſit, quem poſtea Cæſar prælio devicit. Dio, Plutarchus, Appianus. Hic vero Hiempſal, quanquam Mauritaniæ rex erat, tamen agros beneficio populi Romani in Africa poſſidebat. Africam enim eam partem, quam Pœnis ademerant, Romani præcipuo nomine appellabant. *Laured.*

Fœdere] Quod populus non juſſit. *Turnebus.*

Duas cauſas in orbe terrarum repertas, quibus gr.] Sic olim edideram, *duas cauſas in orbe terrarum repertas, quare his agris gratis parc.* ſententia aperta, duas cauſas eſſe repertas, propter quas cauſas agro Recentorico, & iis agris, qui ab Hiempſale poſſidentur, parceret. Sed Cl. Puteanus putat, nihil a recepta, & vulgata ſcriptura eſſe mutandum, quoniam (inquit) hic, *cauſa*, non ſignificat id, quod Græci, αἴτιον vocant, ſed τὸ πρᾶγμα, rem, negotium. ut, cum idem Cicero in prima epiſt. lib. 1. epiſt. dicit, *cauſam regiam:* & *rem Alexandrinam, cauſamque regiam:* & pro lege Manilia, *cauſam reip.* & Philipp. 5. *Cæſar eam complexus eſt cauſam, & ſimil.* Ego omnino, quia conjecturis omnibus non ſolum meæ, ſcripturam receptam, a qua non diſcrepet antiqua, & quæ ſit tolerabilis, ſemper anteponendam arbitror, nunc quidem hic nihil muto, quamvis olim aliter & ſenſerim, & fecerim. Sed tamen hoc liquido, confirmabo, conjecturæ meæ & rationem valde eſſe probabilem, & locutionem admodum uſitatam ac facilem, & ſententiam planiſſimam atque apertiſſimam. *Lambinus.*

Gratis] Sine corruptela, ſine quæſtu. Integrum erat apud veteres *gratiis:* ut apud Terentium in Phormione, *Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis.* Ita enim ut legatur poſtulat verſus, cum *gratis* vulgo edatur. Et in Aſinaria Plauti, *Age nunc, reſide, cave modo ne gratiis:* Objicit enim præconi lucri ſtudium, qui nihil ſine quæſtu faceret. Qui locus miſere depravatus eſt omnibus in lib. Hinc *ingratiis:* Terentius Eunucho, *Opus faciam ut defatiger uſque, ingratiis ut dormiam.* Ita enim legendum eſſe oſtendit verſus octonarius, non ut vulgo *ingratis:* Quo verbo in Quintiana eſt uſus Cicero, *Extorquendum eſt invito, atque ingratiis:* ſic enim in libro vetere legi. *Turnebus.*

Num quiſnam tam abſtruſus nummus videtur] Suſpicione avaritiæ confirmata concludit amplificando, eos occultas omnes conficiendæ pecuniæ vias perveſtigaſſe, unde odium in eos creatur: tractatur autem hæc concluſio interrogatione. *Laured.* *Nunc quis' nam, &c.*] Lego, *Num quis' nam tam abſtr.* id eſt, num aliquis tam abſtruſus nummus eſt, &c. *num quiſnam* valet, num 'nam aliquis. *Lambinus.*

Quem

ductis, neque inter ſe, ut par eſſet, convenientibus. Nam architectus fabricæ princeps dicitur, olfactare autem ad odorem ſpectat, atque á canibus venaticis ſumptum eſt, itaque ſuſceptam metaphoram uſque ad exitum non perducit, quod raro alias fecit: ut autem nunc dixit *architectum legis*, ſic pro Sex. Roſcio, *architectum ſceleris*: quos autem ſignificet hoc loco, facilius in ſequenti oſtendemus. *Lauredanus.* *Architecti*] Conditores, auctores, artifices. Metaphora eſt. Architectus autem a veteribus etiam *architector* dicebatur: Varro apud Nonium: *Harum ædium ſumma atria conſultabant architectores.* Plautus Moſtellaria, *Nam ſibi laudaſſe ædes ait architectorem*, ubi more Græco Architectonem legunt: ſed vetuſtatem retinendam cenſeo. *Turneb.*

Provincias, civitates liberas, ſocios] Tranſit ad aliud caput diſſuadendum, id erat, quo jubebat prædam, manubias, aurum coronarium ad decemviros referri: tranſit autem ita, ut quod dicturus eſt, gravius, quam id, quod dictum eſt, faciat; cum ipſum iis, quas commemoravit, pecuniis non contentum aliarum etiam appetentem eſſe adjicit: exhauriunt ergo, inquit, ſocios, invadunt vectigalia; non eſt hoc ſatis: prædam etiam & manubias, & aurum coronarium ſibi vendicant: quæ orationis figura tranſitioni aptiſſima eſt, ſic in ſequenti: *Intellexiſtis, quot & quantas res decemviri legis permiſſu vendituri ſint, non eſt ſatis.*

ampliſſimo populi ſenatuſque judicio exercitus habuiſtis, & bella geſſiſtis. Quod ad quemque pervenit, pervenerit, ex praeda, ex manubiis, ex auro coronario, quod

Ampliſſimo] Amplitudo corporis proprie eſt. Hinc ad alia transfertur. Plinius de avunculo ſuo: *Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis gravior & ſonantior erat*, id eſt, cum eſſet corpore pleniore & pinguiore. *Turneb.*

Quod ad quemque pervenit, pervenerit] Verba legis ſunt, ex quibus non eſt, quod quiſquam exiſtimet, ut Ramus, alterum horum *pervenit, pervenerit*, ſupervacaneum eſſe. ſic enim in Cluentiana: *Qui in ſenatu ſententiam dixit, dixerit; coit, coierit; convenit, convenerit*; quorum alterum præteriti eſt, futuri alterum. *Laured.* *Pervenit, pervenerit*] Vnum præteriti eſt, at alterum ad futurum refertur, quod jam pervenit, aut in poſterum pervenerit. Iſque ſermo uſitatus eſt legibus. In edicto urbano Verris: *Qui ab Aulo Poſthumio Q. Fulvio Cenſoribus, poſtve ea fecit, fecerit. Fecit, fecerit? Quis unquam edixit iſto modo?* Reprehendit enim Cicero quod in præteritum, non tantum in futurum Verres edixiſſet. *Turneb.*

Ex præda, ex manubiis] Non idem ſignificans. nam præda ſunt corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt, manubiæ pecunia a quæſtore ex venditione prædæ redacta. id quod Gellius docet, cum verba Ciceronis ex hac oratione ponderat, quæ tamen exciderunt. ea vero ſunt hæc: *Prædam, manubias, ſectionem, caſtra denique Cn. Pompeji ſedente imperatore decemviri vendent.* Vtrumque autem complexus eſt Cicero cumulandæ invidiæ gratia. *Laured.* *Ex præda, ex manubiis*] Hunc locum tractat. A. Gellius lib. 13. cap. 23. his verbis: *Sed quæro, an M. Tullius, verborum homo diligentiſſimus, in oratione, quam dixit, de lege agraria, Kalendis Ianuariis contra Rullum, inani, & illepida geminatione junxerit manubias, & prædam, ſi duo hæc verba idem ſignificant, neque ulla re diſſident.* Quæ verba eo libentius protuli, quod una opera ex eis intelligere licet, hanc orationem ſic fuiſſe a veteribus inſcriptam. *de lege agraria, Kalendis Ianuariis*, & cet. quod & Cariſius declarat lib. 1. grammatic. inſtit. ut me Cl. Puteanus admonuit. *Lambinus.* Si *manubiæ* eſt pecunia ex vendita præda redacta, quomodo potuerunt *manubiæ* vendi? Verum igitur eſt, quod alibi in his ad Tullium notis docui ex Aſconio, *manubias* ſæpe ſignificari partem prædæ captæ, quæ imperatoribus, qui bellum aliquod feliciter & e republica geſſerant, a republica dabatur, quam illi plerumque impendebant in opus aliquod publicum. Vnde illa inſcriptio templo præfixa. *Ex manub.* apud Gellium, quam tamen Phavorinus ipſe, licet alios falſe irrideat, non intellexit. Sed ex hac oratione & ſequente patet clariſſime, manubias eſſe partem prædæ imperatori pro opera reip. navata aſſignatam. *Grav.*

Coronario] Quod conferebatur a provincialibus in coronas ad ornamentum triumphi. Itaque niſi decreto triumpho, coronarium exigi non licebat. Cic. in Piſonem, *Mitto aurum coronarium, quod lex decerni & accipi vetat, niſi decreto triumpho.* Plinius: *Claudius ſucceſſor ejus cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas, unam VII pondo habuit, quam contuliſſet Hiſpania Citerior: alteram IX, quam Gallia Comata, ſicut titulus indicavit.* Gellius, *Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur: id vulgo dicitur aurum coronarium.* Nugantur hic nonnulli, a provincialibus datas bene meritis rectoribus initio coronas, poſtea aurum pro coronis, homines antiquitatis ignari. De coronis triumphorũ ita ſcribit in Æmilio Plutarchus, ἐφεξῆς δὲ τούτοις ἐκομίζοντο χρυσοῖ στέφανοι τετρακόσιοι τὸ πλῆθος, οὓς αἱ πόλεις ἀριστεῖα τῆς νίκης τῷ Αἰμιλίῳ μετὰ πρεσβειῶν ἔπεμψαν. Id eſt, *Deinceps ſequebantur aureæ coronæ quadringentæ numero, quas urbes victoriæ præmia & ornamenta Æmilio cum legationibus miſerant.* Livius lib. 40. *Tulit in triumpho coronas aureas centum viginti quatuor.* Turneb.

Quod

quod quiſque imperator habeat pe

Quod neque conſumptum in monumento, neque in ærarium relatum ſit] Nam moris fuit; ut imperatores ex manubiis hoſtium, aut auro, vel templa extruerent, vel alio modo urbem ipſam ornarent, ut Metellus, qui ex manubiis Dalmatarum ædem Caſtoris extruxit. Curius, qui aquam Anienem ex manubiis Pyrrhi in urbem perduxit. Antonius, qui manubiis imperatoriis roſtra Cenſor ornavit. auctor Pædianus, Frontinus de Aquæductibus. Cicero 3. de oratore. vel ea omnia in tabulis quæſtoriis perſcripta in ærarium referrent. quod omnes hiſtoriæ docent. Hoc autem ad decemviros cum referri jubere ait, invidioſe, & criminoſe ait, quaſi vero ad eos, ut ad dominos referendum ſit. Hoc autem caput quam iniquum ſit, inde probat, quia in omnes imperatores. & eorum hæredes quæſtionem comparant, de quibus quæri iniquum ſit, cum de repetundis pecuniis non decemviri, ſed prætor cum conſilio quærere debeat. inter cæteros autem quæſtionem, inquit, parant in Fauſtum L. Sullæ dictatoris filium, atque hæredem, de pecuniis reſiduis. quam cauſam ſuſcipi a decemviris iniquum eſt, quia a juratis judi

In m

pecuniis,
chinium,
tum eſt a T
exercitibus
nuerat ex
gnam vim
men recept

Iurati ju
& reipub. c
conſilio po
ces dicuntu
dicarent, ju

Iſti decem
fore ſperant
diſſenſiones
quentur, h
factionem S

Idcirco a ju
Quæ eſt eju
confirmatio.
quæſtionem
cunia perven
facere in eos
poſterum inq

Deinde eti
gentiſſime ſan
aliud legis cap
ſed pars prior

decemviros deferat. Hic tamen excipit Pompejum; ſimillime, ut mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus excipitur. non enim hac exceptione unus afficitur beneficio, ſed unus privatur injuria. Sed cui manubias remittit, hujus vectigalia invadit. jubet

Hic tamen excipit Pompejum] Cum de iis imperatoribus ad quos pecunia publica perventura eſſet, ſcriberet, excipiebat unum Cn. Pompejum. Quam exceptionem iniquam eſſe docet duabus rationibus. quarum una ſumpta eſt a diſſimilibus, altera a repugnantibus; a diſſimilibus ita. Non eodem modo excipitur Servilia lege Pompejus, ne pecuniam in ærarium referat, atque lege illa, qua peregrini urbe ejiciuntur, Glaucippus. nam hac lege Pompejus unus privatur injuria, illa Glaucippus afficitur beneficio. ille autem ironia hanc ſententiam illuſtravit, a repugnantibus ita: repugnat, remittere Pompejo manubias, & ejus vectigalia vendere. id autem Servilia lege fieri probat ex ſequenti capite. *Laured.*

Illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur] Legem, qua peregrini urbe ejiciuntur, intelligit Papiam, quæ biennio ante lata fuerat a C. Papio tribuno pleb. ut omnes peregrini urbe exirent. peregrinos autem non Latinos, neque ſocios Italicos intellexit, de quibus lex Licinia Mucia ante civitatem Italiæ datam lata fuerat, ſed de externis, ut Gallis, Hiſpanis, & Græcis, ex quibus erat Glaucippus. itaque quia recens erat lex, propterea eam nominatim non appellavit, ſed ut omnibus notam attulit. quam legem vituperavit in lib. de officiis. *Male etiam*, inquit, *qui peregrinos urbis uſu prohibent. quod tulit apud patres noſtros Pennus, Papius nuper.* quare qui legem Liciniam Muciam hoc loco intelligi putant, haud ſatis ejus legis, atque hujus loci ſententiam proſpexiſſe videntur. *Idem.* *Peregrini Roma ejiciuntur*] Cotta & Torquato Coſſ. Cajus Papius omnes peregrinos, qui Itali non eſſent, quod Deorum nimia frequentia eſſet, moreſque importarent a Romanis inſtitutis alienos, urbe ejecit lege lata. Auctor Dion. Ejus legis meminit Cicero in officiis, quam & improbat, ut hoc loco. *Turneb.*

Sed unus privatur injuria] Reſtitui, libris omnibus & vulgatis, & manuſcriptis invitis, *unus prohibetur injuria*, ratione fretus. nam primum privatio ſupponit habitum. deinde privatio eſt rei bonæ. At hic Glaucippus nulla affectus erat injuria, ſed ei lege cautum erat, ne afficeretur. quare non poteſt dici, *privari injuria*, qua affectus non eſt. injuriam autem non eſſe bonum, conſtat. Dico igitur legendum eſſe, *ſed unus prohibetur injuria.* ſic autem loquuntur boni ſcriptores, *prohibere aliquem domo, aditu, calamitate, injuria, detrimento, periculo, ſeu a periculo, ab injuria*, &c. Plautus, Salluſtius, Cæſar, Cicero, & cet. neque hic me movebant legulei quidam moroſi, & faſtidioſi, qui cum in lingua Latina parum videant, multo minus in Græca, uſque, adeo ſunt impudentes tamen, ut audeant melioribus obſtrepere, atque obgannire. Quos ego ſi ſenſero ad optima quæque irridenda ſuis ſupinis, ac ſuſpenſis naribus, ut ſolent, abuti, flebunt. *Lambinus.* *Sed unus privatur injuria*] Lambinus obtrudit, *prohibetur*; ſed bene quod addit, id facere omnibus & vulgatis & mſſ. invitis. *Gruterus.* Lambinus hunc locum non intellexit, vide notam Lauredani, quæ hanc præcedit.

Hujus vectigalia invadit] MSS. Pith. *In hujus vectigalia invadit.* *Vectigalia invadit*] Vectigalia ab eo parta, & pop. Rom. quæſita. Erat autem initio proprie vectigal, ut Pompejus ait, *a via*, ut alii *vectura*. Hic & aliis locis, eſt portorium, decuma, ſcriptura. Differt a tributo. Nam tributum pecunia erat, quæ

bus. Optime. Quis ergo emet

quæ a civibus in belli ſumptum exigebatur. Plautus Epidico: *At tributus cum imperatus eſt poteſſe pendi negant.* Turnebus.

Iubet enim pecuniam, ſi qua poſt nos conſules] Probat quod dixit, Rullum, qui manubias remittit Pompejo, ejus vectigalia vendere. nam jubet, inquit, ſi qua pecunia poſt me conſulem ex vectigalibus novis recipiatur, hac ut decemviri utantur. quod nihil aliud eſt, quam Pompeji nova vectigalia vendi jubere. ea vero ex Ponto, Bithynia, & Syria, quæ tres a Pompejo provinciæ factæ ſunt, recepta ſunt. Appiano, Dione, aliis auctoribus. *Laured.*

Ex novis vectigalibus reficiatur] Sic legendum, non, ut eſt in libris vulgatis, *recipiatur*. licet & legere, *redigatur*, quod nonnullis placet. *Lambinus.* *Ex novis vectigalibus*] Quæ nova reipub. imperatorum victoriis quærentur, ut Pompeji. *Turneb.* *Ex novis vectigalibus recipiatur*] Ita edd. vett. ita Pall. Lambinus juſſit reſcriberemus, *reficiatur*. quo jure? *Gruter.* *Recipiatur* retinent quoque Pithæi & Francii primus.

Videtis jam patres C. omnibus rebus, & modis conſtructam, & coacervatam pecuniam] Tranſit ad aliud legis caput, quod erat: Hac pecunia decemviri agros emant. ut autem ſuperiora capita iniqua probavit, ſic hoc, ut iidem decem

cunqu
ficiunt
avaro:
Q
Omnib.
gendu
bus reb
bus reb
bus; n
bri. *R*
pecuni
ead. co
Conſt
vos cor
quitur
primat.
quæ im
cretius:
Fuln
Nub
Iterum
Si
Minu
genioſe
currit in
excitave
quiſque
cervis.
in quo c

temviri: tu Rulle, miſſos enim facio ceteros, emes quos voles, vendes quos voles, utrumque horum facies, quanti voles. Cavet enim vir optimus, ne emat ab invito. quaſi vero non intelligamus, ab invito emere injurioſum eſſe: ab non invito quaeſtuoſum. Quantum tibi agri vendet, ut alios omittam, ſocer tuus? &, ſi ego ejus aequitatem animi probe novi, vendet non invitus. Facient idem ceteri liben-

inique id fieri proponit. quid autem inique fit? agros ab iiſdem decemviris emi. ipſe autem utitur dialogo oratorio, quo ab adverſario quærit, quæ vult, eumque reſpondentem facit. *Laured.*

Tu Rulle, miſſos enim facio cæteros] Sola increpatione iniquitatem hujus emptionis oſtendit. ut enim in re perſpicua invehitur in Rullum principem decemvirum deſignandorum. cum autem inquit: *Tu Rulle*, ſignificanter inquit, cupidum ſcilicet, atque avarum hominem, qualem ipſum antea deſignavit, ſignificans. alioquin vis argumenti nulla eſſet, quæ tamen maxima eſt, ſi ita intelligatur: Inique hoc fit, nam non eſt cupidis hominibus permittenda poteſtas, ut emant agros, quos veſint, a quibus velint, quanti velint. *Idem.*

Tu Rulle] Qui te decemvirum fore ſperas, emes quos voles agros ad deducendum populum ſteriles, peſtilentes, invidioſos. Emere etiam dicebant veteres conciliare, unde apud Terentium, *Eunuchus male emptus, male conciliatus dicitur.* Plautus, *Et ſororem in libertatem idem opera concilio mea.* Turneb.

Quanti voles] Quanti voles vendes agros publicos: quam magno voles populo Romano induces agros emptos, atque hic prædabere. *Idem.*

Cavet enim vir optimus, ne emat ab invito] Eſt Rulli defenſio, qua legis iniquitatem tollit. quam ironia ornavit, virum optimum appellans Rullum, quem cupidiſſimum eſſe vult intelligi. hanc autem exceptionem improbat dilemmate, inquiens, *Ab invito emere injurioſum eſſe, a non invito quæſtuoſum.* Quæſtuoſum autem intelligit eis, qui vendiderint, vel quia quanti volent, vendent, vel quia invidioſas poſſeſſiones pecunia libenter commutabunt. in quo Rullum cavere Valgio ſocero ſuo ſignificat, qui poſſeſſiones invidioſas habebat, quas a Sulla, cujus partes ſequutus erat, acceperat, vel deſertas, quæ peſtilentes erant. id quod apertius ex tertia oratione colligitur. *Laured.*

Vir optimus] Qui nemini injuriam facere vult. Locus in ironia eſt. Caverat autem in lege Rullus, ne decemviri agros ab invitis tangerent: hoc enim erat uſus verbo. *Turneb.*

Quantum tibi agri vendet ſocer tuus? &, ſi ego ejus æquitatem animi probe novi, vendet non invitus] In hoc etiam ſalſe, atque *εἰρωνικῶς* Valgii improbitatem inſectatur. *Æquitatem* autem *animi* virtutem eam, quam Græci *ἀδιαφορίαν* appellant, nominavit, cum animus nulla re vehementius afficitur. quod autem dixit de Valgio, idem cæteros Sullanorum agrorum poſſeſſores libenter facturos, eadem de cauſa ſubdit. *Laured.*

Æquitatem animi] Hic animi æquitas animi conſtitutio eſt, quæ ægritudine & dolore vacat, nec graviter aut inique fert quod evenit. Sic animus æquus a Plauto dicitur:

> *Pol ſi eſt animus æquus tibi, ſatis habes*
> *qui bene vitam colas.*

Idem:

> *Sin ſecus, patiemur animis æquis.*

Contra iniquo animo ferre dicitur. Qui æquitatem hic interpretantur ſimplicem & apertam bonitatem, homines profecto ſunt minime mali minimeque callidi. *Turnebus.*

Cæteri] Sullani, qui magna laborant invidia, quod proſcriptionibus ſint locupletati, & quod poſſeſſiones multas nullo jure occuparunt. *Idem.*

... tantum des, ...

Pecunia commutent] Invidiam, qua laborant, pecunia libenter vendant. Eſt enim *commutare invidiam pecunia*, eam pecunia a ſe abalienare & vendere, eique pecuniam præferre, ac ſic dicitur, ut in pretio: ut & *mutare ære* a Columella, pro ære vendere. Sed & *permutare* Plinio vendere eſt, *Quam Cethegus decedens a Mauritania H S XIII. permutaverat*, id eſt, emerat. Cæterum cum additur præpoſitio, tum quædam permutatio intelligitur rerum: ut pro Seſtio: *Cum patria charitate conſtantiæ gloriam commutare.* eſt pro patriæ charitate amplecti conſtantiæ laudem, eamque patriæ præferre. Dicitur tamen in hoc genere etiam ſine præpoſitione in ſimplici apud Livium, *Victoria poſſeſſionem incerta ſpe mutare:* Quod etiam in compoſito, ut cor, licet. Cæterum dicit *invidiam poſſeſſionis*, qui non mancipatione aut nexu ipſorum erant agri, ſed occupatione & uſu. *Turnebus.*

Nunc proſpicite omnium rerum infinitam] Erat aliud legis caput, quo vetabat Rullus pecuniam, quam decemviri coegiſſent, aut in ærarium referri, aut exigi. & hoc improbat, quia ſi poſſeſſores conſenſerint non vendere, cum cogi lege non poſſint, pecuniam ipſam decemvirum ...

ne

Int
eis leg
eam in
exigere
Pecu
coactore
cunias
cunia ſi
mi, qu
vocavit
ptum ex
dum eſt
ſcribat
ſarcire di
inſcripſi
ad quinq
tio legen
Obſerv. i
Referet
Verum
poſſit] A
quo de pl
da agebat,
ducendæ
num, neq
de urbi pe
cioſe auten
cum ſuperi
quædam c

Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus aerarium, ut, locupletatis aut invidiae, aut peſtilentiae poſſeſſoribus, agri tamen emantur. Quid tum? quae erit in iſtos agros deductio? quae totius rei ratio atque deſcriptio? Deducentur, inquit, coloniae. Quo? quorum hominum? in quae loca? quis

Spoliemus orbem terrarum] Aſia, Bithynia, Mitylenis, Ægypto alienatis. *Laured.* *Spoliemus*] Reges, provincias populos liberos, eorum agros publicando. *Spoliemus orbem terrarum*, ad amplificationem dixit. *Turneb.*

Vendamus vectigalia] Pamphiliis, Macedonicis, Corinthiis, Hiſpanicis, & reliquis populi Romani agris venditis. *Laured.*

Effundamus ærarium] Manubiis, quæ in ærarium referri deberent, conſumptis, ut emantur agri, nullo alio cum fructu, niſi ut ii, qui poſſeſſiones vel invidioſas poſſident, vel peſtilentes, locupletentur. tum quæ erit hujus deductionis ratio? certe, inquit, periculoſa reip. neque enim quot colonias deducturus ſit, neque quorum hominum, neque in quæ loca, definit. quæ omnia tamen ſunt in coloniis conſideranda. Tractatur eadem, qua ſupra, ſubjectione oratio. In his autem verbis eſt, quod emendationis indigeat. malim enim legere. *Quid tum? quæ erit in iſtos agros deductio?* quam ut vulgo: *Quid? tum quæ erit.* Item cum ſubdit: *deducentur*, *inquit*, *colonia: quo? quorum hominum*, *in qua loca.* malim, *quot*, *quorum hominum*, *in qua loca.* Sic enim in ſequenti. *Ut quibuſcumque in locis vobis videretur*, *ac quam multis videretur*, *colonias collocaretis.* id eſt, in quæ loca, & quot deduceretis. ſenſus perſpicuus eſt. *Idem.* *Effundamus*] Profundamus, & exhauriamus omnes ærarii copias. *Profundere* & *effundere*, & *profuſio* & *effuſio* in his rebus ſæpe ponuntur: ut & *refundere*, pro reddere & renumerare apud Iuriſconſultos. Effundi proprie dicitur aqua, cum aut extra funditur, aut effluit: a qua ſimilitudine *profuſi* & *nepotes effundere* dicuntur. *Turneb.*

Invidia aut peſtilentia] Invidioſorum aut peſtilentium agrorum poſſeſſoribus. Invidioſos poſſident Sullani: peſtilentes fugiendi ſunt, quia ubi ratio habetur cum orco periclitatur incolentium vita. Peſtilens autem erat ager ad urbem. Livius: *An æquum eſſe dedititios ſuos illa fertilitate & amœnitate perfrui, ſe militando feſſos in peſtilenti atque arido circa urbem ſolo luctari?* Idem.

Quid? tum qua erit in iſtos] *Quid tum? qua erit iſtis agris deductio?* in libro veteri legi: quomodo eſt locutus 2 oratione: *Omnibus legibus*, *agris publicis privatos eſſe deductos.* Sunt autem ablativi abſoluti, id eſt, cum fuerint iſti agri, cum eſſent agri publici. Plautus, *Pol pudere quam pigere præſtat totidem litteris*: id eſt, cum totidem ſunt in utroque litteræ. Itaque cum ſimiliter locutum Ciceronem animadverterim, tacitus libri veteris ſcripturam & auctoritatem, præterire nolui. Eſt autem plane ſcribendum, *Quid tum?* non, *Quid? tum* ut vulgo. *Idem.*

Deſcriptio] Ordinatio & deſignatio. Id enim eſt hic *deſcriptio.* Cicero de ſenectute, *Atqui ego iſta ſum omnia dimenſus*, *mei ſunt ordines*, *mea deſcriptio:* Quod Xenophon dixit, ταῦτα τοίνυν, ὦ Λύσανδρε, ἐγὼ πάντα διεμέτρησα καὶ διέταξα. Et eodem loco Cicero, quod Xenophon dixit, πολὺ δὲ μᾶλλον ἀγάμαι τοῦ καταμετρήσαντός τι καὶ διατάξαντος ἕκαστα τούτων, reddidit, *Mirari ſe non modo diligentiam*, *ſed etiam ſolertiam ejus a quo eſſent illa dimenſa & deſcripta.* Idem.

Colonia. Quot? quorum hominum?] Sic Lauredanus, patricius Venetus, & recte. Nam vulgata lectio, *Quo? quorum hominum? in qua loca?* ferri non poteſt. & riſi nuper quendam ludi magiſtrum

non poſſet, etiam a ſuis exſibilatus eſt. *Lambinus.* *Quot? quorum hominum*] Eſt a conjectura Bernardini Lauredani; cui favet a ſecunda manu Pal. ſec. qui prius habuerat bis, *Quorum? quorum hominum, &c.* vulgo erat, *Quo? quorum hominum:* quod etiam habet quo ſe tueatur, præcipue loco infra libro altero cap. 27. Puteanus quoque vulgatam impugnat, addito: *Quo*, hic non ſignificat locum, ut illi putant, ſed quorſum, quam ob cauſam, quem ad finem. nam in coloniis deducendis, cum alia, tum cauſas in primis conſiderari oportebat, propter quas coloniæ deducerentur. de quibus Sigonius de Antiquo jure Italiæ. cauſam vero Rullus in Senatu probare voluerat ad exhauriendam plebem urbanam. ſic *quo* ſumitur IV Verrina, item lib. VII. epiſt. fam. 41. *Gruterus.* Non auſus ſum conjecturam Lauredani recipere, quamvis mihi ſit probatiſſima. Nam *quo* quidem pro quem in uſum, aut finem frequens eſt, ſed non ſolum, verum addito aut nomine, aut verbo. Horat.

Quo mihi divitias, ſi non conceditur uti?

Ovid. III am. el. 4:

Quo tibi formoſam, ſi non niſi caſta placebat?

Senec. de tranquill. animi: *Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus vix tota vita ſua indices legit?* Petron. *Quo ſecures attuliſti?* Sed ſimpliciter ſ...

lum imm
loniarum
hac lege i
ſint, ut t
tur eorum
cupetur, i
lis devinct
fert etiam
Rulli, &
intulerant,
ſupra argui
loniarum
tradi pericu
porro iner
exercitus no
prætores, u
tur. atque h
impendere ſ
matis decen
tradatur. *La*

Machinat
litoribus &
in malam pa
machina, ſu
lo uſurpari,
ſolertiam & i
qui machina
tor eſt, qui
tis ſubtilitate
molitur. Vn
ac *machina.*
quadam aliqu
Aqua magna
chinationibus e

devinctam & conſtrictam teneretis? ubi enim cavetur, ne in Ianiculo coloniam conſtituatis? ne urbem hanc urbe alia premere atque urgere poſſitis? Non faciemus, inquit. Primum neſcio: deinde timeo: poſtremo non committam, ut veſtro beneficio potius, quam noſtro conſilio ſalvi eſſe poſſimus. Quod 6
vero totam Italiam veſtris colonis complere voluiſtis, id

Devinctam] Ligatam dicit conſtrictam, non ſolum ligatam, ſed etiam arcto vinculo aſtrictam. ſic per tranſlationem dixit in Catilinam, *Conſtrictam jam horum omnium conſcientia teneri conjurationem tuam non vides?* tanquam arcto vinculo adſtrictam teneri. ne quid movere, ne quid turbare poſſit. *Turnebus.*

Ne in Ianiculo coloniam conſtituatis?] Apertius probat periculum imminens; ſi, in quo voluerint loco, coloniam collocare decemviri poſſint. ita enim fiet, ut etiam in Ianiculo coloniam ponere valeant, atque urbem Romam urbe alia premere. Ianiculum autem mons ita urbi imminebat, ut prope arx ad urbem ipſam oppugnandam videretur, quem cum Porſena bello Etruſco oppugnaſſet, terrorem maximum Romanis intulit. Itaque quoties centuriata comitia in campo Martio ab univerſo populo habebantur, Ianiculum præſidio armatorum cuſtodiebatur, ne dum populus in ſuffragiis ferendis erat occupatus, hoſtes arcem Ianiculi invaderent. auctor Dio, & Livius. *Laured.* *In Ianiculo*] Ianiculum & Saturnia parva duo fuerunt oppida, illis in locis, ubi Roma condita eſt. Virgilius:

> *Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*

Ianiculum autem in Tranſtiberina regione mons erat, quem ſemper comitiis centuriatis præſidio tenere ſolebant. Quod olim tot vicinis hoſtium oppidis initio rerum Romanarum timerent, ne eum locum hoſtes invaderent, & pro arce haberent: Quæ mihi cauſa fuiſſe videtur hic nominandi Ianiculi, Dion: *Cum olim hoſtes plurimi urbem accolerent, veriti ne quando, dum ipſi centuriata haberent comitia, occupato Ianiculo aliqui urbem invaderent, conſtituerunt, ne omnes ſimul ſuffragium ferrent: ſed aliqui ſemper armati locum illum vicibus tenerent, quamdiu comitia haberentur.* Quid igitur obeſt, quo minus hunc locum occupes hominibus armatis colonis tuis Rulle, & urbis cervicibus immineas? Non enim in lege tua cavetur ne ibi coloniam conſtituas. *Turnebus.*

Vrbem hanc urbe alia premere] Exemplum erit Albæ, quam Romani coloni ſibi finitimam deleverunt. *Laured.*

Non faciemus] Artificioſe affert Rulli reſponſionem, qua ſe neget in Ianiculo coloniam collocaturum. quam evertit tribus modis, primum, neſcio, an hoc, ita ſit futurum; deinde, timeo, ne fiat; extremo, nolo permittere, ut ſalvus ſim veſtro potius beneficio, quam meo conſilio. in quo prudentis eſſe ſignificat, quæ evenire mala poſſint, proſpicere, eaque propellere. morata autem valde oratio eſt. *Idem.*

Beneficio] Beneficium eſſe videbitur veſtrum, ſi quod vobis lege licebit remittatis nec agatis. *Turneb.*

Quod vero totam Italiam colonis veſtris complere voluiſtis] Probatur item quantum periculum immineat, ſi decemviri quot colonias velint, & quorum hominum velint, deducant. in quo utitur, ut ſolet, tacita potius periculi ſignificatione, quam diſerta demonſtratione. *Laured.* *Totam Italiam*] Coloniæ olim in Italiam ſolum deducebantur: Prima omnium extra Italiam eſt deducta Carthago. *Turneb.*

... decemviri vellent, deducerent colonos, quos vellent, & iis agros aſſignarent, quibus in locis vellent. quis enim ex his verbis non ſuſpicaretur, id quod Cicero affert, eos militibus ſuis occupata Italia de urbe ipſa Roma ſervitute opprimenda cogitare? Municipia autem, & colonias nominabat Rullus, ut generatim omnia Italiæ oppida comprehenderet, quorum maxima pars erant municipia, aut coloniæ ac municipia quidem in colonias redigi poſſe volebat, colonias vero veteres nova deductione inſtaurari. quod ſæpe alias, & poſt maxime ab Imp. Cæſare Auguſto factum eſt. *Laured.* *Neminem noſtrum intellecturum exiſtimaviſtis?*] Eſt a Pal. ſecundo. neque aliter Latine loquendi ratio patitur. prius publicati *exiſtimatis*. Gruterus.

Municipia] Oppida civitate Romana donata. Itaque municipibus duæ ſunt patriæ. Vna loci, municipium: altera juris, Roma: una germana, in qua nati: altera communis, in quam ſuſcepti ſunt. Cum autem in municipia deducti erant coloni, in jus & conditionem coloniarum tranſibant. Ante enim ſui juris ſuæque poteſtatis erant. Deductis colonis legem accipiebant a coloniæ auctore & deductore. Atque ut municipia in colonias tranſibant, ita quoque coloniæ in jura municipii, ut Puteoli, quemadmodum oratione 2. oſtendam. Nec vero tantum id beneficio S...

... oppi...
erat in poteſtat...
re, collocatis
Nam coloniaru...
nem urbium mu...
rio coloniæ age...
buebatur: nam
cebatur. *Fora* au...
agris aut oppidis
nundinæ erant,
inde forum Co...
forum Iulii, fo...
cenſeo ab auctori...
rant. Erant auten...
lonias, præfectura...
loca erant, in q...
in concilium con...
erant inferiora. ...
fuiſſe oſtendit lex
ſunt: *Cum curator*
quicunque magiſtra...
cipio, præfectura, ...
dicundo præerit, ej...
juriſdictio, judici...
eſto. Livius tamen
bula, omnia maj...
& loca intellexiſſ...
conventus eſſent ...
ſunt verba: *Decem*
biduum valetudinem
omnia fora conciliab...
rum: *Vltra decimum*
ciliabulaque C. Ma...
niam provinciam ...
verba hæc late pate...

PIA, QVASQVE IN COLONIAS DECEMVIRI VELINT, DEDVCANT COLONOS, QVOS VELINT: ET IIS AGROS ASSIGNENT, QVIBVS IN LOCIS VELINT: ut, cum totam Italiam militibus ſuis occuparint, vobis non modo dignitatis retinendae, ſed ne libertatis quidem recuperandae ſpes relinquatur. Atque haec a me ſuſpicionibus & conjectura coar-

In colonias] In quas urbes ante coloni deducti fuerant, etiam ut deducerentur permittebant. Quod & non raro factum legimus. Nam colonos Carthaginem deduxit C. Gracchus: deduxit & dictator Cæſar. Coloniæ autem ſic deducebantur. Coloni ſub ſignis a curatoribus agrariis centuriati ducebantur. Deinde cum ad coloniæ locum ventum erat, vexillo ſtatuto, aratrum circumducebatur, ut territorium coloniæ definiretur. quod mox limitibus decumanis, cardinibus actuariis diſtinguebatur, & in centurias dividebatur: e quibus certus modus viritim ſortito aſſignabatur. Quod ſi illic oppidum non eſſet, locus urbis aratro deſignabatur, ritu Hetruſco. Atque iſta fiebant omnia auſpicato, coloniaque luſtrabatur ab eo, qui deducebat, & eligebantur bonis nominibus, qui hoſtias ad eam luſtrandam ducerent. Quotannis autem coloni coloniæ ſuæ natalem magna religione colebant. Cicero: *Qui idem caſu Natalis erat & Brunduſina colonia & tua vicina Salutis.* Porro autem coloniæ novæ deducebantur, & ea quæ dixi fiebant: cum in ea loca coloni deducebantur, in quibus non eſſent alii collocati: aut veteribus coloniis novi coloni adſcribebantur: ut adſcribebat etiam lege ſua Rullus. Ea de re ſic in Antonium ſcribit Cicero: *Conſuluiſti me per litteras de Capua tu quidem: ſed idem de Caſilino reſpondiſſem, poſſeſne ubi colonia eſſet, eo coloniam novam jure deducere. Negavi in eam coloniam, quæ eſſet auſpicato deducta, dum eſſet incolumis, coloniam novam jure deduci: colonos novos adſcribi poſſe reſcripſi. Tu autem inſolentia elatus, omni auſpiciorum jure turbato Caſilinum coloniam deduxiſti, quo erat paucis ante annis deducta, ut vexillum videres & aratrum circumduceres: cujus quidem vomere portam Capuæ pene perſtrinxiſti, ut florentis coloniæ territorium minueretur.* Turneb.

Quos velint colonos] Improbos eos etiam, & ad vim, & cædem paratos deducere ipſum velle ſignificat. Itaque paulo poſt milites Rulli eos vocat, quaſi qui beneficio a Rullo affecti pro Rulli ipſius opibus, non pro populo Romano eſſent arma capturi. *Laured.*

Vobis non modo dignitatis retinendæ, ſed ne libertatis quidem recuperandæ ſpes relinquatur] Duæ enim res ſunt: quæ in primis a ſenatu cuſtodiuntur dignitas, & libertas, quarum libertas etiam gravior eſt, quam auctoritas. inquit ergo ſenatum hac decemvirali colonorum deductione ita oppreſſum iri, ut & dignitatem amittat, & libertatem non amittat ſolum, ſed ne ejus quidem recuperandæ ſpem in poſterum poſſit habere. nam acrius pro recuperandis noſtris rebus pugnare ſolemus, quam pro retinendis. *Idem.* *Non modo*] Metum regni & dominationis denunciat: quod affectari a Rullo & ejus adſcriptoribus ſignificabat: Libertatem non putabant in regno eſſe, & regnis liberos populos opponebant. *Non modo*, pro *non modo non*, dixit. *Turneb.*

Dignitatis] Quæ in Senatu maxima eſt. In illa omnia prope oppida coloni lege Iulia, paucis annis poſtea deducti ſunt. Et quod Rullus facere non potuit, Cæſar Conſ. perfecit. Neque ea, quæ denunciat Cicero, evenere, ut ſane verus vates his in rebus non fuiſſe, ſed vanos terrores timuiſſe videatur. *Idem.*

Atque hæc a me ſuſpicionibus] Extremum illud erat in lege, aut colonia nomi-

…nium ingenio probaturus eſt. Tranſit autem artificioſe a priore confirmatione ad hanc. cum inquit ſummum periculum ſervitutis, quod imminere reip. ſi decemviri quot velint, quorum hominum velint, quo velint colonias deducant, ſuſpicione & conjectura coargui, nunc multo apertius confirmabo in Capuæ deductione vituperanda, ita ut nemo hac de re dubitare poſſit. nam illa infinita erat deductio, hæc certa ac definita, ita ut & a loci, & ab incolarum natura argumenta duci poſſint. *Laured.*

Suſpicionibus] Sed hæc ſuſpicantis & conjicientis ſunt, qui errare & falli poteſt: cum ſuſpicio non ſemper vera ſit, ſed ſæpe falſa. Quod ſequitur non conjectura eſt errantis, ſed indubitatæ fidei. *Turnebus.*

Iam omnis omnium tolletur error] Errorem pro dubitatione poſuit. *Iam* autem dixit, pro in hac cauſa Campana. ſequuntur illa oratoria. nam quod uno verbo dicere poterat Vrbem Romam, multis dixit. *Lauredanus.*

Nomen hujus reip. ſedem urbis, atque imperii, denique hoc templum Iovis optimi maximi, atque hanc arcem omnium gentium ſibi diſplicere oſtendent] Ex quibus reſp. urbs & imperium tanquam totum ſunt, reſp. quatenus legibus conſtituta eſt, urbs, quatenus civium ædificia continet, imperium, quatenus externis gentibus latiſſime imperat. nam, *templum Iovis*, ſenatum intelligit, quatenus eo Senatores, ut in curiam conveniunt. convenerat enim hoc die ſena… in Capitolio…

…templum Iovis] In tem… hæc oratio eſt dicta Kal. … die Conſules magiſtratu… Capitolium aſcendebant: … bant. In Senatu Rullu… ciſſet de lege, quam pro… oratione contradixit Cic… Piſonem ſcribit: *Ego K… natum & bonos omnes leg… ximarumque largitionum* … ut ante ſcripſi. *Turneb.*

Hanc arcem] Eſt tran… alluſum eſt ad arcem quæ… cretius: *Romulidarum ar… didus anſer.* Livius, *C. C… torem urbanum Capitolio at…* In arce Numa ab augu… rex fuit, ut a Livio ſcri… *qui fœdus cum Albanis per… ex arce ſumpſit.* Et ut … *Quotquot menſibus per ſac… ferebantur in arcem.* Ad qu… dinem reſpexiſſe putem H… ſcribit: ——— *Dum Capi… cum tacita virgine ?unt ſe…* ſolebant augures profecti, … dit, inaugurare. Quin et … *auguraculum* dicebatur. Po… *guraculum appellabant anti… arcem dicimus, quod ibi a… auſpicarentur.* Erat & in … prætorium *auguratorium*, … de caſtrorum metatione ſc… tem ex locis perſpicuum e… valde religioſum fuiſſe. … Latinis arcem interdum … Græce dicitur [illegible], … belli …

Capuam deduci colonos volunt. illam urbem huic urbi rurſus opponere, illuc opes ſuas deferre, & imperii nomen transferre cogitant. qui locus propter ubertatem agro-

lego ex vetere libro. non ut paſſim *Detorſa*. Eſt enim *Dertoſa* nobile Hiſpaniæ oppidum. *Turneb.*

Capuam deduci colonos] Hæc erant verba legis. quæ quid ſignificent, nam ſingula maximum pondus habent, interpretatur. id eſt, *Illam urbem huic urbi rurſus opponere. Illuc opes ſuas deferre, & imperii nomen transferre cogitant.* quæ quia admirabilia ſunt, propterea ſignis, atque argumentis confirmanda ſunt. Quod autem inquit, *rurſus opponere*, ſignificat eo tempore, quo ad Annibalem Capua defecit, atque contra remp. arma tulit, primum oppoſitam eſſe, nunc iterum. *Laurod.* *Capuam deduci*] Eo poſtea Cæſar colonos deduxit, & quod Rullus facere non potuit, perfecit: vigintique hominum millibus extra ordinem agrum Campanum diviſit. Et quod nunc tam acriter acerbeque Cicero reprehendit, in Piſonem damnare vix audet, *Ego agrum Campanum, ſi dividi non oportuit, conſervavi: ſi oportuit, melioribus auctoribus reſervavi.* Et pro Seſtio, Campanos commutato nomine colonos decurioneſque fortiſſimos & optimos viros appellat. Sic eventus ea, quæ Cicero denuntiabat & augurabatur, falſa eſſe oſtendit. Nec vero Capuam tantum, ſed in vicina etiam oppida coloni lege Iulia deducti ſunt. *Turnebus.*

Qui locus propter ubertatem agrorum] Probat Capuam Romæ oppoſitam iri ſigno ex loci natura, & colonorum majoribus ſumpto. Capua propter ubertatem agrorum, & copiam rerum omnium ita ſuperba eſt, ut ſuperbiam genuiſſe dicatur, coloni delecti ad omne facinus eo deducentur, ergo erunt inſolentiſſimi. accedit probatio a comparatione minorum. nam ſi quondam Campani in vetere fortuna, & dignitate nati, copiam rerum moderate ferre non potuerunt, multo minus iſti coloni. De ubertate porro Campaniæ multis verbis ſcripſit Dionyſius lib. primo, & Plinius lib. III. qui felicem propterea eam appellat, &, ut veteres dixerunt, ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Itaque Dionyſius de ſitu urbis dixit: Καμπανῶν λιπαρὸν πέδον, καὶ σταχύων βεβρεϑὸς ἀμίλλας. De ſuperbia Campanorum auctor eſt Valerius, qui Campanum ſenatum adeo arrogantem fuiſſe tradit, ut diverſo a plebe foro uteretur. ac Livius lib. IX. qui Campanis ingenitam fuiſſe ſuperbiam ſcribit. Quam cum augere Cicero vellet, in oratione in ſenatu poſt reditum: *Capua, quæ fuit Campaniæ caput, ſuperbiæ quondam fuiſſe domicilium dixit.* hoc autem loco Capuam ſuperbiam ipſam genuiſſe, ac crudelitatem ait, in ſequenti quidem oratione arrogantiam, & ferociam vocavit. De luxu autem, & ſuperbia, & crudelitate Campanorum ſic cecinit Silius lib. XI.

Luxus, & inſanis nutrita ignavia luſtris
Conſumptuſque pudor peccando, uniſque relictus
Divitiis probroſus honor lacerabat hiantem
Deſidia populum, ac reſolutam legibus urbem.

Et paulo poſt:

Quin etiam exhilarare viris convivia cæde
Mos olim, & miſcere epulis ſpectacula dira,
Certantum ferro ſæpe, & ſuper ipſa cadentum
Pocula, reſperſis non parco ſanguine menſis.

Ex quo intelligi poteſt, eos vehementer errare, qui vocem *crudelitate* hoc loco ſuſpectam habuerint. Præterea vero probabile videri vult, ſi, qui in vetere fortuna nati erant, ea abuſi ſunt, atque inſolentes fuerunt, multo magis eos, quibus noviſſime Campani fertiles agri fuerint diſtributi. nam ut docuit Ariſto-

teles

[illegible] [illegible]. hanc autem rationem ea, qua ſolet, ironia tractavit, cui ironiæ aptiſſimum illud verbum adhibuit; *Credo*. quod etiam uſurpavit Virgilius, cum dixit:

—— At credo mea numina tandem,
Feſſa jacent.

Veterem autem Campanorum fortunam eam dicit, qua antequam ad Annibalem deficerent, utebantur, cum omnibus rebus, atque omni dignitate florens civitas eo ſuperbiæ deducta eſt, ut de principatu Italiæ cogitarit, atque contra populum Romanum arma tulerit. Quibus callide oppoſuit novos hos colonos, quos ut ſupra milites, ſic hoc loco verbo magis in decemviros invidioſo, decemvirum ſatellites nominat. neque enim ſatellites niſi regum, ac dominorum ſunt, quorum vita ejuſmodi miniſtrorum armis cuſtoditur, quo verbo plebem etiam tacite deterret ab agris accipiendis a decemviris, qui ſe tanquam dominos plebis armis ad injuſtum dominatum abuſuros cogitant. Quod autem *modeſte inſolentiam ſuam continebunt*, dixit, pulchrum antitheti genus attulit. quale illud eſt apud Ovidium, *Concors diſcordia*. & Horatium, *Inſaniens, ſapientia*, & *ſtrenua inertia*. quod videtur eſſe ex genere τῶν ὀξυμώρων. Laured.

Vbertatem agrorum] Ager Campanus, qui circum Capuam erat, totius Italiæ facile primus: quod attendiſſe non ...

agrum Campanum ... eſſe, & Capuam dig... bem. Seritur toto an... bis farre: & tamen ... interquievere, fundu... tiorem ſativa, ut ſcrib... idem Strabo ſic Græce ... δ᾽ εἶναι τῶν πεδίων σπειρ... μὲν τῇ ζειᾷ, τὸ δὲ τρίτο... appellavit Zeam perſpic... *nebus*.

Collocabuntur] Id eſ... conſtituentur. Quod ve... bant, Ciceronis ætate ... tur. Varro, *Locus eſt*, ... *eſſe poteſt: ut nunc loquun*... Veteres id dicere ſolitos ... Plautum, *Filiam habeo gr... ſam, atque illocabilem*, ... *locare cuiquam*. Idem.

Copiam rerum] Quos co... eo inſolentes & arrogante... auderent alterum conſulen... joribus noſtris. *Idem*.

Satellites] Sic appellan... habentium aut poteſtate... latere eorum non diſcede... niſtri ferro accincti. Hi... la, Iovis Satelles dicitu... miniſtra auguriorum eju... *Hic Iovis altiſoni ſubito ... telles*. Sed & aves om... gurium faciunt. Cicero ... *videri poſſet interpres* ...

bunt. Majores noſtri Capua magiſtratus, ſenatum, conſilium

Majores noſtri Capua magiſtratus] Oſtendit decemviros imperium Capuam transferre cogitare, ſigno ſumpto a factis majorum & decemvirum diſſimilibus. majores reip. imaginem nullam Capuæ reliquerunt, ne eo Roma aliquando imperium transferretur, decemviri nova coloniæ deductione remp. ibi reſtituunt, ergo imperium eo transferre cogitant: neque enim, niſi hoc cogitarent, quam pernicioſa reip. hæc deductio eſſet, non viderent. ut autem majorem haberet vim oratio, uſus eſt ἀποστροφῇ ad decemviros, cum quadam increpatione. Quod autem ſcribit a majoribus factum eſſe, id bello Punico II. poſt receptam Capuam factum eſt. de qua re vide Livium lib. XXVI. *Laured.* *Capua magiſtratus*] Campani magnis cladibus affecti a Samnitibus, ſeſe populo Romano dediderunt. Non multo poſt cum defeciſſent, agri parte mulctati ſunt. Ademptus enim eis eſt ager Falernus, qui Campani pars fuerat. Magnis deinde ſeditionibus inter ſe conflictati præfectos accepere, & leges a L. Furio prætore, cum utrumque petiſſent ipſi, pro remedio ægris rebus inteſtina diſcordia. Poſtremo Capuæ, quæ ſecundo bello Punico ad Annibalem defecerat, receptæ Senatus ademptus eſt, adempti magiſtratus, omne adeo commune conſilium vel plebis, vel nobilitatis. Sic commune conſilium pro domo ſua dixit: *Nullum collegium, nullum concilium, nullum denique commune conſilium.* Livius, *Capuam frequentari placuit, corpus nullum civitatis, nec ſenatus; nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe: ſine concilio publico, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam ad conſenſum inhabilem fore: præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis miſſuros.* Ita Capuam Romani in præfecturæ formam redegerunt. In præfecturis autem jus dicebatur, & nundinæ agebantur, non tamen magiſtratus erant, ſed in eas legibus præfecti quotannis mittebantur, qui jus dicerent: Præfecturam fuiſſe & Livii locus, quem attuli, docet, & ſic oſtendit Paterculus, *In hoc conſulatu Caſar legem tulit: ut ager Campanus plebi divideretur, ſuaſore legis Pompejo. Ita circiter XX millia civium eo deducta, & jus ab his reſtitutum poſt annos circiter CLII, quam bello Punico ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta fuerat.* Erant & præfecturæ in agris, cum agro oppidi, quo deducebantur coloniæ, non ſufficiente ex alterius propinqui oppidi territorio aliquid ſumebatur. Id enim præfectura dicebatur. Interdum etiam totus ager ſumebatur: ut Auguſtus agros Mantuæ, cum Cremonenſium agros divideret & aſſignaret, ſumpſit. Quod queritur Poëta dolenter ſcribens:

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Ac certe cum ſcribit:

Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt
Et tibi magna ſatis, quamvis lapis omnia nudus
Limoſoque palus obducat paſcua junco.

Significat, quamvis conceſſione Auguſti toto ſuo non ſit ejectus agro: ſibi tamen duntaxat, quod paluſtre eſt, & uliginoſum, quod ſterile & nudum, pro ſubſecivo eſſe donatum. *Turneb.*

Majores noſtri Capua magiſtratus, ſenatum, conſilium commune ſuſtulerunt] Non idem duobus verbis expreſſit, ut multi credunt, ſed ſenatorum, & plebis concilium, ut Livius dixit, ſignificavit. quæ tria cum extremo oratorie complecti vellet, ſubjecit; *Omnia denique inſignia reip.* immorans deinde in eadem ſententia, ſubdit: *Neque aliud quidquam niſi inane nomen Capuæ reliquerunt.* inane nomen appellans urbem ſine reip. imagine, quæ in magiſtratibus, & ſenatus plebiſque conſilio potiſſimum poſita eſt. & quia id ipſum crudelitate adducti feciſſe videri poterant, hanc cauſam rejicit a contrariis majorum moribus, qui uſque adeo ab ipſa crudelitate abhorruerunt, ut non ſolum Italicis, ſed etiam externis gentibus victis ſua ſæpiſſime reddiderint, ut Pœnis, Macedonibus, & Græcis, & Antiocho bello ſecundo Punico, & primo Macedonico, atque Antiochino, quorum notæ hiſtoriæ ſunt. *Laured.*

In-

ere remp. cuperetis, ac vobis novam domin
omparare, credo, quam pernicioſa eſſent, non
s. Quid enim cavendum eſt in coloniis dedu

Inſignia] Argumenta, indicia, ſigna.
am ſi Senatus ſit, argumentum reip.
: ut & ſi magiſtratus. ſi ducta tranſla-
a cultu & inſignibus magiſtratuum.
im prætexta, verbi gratia, & XII faſces,
ſignia erant Conſulis: prætexta & ſex
ſces inſignia Prætoris, quæ ſunt *γνωρί-*
σματα & *σύμβολα ἀρχῆς*. Turneb.

Inane nomen] Inane nomen dicitur,
i nulla res ſubjecta eſt, quam ſignifi-
t, ut Capua, ſic omnibus ornamen-
ſpoliata, nihil jam prope erat. Ci-
ro de oratore, *Quid enim eſt tam fu-*
ſum, quam verborum vel optimorum
nitus inanis, nulla ſubjecta ſententia,
l ſcientia? Sic ab eodem *verborum vo-*
bilitas inanis dicitur, cui nulla ſubeſt
ntentia. Inane interdum mortuum
citur: Cicero de legibus, *Tum ebur*
inani corpore extractum, haud ſatis ca-
m donum Deo. Idem.

Crudelitate] Quamvis Fulvius Sena-
es ad palos deligatos ſecuri percuſſe-
cives vendiderit: non tamen de Se-
us ſententia id fecit, qui eis parcen-
n eſſe decreverat, ut Fulvii crudeli-
notari poſſit, non poſſit Senatus Ro-
nus inclementiæ accuſari. *Idem.*

xternis hoſtibus] Qui Itali non e-
: quibus tamen victis agros victoria
os, fortunaſque ...

Veſtigium temporis pro mo
a Cicerone animadverti:
nem, *Atque eodem in tem*
& loci veſtigio & temporis
mei ſolum, ſed patriæ funeri
Hic autem eſt ſignum & in
tranſlationem, ut ſæpe. *Idem*

Domicilium] Sedem & loc

Novam dominationem] Nov
dam tyrannidem, novum
regnum: ut *Sullæ dominatio* dic
luſtio in bello Catilinario. *Id*

Quid enim cavendum eſt in c
ducendis] Nunc Capuam pe
eſſe urbi coloniam a partium
tione oſtendit, in coloniis ea
cendis luxuries, ſuperbia, & p
caveri debet. Capua autem, ſ
quæritur, ea luxuria eſt, ut An
ipſum corruperit; ſi ſuperbia,
gans, ut ibi inſolentia nata vid
præſidium, ea firmitate, ut
poni Romæ, ſed opponi vide
Annibale Capuæ luxuria fract
Maximus, Livius & alii vid
ſuperbia Capuæ ante dictum
præſidio quod ait, intelligen
colonias a Romanis ea maxim
deduci ſolitas; ut propugnac
imperii. unde Cicero ...

ſi luxuries, Hannibalem ipſum Capuana corrupit. ſi ſuperbia, nata inibi eſſe ex Campanorum faſtidio videtur. ſi praeſidium, non praeponitur huic urbi iſta colonia, ſed opponitur? At quemadmodum armatur? dii immortales! nam bello Punico quidquid potuit Capua, potuit ipſa per ſeſe. nunc omnes urbes, quae circum Capuam ſunt, a colonis per eoſdem decemviros occupabuntur. hanc enim ob cauſam permittit ipſa lex, IN OMNIA QVAE VELINT OPPIDA COLONOS VT DECEMVIRI DEDVCANT QVOS VELINT. Atque his colonis agrum Campanum & Stellatem campum dividi jubet.

quod cum ſignificare hoc loco vellet Cicero, dixit: *non praeponitur huic urbi iſta colonia, ſed opponitur*, venuſtatem etiam ex annominatione in re graviſſima quærens. *Laured.* *Cavendum eſt in coloniis*] Si colonos deducimus in eas ſedes, quæ luxuriam, quæ ſuperbiam pepererint, quæ arcem huic imperio adverſam præbeant, non video quid in coloniis deducendis caveri debeat. *Turneb.* *Quid enim cavendum eſt, &c.*] Si quis attentius conſideret, intelliget, hic legendum, *Quid enim non cavendum eſt*, &c. Lambinus. *Quid enim cavendum eſt, &c.*] Non opus negatione quod Lambino videtur. diſtinctione clariore opus erat, quam adhibui, ſecutus veſtigia P. Manutii. *Gruterus.*

Si luxuries, Hannibalem ipſum Capua corrupit] Expreſſi quod erat in Pall. retro enim vulgata *Capua*. Idem. Sic etiam Pithœi liber, & edit. 1498, nec non P. Manut. Sed legendum eſt, aut ut edidit P. Victorius, aliique *Capua* nimirum luxuries, aut, ut habetur in primo Francii: *Si luxuries, Hannibalem ipſum Capuana corrupit.* quod recepi. *Gravius.*

Si ſuperbia, nata inibi eſſe ex Campanorum faſtidio videtur] Franc. prim. & Pithœan. *Si ſuperbia, nata inibi eſſe hac ex Campanorum faſtidio videtur.* Idem.

At quemadmodum armatur, dii immortales!] Addit tanto firmiorem contra remp. arcem Capuam ipſam in poſterum, quam ante futuram, quanto pluribus finitimis coloniis undique munietur, & inſtruetur. unde periculi metus augetur, argumento a minori ducto. nam ſi quondam ſuis viribus tantum potuit, multo majoribus opibus his armata præſidiis poſthac erit. Cum admiratione autem hanc ſententiam expreſſit, quæ oratio majorem relinquit in animis auditorum ſuſpicionem, quam ſi diſerte expoſuiſſet. Quæ autem ſint hæ urbes, quæ circum Capuam ſint, in ſequenti nominat, Cales, Teanum, Atellam, Cumas, Neapolim, Pompejos, Nuceriam, Puteolos, quas a decemviris deductas, & præſidiis firmatum iri probat, quia nulla alia de cauſa ſcriptum ſit in lege, ut in omnia, quæ velint, oppida colonos decemviri deducant, quos velint, niſi ut hæc omnia oppida præſidiis ſuis contra remp. teneant. *Laured.* *At quemadmodum armatur*] Quibus oppidis inſtruitur & munitur in nos Capua. Nam in omnia etiam Campaniæ oppida deducebat colonias Rullus. *Turneb.*

Atque his colonis agrum Campanum, & Stellatem campum dividi jubet] Aliud legis caput, in quo agrum Campanum, & Stellatem campum colonis Capuam deductis dividebat, diſſuadet tribus rationibus, quod id inutile, turpe, & ſaluti libertatique periculoſum ſit futurum. Inutile, quia vectigalia publica diminuuntur; turpe, quia non decet

id

eri poterit, priores duas rationes affert
er præteritionem. ſimulat enim ſe ea
ætermittere, quæ tamen dicit. quod
cimus, auctore Hermogene, cum res
el parvæ, vel notæ, vel moleſtæ ſunt
s, qui audiunt. nam quatenus ejus-
modi ſunt, prætereuntur, quatenus cau-
m noſtram adjuvant, exponuntur. ut
o Flacco: *At hæc*, inquit, *præſidia*
iam in cenſu dedicaviſti: mitto, quod
iena; mitto, quod poſſeſſa per vim; mit-
, quod convicta ab Appollinidenſibus;
itto, quod a Pergamenis repudiata.
ampanum porro appellat Capuæ a-
um, non totius regionis Campaniæ.
ampus autem Stellatis, auctore Livio,
at in Campania, & Capuano agro
nitimus. Adjungebat ergo Stellatem
mpum agro Campano, quoniam a-
um haud omnibus colonis ſatis futu-
m judicabat. quoniam autem campus
on ea erat ubertate, qua ager, propterea
ri dena ſingulis jugera aſſignabat,
mpi duodena. quod apertius in ſe-
enti oſtendit. *Laured.* *Stellatem cam-*
m] *Campum Stellatem*, inquit Tran-
illus de Cæſare, *majoribus conſecra-*
m. agrumque Campanum ad ſubſidia
mb. vectigalem relictum diviſit extra
em, ac XX *millibus civium, quibus*
i pluresve liberi eſſent. Illa tamen
ſecratio campi Stellatis nec deterre-
Rullum, nec poſtea Cæſarem im-
iit, ne agro ſacro manus admoveret.
m Cicero & Tranquillus campum,
lo agrum generis nomine, modo
pum, quæ agri ſpecies eſt plani, &

lib. 9. his verbis, *Ei*
campum Stellatem agri Cam
nos facta. Fuit autem Stell
prope Calenum agrum. Li
quæ ab itinere per Aliſanum C
& Calenum agrum, in campi
deſcendit. Quo ex loco illat
locis quibuſdam editionibus
& ſubjectam fuiſſe apparet.
tem mihi videtur conſecrat
quillum meminiſſe, Cicer
bum nullum feciſſe: præſtiq
res ad diſſuadendum plurimi
Sed Tranquillum id exiſtime
veteri annali eruiſſe: ut di
iſtarum rerum inveſtigator:
men Ciceronis ætate nulla e
crationis opinio. Nam ne
quidem, quam conſecrarat S
cra cenſebatur, ejuſque ſolum
profanatum fuerat. *Turneb.*
hoc campo Torrentium &
num ad Sueton. Iul. cap. 20.

Non queror diminutionem vect
Significat vectigalium Cam
alienationem non ſolum inuti
etiam flagitioſam eſſe. *Laured.*
galium] Quæ potius amplifica
aut certe retinenda. *Turneb.*

Flagitium hujus] Non turpi
& dedecus amiſſi vectigalis.
turpibus flagitii nomen plerun
nitur: nonnunquam in pericu
cillius, *Qui poſcent minus, & p*
rectius multo, & ſine flagitio. I

Caput patrimonii publici, &c.]
trimonii partem aliquam amitt
mnum habet

pulcherrimam populi Romani poſſeſſionem, ſubſidium annonae, horreum belli, ſub ſigno clauſtriſque reipub. po-

lectationem comparata eſt. *Caput* autem *patrimonii* hoc loco dixit, ut in ſequenti, *caput veſtra pecuniæ*, & in frumentaria, Ennenſem agrum *caput* rei frumentariæ. Addit præterea augendi cauſa; a diverſo agri Campani uſu *ſubſidium annonæ, horreum belli*. Quomodo in octava Philippica locutus eſt: *Hic eſt Campanus ager, & Leontinus, quæ duo majores noſtri annonæ perfugia ducebant*, & in ſequenti agraria, *Campanum agrum annonæ* ſolatium dixit. *Horreum* autem *belli* Campanum agrum vocavit, quomodo M. Cato eadem de cauſa Siciliam cellam penariam reip. nominavit, ut ipſe ſcripſit in Verrem. atque hæc quidem ſunt ejuſmodi, ut utilitatis cauſa retinenda videantur, cum autem idem ager adeo Romæ finitimus ſit, ut prope ſub ſigno, clauſtriſque reip. poſitum vectigal ſit, turpe videtur eſſe illud ipſum ſervare non potuiſſe, cujus verbi ſumpta tranſlatio eſt a patribus familias, qui quæ ipſi a rapina vindicare volunt, ea annulo notant, & clavi tuentur, ne facile aut commutentur, aut ſurripiantur. unde illud Quincti fratris: *Sicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ.* eſt autem flagitioſum ea, quæ ſummo ſtudio cuſtodimus, conſervare non poſſe. *Laured.* *Caput*] Præcipuam patrimonii publici partem. *Turneb.*

Pulcherrimam] Plinius Campaniæ oram felicem & beatam amœnitatem appellat: ut palam ſit uno in loco gaudentis opus eſſe naturæ. Sed hic non de tota Campania, verum de agro Capuæ, qui ager Campanus dicebatur: quem, ut Livius, ſcribit, *Omni fertilitate terræ ſatis conſtat primum in Italia fuiſſe.* Cicero autem oratione 2. *Orbis terræ pulcherrimum* dicit. Igitur pulcherrima erat poſſeſſio, ſive fructuum ubertatem, ſive locorum amœnitatem ſpectares. *Idem.*

Subſidium annonæ] Quod certiſſima agri illius eſſet fides, ut aliis fallentibus non mentiretur, ſed malis aliorum fructibus ex agris vectigalibus, annonæ pop. Rom. ſubveniret. Species enim ipſa exigebatur, ut decuma, aut octava, aut quinta pro conditione agri & bonitate: & pop. Rom. frumentum ſemiſſibus & trientibus dabatur. Frumentum autem in Semproniis horreis Romæ cuſtodiebatur, quæ lege Gracchi ad frumenti cuſtodiam ædificata fuerant. Poſtea P. Clodius in Tribunatu legem tulit, ut frumentum pop. quod antea ſemiſſibus & trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur. Sunt & annonæ velut quas hodie collegia portiones appellant. Vnde Torquati ſimplares & duplares dicebantur, quod duas, aut unam annonam conſequerentur: Vt in monaſteriis quidam duas, quidam tres habent annonas. Eſt & annona pretium. Plin. *Folia diviſere annonam, ab amplitudine hadroſpharum vocatur majoribus foliis denariis* 30. Idem.

Horreum belli] Veſtis enim, frumentum, & ſtipendium militibus dabatur. Stipendium etiam in opſonio erat. Vnde & ὀψώνιον a Græcis dicitur, ut apud Polybium ſæpenumero. Et in Euangelio, ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν, id eſt, *contenti eſtote veſtris ſtipendiis.* Simile eſt quod e Sicilia dicebat M. Cato, *Cellam eſſe penariam reipub. & nutricem plebis Romanæ.* Cum autem bellum faciebant, locum aliquem pro horreo habebant, quo frumentum comportabatur. Livius, *Chium parabant trajicere. Id erat horreum Romanis, eoque omnes ex Italia miſſæ onerariæ curſum dirigebant.* Ager autem Campanus cum ſuſtineret pop. Rom. exercitus, merito horreum belli a Cicerone dicitur. *Idem.*

Sub ſigno clauſtriſque] Signo annuli multa Romani a rapina familiæ vindicabant: Plinius, *Ad nunc cibi quoque ac potus annulo vindicantur a rapina.* Ita ſportæ, lagenæ, ciſtæ, loculi ſignabantur. Clauſtra hic ſunt, quæ Græci κλεῖθρα vocant, id eſt, ſeræ: inter-

Cum denique nos agrum P. Rullo conceſſiſſe, qui ager ipſe per ſeſe, & Sullanæ dominationi, & Gracchorum largitioni reſtitiſſet] Quibus in verbis incluſum eſt argumentum a majori ductum. Comparat enim Sullam, & Gracchos cum P. Rullo. & quod Sullæ dominanti, & Gracchis largientibus non eſt conceſſum, ut agrum Campanum dividerent, ac remp. tanto vectigali diſpoliarent, id ne Rullo quidem ſine infamia concedi poſſe concludit. Nam ſi hoc permittendum erat, certe vel Sullæ concedendum erat propter ejus in rep. opes, quas graviori nomine dominationem vocavit, vel Gracchis propter eorum benignitatem, quam in ſenatu largitionem nomine optimatibus invidioſo appellavit. at hoc non eſt, ergo multo minus P. Rullo, qui cum Sulla, & Gracchis non eſt comparandus, permittendum videtur. Ti. autem, & C. Gracchos fratres trib. pl. leges agrarias tuliſſe plebi ſecundas, optimatibus adverſas, itemque L. Sullam redacta armis in poteſtatem rep. agros multos militibus diviſiſſe, ſatis perſpicuum cum ſit, exponere ſuperſedebimus. Quod autem dixit, agrum Campanum ipſum per ſe Sullæ, & Gracchis reſtitiſſe, tranſlatione uſus eſt ea, quæ inter omnes excellit: quæ dicitur κατ' ἐνέργειαν, & quæ rem ante oculos ponit, qualis eſt illa vulgata Virgilii:

eſſe miror a docti
mo, qui, *reſtitiſſ*
reſto, non a *reſiſto*,
interpretatur. quo
dem judicio alieni
quæ ſubſequuntur
Campani commoc
lata ſunt, ut maju
videatur, ſi Camp
libus publicis exima

Ipſe per ſeſe] Non
Conſule. *Turneb.*

Reſtitiſſet] Reſiſte
Idem.

Non dico, ſolum
eſſe, &c.] In quibu
ratio eſt amplificatio
hoc eſſe in rep. vecti
ximas habeat opport
portunitates tribus m
primum aliorum vect
diverſorum temporur
rum uſuum compara
vectigalia amitti, aut i
hoc unum remanet, &
ſignificat autem vect
rum, quæ belli diffic
aut prorſus intereunt,
tempus differuntur,
vectigal, quod in Ital
ab urbe ſit, nullum
modum accipere poſ
in ſequenti: *Cætera*
cultatibus affliguntur,

[redacted]

quod amiſſis aliis remaneat: intermiſſis, non conquieſcat: in pace niteat, in bello non obſoleſcat: militem ſuſtentet, hoſtem non pertimeſcat. praetermitto omnem hanc orationem, & concioni reſervo: de periculo ſalutis ac libertatis loquor. Quid enim exiſtimatis integrum vobis in rep. fore, aut in veſtra libertate ac dignitate retinenda, cum

Remaneat] Cum procul ab hoſte ſit, in ipſo imperii gremio poſitus. *Turneb.*

Intermiſſis] Belli metu & periculo. *Idem.*

In pace niteat, in bello non obſoleſcat] In ſequenti magis proprie dixit, *pacis ornamentum, belli ſubſidium.* Laured. *Non obſoleſcat*] Nitidus color & obſoletus opponuntur: ſic *nitere* hic & *obſoleſcere.* Color obſoletus, eſt qui nitorem amiſit, qui decolor eſt & ſordet, qui exſoleſcit: Cicero 2 oratione, *Veſtitu obſoletiore, corpore inculto & horrido.* Et apud Livium, obſoleta veſtis, ſordida eſt, qualis erat reorum. Ejus verba ſunt, *Sed erat veſte obſoleta, capilloque & barba promiſſa.* Turneb.

Militem ſuſtentot, hoſtem non pertimeſcat] Hoc declarat, quod ait in ſequenti: *An obliti eſtis Italico bello, quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis.* Iam illa hujus ſententiæ ornamenta ſunt, ut nihil ipſa eſſe illuſtrius, ac pulchrius poſſit, ἀντίθετα, ὁμοιοτέλευτα, πάρισα. quæ omnia perſequi prope puerile videtur. *Laured.*

Prætermitto omnem hanc orationem, & concioni reſervo] Quibus verbis ſignificat, ſe hos argumentorum locos pluribus verbis tractaturum eſſe in concione, (concionem autem orationem ſequentem ad Quirites appellat.) nam cum populus utilitate potius ducatur, quam honeſtate, quippe qui ex imperita fere, & inerudita multitudine conſtet, propterea hæc utilitatis amplificatio concioni erit aptior, ut, quæ eſt dignitatis, orationi in ſenatu accommodatior. ex quo admonemur, quam diligenter eorum, apud quos dicimus, habenda ratio ſit, quod præceptum omnium rhetorum ore celebratiſſimum eſt. Cum ergo hæc oratio in concionem a Cicerone rejiciatur, & nos quoque diligentem ejus interpretationem ei loco reſervabimus, cum autem duas priores rationes damnum, & turpitudinem ſe prætermittere ſimularit, infert ſalutis ac libertatis periculum, quod quemque ad antiquandam legem excitare maxime debet. *At de periculo*, inquit, *ſalutis, & libertatis loquor.* Idem. *Concioni reſervo*] Trinundino leges promulgabantur, quo tempore eas ſuadere & diſſuadere licebat: quod aut a magiſtratibus fiebat, aut a privatis data a magiſtratibus concione. Alioqui enim non erat eis jus agendi cum populo. Denunciat igitur Cicero, ſe in concione legem eſſe diſſuaſurum, quod oratione proxima faciet. *Turneb.*

Quid enim exiſtimatis integrum vobis in rep. fore, aut in veſtra libertate] Quorum illud *integrum*, ad ſalutem referri videtur, quaſi vero ne vita quidem ſenatoribus ſit futura in poteſtate. libertati deinde addidit dignitatem, quod dignitas fere libertatem conſequatur. hoc autem periculum primum a Rulli moribus, & ſociorum ejus probat, quos dominationis cupidos ſignificat. *Laured.* *Integrum*] Veſtra in Republica poteſtas & amplitudo imminuetur, nec in rep. quicquam poteritis. *Nobis* & *noſtra*, in quibuſdam libris legitur. *Integrum* eſt interdum, non incœptum: interdum non violatum: interdum intactum: & illibatum, ut apud Lucretium, *Iuvat integros accedere fontes atque haurire.* Interdum, ut hoc loco, non occupatum, non poſſeſſum, non vindicatum ab alio. *Turnebus.*

Ac dignitate retinendum] Duriuſculum eſt illud *retinendum*, propter verbum *fore:* quod tamen lenitur, quia ad integrum adjunctum eſt, & ſi ad *retinen-*

ero quid vobis integrum erit in veſtra libertate ac dignitate retinenda, hoc eſt tuenda, & conſervanda. Sed aliquid *retinere in libertate, aut dignitate* parum Latine dicitur. illi potius dixiſſent, *retinere aliquid libertatis*, aut *dignitatis*. Sicut hic in *retinenda* ſic in *tuenda dignitate* dixit Cæſar apud Sueton. Jul. 72; *Si graſſatorum ac ſicariorum ope in tuenda ſua dignitate uſus eſſet*. Grævius.

Si Rullus, atque ii, quos multo magis quam Rullum timetis] Quos porro intelligat; etſi ad rem cognoſcendam maximi intereſſe puto, tamen ita obſcurum eſt, ut divinandum ſit. Craſſum autem & Cæſarem, & eos, qui conjurationis, quæ Cotta, & Torquato Coſſ. facta eſt, & ejus, quæ ſe Conſule erupit, auctores fuerunt, homines novarum rerum avidos, fortaſſe intelligit. *Lauredanus.*

Rullus] Etſi hic in odium adducere Rullum conatur: tamen in oratione pro Domo, eum ampliſſime laudat: & ne hic quidem, etſi cauſæ ſerviens ſuæ, eum valde timendum, eſt auſus dicere: ſed alios magis metuendos. Sic eum pro domo ornat, *Fueris ſane Trib. plebis tam jure quam lege, quam fuit hic ipſe Rullus, vir omnibus rebus clariſſimus atque ampliſſimus*. Turneb. .

Quos multo] Significatur Antonius Ciceronis collega, atque Catilina, multi Tribuni, qui huic agrariæ legi favebant, ejuſque adſcriptores erant: quorum etiam quidam, liberos proſcriptorum ad magiſtratus vocare conabantur: lii P. A[...]

[...], [...]; quo[...] ea parent, quæ ad victum e[...] quibus carent, hi deprav[...] naturæ habitu peccant, u[...] ſtoteles. tertio vero ab ap[...] rum. *Laured.*

Cum omnibus copiis, cum [...] atque auro] Quibus verbi[...] genti cum incredibilem ex[...] nubiis, auro coronario, q[...] non fuerit conſumpta ſi[...] bellum urbi illaturus eos i[...] pecuniæ nervi belli eſſe dicun[...] mo a locorum magnitudine[...] tudine. *Idem.* *Cum omni a[...] ro*] Ciceronis ætate auri & [...] mine pecunia numerata, id [...] & argentum ſignatum etia[...] batur: ut in Topicis, *Qu[...] tum omne mulieri legatum eſ[...] ea pecunia, quæ numerata dom[...] non eſſe legata.* Quæ tamen [...] ponitur, ut ex eo conjectu[...] ſeculo argenti, nomine pot[...] quam ſignatum intellectum [...] ſequenti tempore, nomine [...] genti, non pecuniæ, nec num[...] gentum & aurum factum & [...] cenſeri cœpere. Vlpianus, *A[...] tum omne legatum eſt, ei nu[...] legati eſſe videantur, quæritur. [...] to non contineri. Non facile [...] quam argenti numero numma[...]* literam, *Cum aurum & arg[...] tum eſt, quicquid auri argentu[...] eſt, legato continetur, ſive fa[...] infectum ſit: pecuniam aut[...] placet ea legato non [...]*

Capuam & urbes circa Capuam occuparint? His ego rebus, P. C. reſiſtam vehementer atque acriter: neque patiar homines ea me conſule expromere, quae contra remp. diu cogitarint. Erraſtis, Rulle, vehementer & tu, & nonnulli collegae tui, qui ſperaſtis, vos contra conſulem, veritate non oſtentatione popularem, poſſe in evertenda repub. populares exiſtimari. laceſſo vos; in

Capuam, & urbes circa Capuam] Hoc idem ſic in ſequenti: *Nam cum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem obtinebunt, id eſt, totam Italiam ſuis opibus obſidebunt, vidam veſtram libertatem ſuis praſidiis, & coloniis interclusam tenebunt, qua ſpes tandem, qua facultas recuperanda veſtra libertatis relinquetur.* Laured. Vereor, ne *Capuam* ſit adjectum a ſciolo, ignorante *urbes circa* ſimpliter poni pro urbes circa Capuam. Exempla notavimus alibi. *Grav.*

His ego rebus P. C. reſiſtam vehementer, atque acriter] Perorationem aggreditur, qua ſe Conſulem acriter adverſaturum tribuniciis his actionibus contra remp. pollicetur. hujus vero facti rationes affert duas; reſiſtam, inquit, quia popularis conſul ſum, & reſiſtam vehementer, quia tribunicia impedimenta non pertimeſco. Rullum autem & collegas Rulli erraſſe ait, qui ſe ſperarint populares habitos iri in evertenda rep. contra ſe Conſulem non oſtentatione, ut illi, ſed veritate popularem. quod, ut probet eos in concionem vocat, ut diſceptatore populo utatur, uter vere ſit popularis Rullus ne tribunus, an ipſe Conſul. quæ plena fiduciæ, & veritatis videtur oratio. Diſceptatorem autem appellat arbitrum, ut pro Flacco: *Quare ſi quis illuc me vocat, venio, populum Romanum diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam depoſco.* Lauredanus.

Neque patiar] Neque ſinam, pro pati, illo quo dicimus corpora aliquid pati, veteres etiam fungi dixerunt. Lucretius: *Nam facere & fungi niſi corpus nulla poteſt res.* Turneb.

Expromere] Proferre, promere. dictum ab iis, quæ promuntur: velut, verbi gratia, e cella penaria. Nam cogitationes conditæ ſunt, noſtrique ſenſus, qui cum in apertum exeunt, promi videntur. *Idem.*

Qua contra remp. diu cogitarint] Poteſt ferri: ſed malim, *diu cogitarunt*, ut apertius res ipſa demonſtretur. *Laured.* *Diu cogitarint*] Alii libri *jam diu.* Turnebus.

Collega tui] Legis tuæ adſcriptores: non omnes tamen. Nam Cæcilius in ſenatu ſe profeſſus eſt interceſſorem fore. Cicero pro Sulla, *Ex illo tempore L. Cacilius multa de rep. egit agraria legi, qua tota a me reprehenſa & abjecta eſt, interceſſorem fore profeſſus eſt, improbis largitionibus reſtitit, ſenatus auctoritatem nunquam impedivit.* Idem.

Oſtentatione] Verba quæ frequentiva a grammaticis vocantur, ſæpenumero non tam frequentationem, quam actionis deſiderium & voluntatem ſignificant. Vt *dormitare* eſt interdum velle dormire. Plautus, *Te dormitare ajebas, menſa ſublata eſt:* id eſt, dicebas te dormire velle. *Venditare*, eſt vendere velle apud Ciceronem de aruſpic. reſponſis, *Atque ei ſeſe, cui totus venierat, etiam vobis inſpectantibus venditaret.* Sic *captare*, eſt capere velle. Sic interdum *oſtentare*, eſt oſtendere velle: unde *oſtentatio*, cum quis videri vult & apparere: velut hic ſimulatio & venditatio eſt, quæ veritati opponitur. Nam ſe vere popularem, Tribunus fallaciter dicit. *Idem.*

Popularem] Populares hic ſunt, qui a Græcis *δημαγωγοὶ* & *δημοκόποι* vocantur, qui populi gratiam captant, & ejus utilitati commodiſque ſerviunt. Alias qui *δημόται* vocantur, qui ex eodem populo ſunt: ut apud Terentium,

... hodie fortunatior? Plautus, *Optati cives, populares, incola, accola, advenae omnes.* Quæ quidem ut in palliatis dici videntur, cum præſertim Athenienſis populus diviſus eſſet in *δήμους*. Turneb.

In concionem voco] Concionem populi non defugio, ad quam vos ultro provoco. Concio a conciendo dicitur, id eſt, a convocando. Alii quaſi coitionem interpretantur, a coeundo. Pro concione etiam conventionem veteres dixere: Varro, *Voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me.* Idem.

Diſceptatore] Iudice, arbitro. In Partitionibus, *Aut diſceptator, id eſt, rei ſententiaque moderator.* Hinc Dialectica veri falſique dicitur diſceptatrix a Cicerone, id eſt, dijudicatrix. Verbum hoc Græcum prope cenſeas eſſe, [illegible]: niſi quod a *ceptare* potius deduci videtur. *Idem.*

Vt ita circumſpiciamus omnia] Se vere popularem eſſe, Rullum non popularem hac ratione populo probaturum confidit. Popularis eſt ille, qui quæ grata ſunt populo facit; nihil tam gratum populo eſt, quam pax, concordia, & ocium: ille hæc diſturbavit, ego conſtituere cupio: ergo ego, non ille popularis. *Laured.*

Grata atque jucunda] Quæ popularia: a enim grata populo dicit. *Turneb.*

Pacem, quam concordiam] Vos autem tumultum & turbas ...

quia cum tribuni pleb
iniiſſent, legibus, con
tionibus ſuis ocium ci
rant: nam Antonium
ſimilem naſti, alii fil
rum ad honores petend
cabant, alii ut Autron
ambitus damnatis in ſen
& honores petere licere
alii novas tabulas, alii
mulgabant, ut inquit Di
xima civitatis, & reipub
conſequebatur. *Laured.*
Sollicitudinis & moleſtiæ p
licitum proprie eſt, non qu
cerius, *Sollicito motu ſemp*
eoque verberat animum. In
licitudine quadam & anxie
quies. *Turnebus.*

Suſpenſam] Anxiam,
quod ductum videtur ab iis,
duntur: qua eadem translati
dixit lib. I. de legibus, *Eg*
dere ſoleo, pro mihi moleſt
pendebit animi, Terentius d
getur, cruciabitur animo. E
ut id etiam addam, orta *d*
propendere: quorum illud in
non ſatis pendere, nec pond
hoc plus pendere, & præpen
tus Aſinaria, *Ad pedes qua*
tum eſt aequum contrapondium,
manica complexa ſunt, atque
trabem. Nec dependere ...

ſeditionibus tradidiſtis: ſpem improbis oſtendiſtis: timorem bonis injeciſtis: fidem de foro, dignitatem de repub. ſuſtuliſtis. Hoc motu atque hac perturbatione ani-

Improbis] Rerum novarum ſpem. *Turnebus.*

Bonis] Qui ſtatum reipub. mutari nolunt. Salluſtius, *Nam ſemper in civitate, quibus opes nulla ſunt, bonis invident, malos extollunt: vetera odere, nova exoptant: odio rerum ſuarum omnia mutari ſtudent.* Idem.

Fidem de foro, dignitatem de rep. ſuſtuliſtis] Quod idem ſic expreſſit in ſequenti: *Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novæ calamitatis, ſed ſuſpicione, ac perturbatione judiciorum, infirmatione rerum judicatarum: novæ dominationes, extraordinaria non imperia, ſed regna quæri putabantur.* Hoc eſt autem, quod dixit Dio; aliquos tribunos novas tabulas promulgaſſe: qua de re apertius Cicero in 2. de offic. ita: *Nulla res vehementius remp. continet, quam fides, quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum; nunquam enim vehementius actum eſt, quam me conſule, ne ſolveretur: armis & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum, & ordine, quibus ſic reſtiti, ut hoc tantum malum de rep. tolleretur: nunquam enim nec majus æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt: fraudandi enim ſpe ſublata ſolvendi neceſſitas conſecuta eſt.* De foro autem ſublatam fidem ait, alludens ad tabernas argentariorum, quæ circum forum erant, quod indicat Livius lib. 26. *Annibal*, inquit, *vocato præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc eſſent, juſſit venire:* unde Cicero ipſe lib. 2. ad Attic. *ædis circumforaneum* dixit: id autem erat moris, ut qui egerent pecunia, eam ex argentariorum horum menſis ſumerent, ſi modo ſolvendo eſſent: cum autem ii, qui debebant argentariis, aut nolebant, aut non poterant ſolvere, tum fides ſublata dicebatur e foro: ſic enim interpretatur Cæſar lib. 3. de bello civili: *Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque credita pecunia ſolverentur.* Et Cicero in Pompejana: *Hæc fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis.* Item: *Nam tum cum in Aſia res magnas permulti amiſerunt, ſcimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe:* cum ergo in tanto metu, ac perturbatione ſit civitas, ſperat ſe popularem viſum iri populo, ſi ſe conſule nihil metuendum eſſe oſtenderit; nullum exercitum, nullam manum futuram demonſtrat, unde bellum, aut ſeditio excitari poſſit; nullas colonias, quæ adverſus remp. deducantur; nullam venditionem vectigalium, qua ærarium exhauriatur, privati locupletentur; nullum imperium novum, aut regnum decemvirum, quo reip. dignitas convellatur; nullam Capuam coloniam deductam iri, quo hominum imperium transferatur; ſed ſummam ocii & pacis tranquillitatem, qua nihil eſſe populo jucundius poteſt. *Laurend.* *Fidem de foro*] Dion de Tribunis plebis, ἄλλος χρεῶν ἀποκοπὰς ἐσηγεῖτο: id eſt, *alius novarum tabularum auctor erat.* Atque idcirco iis, qui tabulas novas ſperabant, in Catilinam Cicero illudens, auctionarias ſuo beneficio minatur. *Fidem*, rerum creditarum ſolutionem interpretor. Cicero in Partitionibus, *In communione autem quæ pars poſita eſt, juſtitia dicitur, eaque erga Deos religio, erga parentes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides.* Cæſar lib. 3. belli civilis, *Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque credita pecunia ſolverentur.* Cicero pro lege Manil. *Nam tum cum in Aſia res magnas permulti amiſerunt, ſcimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe.* Plautus Epidico, *Quod credidiſti, reddo. P. Haud accuſo fidem.* Valde ſcitum eſt quod hic nonnulli protectionem interpretantur. *Turneb.*

Dignitatem de repub.] His veſtris ſeditionibus, & vectigalium ademptionibus, agrariiſque legibus. *Idem.*

..., ... vestra ita pri

Agraria magis popularis eſſe videatur. cum v

conſiliorum veſtrorum, fraudemque legis &

Illuxerit] Ductum a ſtellis, quæ noctu aliquando diſpulſa caligine, & procella disjecta apparent, magno nautarum gaudio & commodo. Contra Virgilius dixit:

Nam neque erant aſtrorum ignes, nec lucidus æthra
Syderea polus, obſcuro ſed nubila cælo,
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

Tenebras autem vocat caliginem reipub. & perturbationem. Aliquando etiam tenebræ ſignificant animi perturbationem æſtuantis, & caligantis, & prope amentis. Cicero, *Qui tibi æſtus, qui error, quæ tenebræ, dii immortales erunt?* Græci ἰλιγγιᾷν dicunt. Sed & σκοτοδινιᾷν pro caligare & hallucinari uſurpant. *Turnebus.*

Imperium] Quale eſt decemvirale Rulli lege. *Idem.*

Alteram Romam] Capuam autem alteram Romam dixit, ut etiam Phil. 12. *Veſtrum hoc conſilium Capua probabit, quæ temporibus his Roma altera eſt*; & in ſequenti agraria: *Tunc contra hanc Romam communem patriam omnium noſtrum illa altera Roma quæretur*; hinc Horatius dixit, Æmulam virtutem Ca...

Æmula nec virtus Ca...
...tumax ator.

His expoſitis, pergit prob... ad populum huic legi n... *Neque enim, inquit, ſi ... conſilia*, quibus remp. ... gitatis, *ſi fraudem, & inſi... ria*, qua vobis opes privata... remp. comparatis, *aperu... ero, ne mihi contra vos T... in concione conſiſtere. Conſti... graviter & labore gerere co... ut neque provinciam, ne... neque commodum, quod ab... bunc pl. impediri poſſit*, ap... Lauredanus.

Sedem imperii] Nam C... imperium transferri a Rull... vult. Sic nonnulli Vejo... transferre voluerunt poſt ... ptam. Caligula etiam poſt... Antium migrare, eoque in... transferre, deinde etiam Al... Poſtremo Conſtantinus C... polin tranſtulit. *Turneb.*

Conſiliorum veſtrorum] ... minibus ſeditioſis & prom... turbandam rempub. ...

quae ipſi populo Romano a popularibus tribunis pl. fiant, oſtendero, pertimeſcam, credo, ne mihi non liceat contra vos in concione conſiſtere, praeſertim cum mihi deliberatum & conſtitutum ſit, ita gerere conſulatum, quo uno modo geri graviter & libere poteſt, ut neque provinciam, neque honorem, neque ornamentum aliquod, aut commodum, neque rem ullam, quae

& odium vocare ſolebant, eos libertati inſidiari, regnum appetere clamantes. Claudius etiam Druſus, ſtatua ſibi cum diademate poſita ad Appii forum, Italiam per clientelas occupare tentavit. *Turnebus.*

A popularibus] Qui ſe populares ſimulant. *Idem.*

Pertimeſcam credo, ne mihi non liceat] Pal. ſec. haud agnoſcit *non*: & poterat abeſſe. *Gruterus.*

Neque provinciam, neque honorem, neque commodum] Hoc ait, quia aliquando Conſules adverſantes actionibus Tribuniciis a Tribunis ipſis in carcerem duci juſſi ſunt, ſæpiſſime autem ab iisdem rogationibus, quæ de provinciis, aut imperiis, aut honoribus eorum ferebantur, interceſſum eſt: quæ commoda, aut ornamenta qui contempſerunt, ii ſoli Conſulatum graviter & libere geſſerunt, graviter, in ſalute & commodis reip. defendendis, ſuis negligendis, libere, in coërcenda tribunorum libidine, aut eorum mala gratia pro rep. contemnenda. Non eſt autem prætermittendum, fuiſſe quoſdam non ineruditos homines, qui verbum *oſtendere*, inde ejiciendum putarint, quod & abundare, & additum ab aliquo crediderint; cum totum illud: *Cum vero ſcelera conſiliorum veſtrorum*, &c. ad verbum *oſtenderis* ſupra dictum referatur: me tamen, ut locum immutatum relinquerem antiquorum librorum adduxit conſenſus, nullos enim adhuc vidi, a quibus hæc abſit dictio. *Laured.*

Neque provinciam] Porro dixit, quia hoc tempore poſt legem Semproniam Conſulibus quotannis provinciæ decernebantur, in quas poſt Conſulatum proficiſcerentur. *Idem.* *Neque provinciam*] Etſi provinciarum Conſularium ordinatio lege Sempronia Senatus erat: tamen per Tribunos a pop. non nunquam petebantur, & a ſenatu decretis Tribuni intercedebant interdum, contra legem tamen Semproniam. Partim autem ambitione, partim etiam provinciali quæſtu capti, plurimi enixiſſime contendebant, provinciam ſibi decerni. hinc illud in Piſonem, *Egere, foris eſſe Gabinium, ſine provincia ſtare non poſſe.* Dicit enim eum eſſe foris, qui ſolvendo non eſt, & dicitur flagitatoribus non eſſe domi. At Hortenſius & Cicero, qui pacis & fori artibus domi illuſtres eſſent, provinciam in Conſulatu contempſere, & decretam a ſenatu depoſuere. *Q. Scævola etiam Pontifex, provinciam, cujus cupiditate multi boni viri peccabant, depoſuit*, inquit Aſconius, *ne ſumtui eſſet ærario.* Turneb.

Neque honorem] Vel imperium intellexit, vel ſupplicationes, vel triumphum. *Laured.* *Neque honorem*] Verbi gratia, ſtatuam, aut monumentum honoris ergo, aut aliquid ſimile, ac ne ambio quidem iſtum decemviratum. In Catilinam ſimilis eſt fere locus, *Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis præmium virtutis, nullum inſigne honoris, nullum monumentum laudis poſtulo.* Turneb.

Neque ornamentum] Rogationem fortaſſe, qua provinciæ ornabantur: non enim omnes iiſdem finibus, aut eodem viatico, & ſtipendio, aut eodem exercitu ornabantur. *Laured.*

Aut commodum] Viatici magnitudinem, & provinciæ latitudinem, & cætera, quæ multa conſequi ejuſmodi poſſunt commoda intellexit: quibus omnibus decernendis & in ſenatu, &

... autem ne temere fingere ad tempus videatur, denunciat ſe aperte ex Conſulatu in provinciam non iturum. *Laured.* *Aut commodum*] Verbi gratia, curationem aliquam, aut præmium. *Turneb.*

Dicit frequentiſſimo ſenatu Conſul Kal. Ian. &c.] Quæ verba, ut prudenter prolata, ſic accurate ponderanda ſunt: non enim dicit, ego Conſul, ſed evitandæ arrogantiæ cauſa tertiam perſonam induxit, & callide *Conſul* addidit, quaſi volens intelligi, eum, qui alias provinciam ſolet appetere, nunc eam recuſare, & negligere. *Laured.*

Frequentiſſimo Senatu] Nam ſi id in frequenti ſenatu dixiſſet, poſtea inficiari, & a ſe dictum negare non admodum multis teſtibus reprobantibus potuiſſet. præterea, *Kal. Ianuariis*, id eſt, integra re, cum nulla res inciderit, quæ ipſum ab accipienda provincia deterrere poſſit. nam ſi extremo Conſulatu hoc diceret, novo aliquo belli tumultu eam reſpuere videri poſſet, quod non ſine infamia faceret. *Idem.*

Si ſtatus hic reip. maneat] Quia hoc anno pax in toto imperio fuit, ita ut ſalutis augurium, quod niſi pacato toto imperio fieri ſolebat, factum ſit, auctore Dione. *Idem.*

Neque aliud negotium extiterit] Vt novum bellum, quod Conſularem exercitum deſideraret, neque honeſte recuſari provincia poſſet. Quod autem ſe facturum pollicetur, etiam fecit. Nam cum Macedoniam ſortitus eſſet, eam Antonio collegæ conceſſit ...

viter Conſulatum gere... blicas rationes privatis... quid ſit libere, exponi...

In provinciam non it... Macedoniam Ciceroni... provinciam Antonio c... officio & bonorum pa... multa in reipub. moli... cauſa. Ciceroni pro ... Gallia decreta eſt, qu... lenta oratione habita in ... fuit, reclamante pop. ... ſonem dicit. Idem ann... ſius, cui cum bellum ... evenisſet, in urbe rema... gr Metello eam provin... *Turnebus.*

Sic me in hoc magiſtra... Romani] Magiſtratum ... ni ait, quomodo in ... xime dixit: *Hic ego Co... mani non modo nihil judi... ſententiam quidem profero.* ... tem, qui non nihil hoc ... ſuſpicentur, &, cum ſi... habeant, *geram P. R.* ... mutatione legant, *geram... Conſcripti* ſignificentur. ... oratio in ſenatu. *Laured.* Id eſt, *Patres conſcripti*, ſi... davit Lauredanus. *Lamb.* ... *ſtratu geram populo Roma...* Recepit Lambinus conje... dani, *geram, P. C. ut p...* nihil vitii eſt in vulgata. ... P. Francii primo manuſc... tis, ſed expreſſis verbis ...

ut poſſim tribunum pl. reipub. iratum coercere, mihi iratum contemnere. Quamobrem, per deos immortales, 9
colligite vos, tribuni pl. deſerite eos, a quibus, niſi proſpicitis, brevi tempore deſeremini: conſpirate nobiſcum, conſentite cum bonis, communem remp. communi ſtudio

Vt poſſim tribunum pl. reip. iratum] Eadem pene ſententia dixit in 2 Philip. *Mecum ut voles, cum rep. redi in gratiam.* Lauredanus.

Per Deos immortales] Vos obteſtor, vos obſecro. Cum autem his generibus obſecrationum & obteſtationum hominem aliquem obſtrinxerant, & veluti religione aliqua devinxerant, ut ei non eſſet integrum facere quod peteretur, tamen cum ea erat perſona, cui utrum vellet liberum & integrum eſſe vellent, cuique obſervantiam aut pietatem deberent, obteſtationem ſolvebant. Quod indicat Plauti locus in Aulularia, *Nunc te obſecro, fac mentionem cum avunculo mater mea: reſecroque mater, quod dudum obſecraveram.* Eſt enim ibi *reſecrare*, religione ſolvere. Nam & in comitiis reus cum per Deos oraverat pop. ut periculo liberaretur, ne qua hæreret populo religio, a magiſtratu eam reſecrare cogebatur. Obteſtatione autem jurisjurandi ita obligari ſolitos veteres: ut quod ab eis ita petitum foret, negare non auderent, indicat Comicus ita ſcribens:

Sicut tuum vis unicum gnatum tua
Supereſſe vita ſoſpitem & ſuperſtitem,
Ita te obteſtor per ſenectutem tuam,
Perque illam quam tu metuis uxorem tuam.

Reſpondet enim mox Demenetus:

Per dium Fidium quæris, jurato mihi
Video neceſſe eſſe eloqui, quicquid roges:
Ita me obſtinate aggreſſus, ut non audeam
Profecto percunctanti quin promam omnia. Turneb.

Colligite vos tribuni pl.] Adhortatur deinde Tribunos pl. ut cum Conſulibus, & cum optimatibus conſentiant, atque communem remp. communi ſtudio complectantur, ac tres rationes afferat, quibus id facere debeant. primum autem totum quaſi quoddam propoſuit, cum dixit: *colligite vos.* Quod genus dicendi uſurpavit etiam in Philipp. x. *Quamobrem collige te, placaque animum aliquando, & mitiga, audi viros bonos.* quod nihil hoc loco aliud eſt, quam, ſententiam mutare. *Laured.* *Colligite vos*] Reſipiſcite, ad vos redite: quod in perturbatione & inſania animi partes diſſipatæ & diſtractæ ſunt, quæ in unum ſunt colligendæ: & militum manus & copiæ, quæ minus valent ſparſæ & disjectæ, quam collectæ & conjunctæ. Cicero 4 Tuſculana, *His aut ſunt ſubtrahendi ii, in quos impetum conantur facere, dum ſe colligant.* Quid eſt autem ſe ipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in unum locum cogere? *Turneb.*

Deſerite eos, a quibus niſi proſpicitis brevi tempore deſeremini] Id eſt, improbos, & rerum novarum cupidos, eos, qui legis hujus erant auctores, & *conſpirate nobiſcum* Conſulibus, qui reip. ſtudemus, & *conſentite cum bonis*, quibus nihil rep. poteſt eſſe jucundius, quod nihil aliud eſt, quam id quod infert. *Laured.* *Deſerite*] Qui turbas, ſeditiones, res novas quærunt. *Turneb.*

Conſpirate] Conſentite. a follibus ductum ad ignem conflandum conſpirantibus: quomodo etiam συμπνεῖν a Græcis dicitur: aut a jumentis pari ſpiritu anhelantibus in plauſtro vel aratro ducendo. *Idem.*

Communem remp. communi ſtudio atque amore defendite] Id eſt, & optimates, & plebs. Hoc poſito ſequuntur rationes, quarum una eſt a neceſſario, quod reip. domeſtico, non externo morbo laborat, ita ut omnes, qui reip. partes ſunt, illi medicinam afferre pro ſe quisque debeat. ut enim malum occultius eſt, ita diligentius repellendum eſt. Hoc autem inteſtinum malum mirum in modum amplificavit. *Laured.*

Multa

Multa ſunt occulta reip. vulnera, &c.] Quam eandem ſententiam his verbis protulit etiam in orat. 2. in Catilinam: *Nulla eſt natio, quam pertimeſcamus; nullus rex, qui bellum populo Romano inferre poſſit; omnia ſunt externa unius virtute terra marique pacata, domeſticum bellum manet; intus inſidiæ ſunt; intus incluſum periculum eſt, intus eſt hoſtis.* & pro Murena: *Intus eſt equus Trojanus, a quo nunquam me conſule dormientes opprimemini.* & Demoſthenes: Οὐκ ἔστι δὲ, ἐὰν ἔστι τῶν ἔξω τῆς πόλεως ἐχθρῶν κρατῆσαι, πρὶν ἂν τὸν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει κολάσηται. Laured.

Non rex, non gens] Gentes & nationes liberos dicit populos regibus non parentes: ut Salluſtius, *Reges magni bello domiti, nationes feræ & populi ingentes vi ſubacti.* Quod autem eo tempore bella omnia conquieviſſent, ut ait Dion. Salutis augurium actum eſt, quod quidem eo die agi ſolebat, quo neque exercitus ullus mittebatur, neque pugnabatur. Hujus rei etiam meminit lib. 1. de divinat. his verbis, *Tibi P. Claudius augur addubitato ſalutis augurio, Conſuli nunciavit bellum domeſticum triſte ac turbulentum fore.* οἰώνισμα ὑγείας Dion vocat. *Turneb.*

Inteſtinum] Internum. *Idem.*

Pro ſe quiſque] Quiſque pro virili. *Id.*

Incolumes] Qui ſe incolumes & ſalvos eſſe cupient. Nam incolumitas, ut Cicero ait, eſt ſalutis integra & tuta con-

quemque delectat. Rei recuperatæ plus mihi ... ferunt, quam tunc ... bant. Sic enim locus ... nis libris. *Idem.*

Sequentur auctoritatem ... ratione, ... fendendam conſpicuam.] quia auctoritatem ... tus, ſequetur etiam ... dubia erat populi volu... quæ pro populi comm... debetur, confirmat ... ſumpto a toto. *Laured.*

Sequentur auctoritatem ... de quoniam etiam ſæpe atque ignavi conſules fa... tur, ſemetipſum ad pop... dum laudat. *Idem.*

Soluti a cupiditatibus, ... enim ipſe aut cupiditate ... rum, aut pœnæ timore ... pugnandam adducetur, ... tate periculis ſe objiciet, ... diſcrimen contentionis ... additur tertia ratio, quod ... ad honores adipiſcendos i... ocii & quietis amica ap... illa, quia ſi quis ſe poſſe ea... ri velificari ſuo ſperet, i... Conſule conſequetur; ap... plo ſui, qui equeſtri loco Conſul factus eſt. *velificar...* latione a navigatione ſum...

ſ, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi
:entionibus. Quod ſiquis veſtrum ſpe ducitur, ſe
:urbulenta ratione honori velificari ſuo, primum,
nſule, id ſperare deſiſtat: deinde habeat me ipſum
cumento, quem equeſtri ortum loco conſulem videt,

ani fuerint, ipſe primus in ſe-
nerit. qualis ipſe erat. *Laured.*
'atibus] Quem nec provinciæ,
modi aut honoris cupiditas a
:ntia demoveat, quem videant
piditate impulſum, quæ de
quetur, ſentire. Atque hic for-
ſtringit collegam ſuum, qui
t alienus ab hac agraria lege.

a delictis] Libenter enim ejus
tem, qui non deliquerit, ſe-
Idem. *Liberi a delictis*] Le-
arbitror, *liberi a deliciis*. Lamb.
delictis] Lambinus conjectura,
. ſed quorſum ita tandem? an
palam eſt, Ciceronem dicere;
ıſuros, qui neque rerum nova-
ıidi, neque ſcelerum ſibi ſint
Gruterus. Non pertinent hæc,
:rus putat, ad *omnes*, ſed ad
Omnes, ſenatus & populus ſe-
auctoritatem meam Conſulis,
a teneor cupiditate, non ſervio
nmodis, nullius mihi conſcius
icti, cautus in periculis, non
in contentione. *Gravius.*
in periculis] Qui delicto vacuus
non temerarius ſit, ſed prudens
s. Hominem enim temerarium
qui ſapiat, ſequitur. *Turneb.*
tionibus] Qui tamen, ſi in con-
:m res deducatur, bonæ cauſæ
ıs non ſit, ſed audacter ei patro-
ıs. *Idem.*
ari] Poſſe ſe ad honores turbis,
onibus, & popularitate perveni-
ıvigatione ductum: a qua etiam
pirare & *curſum tenere* ducitur.
ſpirant velis auræ, ut, aſpirant
noctem: & naves curſum tene-
atur, quæ quo deſtinavere per-
:, non depulſæ via. Quemad-
ı igitur, qui mercaturæ cauſa na-
velificatur mercaturæ: ita quoque, qui curſum quendam honoris
cauſa inſtituit, tanquam navigationem,
velificatur honori, honori vela facit,
id eſt, honori navigat ſuo. Eadem
translatione dixit Cælius, *Ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliquid quod referret ſcire, reticuiſſe.* Florus etiam, *Demus ſua ruina velificatus eſt plebi*, id eſt,
gratificatus. Afranius apud Nonium,
pro incurrere in alium, & vela facere
dixit, *Interea verba jactare, & labris inter ſe velitari, velificarier.* Qui cenſent
a temere navigantibus ductum, qui ſe
committunt tempeſtati, ſenſum non
aſſequuntur. *Idem.*

Equeſtri ortum loco] Patrem Ciceronis fullonem fuiſſe, & mancipem earum operarum, quæ ad oleam & vindemiam colligendam conducuntur, Calenus apud Dionem declamat. Ejus genus a Tullo Volſco ducit Sillius Italicus.
Non videtur Plinius exiſtimare, ut ex
ejus verbis ſuſpicari licet, equeſtri loco
natum Ciceronem fuiſſe: cum ita ſcribit lib. XXXIII. *M. Cicero demum ſtabilivit equeſtre nomen in conſulatu ſuo, ei ſenatum concilians, ex eo ſe ordine profectum eſſe celebrans, & ejus vires peculiari popularitate quærens. Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in repub. factum eſt, cœpitque adjici ſenatui populoque Romano equeſter ordo.* Cum igitur equitem ſe ferebat, gratiam publicanorum & equitum
quærebat, cum tamen eques fortaſſe
non eſſet: ut conjicere ex illo Plinii loco licet. *Municipalis* tamen *eques* a Iuvenale dicitur. *Idem.* Ex hoc loco male colligit Turnebus, Ciceronem non
fuiſſe equitem, cum id hic locus maxime confirmet. *Equeſtre nomen*, non pertinet ad Tullium, ſed ad ipſum ordinem
equeſtrem, & ſignificat *equites*, ut *Latinum nomen* Latinos. Dicit Plinius equeſtris ordinis dignitatem primum ſtabiliiſſe Tullium ſuo conſulatu. *Grav.*

Qua

…, quondam vitæ ratio. *Turneb.*

Quod ſi vos veſtrum mihi ſtudium P. C.] Vltimo loco hortatur etiam ſenatum, ut ſuum ſibi ſtudium præbeat ad remp. defendendam, ut ejus ordinis vetus auctoritas reſtituatur. verum caute agit, & prudenter cum ſenatoribus; non enim aperte petit, ut ſuum ſibi ſtudium præſtent, quaſi vero id non faciant, ſed ſi ſuum illi ſibi ſtudium profiteantur, pollicetur ſe effecturum, ut quæ apud majores fuit ejus ordinis auctoritas, eadem nunc longo intervallo reſtituta eſſe videatur, id quod maxime reſp. deſiderat. intervallum autem ſignificat, quod inter Ti. Gracchi tribunatum, & ſuum conſulatum intercedit. nam & Gracchorum, & Saturnini, & Druſi, & Sulpicii, & aliorum tribunorum furioſis actionibus debilitata admodum ſenatus auctoritas, popularis poteſtas confirmata fuerat, quæ hoc primum die reſtitui eloquentia conſulis Ciceronis cœpta eſt. Itaque ipſe ſic ad Lentulum ſcripſit: *Memoria tenebam nobis Conſulibus ea fundamenta jacta Kal. Ianuarii confirmandi ſenatus, ut neminem mirari oper-*

fuiſſe in illo ordine, ve
Philipp. 7. *Retinenda*
ſtantia, gravitas, perſ
da eſt vetus illa ſeverita
ritas ſenatus, decus, bo
dignitatem deſiderat, q
nimum caruit diu. Hoc
derari dixit, propter
pericula, quæ in hunc
derunt, atque a prud
nani rerum novarum
ſpici poterant. *Laurel.*

Profitemini] Palam pr
clamatis. Eſt enim *prof*
& declarare. *Turnebus.*

Longo intervallo] Cic
ſuo Senatus auctoritatem
proinde conſulatum ſuu
ad Atticum vocat. Nam
ſulem maxime plebis
eſſe: jam inde ex quo T
ſtas fuerat Pompejo & C
ſtituta. Salluſtius tamen
piſſe dicit potentiam ple
ad bellum Marianum &
miſſo, paucorum autem
Idem.

DE
LEGE AGRARIA,
Contra P. SERVILIVM RVLLVM Tribunum plebis ad Populum.
ORATIO SEXTADECIMA.
ARGVMENTVM LAVREDANI.

Quod fecit Kal. Ianuariis Conſul Cicero in ſenatu, ut agrariam Rulli legem diſſuaderet, atque iniquam eam, & perniocioſam eſſe reipub. oſtenderet, idem haud ita multis poſt diebus fecit in concione; ne populus ſuffragiis ſuis eam legem juberet; quae a Tribuno pl. Rullo ad paucorum commodum potius, quam ad plebis utilitatem illata eſſet. Ac Plutarchus quidem Tribunos pl. priore oratione perculſos paucis diebus quieviſſe ſcribit, poſt autem iterum rem adortos vocatis in concionem Conſulibus, Ciceronem, ut his verbis ad populum legem reprehenderet, impuliſſe. quo in loco Rullum Tribunum Ciceronem Conſulem in concionem vocaſſe videtur ſignificare, cum tamen Cicero ipſe Rullum, & reliquos tribunos a ſe in concionem provocatos non veniſſe ſatis aperte notet, cum inquit in hac oratione: Quod ſi veſtrum commodum ſpectat, veniat, & coram mecum de agri Campani diviſione diſputet, *& in ſequenti:* Commodius feciſſent Tribuni pl. Quirites, ſi, quae apud vos de me deferunt, ea coram potius me praeſente dixiſſent. nam & aequitatem veſtrae diſceptationis, & conſuetudinem ſuperiorum, & jus ſuae poteſtatis retinuiſſent. ſed quoniam adhuc praeſens certamen, contentionemque fugerunt, nunc, ſi videtur eis, in meam concionem prodeant, &, qui provocati a me venire noluerunt, revocati ſaltem revertantur. *Eſt igitur genus idem cauſſae, idem ſtatus, ea-*

..... relinquendus locus. vitanda etiam ing
tioniſque ſuſpicio. Concio capit omnem vim c
varietatem gravitatemque deſiderat. *Perfecta*
integra haec oratio facilius omnem de agraria re
tionem, ac mentem explicabit; cujus orationis
exordium, narratio, propoſitio, confirmatio,
Exordium ab opinione, & exiſtimatione eorum
rent, ſumptum eſt. intelligebat enim Cicero, po
manum ita exiſtimare, Rulli legem eſſe maxime
propter fructus, quos populo proponebat. quare
nem inſitam animis conatur artificioſe in ipſo veſti
evellere ac docere, ſeſe, non Rullum eſſe populare
pacem, libertatem, & ocium populi tueri, Rullu
ſturbare. in primis autem probat, ſe talem eſſe oport
inſigne ac ſingulare beneficium Conſulatus a populo
quod beneficium mirum in modum extollit. erat au
ordo hic: Non Rullus, ſed ego popularis ſum. ratio
pacem, libertatem, & ocium veſtrum oppugnat, e
ſtudio defendo. rationis confirmatio; debeo auten
propter veſtrum erga me ſingulare beneficium. po
beneficii amplificatio. Hunc autem ordinem artifi
tit, ut docet Hermogenes in forma τῆς περιβολῆς.
inquit, περιβολῆς, τὸ ἀναστρέφειν τὴν τάξιν τῶν πραγμ
τὸ τὰς κατασκευὰς τῶν προτάσεων καὶ τὰς πίστεις, τὰς π...

[redacted]

am confert ſe cum nobilibus, qui cum & ipſi maximis po- uli Romani beneficiis ornati eſſent, tamen in agendis gratiis a majorum ſuorum, & ſuas laudes admiſcerent, ut populi eneficium extenuarent. ipſe autem ſe contra facturum polli- itur. ita enim gratias acturum, ut majorum ſuorum nullam facturus mentionem, de ſe autem ſiquid dicendum ſit, id irce ac moderate facturum. cauſſam cur ordinem inverte- t, hanc fuiſſe puto. videbat, ſi in ipſo cauſſae ingreſſu ne- iſſet legem Rulli popularem eſſe, populum, quia aliter per- aſus erat, facile reclamaturum fuiſſe. Itaque prudenter bi viam praemunit, ac bonam de ſe opinionem inſerit, cum virum bonum, & gratum, & in primis popularis utilitatis udioſum oſtendit. qua ratione auditorum ſtudia ſibi ad- ngit, Rullo detrahit, fraudem illi, atque avaritiam, & ominandi libidinem tribuens, quibus nihil eſſe populo odio- us poteſt.

EST hoc in more poſitum, Quirites, inſtitu- 1
toque majorum, ut ii, qui beneficio veſtro imagines familiae ſuae conſecuti ſunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam be- eficii veſtri cum ſuorum laude conjungant, qua in ora-

E*ST hoc in more poſitum, Quirites, inſtitutoque majorum, ut ii, qui be ficio veſtro imagines familia ſua con- uti ſunt, &c.*] Nobiles intelligit, ii eoſdem, atque majores ſui, quo- m imagines haberent, honores po- li beneficio adepti ſunt. Nobilitas e- m non ex conditione, ſed ex imagi- bus majorum apud Romanos com- rabatur. erat autem imago (auctore olybio, lib. 6.) ſimulachrum oris ſi ilitudinem affabre, miroque artificio nfectam, coloribus, pigmentiſque umbratam referens, quam inſignio- , ac celebriori domus in parte collo- bant. imaginis autem ſuæ ponendæ is conſequebantur ex curulibus magi- ratibus, quorum primus erat curulis dilitas, ut oſtendit Cicero lib. 7. in Verrem, cum ait, ſe ob ædilitatem delatam adeptum eſſe antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, jus imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendam. Hinc Livius dixit lib. 1. *Ancus nobilis una imagine Numa.* Quare conſequi imagines familiæ, eſt magiſtratus curules a majoribus ſuis geſtos item capere, quod nobilitatis erat. Hos ergo nobiles conſueviſſe ait primam concionem habere, qua gratias populo agerent, ita tamen, ut ſuos majores laudarent. cujus moris meminit etiam Plutarchus in Paullo, cum dixit, moris fuiſſe, ut qui Conſules creati eſſent. gratias populo agerent, eumque benigne ex roſtris appellarent. & Cicero lib. 11. de finibus, cum inquit: *Quid*

... *more poſitum, Quirites*] Romæ magiſtratus omnes priuſquam populum in concione alloquerentur, Deos precari ſolebant. quod indicat Virgilius ita ſcribens, *Præfatus divos ſolio rex infit ab alto:* Et Livius docet his verbis, Conſules in roſtra aſcenderunt, & advocata concione, cum ſolenne carmen precationis, quod præfari, priuſquam populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet conſul, ita cœpit. Nos igitur Ciceronem, antequam ad pop. verba faceret, & hanc orationem exordiretur, ſolenne carmen precationis peregiſſe exiſtimemus. Qui autem magiſtratum adepti erant, honore inito, prima ad pop. Rom. concione, quam habebant, gratias agebant, & de ſuis majoribus ſtudiiſque dicere ſolebant. Suetonius, *Prætorem collaudavit, quod honore inito conſuetudinem antiquam retuliſſet de majoribus ſuis pro concione dicendi.* Plutarchus in Paullo, *Cum ſolerent conſulatum adepti, vel gratias agere pop. & populum blande pro roſtris appellare.* Mos ab inſtituto differt, quod mos tacito quodam conſenſu convaleſcat: inſtitutum, quodam hominum præſcripto, & lege nitatur, inſtitutum tamen pro more ſæpe dicitur. *Quirites* Romani vocabantur, ac ſic eos appellare in concionibus urbanis ſolebant. Proinde cum appellabantur milites ab imperatore *Quirites*, velut exauctorati, & militiæ ſacramento ſoluti dimiſſique intelligebantur, ac non jam in militibus numerandi, ſed in urbana plebe ...

gis Papia Popea: Latin
fœminis quatuor liberorum
hodie ſervantur. Ius a
id eſſe declarat Vlpian
bus, cum hujus conſt
imperatoris meminit,
Latinus civitatem Rom
non minorem quam dece
rum navem fabricaverit
annis frumentum porta
Divi Claudii. Quirites a
ante dicebam eſſe pleb
ſic perſpicue Lampridiu
nete igitur vocem trucul
bellis neceſſariam, ne vos
ore, atque una voce, Quir
& incertum an Quirites:
eſtis, qui vel Romana pl
Romanum non agnoſcitis.
adimebantur militibus, q
pellabantur. *Tradite noſt*
ſigna Quirites, Lucanus.

Beneficio veſtro] Manc
magiſtratus ſuo ſuffragio.
res adepti ſunt, benefic
ſunt conſecuti *Idem.*

Imagines familiæ ſuæ]
Elect. 11, 29, de jure i
Emund. Figrellium de ſta
rum cap. 11.

Digni majorum loco]
eſſe indigni familia &
rum, ſed optimis ſtudiis
reſpondere, eoſdemque
reri. At apud Tibullum
rum locum & honores v
Nam quanquam antiqu...

riuntur: plerique autem hoc perficiunt, ut tantum majoribus eorum debitum eſſe videatur, unde etiam quod poſteris ſolveretur redundaret. Mihi quidem apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur: non quod non tales fuerint, quales nos illorum ſanguine crea-

Sed generis priſcos contendis vincere honores,
Quam tibi majores majus decus ipſe futurus.

Locum ab ordine diſtinguit Donatus: ac locum eſſe natalium dicit, ordinem fortunæ: cum ita ſcribit Terentius, *Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis.* Turneb.

Vt tantum majoribus eorum debitum eſſe videatur, &c.] Quibus verbis nobiles ipſos adducit in odium, quod ait, aliquot ex iis, dum majorum ſuorum vir tutes exponunt, ſe eodem illo honore, quo majores ſui affecti erant, dignos declarare, pleroſque autem dicendo efficere, ut tantum majorum ſuorum virtuti debitum a populo fuiſſe videatur, ut etiam reſtaret, quod ſibi ſolvendum eſſet. tranſlatio ab ære alieno ducta eſt. *Laured.* *Debitum*] A credita pecunia ductum, cujus pars ſoluta eſt, pars reliqua. *Turneb.*

Redundaret] Reſtaret, reliquum eſſet, reſiduum eſſet. Ductum ab humore e vaſis aut ripis ſuperfundente. Sic Cicero, Piſonis honores ejus majoribus eſſe delatos, non ipſi mandatos dicit. Cicero, *Redundantes multo humore & pituita ſuffuſos* in lib. de Fato vocavit, quos aridis oppoſuit. Ejus verba ſunt, *In aliis pituitoſos & quaſi redundantes, in aliis exſiccatos atque aridos.* Pro Poſthumo *reum redundare* dixit, qui ex alia cauſa reus redit, & cujus accuſatio eſt appendix alterius cauſæ, *Non igitur reus ex ea cauſa, quæ judicata eſt, redundat Poſthumus.* Idem.

Mihi quidem apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur] Quibus verbis negat ſe de majoribus ſuis aliquid nobilium more eſſe dicturum. & quia objici poterat iccirco eos ab ipſo præteriri, quia humili, & obſcuro loco erant nati, occurrit quæſtioni, ſed modeſte. eos enim ait liberaliter atque honeſte vixiſſe, cujus rei ſignum ſe ipſum affert, qui eorum ſanguine procreatus, & diſciplinis inſtitutus eſt, ſed curulibus honoribus caruiſſet. De patre autem ac majoribus ſuis ſic ipſe in 2. de legibus: *Hæc eſt mea & hujus fratris mei germana patria* (de Arpino loquitur) *hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus, hic gens, hic ſacra, hic majorum multa veſtigia. quid plura? hanc vides villam, ut nunc quidem eſt, ædificatam patris noſtri ſtudio, qui cum eſſet infirma valetudine, hic fere ætatem egit in litteris. ſed hoc ipſo in loco cum avus viveret, & antiquo more parva eſſet villa, ut illa Curiana in Sabinis, me ſcito eſſe natum.* his ergo generis antiquitatem, libero homine dignam vitam tribuit, nobilitatem, quæ popularibus honoribus comparabatur, detrahit. ipſe enim primus curules honores ex ſua familia Romæ cœpit. itaque primus imaginem poſuit, & auctor nobilitatis familiæ ſuæ fuit. Contra autem ſe facturum profitetur, ac nobiles faciunt. illi enim beneficium populi cum ſuorum laude conjungunt, ſe non cum ſuorum, ſed cum ſua conjunctorum. quoniam autem de ſemet dicere, id eſt, quibus ſtudiis eam dignitatem conſecutus ſit, arrogantis eſt, propterea vitandæ arrogantiæ cauſſa neceſſitatem ſimulat. nullo enim modo ſe ſilere poſſe ait de tantis erga ſe beneficiis, quod id ingrati ſit; etenim cum gravius ſit ingratum eſſe, quam arrogantem, levius eligendum eſt. *Laured.* In MS. Erfurt. *mique.* Pith. legitur: *mihiq. apud vos.* Vnde ſcribendum cenſeo, *mihi, Quirites, apud vos*, quod & Pithœo placebat. *Gravius.*

Sanguine] Sanguinem libentius in hominibus dicere ſolebant; ſemen in beſtiis & plantis & frugibus. Plautus, *Audivi ſæpe hoc vulgo a multis dicier,*

... commemorem : quare
honore ſingularique judicio ſin
ſi neceſſe erit, vos eoſdem e:

ſcire elephantem gravidam perpetuos decem eſſe annos, ejus ex ſemine hac certo eſt fames. Sed & *ſeminium* dicebant. Plautus Milite ad Suem alludens: *Non hic ſeminio ſuo quamque porculenam pariturus eſt.* Et in libris de re ruſt. Varro de hominibus etiam dixit *ſemen.* hac oratione Cicero, *Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis & ſeminis.* In quo tamen videtur ad arbores reſpexiſſe. In officiis vero, *Virtutem duxit propriam Romani generis & ſeminis.* Eodem ſane modo quod hic ait *ſanguine creatum*, poëta *ſanguine cretum* dicit,

—— *Hortamur fari quo ſanguine cretus, Quidve ferat.* Turneb.

Laude populari] Avus Ciceronis ætatem egit in rep. municipali: in qua Gratidio legem ferenti tabellariam reſtitit, fuit Scauro principi Senatus notus. Pater cum eſſet infirma valetudine, ætatem egit in litteris. fuit tamen familiaris L. Craſſo oratori. *Idem.*

Honoris veſtri luce] Quod hic honores non geſſerint, ſed in repub. municipali conſueverint. *Idem.*

De me autem] Ne videar arrogans, ſi quibus artibus aut ſtudiis hanc dignitatem ſim conſequutus, dicam. Nam de ſe prædicare arrogantis eſt. In quod tamen vitium valde pronen...

cium n
ceptus,
ingrata
citur, ſ
Idem.

Quar
deratisqu
diam ſe
neque b
& cur dig
modice
rem intel
autem o
laudare
Lauredani

Modera
bebitur.
quidam, &
interdum
ut in Ver
ac moderat

Ipſe mo
eoſdem ex
viſti] Pe
pules *ſi n*
dentibus
tiam cor
utique de
illo tem
hic locus

qui judicaviſtis. Me perlongo intervallo prope memoriae temporumque noſtrorum primum hominem novum conſulem feciſtis: & cum locum, quem nobilitas praeſidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum te-

veſtro hoc honore & judicio. Hæc etiam diſtinctio reperitur in editione anni 1498, ſed ſine particula *ut*. *Exiſtimaturos* autem hic non eſt cogitaturos, ut Manutius exponit, ſed dicturos, voce veſtra declaraturos. Senec. de ira 23: *Homines & periculoſiſſime & libentiſſime faciunt, ut de rege ſuo male exiſtiment.* Sic & *opinari male* eſt male loqui. Suet. Calig. *Male de ſuo munere opinantes.* Grævius.

Qui judicaviſtis] Qui mihi honores detuliſtis. *Turneb.*

Me perlongo intervallo] Aggreditur augere beneficium populi, Conſulatum. loci amplificationis ſunt hi; quod homo novus Conſul ſit factus; quod anno ſuo; quod ut primum petierit; quod ſine repulſa; quod voce viva. Plutarchus in Catone majore novos dictos fuiſſe ſcribit, qui ex genere noti non eſſent, ſed qui ipſi primi ſua virtute cognoſcerentur. recte: nam ut nobiles eos diximus, qui majorum imagines habebant, aut quorum majores magiſtratus curules geſſerant, ſic, qui ipſi primi magiſtratum curulem cœperant, novi nuncupabantur, qualis fuit Cicero, ante Ciceronem Ti. Coruncanius, M. Cato, C. Cælius, T. Didius, proxime autem C. Marius, augetur autem beneficium, non ſolum, quod homo novus, ſed quod primus perlongo intervallo prope memoriæ temporumque ſuorum conſul factus ſit. ſignificat autem poſt C. Marium municipem ſuum, nemini homini novo Conſulatum, niſi ſibi eſſe mandatum. C. autem Marius Conſul primum factus eſt ante annos 40. ut oratorie potius, quam ad rei veritatem apte dixerit: *Perlongo intervallo prope memoria temporumque noſtrorum.* Locos etiam amplificandi beneficii tradit Ariſtoteles, primus, ſolus, cum paucis. immoratur autem in eadem ſententia. *Laured.* *Perlongo intervallo*] Poſt Marium, qui iſta etiam nobilitatis clauſtra perfregerat. *Nam ante Marium nemo*, ut ait Salluſtius, *novus tam clarus, neque tam egregius factus erat, quin is indignus conſulatus honore, & quaſi pollutus haberetur: atque eo jam tempore plebs alios magiſtratus, conſulatum nobilitas per manus inter ſe tradebat. Nobilitas quoque pleraque Cicerone conſulatum petente, invidia æſtuabat, & quaſi pollui conſulatum credebat, ſi eum, quamvis egregius, novus homo adeptus foret.* Hæc Salluſtius. *Turneb.*

Et eum locum, quem nobilitas præſidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce reſcidiſtis, virtutique in poſterum, &c.] Quod autem verbis propriis dixerat, id tranſlatis effert. tranſlatio e re militari ſumpta eſt, quam cum inducturus eſſet, apte incepit a verbo quotidiano uſu ita trito, ut vix tranſlatum eſſe videatur. nam ſi repente, & cum impetu aperta tranſlatione irrupiſſet, offenderentur novitate rei aures noſtræ inſolens verbum audientes, quam viam prius ſibi munivit verbo, *locum*, unde ad apertam tranſlationem tranſgreſſus eſt: *Quem nobilitas præſidiis firmatum.* Comparat autem imperatores cum nobilibus. nam ut illi editum locum, quem occuparunt, præſidiis tenent. & vallo communiunt, ſic nobilitas conſulatum ita tenebat, ut ad illum cæteris aditus non pateret. continuans autem tranſlationem, ait, *obvallatum*; &, *tenebat*; &, *me duce*, &, *reſcidiſtis.* quæ omnia e re bellica ſumpta ſunt Cæſar lib. 3. de bello civili: *Præſidiis diſpoſitis omnia litora a Cæſare tenebantur.* Cicero ad Catonem: *Vallo, & foſſa circumdedi, ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi.* Virgilius in 9. Æneidos:

Reſcindit vallum, & ſcalas in mœnia poſcit.

Item:

Ferro quis ſcindere vallum apparat?

 Tranſla-

... conſules facti ſunt, diuturno labor

Tranſlationem autem concludens, verbum, *patere*, ſubjunxit. occupatus autem fuerat Conſulatus a nobilibus poſt L. Sullæ dominatum. ſequuntur deinceps aliæ amplificationes. *Lauredanus.*

Præſidiis firmatum] Militum præſidia urbibus & arcibus imponuntur, ad eas ab hoſte defendendas: unde metaphora ducta: Sunt enim præſidia ἐφεδρεῖαι & φρουραί. *Obvallare* ſimile eſt his verbis obducere, obtegere, occludere, obſepire. Obducitur enim verbi gratia cicatrix vulneri. Hoc verbum, ut interim hoc adſcribam, eſt loco motum ſecunda in Verrem, ubi paſſim excuſum legitur, *Non qui reum ſuum abduceret, ſed qui meum tempus obſideret*, ubi plane ſenſus flagitat *obduceret*. Obtegitur vitium alia virtute: Occluditur taberna: Obſeptus eſt ſentibus & dumis locus: quæ omnia aliquid oppoſitum & objectum declarant. Locus igitur *obvallatus*, & vallo obſeptus & obductus, atque obfirmatus: ut Romanorum caſtra. Actius, *Immane habet templum obvallatum oſſibus*, id eſt, *obſeptum*. Ac *circumvallare* eſt vallo cingere. quod veteres vallo & aggere ſolebant urbes obſidere: idque περιτειχίζειν, περιχαρακοῦν, & περισταυροῦν dicitur. *Turneb.*

Me duce] Quaſi imperator ad vallum oppugnandum duxerit, ſe duce vallum ait reſciſſum, in eadem tranſlatione permanens. *Idem*

mum petierit, ſine
Lauredanus.

Pauci nobiles] C
Me cuncta Italia, m
univerſa civitas, *non*
voce priorem conſulem
quam tanto univerſi
quam conſul factus eſ
voce totius populi, c
prior conſul ſit declar

Novus ante me non
etſi magna plebis volu
tanto ſtudio conſulatu
ſuo anno, ſed occaſio
multis poſt præturam

Nam profecto ſi recor
novis hominibus, *reperie*
inquit novi homines, q
ſules facti ſunt, aut ſ
repulſa accepta facti ſun
ii occaſione aliqua bel
poſt præturam annis,
per ætatem liceret petiſ
anno ſuo petierint,
facti ſunt, ego vero ſol
cum anno meo petierin
ſum. C. autem Mariu
ſine repulſa Conſul fac
ne belli Iugurthini, cu
poſt præturam jacuiſſet
per ætatem liceret, petii
luſtius, Plutarchus. C
in orat...

occaſione eſſe factos, cum multis annis poſt petiſſent, quam praetores fuiſſent, aliquanto ſerius, quam per aetatem ac per leges liceret: qui autem anno ſuo petierint, ſine repulſa non eſſe factos: me eſſe unum ex omnibus novis hominibus, de quibus meminiſſe poſſumus, qui conſulatum petierim, cum primum licitum ſit: conſul factus ſim, cum primum petierim: ut veſter honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occaſionem

Quam per ætatem liceret] Legem annalem intelligit, quæ annorum numerum definiebat ad capiendos magiſtratus, & certam ætatem ad honores conſtituebat adoleſcentiæ temeritatis cauſſa. de qua Cicero lib. 3. de legibus: *Ævitatem annali lege ſervanto.* & Livius libro 30. *Eo anno rogatio primum lata eſt a L. Villio Tribuno pl. quot annos nati quemque magiſtratum peterent, caperentur. unde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur.* quoto autem ætatis anno Ædilitas, Prætura, & Conſulatus Ciceronis tempore caperentur, cum alii tradiderint, ipſe nihil dicam. Conſulatum anno ætatis 43. geri per leges potuiſſe conſtat. 13 Philippica. Conſulatum autem biennio Prætura antecedebat, Præturam biennio Ædilitas curulis. Itaque anno ſuo petere magiſtratum, eſt duas leges, aut certe alteram ex duabus ſervare. petit enim anno ſuo conſulatum, & qui 42 ætatis anno petit, & qui biennio poſt Præturam petit, ita ut inter Præturam & Conſulatum biennium intercedat. Quod fecit Cicero. *Laured.*

Qui autem anno ſuo petierint] Erfurt. *petiſſent.*

Me eſſe unum ex omnibus novis hominibus, &c.] Scilicet per legem, quæ inter Præturam, & Conſulatum biennium vacuum interponebat. *Laured.*

De quibus meminiſſe poſſumus] C. Marium excipiens. nam poſt eum T. Didius, & C. Lælius novi homines Conſules facti fuerant, ſed forte nec ſuo anno petierunt, nec ſine repulſa Conſules facti ſunt. concludit deinde per expolitionem a conſequentibus, ſemet modeſte laudans. *Idem.*

Cum primum petierim] Scilicet. ſine repulſa. *Idem.*

Ut veſter honos ad mei temporis diem petitus, &c.] Egregie: nam ſi petiit, ut primum licuit, ergo juſte cepit, non intercepit Conſulatum; ſi factus eſt, ut primum petiit, ergo dignitate, id eſt, meritis impetravit, non precibus. Hanc orationem illuſtrant ἀντίθετα, ὁμοιοτέλευτα, ἄρσις, καὶ θέσις. interceptum autem honorem vocat, ante tempus ſurreptum occaſione alicujus competitoris parum apud populum gratioſi. *Diuturnis precibus efflagitatum*, ſæpius propter repulſas latas petitum. *Idem.*

Ad alienæ petitionis occaſionem interceptus] Qui ſuo anno magiſtratum non eſt adeptus, alterius anno cum petit magiſtratum, quem alter capere debuit: ſi ipſe adipiſcitur, eo depulſo, intercipit. Simile eſt illud Terentianum, *Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.* Intercipit igitur ad alienæ petitionis occaſionem, qui cum alterius petitio eſt. Qui ſuo petit anno minus tamen certus & firmus eſt candidatus, magiſtratum tanquam intervertit. Eſt enim intercipere interea capere dum alius adipiſci vult. Donatus tamen apud Terentium, illo quem protuli loco, intercipere, totum capere interpretatur: ut & apud Plautum, *Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatit, Corinthienſem frontem Pyrenen poteſt.* Quod certe Plauti exemplo magis convenit, quam Terentii: Cum ſit plane in Aulularia totum bibere: ut & in Amphitruone intertrahere, eſt totum trahere, *Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.* Terentio autem magis conſentanea videtur interpretatio mea. *Turneb.*

..., quod eorum labore eſt factum, in otio eſſe poſſemus. Quare qui poſſum n… pularis, cum videam haec omnia, Quirites, …ternam, libertatem propriam generis ac nom… otium domeſticum, denique omnia, quae … atque ampla ſunt, in fidem & quodam mod…

tur, quaſi ſenſum habeant, delectari ea pace dixit, in qua non modo nihil detrimenti ſentiant, verum etiam excolantur. *Turnebus.*

Quam libertas?] Quaſi libertatem opprimere lege ſua tentet Rullus id. *Idem.*

Beſtiis expers] Quæ interfici plerumque malunt, quam capi: & captæ beneque habitæ, tamen libertatem quærunt, & ſi poſſunt, e cavea erumpunt. *Idem.*

Quam otium?] Pax opponitur bello, eaque adverſus externos eſt populos. *Idem.*

In otio poſſit eſſe] Negotium otii cauſa ſuſcipiendum eſt. *Beatos* autem putat lib. 1. de oratore, *quibus vivere licet in otio cum dignitate.* Et in Seſtiana, *reipub. gubernationibus propoſitum* eſſe dicit *otium cum dignitate.* Et in epiſtola ad Lentulum ita ſcribit, *Sic cum omnibus nobis in republica adminiſtranda propoſitum eſſe debeat id, quod a me ſæpiſſime dictum eſt, cum dignitate otium.* Idem.

Impune] Nec enim quiſquam bellum nobis inferre audet, nec otium noſtrum aceſſere: itaque non eſt nobis dom…

atque ampla ſunt, in fid… *nium.* Opponit autem p… bello, libertatem ſervitı… ſtinis ſeditionibus. De li… Romanorum, idem in … *quando per Deos immortal…* *animum, virtutemque ca…* *bertatem propriam Roma…* *nominis recuperemus.* & vi… nes ſervitutem pati poſſun… mani eſt propria libertas… intelligit, ut liberos; *am…* tatem. *Laured.*

Pacem externam] Cum… nibus. Externam autem … propter otium domeſticun… ſubjicit. *Turneb.*

Libertatem] Quam opp… iſti volunt, regnis decem… tuendis. *Idem.*

In fidem] Clientes pr… Romanos ſignificat, ſe pa… a jure patronorum hoc du… troni autem erant non ta… rum, ſed etiam clientum… rum fidem ſe contulerant…

cinium mei conſulatus eſſe collata? Neque enim, Quirites, illud vobis jucundum aut populare debet videri, largitio aliqua promulgata, quae verbis oſtentari poteſt, re vera fieri, niſi exhauſto aerario, nullo pacto poteſt, neque vero illa popularia ſunt exiſtimanda, judiciorum perturbationes, rerum judicatarum infirmationes, reſti-

habebantur: ac qui donatus fuerat, patroni nomen ſuo præponebat. Sic Dio donatus civitate a Metello Q. Cæcilius Dio appellatur: Chlorus a Sext. Pompejo, Sextus Pompejus Chlorus: Olympus a Sulpicio C. Sulpicius Olympus: & in plurimis aliis. Sic Cherea donatus civitate a Fannio, Cajus Fannius Cherea appellatus eſt. Servi quoque libertate donati nomina uſurpabant patronorum. *Quodammodo* autem addidit, ne nimium ſibi ſumeret, ſi ſe patronum populi Romani aperte diceret. *Turneb.*

Largitio aliqua promulgata] Nunc oſtendit Rullum non eſſe popularem, ita: Qui largitionem promulgant, quæ verbis tantum oſtentetur, re vera fieri niſi exhauſto ærario non poſſit; qui judiciorum perturbationes, rerum judicatarum infirmationes, reſtitutionem damnatorum afferunt, qui agros populo Romano ſpecie ſimulationis oſtentant, obſcure autem aliud moliuntur, ii non ſunt populares exiſtimandi. hoc facit Rullus cum collegis, ergo non populares. Largitionem autem promulgatam intelligit, legem Rulli agrariam, qua agros plebi largiebatur. conſtat enim, promulgare eſſe trinundino ad populum de ſua lege dicere. *Laured.* *Promulgata*] *Promulgari aliquid* dicitur cum per præconem publice vulgatur, ut leges olim trinundino Rullus legem agrariam jam promulgarat, quam ferre parabat. Poſteaquam autem lex trinundino promulgata fuerat, cum populo agebatur, populuſque ſuffragium ferebat, quo legem vel jubebat vel antiquabat. In promulgatione autem pop. non rogatur. *Turnebus.*

Niſi exhauſto ærario] Fundamentum jacit ejus loci, quo eſt uſurus ἀπὸ τοῦ βλαβεροῦ. lex perniciosa eſt ærario, quia exhaurit ærarium. *Oſtentari* autem dixit, ad Rulli vanitatem, & jactationem demonſtrandam. *Laured.* *Exhauſto ærario*] Exhauſtis ærarii copiis ad coëmendos agros. *Turnebus.*

Iudiciorum perturbationes, rerum judicatarum infirmationes, damnatorum reſtitutionem] Quia ut ſupra dixi. tribuni pleb. alii de proſcriptorum filiis tulerunt, alii de C. Rabirii perduellione. quibus legibus latis judicia ſuperiora convellebantur. Alii de Autronio, & Sulla ambitus damnatis, ut in integrum reſtituerentur. quam autem exitiales hæ leges ſint, probat inde, quod perditis temporibus civitates afflictæ nulla alia graviora his incommoda perpeti poſſunt. ſic enim dixit in oratione de ſuppliciis: *Perditæ civitates deſperatis omnibus rebus hos ſolent exitus exitiales habere. ut damnati in integrum reſtituantur, vincti ſolvantur, exules reducantur, res judicatæ reſcindantur, quæ cum accidunt, nemo eſt quin intelligat, ruere illam remp.* notanda eſt præterea in his verbis παρήχησις. quæ venuſtas eſt orationis poſita in duobus vel pluribus verbis voce ſimilibus, ſignificatione diſſimilibus. qualia ſunt: *Extremi exitiorum eſſe exitus.* Lauredan. *Iudiciorum perturbationes*] De actis Sullæ locum accipi non placet, nec de liberis proſcriptorum, quibus aditum ad honores Sulla ademerat, ſed de novis tabulis, quas improbi ſperabant: id enim judicia perturbaſſet. Aliud enim eſt *acta reſcindere*, aliud *judicia perturbare.* Vt de novis tabulis intelligam, facit Dionis auctoritas, a me ſupra adhibita: & Ciceronis lib. 2. officiorum hæc verba, *Nec enim ulla res vehementius remp. continet, quam fides, quæ eſſe nulla poteſt, niſi eſſet neceſſaria ſolutio rerum creditarum. Nunquam vehementius actum*

... *quamvis conjuncta, ne ſolveretur: armis & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum, & ordine: quibus ita reſiſti, ut totum hoc malum de rep. tolleretur.* Turneb.

Extremi exitiorum ſolent eſſe exitus] Idem 7 in Verrem actione ſcribit, Iulius tamen Cæſar bello civili damnatos lege Pompeja reſtituit. *Idem.* *Extremi exitiorum ſolent eſſe exitus*] Videtur eſſe delenda vox, *exitiorum.* Nam *exitium* nihil aliud eſt, quam *extremitas*, & perditus exitus, ut docet Feſtus. *Lambinus.* *Extremi exitiorum ſolent eſſe exitus*] Lambinus amoliri cuperet illud *exitiorum.* præter mſſ. e quibus tamen Pal. pr. non habet, *extremi.* Gruterus.

Si qui agros populo Romano] Ait præterea Rullum, ac collegas agros populo polliceri, aliud obſcure moliri, aliud ſpe, ac ſpecie ſimulationis oſtentare, id eſt, obſcure ſua commoda quærere, ſpecie & palam publica. Quod autem Cicero dixit, *ſpecie ſimulationis*, Livius dixit, *ſub umbra.* ut illud: *Si nunc etiam ſub umbra fœderis æqui ſervitutem pati poſſumus.* Turnebus.

Nam vere dicam Quirites, genus ipſum legis agrariæ vituperare non poſſum] Quia eos populares eſſe negaverat, qui agros populo oſtentarent, ne totum genus agrariæ legis reprehendere videretur, quæ lex maxime ſemper popularis habita eſt, utitur παρλήψει. qua ſe negat totum legis agrariæ genus vituperare, quippe quæ a Gracchis maxime popularibus hominibus lata ſit. *Vere autem dicam* cum inquit, ὅρκ@ ἐςὶ ... ...

tius p
qua p
quibu
dium
annos
L. Op
tiana:
riam,
contra
citari
bus di
propug
autem
ab elo
me Ca
Roma
runt,
laude
ribus
Genus
non d
fert Ru
Duos
moria
erat, q
dorum
cauſæ,
officiis
P. filius
rerum
nec vi
meram
vocant
erant,
Clariſſi
Lampr
ſuis Sen

[redacted]

ingenioſiſſimos, amantiſſimos plebis Romanae viros, Ti. & C. Gracchos, plebem in agris publicis conſtituiſſe, qui agri a privatis antea poſſidebantur. non ſum autem ego is conſul, qui, ut plerique, nefas eſſe arbitrer, Gracchos laudare: quorum conſiliis, ſapientia, legibus, multas eſſe video

Ingenioſiſſimos] Quamquam tribus rebus eloquentia comparatur, natura, arte, exercitatione, tamen quod primæ & maximæ partes ſunt ingenii & naturæ, idcirco ingenioſos pro eloquentibus Cicero interdum dixit, & *ingenium* pro eloquentia uſurpavit. Pro Cornel. Balbo: *Si auctoritates patronarum in judiciis valerent, ab ampliſſimis viris L. Cornelii cauſa defenſa eſt: ſi uſus, a peritiſſimis, ſi ingenia ab eloquentiſſimis.* Fuerunt autem duo Gracchi valde diſerti, ut Cicero & Plutarchus ſcribunt: Cajus tamen eloquentia præſtantior. Ingenioſiſſimos autem ut dicit: non tantum eloquentia excellentes intelligit, verum etiam aliis ingenii dotibus & muneribus præſtantes. Ac ingenium ſine controverſia his omnes utriuſque linguæ ſcriptores uno ore tribuunt. Plutarchus, ὥς τε πάντων εὐφυεστάτους Ῥωμαίων ὁμολογουμένως γεγονότας: πεπαιδεῦσθαι δοκεῖν βέλτιον, ἢ πεφυκέναι πρὸς ἀρετήν. Id eſt, *Ut cum omnium Romanorum ingenioſiſſimi eſſent omnium conſenſu: melius tamen inſtituti viderentur, quam nati fuiſſe ad virtutem.* Paterculus de Tiberio, *Vir alioqui vita innocentiſſimus, ingenio florentiſſimus, propoſito ſanctiſſimus.* Et de Cajo, *Idem Cajum fratrem ejus occupavit furor, tam virtutibus ejus omnibus, quam huic errori ſimilem, ingenio etiam eloquentiaque longe præſtantiorem.* Turnebus.

Plebem in agris publicis conſtituiſſe, qui agri a privatis antea poſſidebantur] Hoc eſt cum agri, qui pulſis hoſtibus publici eſſe debebant, a paucis optimatibus exacta plebe poſſiderentur, lege Sempronia lata, hoc plebs Rom. commodum cepit, ut attributis quingentis cuique jugeribus, & ipſa in agrorum publicorum partem veniret. immoratur deinde in laudandis Gracchis, quod id populo gratiſſimum eſſe intelligebat, cum ſe diſſimilem eſſe aliorum conſulum inquit, qui nefas eſſe putarunt, Gracchos laudare. non quod non & Conſules multi e plebe eſſent, ut Gracchi fuerant, ſed quod Conſulatus, qui patricius erat magiſtratus, plebejos etiam ad optimatium ſtudia incitabat. ratio autem laudis a commodis petita eſt, quæ ab iis in remp. ſunt importata. *Laured.* *A privatis antea*] Quos publicos agros vectigales poſſidebant locupletes: ut ſcribit in Gracchis Plutarchus. *Turnebus.*

Gracchos laudare] Quos Senatus & Optimatum factio peſſime oderat, & Conſules Senatorius magiſtratus. In Senatus invidiam de morte Gracchorum ſic ſcribit auctor Rhetoricorum ad Herennium, *Te nunc alloquor, Africane, cujus mortui quoque nomen ſplendori, ac decori eſt civitati, tui clariſſimi nepotes ſuo ſanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.* Idem.

Quorum conſiliis, ſapientia, legibus, multas eſſe video reip. partes conſtitutas] Cum autem multæ leges a Gracchis latæ ſint, & maxime a Cajo, difficile eſt intellectu, quibus potiſſimum multas reip. partes conſtitutas dicat. forte autem intellexit eam, de qua pro Rabirio ſcripſit: *C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Rom. injuſſu populi judicaretur.* & illam, de qua pro domo; *C. Gracchus provincias conſulares non modo non abſtulit a ſenatu, ſed ut neceſſe eſſet quotannis conſtitui per ſenatum, tulit.* & illam, de qua in Cluentiana: *Ne quis coeat, ut publico judicio condemnet quenquam*, quæ magis e rep. fuiſſe videtur, quam aut agraria, aut frumentaria, aut judiciariæ ab eodem latæ. de quibus Appianus & Plutarchus, *Laured.* *Legibus*] Leges tulerunt Gracchi agrariam, militarem, ſocialem, annonariam, judiciariam, de provocatione,

provinciis conſularibus, & aliis quibuſdam rebus. Quibus legibus, multæ reip. partes conſtitutæ ſunt: ut verbi gratia, judicia, plebis annona, libertas, provinciarum ordinatio. Conſtitutum autem dicitur, quod ſtabilitum, ordinatum & confirmatum. *Turnebus.*

Itaque ut initio mihi deſignato Conſuli] Iam audacius ad cauſam aggreditur, ut Serviliam legem agrariam improbet: ante tamen quaſi narrationem quandam proponit, in qua multas inſidiarum ſuſpiciones aſpergit, quibus probet Tribunos pleb. hanc legem ad ſua, non ad populi commoda promulgaſſe, quod ſe Conſulem, cum in eorum ſermonem ſe familiariter inſinuaret, celarent atque excluderent, quod ſe legis auctorem futurum, ſi utilis eſſet, profitentem aſpernarentur; quod clam inter ſe convenirent; privatos quoſdam ad cœtus nocturnos adhiberent; quod Rullus, inito magiſtratu, nulla propoſita lege, concione advocata, de lege tam obſcure dixerit, ut nemo inventus ſit, qui, quid diceret, intellexerit; inquit igitur: *Mihi deſignato conſuli nunciabatur tribunos pl. deſignatos legem agrariam conſcribere, cupiebam, quid cogitarent, cognoſcere.* Recte: Conſules enim creabantur fere ante K. Sextil. niſi propter interceſſiones, aut obnunciationes aliquas comitia differrentur: hoc autem ipſe oſtendit lib. I. ad Attic. Cum comitia, quibus Afranius Conſul creatus eſt, edicta ad VI. K. Sext. ... *ex eo autem die*, quo creati erant, quouſque

buniciis ad x
qui hoc an
quinque inv
vilium Rull
lium, T.
auctores Sal
lejus, Cicer
Suetonius,
deinde ſuæ
hanc affert:
hoc anno r
contra quan
les, quibus
contentio fu
inſidiarum t
Lauredanus.

Quid cogitar
ſententia. *Tur*

Cum famili
nem, &c.] C
prudentem &
tribunorum c
levolentia ſuf
actiones ſignif
oratio eſt, qu
ſenſus & ſuo
Lauredanus.

Inſinuarem]
ſinum ſe mitte
ſubire, ac ſine
citur. Virgilius

Tum vero tre
cuncta

Inſinuat pav
Pro ſe inſinuat &
tus, *Inde in a*

[redacted]

m ac darem ; celabar, excludebar, &, cum oſtende-m, ſi lex utilis plebi Romanae mihi videretur, auĉto-m me atque adjutorem futurum: tamen aſpernabantur ınc liberalitatem meam, negabant me adduci poſſe, : ullam largitionem probarem, finem feci offerendi ei, ne forte mea ſedulitas aut inſidioſa, aut impudens deretur. Interea non deſiſtebant clam inter ſe con-:nire, privatos quoſdam adhibere, ad ſuos coetus oc-cultos

ɣ a Græcis appellatur, ſi auĉtori Rhe-:icorum ad Herennium credimus, id :, *acceſſus*, *aggreſſio*. Hic legitur in :iptis libris, *cum familiariter in eum* *'monem me inſinuarem*. Turneb.

Ac darem] Offerrem, impertirem, e paratum oſtenderem eis. *Idem*.

Auĉtorem me atque adjutorem futurum] uibus verbis ſuſpicioſam etiam magis ırum legem facit, cujus auĉtorem, & ijutorem Conſulem ſint aſpernati: ii autem legem ferebant, ii ſibi mul-s ſumma auĉtoritate viros adjunge-ınt, qui legem ſuaderent; ex iis, qui imas tenebat, *auĉtor legis* dicebatur: liqui adjutores, Cicero de legib. III. *li rationi neque lator eſt inventus, nec* *ıĉtor unquam bonus*. Item: *Caſſia legis* *ıpam Scipio tuus ſuſtinet, quo auĉtore* *ta eſſe dicitur*. Laured. *Auĉtorem me* *que*] Qui aliquid introducit & ſuadet, eſt auĉtor, *εἰσηγητὴς* Græce, & cujus ntentiam & conſilium aliqui ſequun-r: ut pro Seſtio: *Non deerit auĉtor &* *ıx bonis in legibus ferendis*. Auĉtor dici-r qui eas ad populum ſuadet: ut hoc ıco & in Vatinium, *Quo auĉtoritatis* *quirendæ cauſa cæteri Tribuni pl. princi-s civitatis prodeſſe conſueverunt*. Turn.

Ut ullam largitionem probarem] Cum onſulatus bellum quoddam cum tribu-ıtu gerat, & a commodis plebis alie-ior ſit. Libri ſcripti, *ut illam largitio-m* habent, pro *ullam*. Idem. Sic ith. & Francii: *ut illam largitionem pro-rem*. nimirum, de qua tum agebant, : contra quam hæc dicuntur. Non mnem improbaſſe largitionem Tul-ıum oſtendit ipſe paullo ante: *Vere di-m, Quirites, genus ipſum legis agra-ria vituperare non poſſum*. Sed Erfurt. ſtat pro vulgata. Grævius.

Finem feci offerendi mei, ne forte mea ſedulitas] *In ſuſpicionem incideret vel inſidiarum, vel impudentiæ*. Siquidem ut ait Ariſt. pudorem affert τὸ περὶ αὑτοῦ λέγειν καὶ ἐπαγγέλλεσθαι: id eſt, *de ſe ipſo prædicare, ac polliceri*. Laured.

Inſidioſa] Ne aut impudentem & inverecundum me exiſtimarent, qui perſeverarem me offerre aſpernantibus, aut inſidiatorem, qui captarem quid molirentur. *Turnebus*.

Interea non deſiſtebant clam inter ſe convenire, &c.] Quam deinde confirmat metu civitatis, metum ſollicitudine plebis Romanæ, qua per eos dies affecta eſt, ut in extremo: *Quæ nobis conſulibus deſignatis timebatis, ea ne accidere poſſent, meo conſilio proviſa ſunt*. Huic alia adjungatur ſuſpicio, quod cum iniſſent magiſtratum tribuni, nulla propoſita lege, Rullus concione advocata neſcio quid de lege obſcuriſſime dixerit. *Laur.*

Privatos quoſdam] Id ſuſpicioſum videri vult, adhibitos eſſe privatos a tribunis, qui conſulem celarant & excluſerant. *Turnebus*.

Ad ſuos cœtus occultos] Magna quoque ex tempore ſuſpicio ſumitur improbæ rei: adeo ut a tribunis in leges commiſſum ſit, quæ cœtus & conventus noĉturnos vetant. Porcius Latro, *Primum XII tab. cautum eſſe cognoſcimus, ne quis in urbe cœtus noĉturnos agitaret*. Deinde lege Gabinia promulgatum, qui conciones clandeſtinas in urbe conflaviſſet, more majorum, capitali ſupplicio mulĉtaretur. Itaque Porcius cœtus noĉturnos Catilinæ maximi criminis loco objicit. *Idem*.

Solitudinem] Non ſolum noctu cœtus agitarunt, verum etiam in ſolis locis. procul ab hominum frequentia, ne id emanaret. *Turnebus.*

Quibus rebus quanto in metu fuerimus] Omnem metus illius invidiam falſo confert in agrariam legem & Rullum, cum potius conferri debeat in cœtus aliorum tribunorum, qui novas tribus inducere tentabant, & proſcriptos liberos ad magiſtratus vocabant, & damnatos in integrum reſtituebant. Vetus lib. *Quibus in rebus* habet. *Idem.* *Quibus rebus* poni, pro quibus rebus ſic ſe habentibus, cum illæ res ſic ſe haberent, quo exemplo docebitur? Probo itaque librorum Erfurt. Pithœi, & Francii, nec non editionis priſcæ 1498 ſcripturam, *Quibus in rebus.* Novi quidem *audito accepto*, *facto* & ſimilia nullo addito nomine ſæpe legi: ſed *quibus rebus* ſine addita alia voce legi non exiſtimo. *Gravius.*

Ineunt tandem magiſtratus tribuni pl.] Nimirum IV. Id. Decemb. illud autem *tandem*, refertur ad cupiditatem conſulis, ut paulo poſt: *Aliquando tandem me deſignato lex in publicum proponitur.* Et illud Virgilianum: *Veniſti tandem.* Laured. *Ineunt tandem*] Vt ante Conſules Tribuni deſignabantur, ita ante eos magiſtratum inibant fere medio Decembri. ut autem Conſules, quo magiſtratum inibant ſenatum habebant: ita ut reor Tribuni, quo die magiſtratum inibant, habebant concionem ad plebem. *Turnebus.*

ut cupiditatem ſuam p
orationis oſtendat. C
P. Rulli? *Lauredan.*
pectata] Lambinus a
quod tamen bis ponit
male. Guilielmius cor
tur. Gruterus. Con
pectata P. Rulli ſcilicet
Quod & princeps erat
truculentius ſe gerebat, qu
multi legem ferant, is c
appellatur, *princeps legi*
culente autem *ſe gerere*,
inceſſu, & toto corpori
cultu horrorem præ ſe
Truculentius] Occaſion
di, quæ fuit ex vultu & h
Truculentus & Trux, ſæ
citur: ut *Truculentus* Plau
nomen a terrendo ductum
Nimio minus ſævos jam ſu
quam fui: jam non ſum tr
metuere. Turnebus.
Iam deſignatus, &c.] L
mittit, *Nam jam deſ.* ſed
culante libro vetere. *Grute*
Iam deſignatus alio vult
ſono, alio inceſſu eſſe meditat
jam tum cum deſignatus
triſtiorem quam antea c
vocem graviorem, inceſſu
rem, & faſtus pleniorem,
Antoniis: *Ora vobis eorum*
ante oculos, & maxime Anto
ſum, aſpectum, vultum, ſpirit
Alio inceſſu] ...

ſtitu obſoletiore, corpore inculto & horrido, callatior quam ante, barbaque majore: ut oculis & ſpectu denuntiare omnibus vim tribunitiam, & initari reipub. videretur. Legem hominis conciomque exſpectabam. Lex initio nulla proponitur: con-

Veſtitu obſoletiore] Vt de Piſone in xiana: *Veſtitus aſper noſtra hac purpuplebeja, ac pene fuſca.* tali enim veu etiam ſuperbi utuntur. unde Æliaſ lib. 9. *Diogenes*, inquit, *cum veit Olympiam, & Rhodios quoſdam adoentes precioſis, magnificiſque veſtibus iſtos videret, ridens, inquit, hoc nihil præter faſtum. deinde cum incideret in edæmonios laceris, ſqualentibuſque tuis indutos, hæc, inquit, longe alia eſt erbia.* Laured.

Corpore inculto & horrido] Egregie: n qui interiore animo alicui rei ſtuit, corporis colendi curam abjicere ent, unde horror proficiſcitur: ut cero de Piſone philoſopho: *Quia ſubridum atque incultum videbant.* corris autem inculti partes ſunt, Cai, & barbæ magnitudo, unde ad-t.

Capillatior, quam antea, barbaque ma-] Etenim ante Scipionem omnes, inquit Plinius, barbam gerebant, uncognomina illa orta ſunt, Barbatus, bula, Ahenobarbus. primus Scipio milianus quotidie radi inſtituit: ætaautem Ciceronis juvenes barbam feant, ſeniores radebant, niſi in luctu, alia ejuſmodi ægritudine. Rullus em ut antiquos illos tribunos pleb. erret, a quibus vis ipſa tribunicia conuta eſt, barba, & capillo uti majore petat. *Idem.* *Capillatior*] Majore m antea capillo & promiſſiore, ut tum corporis & elegantiam videreſpernere, & antiquorum ſeveritaı, qui capillati & intonſi erant, imi-, Iuvenalis:

Ille capillato diffuſum Conſule potat.

ratius:

Hunc & incomptis Curium capillis.

rnebus.

Barbaque majore] Barbam tondere ierat, cum elegantes eam tum Romæ tonderent, antiqui eam promitterent. Cicero pro Seſtio, *Virum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen reip. diceres intueri.* Idem.

Vt oculis & adſpectu denunciare omnibus vim tribuniciam, &c.] Recte. nam oculi intenti ſeveritatem, volucres levitatem indicant. *Vim* autem *tribuniciam*, poteſtatem tribunorum intellexit, cum in jubendo, tum in intercedendo ſummam, quam in Sextiana *ſpiritus tribunicios*, & in Philippicis odioſo nomine, *furorem tribunicium* appellavit. *Minitari*, autem, reip. dixit, pro optimatibus, a quo verbo, ne populum offenderet, abſtinuit. Hac autem Rulli deſcriptione, qua nihil eſſe ad odium in eum incitandum accommodatius potuit, cum inſtitutam ſententiam interrupiſſet, poſt per ἐπανάληψιν ad eam redit. *Lauredanus.*

Minitari reipub.] Non ſolum omnibus vultus & aſpectus terrore minabatur, verum etiam reipub. Cum autem dicit eum reipub. minitari viſum, cavillatur, ut & hoc toto loco, ſimul ſignificat illam vultus ſeveritatem in reipub. perniciem erupturam, malis agrariis legibus ferendis. *Turnebus.*

Et legem hominis concionemque expectabam] Hominem autem intelligit Rullum. ſic enim dixerat: *Concio expectata P. Rulli.* Laured.

Lex initio nulla proponitur] Quibus verbis Rulli actionem ſuſpicioſam facit, quod concionem ante advocavit, quam legem propoſuerit. Eſt autem proponere legem idem, ac promulgare. quanquam Cicero lib. 3. de legibus, aliud eſſe promulgare, ac proponere videtur ſignificare, cum ſcribit: *Promulgata, propoſita, in ærario cognita agunto.* quaſi vero promulgare ſit quocunque modo legem ſive voce, ſive ſcripto in vulgus edere,

…bere. *Laur.*

Lex initio nulla proponitur] Lex promulgabatur & proponebatur: expectabam antequam cum populo ageretur, ut jus & mos majorum poſtulat. Proinde de legibus ſcripſit, *Promulgata & propoſita, in ærario cognita agunto.* Nam in ærario legum omnium capita proponebantur, ut populo poteſtas eſſet cognoſcendi. Etſi autem tum non agebat cum pop. Rullus, ut legem ferret, ſed ut de lege verba faceret: tamen ante eam propoſitam oportuit. *Turneb.*

Concionem in primis advocari jubet] Id eſt, plebis concilium. neque enim tribuni patricios advocabant. *Lauredanus.*

Summa expectatione concurritur] Scilicet a plebe, cujus res agebatur. Hæc autem διάλυτα brevitati ſerviunt, & celeritati. *Idem.*

Explicat] Exponit, pronunciat. Ineſt autem in verbo tranſlatio. Explicatur enim, verbi gratia, linteum, cum expanditur. *Turnebus.*

Explicat orationem ſane longam, & verbis valde bonis] Quanquam laudare videtur orationem Rulli, non laudat tamen. nam nec longitudo orationis, nec bonitas verborum ſumma in laude ponenda ſunt, ſi ſola ſunt. nam, ut ait Hermogenes, οὐχ᾽ ὅσα ἂν εὕρωμεν, ἐρῶμεν, ἀλλ᾽ ὅσα ἂν κρίνωμεν εἶναι λεκτέα. Vbi autem laudavit, vitium affert omnium maximum, obſcuritatem. *Lauredanus.* *Valde bonis*] Bona verba ſignificant, quod Græce di…

… *non arte aliq… dam quaſi na…* autem obſcu… in Rullo not… prehendit in … in modum, … *ſius, aut veſte… cœpit, non aq… dum attendi… tio, ita pertu… nihil ut ſecund… turba verborum adhibere rebus … tenebras affirat… ſibi obſtrepere in…* nebus.

Vnum erat, q… tur, &c.] Cu… *mihi videbatur* non omnium eodem modo … III Philipp. *S… cujuſdam memo… tetur ille perac… qui intelligeret, hoc neminem inv…* hanc obſcuritati… *Lauredanus.*

Tanta ex frequ… dine, tanto cœt…

Hoc ille utrum… an hoc genere eloqu… Quibus verbis in… in contemptum. cauſa, odio habe… obſcuro genere di…

quentiae delectetur, neſcio. Tamen ſiqui acutiores in concione ſteterant, de lege agraria neſcio quid voluiſſe eum dicere ſuſpicabantur. Aliquando tandem, me deſignato, lex in publicum proponitur. concurrunt juſſu meo plures uno tempore librarii, deſcriptam legem ad me afferunt. Omni hoc vobis ratione confirmare poſ- 6
ſum,

dunt. Ad occultationem conſilii adhibere ſolere verborum obſcuritatem, ſic oſtendit Cicero, *Vt ille qui occultantem conſulto, ne id, quod agretur, intelligi poſſet duobus tranſlatis verbis, ſimilitudine ipſa indicat, quandoquidem iſte circumveſtit dictis, ſepit ſedulo.* Turneb.

Tamen ſi qui acutiores in concione ſteterant, &c.] Cujus loci artificium his verbis explicat Quinctilianus: *Eadem fere eſt ratio minuendi. nam totidem ſunt aſcendentibus, quod deſcendentibus gradus.* Ideoque uno ero exemplo contentus ejus loci, quo Cicero de oratione Rulli hoc dicit: *Tamen ſi qui acutiores*, &c. quod ſi ad intellectum referas, minutio eſt, ſi ad obſcuritatem incrementum. *Laured.* *Tamen ſi qui acutiores*] Manutius hanc lectionem retinet, & exemplis confirmat. ego tamen malim legi, *tamen etſi, qui acutiores &c.* ut interdum loquebantur veteres, vel, *tametſi qui acutiores erant*, &c. Lambinus. *Si qui acutiores in concione*] Firmatur & iſtud a mſſ. noſtris, contra correctionem Lambinianam. *Gruterus.*

Aliquando tandem, me deſignato, &c.] Diligentiam cupiditati ſuæ congruentem indicat, qui ſtatim plures librarios ad legem deſcribendam miſerit. Librarii enim erant ſcriptores librorum, quorum opera in legibus etiam deſcribendis, & orationibus excipiendis Romanos uſos eſſe ſatis conſtat. *Lauredanus.* *Me deſignato*] Poſt Tribunos deſignatos, Conſules deſignabantur: & poſt magiſtratum ab iiſdem initum, magiſtratum inibant. *Turnebus*

Lex in publicum] Lambinus *in publico*; verum invitis Pall. & olim editis. *Gruterus.*

Proponitur] Omnia legis capita per ſcripta publice proponuntur: ut populus cognoſceret legem, antequam cum ſuffragio juberet, vel antiquaret. *Turnebus.*

Librarii] Librarii, qui libros ſcribunt; cujus generis ſervos locupletes & docti habebant olim. Sunt autem hic ipſorum magiſtratuum quidam ſcriptores: ut lib. 3. de legibus: *Itaque hæ leges ſunt, quas apparitores noſtri volunt, a librariis petimus.* Ac *notarii* velociſſime ſcribebant, & notis excipiebant, quæ erant ſcripturæ compendia. Vt a *libris librarii*, ſic a *libellis libelliones*, a *tabellis tabelliones* dicebantur. Et a ſcribendo veteres ſcribas vocaverunt librarios & poëtas: ut ait Feſtus. Poſtea ſcribæ vocati ſunt, qui rationes publicas in tabulis ſcribebant. *Idem.*

Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum] Hactenus narratio, aut narrationis cujuſdam imago. Deinceps ſequitur propoſitio, qua ſe probaturum pollicetur, hanc legem iniquam eſſe, ac perniſioſam. ante tamen popularem gratiam aucupans præmittit, ſe eo animo ad hanc legem legendam & cognoſcendam veniſſe, ut ſi utilis eſſet populo Romano ejus auctor, & adjutor eſſet. & quia vix credibile videbatur, Conſulem tribuniciæ legis auctorem futurum, id probat quia Conſulatus, inquit, non eſt per ſe inimicus tribunatui, ſed, ut ajunt philoſophi, per accidens; quia ſæpe malis tribunis boni conſules obſtiterunt, & malis conſulibus boni tribuni. quod vitium non eſt poteſtatis, ſed eorum, qui poteſtate abutuntur. *Laured.* *Omni hoc vobis ratione*] Etiam jurejurando, ſi poſtulatis, non ſolum argumentis. Sanctiſſimum aut hoc erat confirmationis genus, quo etiam in maximis injuriis ſatisfaciebant. Terentius, *Iusjurandum dabitur te eſſe indignum injuria*

...] ſic legendum cenſeo, non, ut in omnibus libris legitur, *omni hoc vobis ratione*, &c. Sic autem loquitur lib. 13. epiſtol. ad Attic. *Omni tibi aſſeveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offenſioni eſſe, quam delectationi, poſſeſſiunculas meas.* Lambinus. *Omni hoc vobis ratione*] Lambinus cenſet legendum *aſſeveratione*, & id intulit libris ſuis. ſed quis eum cenſorem conſtituit? *Gruterus.*

Non enim natura, neque diſſidio, neque odio penitus inſito bellum neſcio quod habet ſuſceptum conſulatus cum tribunatu] Significandæ magis rei cauſſa tria verba idem valentia uſurpavit. Naturam, diſſidium, odium. quorum natura tanquam genus eſt, diſſidium quaſi ſpecies. & tanquam efficiens cauſſa odii. ſiquidem odium eſt incredibilis quædam animorum disjunctio. quod autem dixit, *bellum neſcio quod*, apte mollivit duriuſculum verbum belli. nam, *neſcio quis* alio loco ad contemptum dicitur. ut in Sextiana: *Intercesſit Ligus iſte neſcio qui, additamentum inimicorum meorum.* ſciendum eſt autem hæc ornatius a Cicerone dici, quam verius. ſi quidem tribunatum plebs ipſa vere contra impotentiam conſulatus ſibi comparavit, unde maxima tribunis pleb. vis intercedendi ſemper fuit. atque ut conſulatus pro optimatibus, ſic tribunatus pro plebe ſteterit, inter optimates autem & plebem ſemper diſſenſio fuit. hæc autem ita nota ſunt, ut auctoritate egere non videantur. ſignificat autem ...

conſules obſtipem[...]
nicia nonnunquam[...]
ſulari. quo loco ſe[...]
bos tribunos, & ho[...]
ſules dixit. recte. p[...]
probitas voluntatis ſ[...]
titudo actionis. nam[...]
ne, aut male ſentire[...]
improbitatis. nempe[...]
genere ſeminandi[...]
que bonos improbi[...]
ſeditioſis. conſules e[...]
terunt, ut L. Opimius[...]
rius Saturnino, L[...]
tribuni conſulibus, u[...]
ciarunt, ut Cn. Iuli[...]
Cos. ſenatui dicto [...]
eos ſe in vincula duci ja[...]
Livius lib. 5. ornandæ[...]
virtutes, & vitia pro i[...]
ſunt ponit. *Lamb.*

Diſcidio recte Francii[...]
cum melioribus edition[...]
dio. *Diſcidio* eſt quod [...]
mus & ſeparati, tanquam[...]
homines: Tanquam n[...]
eſſet diſcidium. *Gravi*[...]

Bellum neſcio] Bell[...]
cum Tribunatu ſuſcep[...]
batur, quod magiſtrat[...]
rius, Tribunatus plebej[...]
poteſtas Conſulibus op[...]
pernicioſas plurimas i[...]
Tribb. ſeditiones, ut ex[...]
ſcitur, excitarunt. *Tur*[...]

Quia perſape ſeditioſis] [...]
perſape, &c. cum in lib[...]

cinium mei conſulatus eſſe collata? Neque enim, Quirites, illud vobis jucundum aut populare debet videri, largitio aliqua promulgata, quae verbis oſtentari poteſt, re vera fieri, niſi exhauſto aerario, nullo pacto poteſt, neque vero illa popularia ſunt exiſtimanda, judiciorum perturbationes, rerum judicatarum infirmationes, reſti-

habebantur: ac qui donatus fuerat, patroni nomen ſuo præponebat. Sic Dio donatus civitate a Metello Q. Cæcilius Dio appellatur: Chlorus a Sext. Pompejo, Sextus Pompejus Chlorus: Olympus a Sulpicio C. Sulpicius Olympus: & in plurimis aliis. Sic Cherea donatus civitate a Fannio, Cajus Fannius Cherea appellatus eſt. Servi quoque libertate donati nomina uſurpabant patronorum. *Quodammodo* autem addidit, ne nimium ſibi ſumeret, ſi ſe patronum populi Romani aperte diceret. *Turneb.*

Largitio aliqua promulgata] Nunc oſtendit Rullum non eſſe popularem, ita: Qui largitionem promulgant, quæ verbis tantum oſtentetur, re vera fieri niſi exhauſto ærario non poſſit; qui judiciorum perturbationes, rerum judicatarum infirmationes, reſtitutionem damnatorum afferunt, qui agros populo Romano ſpecie ſimulationis oſtentant, obſcure autem aliud moliuntur, ii non ſunt populares exiſtimandi. hoc facit Rullus cum collegis, ergo non populares. Largitionem autem promulgatam intelligit, legem Rulli agrariam, qua agros plebi largiebatur. conſtat enim, promulgare eſſe trinundino ad populum de ſua lege dicere. *Laured.* *Promulgata*] *Promulgari aliquid* dicitur cum per præconem publice vulgatur, ut leges olim trinundino Rullus legem agrariam jam promulgarat, quam ferre parabat. Poſteaquam autem lex trinundino promulgata fuerat, cum populo agebatur, populuſque ſuffragium ferebat, quo legem vel jubebat vel antiquabat. In promulgatione autem pop. non rogatur. *Turnebus.*

Niſi exhauſto ærario] Fundamentum jacit ejus loci, quo eſt uſurus ἀπὸ τοῦ βλαβερῶν. lex perniciosa eſt ærario, quia exhaurit ærarium. *Oſtentari* autem dixit, ad Rulli vanitatem, & jactationem demonſtrandam. *Laured.* *Exhauſto ærario*] Exhauſtis ærarii copiis ad coëmendos agros. *Turnebus.*

Iudiciorum perturbationes, rerum judicatarum infirmationes, damnatorum reſtitutionem] Quia ut ſupra dixi. tribuni pleb. alii de proſcriptorum filiis tulerunt, alii de C. Rabirii perduellione. quibus legibus latis judicia ſuperiora convellebantur. Alii de Autronio, & Sulla ambitus damnatis, ut in integrum reſtituerentur. quam autem exitiales hæ leges ſint, probat inde, quod perditis temporibus civitates afflictæ nulla alia graviora his incommoda perpeti poſſunt. ſic enim dixit in oratione de ſuppliciis: *Perdita civitates deſperatu omnium rebus hos ſolent exitus exitiales habere. ut damnati in integrum reſtituantur, vincti ſolvantur, exules reducantur, res judicata reſcindantur, quæ cum accidunt, nemo eſt quin intelligat, ruere illam remp.* notanda eſt præterea in his verbis παρήχησις. quæ venuſtas eſt orationis poſita in duobus vel pluribus verbis voce ſimilibus, ſignificatione diſſimilibus. qualia ſunt: *Extremi exitiorum eſſe exitus.* Lauredan. *Iudiciorum perturbationes*] De actis Sullæ locum accipi non placet, nec de liberis proſcriptorum, quibus aditum ad honores Sulla ademerat, ſed de novis tabulis, quas improbi ſperabant: id enim judicia perturbaſſet. Aliud enim eſt *acta reſcindere*, aliud *judicia perturbare.* Vt de novis tabulis intelligam, facit Dionis auctoritas, a me ſupra adhibita: & Ciceronis lib. 2. officiorum hæc verba, *Nec enim ulla res vehementius remp. continet, quam fides, quæ eſſe nulla poteſt, niſi eſſet neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* *Nunquam vehementius actum*

extremo dixit, *totam remp.* quippe quæ hæc omnia uno complexu comprehendat. Iiſdem fere verbis hanc poteſtatem expreſſit Plutarchus in Cicerone. χρήματα λαμβάνειν ἐκ τῦ ταμιείυ, πωλεῖν τὰ δημόσια, πόλεις μὲν Ἰταλίας, πόλεις δὲ Συρίας, καὶ ἕτερα ἄλλα. Πομπηΐου νῖκαι περιγενέσθαι μεγάλως ὄντας. & in eodem incremento perſtans addit. *Laurodanus.*

Regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini] Regnum autem Ægyptum intellexit, & augendi cauſa uſus eſt numero multitudinis, ut ſæpe fieri docet Ariſtoteles. Liberos populos appellat, qui neque regibus parent, neque in provinciæ formam a populo Romano redacti ſunt, ſed æquo fœdere cum populo Romano juncti ſunt. quæ duo complexus eſt hac voce *orbis terrarum*, elatorie potius, quam apte ad fidem veritatis expreſſa. *Idem.*

Legis agrariæ ſimulatione atque nomine] Quomodo dixit in Piſonem: *Multi cupidiores provinciæ triumphi nomine tegunt, ac velant cupiditatem ſuam.* Deinde ut majorem invidiam, & odium in latores legis accenderet, eandem fere ſententiam majore etiam cum animi fiducia repetit. quare iniquitatem & perniciem reip. quæ hac lege continentur, qui hujus cauſæ ſtatus eſt proponit, ſequentibus. *Idem.* *Simulatione atque nomine*] Prætextu & obtentu. *Turnebus.*

Confirmo] Affirmo. Plus eſt quod ſupra dixit.

popularem vocat, ſam, quippe qua o cemviris patentur, nim tanquam totu nit. *Laured.*

Condonari certis] terdum remittere, & apud Terentium, & *tune condonabitur.* H ut infra, *Hoc aspi gentes, nationes, prov virum ditioni, judici miſſa & condonata eſſe* cum dicit, decemvir *nobus.*

Oſtentari populo Ro etiam libertatem, priva geri, publicas exhauri tem inter ſe oſtentare, & libertatem. & vel non dantur, decemvi populum Romanum c rum pecuniæ augentur exhauriuntur. Liberta nit, quod finis ſit popu autem pecuniæ privat blicæ exhauriuntur, u rabilem prope ejus ui nem, quod etiam Dem lippicis Athenis factum autem Horatius priuts ſi dixit:

—— *Privatu*
Cenſus erat brevis
gnum.

Atque hæc quidem neat. illud quod ſ

ndigniſſimum, per tribunum plebis, quem majores praeſidem libertatis cuſtodemque eſſe voluerunt, reges in civitate conſtitui. Quae cum expoſuero, ſi falſa vobis videbuntur eſſe, ſequar auctoritatem veſtram; mutabo meam ſententiam. ſin inſidias fieri libertati veſtrae ſimulatione largitionis intelligetis, nolitote dubitare, plurimo ſudore & ſanguine majorum veſtrorum partam nobiſque traditam libertatem nullo veſtro labore, conſule adjutore, defendere.

Pri-

Per tribunum pl. quem majores præſidem libertatis, & cuſtodem eſſe voluerunt, reges in civitate conſtitui] Præclare. Etenim cum plebs Rom. impari ſe jure uti in rep. putaret, atque exactis regibus paucis tamen patriciis, penes quos conſulatus; ac tota reſp. eſſet, ſervire, ſeceſſione facta tribunatum pl. conſtituit, qui libertatem ſuam defenderet. hoc vero indigniſſimum eſt, ut is magiſtratus, cui libertatis cuſtodia tradita ſit, libertatem oppugnet atque etiam inter res miſerabiles numerat Ariſtoteles, ὅθεν προσῆκεν ἀγαθόν τι πρᾶξαι, κακόν τι συμβῆναι. Laured. *Præſidem libertatis*] A præſidere nomen ductum, quod eſt ante ſedere, quod qui facit, alios qui pone ſunt tuetur & cuſtodit: unde præſes, cuſtos, tutor, vindex. Simile eſt verbum Græcum προΐσταμαι, quod eſt ante ſtare, id eſt, defendere. Tribuni autem ad tuendam libertatem plebis creati ſunt, ut docet Cicero lib. 3. de legibus. *Turneb.* Erfurt. *per tribunos plebis, quos majores præſides libertatis, cuſtodeſque eſſe voluerunt.* melius, quam vulgati. *Grav.*

Quæ cum expoſuero, ſi falſa vobis videbuntur eſſe, ſequar auctoritatem veſtram, mutabo ſententiam meam] Vtitur dilemmate tali. ſi quæ dicam, falſa erunt, parebo vobis, ſi vera, vos mihi parere debetis. quod cum dicere deberet, ut gravius eſſet in oratione pondus. *Laur.* Pith. *Quæ cumq. expoſuero.* Forte Cicero ſcripſit: *Quæ cum Quirites, expoſuero.* ut paullo ſuperius eadem nota fuit adnexa proximæ voci. *Grav.*

Sin inſidias fieri libertati veſtræ ſimulatione largitionis intelligetis; nolitote dubitare plurimo ſudore & ſanguine majorum veſtrorum partam vobiſque traditam libertatem nullo veſtro labore conſule adjutore defendere] Quibus verbis admonet populum, ut nullo ſuo labore libertatem ſuam defendat, quæ a majoribus parta ſit, & quidem plurimo ſanguine, & ſudore. Etenim inter res honeſtas numeratur, quæ a majoribus accepimus retinere. opponit autem populum, qui nunc eſt, majoribus ejus, plurimo ſudore & ſanguine parere, nullo ſuo labore defendere. *Plurimo* porro *ſudore, & ſanguine* cum dixit, ab Ennio mutuatus eſt, qui inquit: *Salmacida ſpolia ſine ſanguine, & ſudore.* Et, *nullo* quidem *ſuo labore*, quia conſule, non tribuno pl. adjutore, cujus major poteſtas eſt, quam tribuni. *Conſule* autem *adjutore*, non me adjutore. nam vis major eſt in nomine magiſtratus. utrumque autem complexus eſt Lepidus apud Salluſtium: *Quaſi probatis, adeſte Quirites, & bene juvantibus diis M. Æmilium Conſulem ducem, & auctorem ſequimini ad recipiendam libertatem.* loci hi ſunt. ἀπὸ τοῦ καλοῦ, ἀπὸ τοῦ συμφέροντος, ἀπὸ τοῦ ῥᾳδίου. Laured. *Libertati veſtræ*] Reges x. conſtitui, qui veſtram vobis libertatem adimant. Regnum autem Romæ inviſum erat, libertas chara. *Turnebus.*

Sudore & ſanguine] Simile eſt illud, *Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſanguine.* Magno autem majorum labore, multiſque eorum vulneribus partam dicit eſſe libertatem in ejiciendis regibus & repellendis, conſtituendoque imperio. *Idem.*

Pri-

ſunt, triumviri, quinqueviri, decemviri

Primum caput eſt legis agrariæ] Aggreditur ſingula legis capita reprehendere, eaque ut pollicitus eſt, iniqua, ac pernicioſa oſtendere. Legis autem hujus partes quatuor fuerant. una de decemviris, altera de pecunia conficienda, tertia de agris emendis, quarta de coloniis deducendis. De decemviris autem tria quærebantur, quomodo crearentur, qua poteſtate afficerentur, quomodo ornarentur. Primum autem caput erat de creandis. Quod cum conſulis juſſu præco recitaſſet; tum conſul ita ſubſecutus eſt. *Laured.*

Tentamini leviter, quo animo libertatis veſtræ diminutionem ferre poſſitis] Quibus verbis ſtatuit iniquum ipſum eſſe, quod libertatem diminuat populi Romani. *Idem. Tentamini leviter*] Tentare experiri eſt & periclitari. Similis eſt infra locus, *Qui tentarit, ut opinor, patientiam veſtram, cum ſe nobilem eſſe diceret.* Tentamini leviter cum dicit, ſignificat tribunos exiſtimaſſe id populo non magno dolori futurum, cum tamen id acerbiſſimum ei debeat eſſe. *Turnebus.*

Diminutionem] Libertas enim ejus diminuitur, cui ſuffragium adimitur: ac magnæ ignominiæ erat, a Cenſoribus tribu moveri, quod eſt ſuffragio privari. Hinc illud in Vatinium, *Quem*

Iubet enim trib
gem] Scilicet de
tulerit, creare dece
& ſeptem, ut quo
is decemvir eſt. I
probat, quia pa
ſuffragio privat. i
quia novum & m
ut curatores legil
populi crearentur

Septemdecim]
cim antiqui dixer
bant, ut minores
Sed jam exolevit.
tatum eſt: *ſepten*
hic vetuſte locutu

Novem tribus]
decemviros lege ſ
jorem e ſeptemd
tuliſſet, verbi gra
creatus eſſet. *Idem*

Curatores] Qu
deducerent, agro

Triumviri, qu
Triumviri quiden
peſino, & Pon
auctore Livio lib
co, & Gallico,
Laured. Triumvi
cunque legis agra
rebat, populus pr
bant. Sed ſæpe

pulari tribuno plebejo, ecquando niſi per xxxv tribus creati ſint. Etenim cum omnes poteſtates, imperia, curationes ab univerſo populo Romano proficiſci convenit, tum eas profecto maxime, quae conſtituuntur ad populi fructum aliquem & commodum; in quo & univerſi deligant, quem populo Romano maxime conſulturum putent, & unuſquiſque ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. Hoc tribuno plebis potiſſimum venit in mentem, populum Romanum univerſum privare ſuffragiis, paucas tribus, non certa conditione juris, ſed ſortis beneficio, fortuito ad

virum quidem. In oratione de provinciis Conſular. cum ſcribitur, *Me ille ut quinqueviratum acciperem rogavit:* mendum eſſe videtur, ſcribendumque apparet xx *viratum.* Nam Cæſar xx viris deductionem coloniæ lege ſua mandavit, ut honos pluribus communicaretur, nec id minus dominationi ſimile videretur, γεωνόμους appellat Dion hos triumviros, quinqueviros, decemviros, id eſt, agri diviſores. *Turnebus.*

Quare ecquando niſi per xxxv tribus creati ſunt?] Id eſt tributis comitiis ab univerſo populo. Hoc autem ita fieri æquum eſſe probat. *Laured.*

Etenim cum omnes poteſtates, imperia, curationes] Cum poteſtate dicebantur eſſe, auctore Feſto, qui a populo alicui negotio præficiebantur, cum imperio, quibus a populo nominatim mandatum erat imperium. *Curatores*, qui extra ordinem uni rei curandæ præpoſiti erant, ut viis, & annonæ. *Idem.*

Poteſtates] Vlpiano *poteſtas* imperium merum eſt, quod habet gladii poteſtatem ad animadvertendum in facinoroſos. *Poteſtas* majorum magiſtratuum tam urbanorum, quam provincialium fuiſſe videtur. Sic *Tribunitia poteſtas* dicitur, quam Tribunis ademerat Sulla. Sic *Tribuni conſulari poteſtate* creati ſunt. *Cum poteſtate eſſe* dicit Feſtus, *eum qui a populo alicui negotio præfectus eſt. Cum imperio eſſe, cui nominatim imperium a populo datum.* Sed & imperium in iis dicitur, qui exercitui præſunt. Hic, ut ſæpe generalia vocabula ſunt magiſtratuum, *poteſtas* & *imperium.* Turneb.

Tum eas] Vt curationes agrarias & coloniarum deductiones. *Idem.*

Vniverſi deligant, quem populo Romano maxime conſulturum putent] Poſtremo altera pars iniquitatis affertur, quod paucas tribus non certa conditione juris, ita ut quæque honeſtiſſima, aut antiquiſſima ſit, ſed beneficio ſortis ad uſurpandam libertatem contra mores vocat. *Ad uſurpandam* autem *libertatem*, id eſt ad retinendam, & continuandam. ut Livius: *E plebe creatus unus tribunus militum juris uſurpandi cauſſa.* Laured.

Suffragio ſuo] Vt tabella ſua, ſuoque puncto, ſtudium etiam navando & operam, alicujus decemviri animum promereatur, & alliciat, & ad bene de ſe merendum invitet. Suffragium eſt in tabella ferenda, ſtudium in reliqua diligentia, & reliquo favore candidatis præſtando. Munit viam, qui ſibi viam parat, & aditum patefacit, eſtque translatio. *Turnebus.*

Certa conditione juris] Certa conditio juris eſſet, ſi certis Tribubus nominatim poteſtatem creandorum decemvirum mandaſſet. Nunc vero Tribus ad ſortis fortunam vocat. Hic certe nonnullam calumniam Rullo Cicero adhibet. Sorti enim rem committebat, ne quam tribum præferret, neu quam jure privaret. Omnium enim Tribuum nomina

dabat, ut ſine tumultu & turba comitia haberentur: quæ plerumque cum triginta quinque Trib. vocabantur, confuſiora & turbulentiora erant. *Turn.*

Ad uſurpandam libertatem vocare] Paulus Iuriſconſultus, *Vſurpatio*, inquit, *eſt uſucapionis interruptio*. Oratores autem *uſurpationem*, frequentem uſum vocant. Hic prior ſignificatio quadrare videtur. Vſurpat enim libertatem qui eam retinet, & interrumpit uſucapionem contra eam cœptam. *Idem.*

Item, inquit, eodemque modo, capite altero, ut comitiis Pontificis maximi] Alterum legis caput erat hoc. *Per ſeptem decem tribus decemviros creato, item, eodemque modo, ut comitiis Pontificis Maximi.* Ex quibus verbis dubitari poſſet, ne hæc, *eodemque modo*, ab aliquo ad interpretationem vocis, *item*, illata eſſent, niſi in legibus ſcribendis multa ejuſmodi ad ſignificationem vel pleniorem, vel aptiorem invenirentur. & hoc igitur ut iniquum reprehendit. Nam decemviros æquat Pontifici Maximo. argumentatur a differentibus. aliud eſt enim creare Pontificem Maximum, aliud decemviros. Pontifex maximus propter religionem creari a populo profano jure non poteſt, decemviri poſſunt; & a minori, quod ſi pontifex maximus, qui a populo creari non poterat, propter amplitudinem ſacerdotii; tamen creatus eſt a parte populi, ut populo ſupplicaretur, ergo multo magis decemviri, in quibus nulla ratio reli-

factus eſſet, is a
Cæterum Pontifi
ma rege inſtitutu
qui princeps eſſe
Maximum nomi
quidem primum
tur, Pontifex ver
parte populi creab
lib. 40. *Exitu an*
Max. deceſſit, id
fuit. Pontifex in
cooptatus Q. Fulviu
Maximus M. Æn
multi clari viri petij
inde Pontifici Maxim
poſt autem Cn. Do
trib. pleb. Mario II
lit, ut cætera etiam
tifices minores, t
quindecemviri Siby
mitiis Pontificis M
atque jus cooptandi
Suetonius in Nero
lib. 2. ſcripſerunt. &
nelio his verbis, ut e
Quid avunculus tuus
riſſimo patre, avo, n
lentio, favente nobili
fore comparato populo
potentiſſimorum homi
cooptandorum ſacerdot
cationem autem na
amplificationem in
nem. qua Rullum
factum cum facto
utriuſque diſſimilitud
mitius enim inquit,

NTIFICIS MAXIMI. Ne hoc quidem vidit, ma-
es noſtros tam fuiſſe populares, ut, quod per populum
ari fas non erat, propter religionem ſacrorum, in
tamen, propter amplitudinem ſacerdotii voluerint
pulo ſupplicari. atque hoc idem de ceteris ſacerdotiis
.Domitius, tribunus plebis, vir clariſſimus, tulit: quod
pulus per religionem ſacerdotia mandare non poterat,
minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui eſſet
factus,

an nobilis, dubitari poteſt. Hoc lem conſtat Servilios aliquot ple-s etiam conſulatum adeptos, a qui- ipſe fortaſſe ſe originem trahere licabat. Rulli nobiles, de quibus : Cicero, non ad Servilios; ſed ad ios pertinuerunt. contra quam ſcri-n reliquit Ramus. item, Domitius alo id, quod non erat populi, quoad nit dedit, Rullus id, quod populi orium erat, per vim adimere cona-eſt. *Laured.* *Item, inquit, eodem-modo*] In quibuſdam libris, *Idem*, *ut, eodem modo.* Turneb. *Item*, *nit capite altero, ut comitiis, &c.*] s, *ut comitiis Pontif. Max.* verba ſunt s. hæc autem, inquit capite altero, eronis. illa autem, *eodemque modo*, ntior Lauredano, patricio Veneto, interpretationem vocis, *item*, quæ margine libri in contextum orationis erit. *Lambinus.* *Item, inquit, eo-demque modo, capite altero, ut comitiis*] uredanus ejicit, *eodemque modo*, ut ſſema: quod non videtur Guiliel-o; ſed libenter legerit, *Item, inquit, ite altero, eodemque modo, ut com.* ſtat im pro vulgata ipſe Lauredanus. quo-m in legibus ſcribundis multa ejus-di ad ſignificationem vel plenio-a, vel aptiorem inveniantur. *Gruter.* Franc. & Erfurt. *Item, inquit, eodem lo capite altero.* Videtur Cicero de-ſe: *Idem, inquit, eodem modo, capite ro. Idem* ſcilicet Rullus. ſed aſſen-r potius Lauredano. *Gravius.*

Creari fas non erat] *Majores veſtros*, quibuſdam libris hic ſcribitur. quod im non improbo. Pollui autem viſa nt ſacra, ſi ſacerdotium a promiſcua plebe mandatum fuiſſet potius quam cooptatione traditum. Tamen propter amplitudinem ſacerdotii ejus, cui res omnes humanæ divinæque ſubjectæ ſunt, placuit Pontificem Maximum comitiis creari. Itaque apud Livium Pontifices Maximi comitiis creantur. Errant qui Pontificatum magiſtratum appellant, cum ſacerdotium ſit. *Turnebus.*

De ceteris ſacerdotiis] Ut comitiis Pontifices Max. creabantur, ita Domitius Tribunus plebis tulit: ut reliqui ſacerdotes crearentur comitiis, non cooptarentur ſine pop. ſuffragiis a collegiis. Ante Domitium cooptationem collegiorum ad pop. beneficium transferre tentarat C. Licinius Craſſus: cujus vendibilem & popularem orationem religio deorum immortalium, Lælio prætore defendente, facile vicit. Domitius autem tertio Marii conſulatu pontificibus offenſior, quod alium quam ſe in patris ſui locum cooptaſſent, jus ſubrogandorum Sacerdotum a Collegiis ad populum tranſtulit. Sed legem Domitiam victor Sulla ſuſtulerat, & cooptationem collegiis reddiderat. Conſule Cicerone Labienus, Cæſaris ſuaſu & impulſu, legem Domitiam revocavit; & jus ſufficiendorum ſacerdotum collegiis ademit, contra legem Corneliam. *Idem.*

Per religionem] Cum auſpicia & ſacra Patriciorum & Nobilium viderentur. *Idem.*

Minor pars] Septemdecim tribus: major enim pars octodecim: populus univerſus xxxv tribus. Ac Concilium proprie vocatur, cum pars populi advo-

[illegible] publice cognoſcendam, ac deſcribendam exhiberet. *Laur.* *Lex initio nulla proponitur*] Lex promulgabatur & proponebatur: expectabam antequam cum populo ageretur, ut jus & mos majorum poſtulat. Proinde de legibus ſcripſit, *Promulgata & propoſita, in ærario cognita agunto.* Nam in ærario legum omnium capita proponebantur, ut populo poteſtas eſſet cognoſcendi. Etſi autem tum non agebat cum pop. Rullus, ut legem ferret, ſed ut de lege verba faceret: tamen ante eam propoſitam oportuit. *Turneb.*

Concionem in primis advocari jubet] Id eſt, plebis concilium. neque enim tribuni patricios advocabant. *Lauredanus.*

Summa expectatione concurritur] Scilicet a plebe, cujus res agebatur. Hæc autem διάλυτα brevitati ſerviunt, & celeritati. *Idem.*

Explicat] Exponit, pronunciat. Ineſt autem in verbo tranſlatio. Explicatur enim, verbi gratia, linteum, cum expanditur. *Turnebus.*

Explicat orationem ſane longam, & verbis valde bonis] Quanquam laudare videtur orationem Rulli, non laudat tamen. nam nec longitudo orationis, nec bonitas verborum ſumma in laude ponenda ſunt, ſi ſola ſunt. nam, ut ait Hermogenes, οὐχ᾽ ὅσα ἂν εὑρεθῇ, εἰρημένα, ἀλλ᾽ ὅσα ἂν κριθῇ εἶναι λεκτέα. Vbi autem laudavit, vitium affert omnium maximum, obſcuritatem. *Lauredanus.* [illegible]

oratoribus ab imperitis [illegible]
is verbis, aut aliquis n[illegible]
non arte aliqua perpend[illegible]
dam quaſi naturali ſenſi[illegible]
autem obſcuritatem or[illegible]
in Rullo notat: ut lib.
prehendit in Fuſio & Po[illegible]
in modum, *Eaſdem res*
ſius, aut veſter æqualis
capit, non æque quid dic[illegible]
dum attendi intellige: it[illegible]
tio, ita perturbata, nihil
nihil ut ſecundum: tanta
turba verborum, ut orat[illegible]
adhibere rebus debet, ea
tenebras afferat, atque
ſibi obſtrepere in dicendo v[illegible]
nebus.

Vnum erat, quod mihi v[illegible]
tur, &c.] Cum riſu a[illegible]
mihi videbatur, quaſi [illegible]
non omnium judicio [illegible]
eodem modo exagitavit
III Philipp. *Sententiolas*,
cujuſdam memoria mand[illegible]
tetur ille peracutus puta[illegible]
qui intellexerit, quid dic[illegible]
huc neminem inveni. Dei[illegible]
hanc obſcuritatis affecta[illegible]
Lauredanus.

Tanta ex frequentia] T[illegible]
dine, tanto cœtu. *Turneb.*

Hoc ille utrum inſidiarum[illegible]
an hoc genere eloquentiæ dele[illegible]
Quibus verbis in odium [illegible]
in contemptum. ſi fec[illegible]
cauſa, odio habendus eſt

quentiae delectetur, neſcio. Tamen ſiqui acutiores in
concione ſteterant, de lege agraria neſcio quid voluiſſe
eum dicere ſuſpicabantur. Aliquando tandem, me de-
ſignato, lex in publicum proponitur. concurrunt juſſu
meo plures uno tempore librarii, deſcriptam legem ad
me afferunt. Omni hoc vobis ratione confirmare poſ- 6
ſum,

dunt. Ad occultationem conſilii adhibere ſolére verborum obſcuritatem, ſic oſtendit Cicero, *Vt ille qui occultantem conſulto, ne id, quod agerετur, intelligi poſſet duobus tranſlatis verbis, ſimilitudine ipſa indicat, quandoquidem iſte circumveſtit dictis, ſepit ſedulo.* Turneb.

Tamen ſi qui acutiores in concione ſteterant, &c.] Cujus loci artificium his verbis explicat Quinctilianus: *Eadem fere eſt ratio minuendi. nam totidem ſunt aſcendentibus, quod deſcendentibus gradus.* Ideoque uno ero exemplo contentus ejus loci, quo Cicero de oratione Rulli hoc dicit: *Tamen ſi qui acutiores*, &c. quod ſi ad intellectum referas, minutio eſt, ſi ad obſcuritatem incrementum. *Laured.* *Tamen ſi qui acutiores*] Manutius hanc lectionem retinet, & exemplis confirmat. ego tamen malim legi, *tamen etſi, qui acutiores &c.* ut interdum loquebantur veteres, vel, *tametſi qui acutiores erant*, &c. Lambinus. *Si qui acutiores in concione*] Firmatur & iſtud a mſſ. noſtris, contra correctionem Lambinianam. *Gruterus.*

Aliquando tandem, me deſignato, &c.] Diligentiam cupiditati ſuæ congruentem indicat, qui ſtatim plures librarios ad legem deſcribendam miſerit. Librarii enim erant ſcriptores librorum, quorum opera in legibus etiam deſcribendis, & orationibus excipiendis Romanos uſos eſſe ſatis conſtat. *Lauredanus.* *Me deſignato*] Poſt Tribunos deſignatos, Conſules deſignabantur: & poſt magiſtratum ab iiſdem initum, magiſtratum inibant. *Turnebus*

Lex in publicum] Lambinus *in publico*; verum invitis Pall. & olim editis. *Gruterus.*

Proponitur] Omnia legis capita per ſcripta publice proponuntur: ut populus cognoſceret legem, antequam cum ſuffragio juberet, vel antiquaret. *Turnebus.*

Librarii] Librarii, qui libros ſcribunt; cujus generis ſervos locupletes & docti habebant olim. Sunt autem hic ipſorum magiſtratuum quidam ſcriptores: ut lib. 3. de legibus: *Itaque ha leges ſunt, quas apparitores noſtri volunt, a librariis petimus.* Ac *notarii* velociſſime ſcribebant, & notis excipiebant, quæ erant ſcripturæ compendia. Vt a *libris librarii*, ſic a *libellis libelliones*, a *tabellis tabelliones* dicebantur. Et a ſcribendo veteres ſcribas vocaverunt librarios & poëtas: ut ait Feſtus. Poſtea ſcribæ vocati ſunt, qui rationes publicas in tabulis ſcribebant. *Idem.*

Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum] Hactenus narratio, aut narrationis cujuſdam imago. Deinceps ſequitur propoſitio, qua ſe probaturum pollicetur, hanc legem iniquam eſſe, ac perniitioſam. ante tamen popularem gratiam aucupans præmittit, ſe eo animo ad hanc legem legendam & cognoſcendam veniſſe, ut ſi utilis eſſet populo Romano ejus auctor, & adjutor eſſet. & quia vix credibile videbatur, Conſulem tribuniciæ legis auctorem futurum, id probat quia Conſulatus, inquit, non eſt per ſe inimicus tribunatui, ſed, ut ajunt philoſophi, per accidens; quia ſæpe malis tribunis boni conſules obſtiterunt, & malis conſulibus boni tribuni. quod vitium non eſt poteſtatis, ſed eorum, qui poteſtate abutuntur. *Laured.* *Omni hoc vobis ratione*] Etiam jurejurando, ſi poſtulatis, non ſolum argumentis. Sanctiſſimum aut hoc erat confirmationis genus, quo etiam in maximis injuriis ſatisfaciebant. Terentius, *Iusjurandum dabitur te eſſe indignum injuria*

juria hac. Turnebus. *Omni hoc vobis aſſeveratione confirmare poſſum*] Sic legendum cenſeo, non, ut in omnibus libris legitur, *omni hoc vobis ratione*, &c. Sic autem loquitur lib. 13. epiſtol. ad Attic. *Omni tibi aſſeveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offenſioni eſſe, quam delectationi, poſſeſſiunculas meas.* Lambinus. *Omni hoc vobis ratione*] Lambinus cenſet legendum *aſſeveratione*, & id intulit libris ſuis. ſed quis eum cenſorem conſtituit? *Gruterus.*

Non enim natura, neque diſſidio, neque odio penitus inſito bellum neſcio quod habet ſuſceptum conſulatus cum tribunatu] Significandæ magis rei cauſſa tria verba idem valentia uſurpavit. Naturam, diſſidium, odium. quorum natura tanquam genus eſt, diſſidium quaſi ſpecies. & tanquam efficiens cauſſa odii. ſiquidem odium eſt incredibilis quædam animorum disjunctio. quod autem dixit, *bellum neſcio quod*, apte mollivit duriuſculum verbum belli. nam, *neſcio quis* alio loco ad contemptum dicitur. ut in Sextiana: *Intercesſit Ligus iſte neſcio qui, additamentum inimicorum meorum.* ſciendum eſt autem hæc ornatius a Cicerone dici, quam verius. ſi quidem tribunatum plebs ipſa vere contra impotentiam conſulatus ſibi comparavit, unde maxima tribunis pleb. vis intercedendi ſemper fuit. atque ut conſulatus pro optim…

improbis trib…
conſules obſtin…
nicia nonnunq…
ſulari. quo loc…
bos tribunos, …
ſules dixit. rect…
probitas volunt…
titudo actionis.
ne, aut male ſe…
improbitatis. re…
gerere fortitudini
que bonos impr…
ſeditioſis. conſule…
terunt, ut L. Opim…
rius Saturnino,
tribuni conſulibus
ciarunt, ni Cn. I…
Cos. ſenatui dic…
eos ſe in vincula du…
Livius lib. 5. orna…
virtutes, & vitia p…
ſunt ponit. *Laure…*
Diſcidio recte Fra…
cum melioribus edi…
dio. *Diſcidio* eſt q…
mus & ſeparati, tan…
homines: Tanqua…
eſſet diſcidium. *Gr…*

Bellum neſcio]
cum Tribunatu ſu…
batur, quod magi…
rius, Tribunatus pl…
poteſtas Conſulibu…
perni…

ſtiterunt, & quia vis tribunitia nonnumquam libidini reſtitit conſulari. Non poteſtatum diſſimilitudo, ſed animorum disjunctio diſſenſionem facit. Itaque hoc animo legem ſumſi in manus, ut eam cuperem eſſe aptam veſtris commodis, & ejuſmodi, quam conſul re, non oratione popularis & honeſte & libenter poſſet defendere. Atque ego a primo capite legis uſque ad extremum reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud ſuſceptum, nihil aliud actum, niſi ut decem reges aerarii, vectigalium, provinciarum omnium, totius reipu-

Vis tribunicia nonnunquam libidini reſtitit conſulari] Vt in Miloniana: *Inſidiator ſuperatus, vi victa vis, vel potius oppreſſa virtute audacia eſt.* Tribuni autem pl. jam inde a L. Quinctio, C. Iulio Mentone Cos. poteſtatem nacti ſunt conſules etiam in carcerem ire jubendi. ut docet Livius lib. 4. cum autem hac digreſſione de conſulatus & tribunatus diſſidio inſtitutam orationem interrupiſſet, per ἐπανάληψιν repetit, quod reliquerat. ſunt autem ad ἐπανάληψιν hæ voces accommodatæ, *itaque, igitur, inquam.* Laured. *Libidini*] Cupiditati. Eſt enim libido omnis cupiditatis generale nomen. *Turnebus.*

Diſſenſionem facit] *Fecit*, veteres libri in præterito: idque aliquanto melius. *Idem.*

Itaque hoc animo legem ſumpſi in manus, ut eam cuperem eſſe aptam veſtris commodis, & ejuſmodi, quam conſul re, non oratione popularis & honeſte, & libenter poſſet defendere] Quam ſententiam repetit, quia ad benevolentiam populi nihil ea accommodatius eſſe intelligebat. *Honeſte*, autem dixit, habita ratione dignitatis conſularis, *Libenter*, habita ratione voluntatis; neque enim omnibus in rebus, quæ utiles plebi ſint, aſſentire velle Conſul debet. Contra autem quam cupiit. ſe inveniſſe ait. *Laur.* *Oratione*] Prædicatione, oſtentatione, verbis, ut Trib. pl. verbis & ſimulatione, non re populares ſunt. *Turneb.*

Atqui ego a primo capite legis uſque ad extremum] Plura autem fuiſſe legis capita oſtendit ipſe lib. III. ad Attic. *Veterum*, inquit, *tribunorum pl. rogatio tria capita habebat*, & hoc loco cum Serviliæ legis XL. etiam caput afferat in ſequenti oratione. Hoc autem totum miris modis amplificat. *Laured.* *Atque ego*] In quibuſdam, *Atqui ego.* Turneb.

Nihil aliud cogitatum, nihil aliud ſuſceptum, nihil aliud actum] Incremento utens. nam cogitare minus eſt, quam ſuſcipere, ſuſcipere, quam agere. ſic in Catilinam: *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas.* ſcire enim quid agat Catilina magnum, quid moliatur, majus, quid cogitet, longe maximum eſt. & in Cluentiana: *Nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab invito filio voluerit, optaverit, cogitaverit.* Hoc autem incrementum ornamentum eſt ἐπαναφορᾷ, ὁμοιοτελεύτῳ, ἀσυνδέτῳ. eodem autem incremento utitur. *Laured.*

Niſi uti decem reges ærarii, vectigalium, provinciarum omnium, totius reip. conſtituerentur] Nam præter amplificationem, quæ eſt in voce *reges*, incremento etiam a partibus ad totum aſcendit; ab ærario ad vectigalia, ab his ad omnes provincias, ab his ad totam remp. *Ærarii* autem dixit. nam infra inquit: *Sumptum haurit ex ærario.* Item: *Irrumpunt in ærarium.* & *vectigalium*, quia vectigalia latius patent, quam ærarium. ſic infra: *Imperat, ut decemviri veſtra vectigalia vendant nominatim. Provinciarum* autem *omnium* cum dixit, oratorie potius, quam vere dixit. non enim omnes provinciæ populi Romani decem-

... exhauriri : dem

cemvirum poteſtati hac lege permiſſæ. extremo dixit, *totam remp.* quippe quæ hæc omnia uno complexu comprehendat. Iiſdem fere verbis hanc poteſtatem expreſſit Plutarchus in Cicerone. *χρήματα λαμβάνειν ἐκ τοῦ ταμιείου, πωλεῖν τὰ δημόσια, πόλεις μὲν Ἰταλίας, πόλεις δὲ Συρίας, καὶ ὅσα διὰ Πομπηΐου νεωστὶ προσωρίσθη κυρίους ὄντας.* & in eodem incremento perſtans addit. *Lauredanus.*

Regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini] Regnum autem Ægyptum intellexit, & augendi cauſa uſus eſt numero multitudinis, ut ſæpe fieri docet Ariſtoteles. Liberos populos appellat, qui neque regibus parent, neque in provinciæ formam a populo Romano redacti ſunt, ſed æquo fœdere cum populo Romano juncti ſunt. quæ duo complexus eſt hac voce *orbis terrarum*, elatorie potius, quam apte ad fidem veritatis expreſſa. *Idem.*

Legis agrariæ ſimulatione atque nomine] Quomodo dixit in Piſonem: *Multi cupidiores provinciæ triumphi nomine tegunt, ac velant cupiditatem ſuam.* Deinde ut majorem invidiam, & odium in latores legis accenderet, eandem fere ſententiam majore etiam cum animi fiducia repetit. quare iniquitatem & perniciem reip. quæ hac lege continentur, qui hujus cauſæ ſtatus eſt proponit, ſequentibus. *Idem.* *Simulatione atque nomine*] ...

popularem vocat,
ſam, quippe qua o
cemviris parentur,
nim tanquam totu
nit. *Laured.*

Condonari certis]
terdum remittere, &
apud Terentium, *H*
nunc condonabitur. Hi
ut infra, *Hoc capit*
gentes, nationes, prov
virum ditioni, judicio
miſſa & condonata eſſe a
cum dicit, decemvir
rebus.

Oſtentari populo Ro
etiam libertatem, priva
geri, publicas exhauriri
tem inter ſe oſtentare,
& libertatem. & vol
non dantur, decemvi
populum Romanum c
rum pecuniæ augentur
exhauriuntur. Liberta
nit, quod finis ſit pop
autem pecuniæ privat
blicæ exhauriuntur, t
rabilem prope ejus re
nem, quod etiam Den
lippicis Athenis factum
autem Horatius prius ſ
dixit:

——— *Privata*
Cenſus erat brevis

indigniſſimum, per tribunum plebis, quem majores praeſidem libertatis cuſtodemque eſſe voluerunt, reges in civitate conſtitui. Quae cum expoſuero, ſi falſa vobis videbuntur eſſe, ſequar auctoritatem veſtram; mutabo meam ſententiam. ſin inſidias fieri libertati veſtrae ſimulatione largitionis intelligetis, nolitote dubitare, plurimo ſudore & ſanguine majorum veſtrorum partam nobiſque traditam libertatem nullo veſtro labore, conſule adjutore, defendere.

Pri-

Per tribunum pl. quem majores præſidem libertatis, & cuſtodem eſſe voluerunt, reges in civitate conſtitui] Præclare. Etenim cum plebs Rom. impari ſe jure uti in rep. putaret, atque exactis regibus paucis tamen patriciis, penes quos conſulatus; ac tota reſp. eſſet, ſervire, ſeceſſione facta tribunatum pl. conſtituit, qui libertatem ſuam defenderet. hoc vero indigniſſimum eſt, ut is magiſtratus, cui libertatis cuſtodia tradita ſit, libertatem oppugnet atque etiam inter res miſerabiles numerat Ariſtoteles, ὅθεν προσῆκεν ἀγαθόν τι πρᾶξαι, κακόν τι συμβῆναι. Laured. *Præſidem libertatis*] A præſidere nomen ductum, quod eſt ante ſedere, quod qui facit, alios qui pone ſunt tuetur & cuſtodit: unde præſes, cuſtos, tutor, vindex. Simile eſt verbum Græcum προΐστασθαι, quod eſt ante ſtare, id eſt, defendere. Tribuni autem ad tuendam libertatem plebis creati ſunt, ut docet Cicero lib. 3. de legibus. *Turneb.* Erfurt. *per tribunos plebis, quos majores præſides libertatis, cuſtodeſque eſſe voluerunt.* melius, quam vulgati. *Grav.*

Quæ cum expoſuero, ſi falſa vobis videbuntur eſſe, ſequar auctoritatem veſtram, mutabo ſententiam meam] Vtitur dilemmate tali. ſi quæ dicam, falſa erunt, parebo vobis, ſi vera, vos mihi parere debetis. quod cum dicere deberet, ut gravius eſſet in oratione pondus. *Laur.* Pith. *Quæ cumq. expoſuero.* Forte Cicero ſcripſit: *Quæ cum Quirites, expoſuero.* ut paullo ſuperius eadem nota fuit adnexa proximæ voci. *Grav.*

Sin inſidias fieri libertati veſtræ ſimulatione largitionis intelligetis; nolitote dubitare plurimo ſudore & ſanguine majorum veſtrorum partam vobiſque traditam libertatem nullo veſtro labore conſule adjutore defendere] Quibus verbis admonet populum, ut nullo ſuo labore libertatem ſuam defendat, quæ a majoribus parta ſit, & quidem plurimo ſanguine, & ſudore. Etenim inter res honeſtas numeratur, quæ a majoribus accepimus retinere. opponit autem populum, qui nunc eſt, majoribus ejus, plurimo ſudore & ſanguine parere, nullo ſuo labore defendere. *Plurimo* porro *ſudore, & ſanguine* cum dixit, ab Ennio mutuatus eſt, qui inquit: *Salmacida ſpolia ſine ſanguine, & ſudore.* Et, *nullo* quidem *ſuo labore*, quia conſule, non tribuno pl. adjutore, cujus major poteſtas eſt, quam tribuni. *Conſule* autem *adjutore*, non me adjutore. nam vis major eſt in nomine magiſtratus. utrumque autem complexus eſt Lepidus apud Salluſtium: *Quaſi probatis, adeſte Quirites, & bene juvantibus diis M. Æmilium Conſulem ducem, & auctorem ſequimini ad recipiendam libertatem.* loci hi ſunt. ἀπὸ τοῦ καλοῦ, ἀπὸ τοῦ συμφέροντος, ἀπὸ τοῦ ῥᾳδίου. Laured. *Libertati veſtræ*] Reges x. conſtitui, qui veſtram vobis libertatem adimant. Regnum autem Romæ inviſum erat, libertas chara. *Turnebus.*

Sudore & ſanguine] Simile eſt illud, *Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſanguine.* Magno autem majorum labore, multiſque eorum vulneribus partam dicit eſſe libertatem in ejiciendis regibus & repellendis, conſtituendoque imperio. *Idem.*

Pri-

...um hinc duxerit, ut populus R
privaretur. toties legibus agrariis cu
ſunt, triumviri, quinqueviri, decem...

Primum caput eſt legis agrariæ] Aggreditur ſingula legis capita reprehendere, eaque ut pollicitus eſt, iniqua, ac perniciosa oſtendere. Legis autem hujus partes quatuor fuerant. una de decemviris, altera de pecunia conficienda, tertia de agris emendis, quarta de coloniis deducendis. De decemviris autem tria quærebantur, quomodo crearentur, qua poteſtate afficerentur, quomodo ornarentur. Primum autem caput erat de creandis. Quod cum conſulis juſſu præco recitaſſet; tum conſul ita ſubſecutus eſt. *Laured.*

Tentamini leviter, quo animo libertatis veſtræ diminutionem ferre poſſitis] Quibus verbis ſtatuit iniquum ipſum eſſe, quod libertatem diminuat populi Romani. *Idem.* *Tentamini leviter*] Tentare experiri eſt & periclitari. Similis eſt infra locus, *Qui tentarit, ut opinor, patientiam veſtram, cum ſe nobilem eſſe diceret.* Tentamini leviter cum dicit, ſignificat tribunos exiſtimaſſe id populo non magno dolori futurum, cum tamen id acerbiſſimum ei debeat eſſe. *Turnebus.*

Diminutionem] Libertas enim ejus diminuitur, cui ſuffragium adimitur: ac magnæ ignominiæ erat, a Cenſo...

Iubet enim ...
gem] Scilicet ...
tulerit, creare d...
& ſeptem, ut q...
is decemvir eſt.
probat, quia ...
ſuffragio privat.
quia novum & ...
ut curatores legi...
populi crearentu...

Septemdecim] ...
cim antiqui dixeri...
bant, ut minores
Sed jam exolevit.
tatum eſt: *ſeptem...*
hic vetuſte locutu...

Novem tribus] ...
decemviros lege ſ...
jorem e ſeptemd...
tuliſſet, verbi gra...
creatus eſſet. *Idem*

Curatores] Qui ...
deducerent, agroſ...

Triumviri, qui ...
Triumviri quidem ...
peſino, & Pon...
auctore Livio lib...
co, & Gallico, ...
Laured. *Trium...*

pulari tribuno plebejo, ecquando niſi per xxxv tribus creati ſint. Etenim cum omnes poteſtates, imperia, curationes ab univerſo populo Romano proficiſci convenit, tum eas profecto maxime, quae conſtituuntur ad populi fructum aliquem & commodum; in quo & univerſi deligant, quem populo Romano maxime conſulturum putent, & unuſquiſque ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. Hoc tribuno plebis potiſſimum venit in mentem, populum Romanum univerſum privare ſuffragiis, paucas tribus, non certa conditione juris, ſed ſortis beneficio, fortuito ad

virum quidem. In oratione de provinciis Conſular. cum ſcribitur, *Me ille ut quinque viratum acciperem rogavit:* mendum eſſe videtur, ſcribendumque apparet xx *viratum.* Nam Cæſar xx viris deductionem coloniæ lege ſua mandavit, ut honos pluribus communicaretur, nec id minus dominationi ſimile videretur, γεωνόμους appellat Dion hos triumviros, quinqueviros, decemviros, id eſt, agri diviſores. *Turnebus.*

Quaero ecquando niſi per xxxv *tribus creati ſunt?*] Id eſt tributis comitiis ab univerſo populo. Hoc autem ita fieri æquum eſſe probat. *Laured.*

Etenim cum omnes poteſtates, imperia, curationes] Cum poteſtate dicebantur eſſe, auctore Feſto, qui a populo alicui negotio præficiebantur, cum imperio, quibus a populo nominatim mandatum erat imperium. *Curatores*, qui extra ordinem uni rei curandæ præpoſiti erant, ut viis, & annonæ. *Idem.*

Poteſtates] Vlpiano *poteſtas* imperium merum eſt, quod habet gladii poteſtatem ad animadvertendum in facinoroſos. *Poteſtas* majorum magiſtratuum tam urbanorum, quam provincialium fuiſſe videtur. Sic *Tribunitia poteſtas* dicitur, quam Tribunis ademerat Sulla. Sic *Tribuni conſulari poteſtate* creati ſunt. *Cum poteſtate eſſe* dicit Feſtus, *eum qui a populo alicui negotio præfectus eſt. Cum imperio eſſe, cui nominatim imperium a populo datum.* Sed & imperium in iis dicitur, qui exercitui præſunt. Hic, ut ſæpe generalia vocabula ſunt magiſtratuum, *poteſtas* & *imperium.* Turneb.

Tum eas] Vt curationes agrarias & coloniarum deductiones. *Idem.*

Vniverſi deligant, quem populo Romano maxime conſulturum putent] Poſtremo altera pars iniquitatis affertur, quod paucas tribus non certa conditione juris, ita ut quæque honeſtiſſima, aut antiquiſſima ſit, ſed beneficio ſortis ad uſurpandam libertatem contra mores vocat. *Ad uſurpandam* autem *libertatem*, id eſt ad retinendam, & continuandam. ut Livius: *E plebe creatus unus tribunus militum juris uſurpandi cauſſa.* Laured.

Suffragio ſuo] Vt tabella ſua, ſuoque puncto, ſtudium etiam navando & operam, alicujus decemviri animum promereatur, & alliciat, & ad bene de ſe merendum invitet. Suffragium eſt in tabella ferenda, ſtudium in reliqua diligentia, & reliquo favore candidatis præſtando. Munit viam, qui ſibi viam parat, & aditum patefacit, eſtque translatio. *Turnebus.*

Certa conditione juris] Certa conditio juris eſſet, ſi certis Tribubus nominatim poteſtatem creandorum decemvirum mandaſſet. Nunc vero Tribus ad ſortis fortunam vocat. Hic certe nonnullam calumniam Rullo Cicero adhibet. Sorti enim rem committebat, ne quam tribum præferret, neu quam jure privaret. Omnium enim Tribuum nomina

... , ut ſine tumultu & turba comitia haberentur: quæ plerumque cum triginta quinque Trib. vocabantur, confuſiora & turbulentiora erant. *Turn.*

Ad uſurpandam libertatem vocare] Paulus Iuriſconſultus, *Vſurpatio*, inquit, *eſt uſucapionis interruptio.* Oratores autem *uſurpationem*, frequentem uſum vocant. Hic prior ſignificatio quadrare videtur. Vſurpat enim libertatem qui eam retinet, & interrumpit uſucapionem contra eam cœptam. *Idem.*

Item, inquit, eodemque modo, capite altero, ut comitiis Pontificis maximi] Alterum legis caput erat hoc. *Per ſeptem decem tribus decemviros creato, item, eodemque modo, ut comitiis Pontificis Maximi.* Ex quibus verbis dubitari poſſet, ne hæc, *eodemque modo*, ab aliquo ad interpretationem vocis, *item*, illata eſſent, niſi in legibus ſcribendis multa ejuſmodi ad ſignificationem vel pleniorem, vel aptiorem invenirentur. & hoc igitur ut iniquum reprehendit. Nam decemviros æquat Pontifici Maximo. argumentatur a differentibus. aliud eſt enim creare Pontificem Maximum, aliud decemviros. Pontifex maximus propter religionem creari a populo profano jure non poteſt, decemviri poſſunt; & a minori, quod ſi pontifex maximus, qui a populo creari non poterat, propter amplitudinem ſacerdotii; tamen creatus eſt a parte populi, ut populo ſupplicaretur, ergo multo magis decemviri, in quibus nulla ratio reli-...

Cæterum Pontifici
ma rege inſtitutum
qui princeps eſſet
Maximum nomin
quidem primum a
tur, Pontifex vero
parte populi creaba
lib. 40. *Exitu anni*
Max. deceſſit, iden
fuit. Pontifex in l
cooptatus Q. Fulvius.
Maximus M. Æmi
multi clari viri petiiſſe
inde Pontifici Maximo
poſt autem Cn. Dom
trib. pleb. Mario III
lit, ut cætera etiam
tifices minores, tri
quindecemviri Sibyll
mitiis Pontificis M
atque jus cooptandi
Suetonius in Nero
lib. 2. ſcripſerunt. &
nelio his verbis, ut eſt
Quid avunculus tuus
riſſimo patre, avo, m
lentia, favente nobilit
fere comparato populo
potentiſſimorum homin
cooptandorum ſacerdotu
cationem autem nact
amplificationem inſe
nem. qua Rullum
factum cum facto c
utriuſque diſſimilitudi
mitius enim inquit,
Rullus ſe nobilem ...

ONTIFICIS MAXIMI. Ne hoc quidem vidit, ma-es noſtros tam fuiſſe populares, ut, quod per populum ari fas non erat, propter religionem ſacrorum, in tamen, propter amplitudinem ſacerdotii voluerint pulo ſupplicari. atque hoc idem de ceteris ſacerdotiis .Domitius, tribunus plebis, vir clariſſimus, tulit: quod pulus per religionem ſacerdotia mandare non poterat, minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui eſſet factus,

an nobilis, dubitari poteſt. Hoc lem conſtat Servilios aliquot ple-s etiam conſulatum adeptos, a qui-ipſe fortaſſe ſe originem trahere licabat. Rulli nobiles, de quibus Cicero, non ad Servilios; ſed ad ios pertinuerunt. contra quam ſcri-n reliquit Ramus. item, Domitius ılo id, quod non erat populi, quoad it dedit, Rullus id, quod populi rium erat, per vim adimere cona-eſt. *Laured.* *Item, inquit, eodem-modo*] In quibuſdam libris, *Idem*, uit, *eodem modo*. Turneb. *Item*, *nt capite altero, ut comitiis, &c.*] , *ut comitiis Pontif. Max.* verba ſunt s. hæc autem, inquit capite altero, eronis. illa autem, *eodemque modo*, ntior Lauredano, patricio Veneto, interpretationem vocis, *item*, quæ nargine libri in contextum orationis erit. *Lambinus.* *Item, inquit, eo-que modo, capite altero, ut comitiis*] uredanus ejicit, *eodemque modo*, ut ſſema: quod non videtur Guiliel-o; ſed libenter legerit, *Item, inquit, ite altero, eodemque modo, ut com.* ſtat m pro vulgata ipſe Lauredanus. quo-m in legibus ſcribundis multa ejus-di ad ſignificationem vel plenio-, vel aptiorem inveniantur. *Gruter.* Franc. & Erfurt. *Item, inquit, eodem lo capite altero.* Videtur Cicero de-ſe: *Idem, inquit, eodem modo, capite ro. Idem* ſcilicet Rullus. ſed aſſen-r potius Lauredano. *Gravius.*

Creari fas non erat] *Majores veſtros*, quibuſdam libris hic ſcribitur. quod um non improbo. Pollui autem viſa nt ſacra, ſi ſacerdotium a promiſcua plebe mandatum fuiſſet potius quam cooptatione traditum. Tamen propter amplitudinem ſacerdotii ejus, cui res omnes humanæ divinæque ſubjectæ ſunt, placuit Pontificem Maximum co-mitiis creari. Itaque apud Livium Pon-tifices Maximi comitiis creantur. Er-rant qui Pontificatum magiſtratum appellant, cum ſacerdotium ſit. *Tur-nebus.*

De ceteris ſacerdotiis] Ut comitiis Pontifices Max. creabantur, ita Domi-tius Tribunus plebis tulit: ut reliqui ſa-cerdotes crearentur comitiis, non coo-ptarentur ſine pop. ſuffragiis a collegiis. Ante Domitium cooptationem colle-giorum ad pop. beneficium transferre tentarat C. Licinius Craſſus: cujus ven-dibilem & popularem orationem reli-gio deorum immortalium, Lælio præ-tore defendente, facile vicit. Domitius autem tertio Marii conſulatu pontifici-bus offenſior, quod alium quam ſe in patris ſui locum cooptaſſent, jus ſubro-gandorum Sacerdotum a Collegiis ad populum tranſtulit. Sed legem Domi-tiam victor Sulla ſuſtulerat, & coopta-tionem collegiis reddiderat. Conſule Cicerone Labienus, Cæſaris ſuaſu & impulſu, legem Domitiam revocavit; & jus ſufficiendorum ſacerdotum col-legiis ademit, contra legem Corneliam. *Idem.*

Per religionem] Cum auſpicia & ſa-cra Patriciorum & Nobilium videren-tur. *Idem.*

Minor pars] Septemdecim tribus: major enim pars octodecim: populus univerſus xxxv tribus. Ac Concilium proprie vocatur, cum pars populi advo-

... aſſecutus eſt
poſſet, quoad fas eſſet, quoad lic
partes daret: hic, quod populi propr

catur, non totus populus: non ut quidam male ſcribunt *Conſilium*: ut cum plebs a Tribuno advocatur, aut ut hic ſeptemdecim tribus: quamquam etiam comitia appellantur, ut hic: at in tribunitiis actionibus, quod plebs tantum advocetur, Concilium frequentius legitur. Comitia tamen etiam dicuntur. *Turnebus.*

A collegio cooptaretur] Ut Pontificum aut Augurum cooptatio dicitur, cum collegæ ſimul aliquid optant & deligunt, ut Cenſores Senatorem. Quod enim quidam dicunt Senatorem a Senatoribus cooptatum fuiſſe, falſum eſt: Augures Augurem: Pontifices, Pontificem cooptabant. Itaque lib. 3. de legibus: *Cum ex iis qui magiſtratum adepti ſunt, ſenatum faciat, ſe tollere dicit cooptationem Cenſoriam, ordinemque Senatorium ſe ad populi beneficium revocare.* Proinde populus non dicitur cooptare. Quandoquidem nonnulli de hoc dubitant, cum a comitiis alieniſſima cooptatio ſit, & lege Domitia pop. ſuffragium cooptatio collegiorum ſequatur. *Idem.*

Tentavit, ut opinor, patientiam] Experiri voluit quam patientes eſſetis, cum ſe impudentiſſime nobilem mentitus eſt, qui ignobilis ſit. Atqui de Aruſpicum reſponſis, *cum rebus* ...

Rulli, Decii, Co
genus duxerit a
ſeo. *Idem.*

Quod per caere.
poterat] Id eſt,
impediebat, quo
nus Pontifices c
damus.

Quoad poſſet]
tem tribuniciam.
Immo vero ea re
puli erat, cum e
collegis, quem po
bo cooptatio reti
eſſet, verum callic
minori parti pop. e
ne contra religione
cerdotes creare vid
ret, ut minore neg
tranſigeretur. Nec,
cum legem tulit, h
gitavit: ſed pop. R
ut Pontificis Max.
tum creandorum:
exemplum ſibi pro
comitiorum, ita q
poſuerat Domitius.
exempla potius cu
colonis creatorum
ſequi debuit: ut
Turnebus

quod nemo imminuit, nemo immutavit, quin ii, qui populo agros eſſent aſſignaturi, ante acciperent a populo beneficium, quam darent: id totum eripere vobis, atque e manibus extorquere conatus eſt. Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodam modo dedit: hic, quod adimi nullo pacto poterat, poteſtate quadam ratione eripere conatur. Quaeret quiſpiam in tanta in- 8
juria

Quod nemo imminuit, nemo immutavit] Imminutum enim fuiſſet, ſi aliqua pars populi ad curatores agrarios creandos aliquando advocata fuiſſet. Immutatum, ſi a populo ad ſenatum jus tranſlatum fuiſſet. quorum illud ad derogationem, hoc ad abrogationem pertinet. *Laured.*

Quin ii qui] Triumviri, quinqueviri, decemviri. *Turnebus.*

Qui populo eſſent agros aſſignaturi] Qui triumviri, aut quinqueviri, aut decemviri agris dandis dicebantur. *Laured.*

Ante acciperent a populo beneficium, quam darent] Tacite innuit rei æquitatem. eſt enim æquum, ut qui creatur a populo ad dandum populo beneficium, ante ab univerſo populo beneficium accipiat. Tranſlate autem dixit, *eripere vobis atque e manibus extorquere conatus eſt*. quod proprium eſt gladiatorum. unde in Catilinam: *Quoties tibi extorta eſt ſica de manibus.* Cæterum opponuntur hæc inter ſe: ille conſilio aſſecutus eſt, ut daret; hic per vim eripere conatus eſt. quod ut apertius perſpiceretur, repetit diſſimilitudinem. *Idem.* *A populo beneficium*] A pop. crearentur. Populi Romani beneficio deſignarentur. *Turnebus.*

Quam darent] Quam colonos deduceret, agros aſſignaret. *Idem.*

Extorquere] Extorquere eſt vi & tanquam torquendo auferre: unde tranſlatio. Nam quod a gladiatoribus ductum id quidam putant, non eſt verum. *Idem.*

Ille quod dari populo nullo modo poterat, &c.] Vrget autem eandem ſententiam, ſed aliis verbis iiſque brevioribus, ut contentio, & diſſimilitudo magis eluceſcat. inde enim beneficium, hinc injuria profecta eſt. Itaque in eum benevolentia, in hunc odium comparatur. *Laured.* Erfurt. *Quod dari nullo modo poterat, quodammodo dedit.* non male. *Gravius.*

Quodammodo dedit] Immo vero in totum dedit. Nam quamquam tantum ſeptemdecim tribus ſuffragium ferebant: tamen cum xxxv. in urnam mitterentur ad ſortitionem, univerſo pop. permitti videbatur. *Turneb.*

Hic, quod adimi nullo pacto poterat, poteſtve] Sic Muretus emendat hunc locum lib. variarum lection. v. cap. v. cui aſſentior. Nam vulgata lectio, *poterat poteſtate*, ſine dubio mendoſa eſt. *Lamb.* *Quod adimi nullo pacto poterat, poteſtate, quadam ratione eripere conatur*] Haud aliter Pall. noſtri. Muretus tamen non admodum dubitat libro v. Var. lect. cap. 5. quin legendum ſit, *poterat, poteſtve quadam rat.* cui non aſſenſus fuit Guilielmius, neque ego adeo accedere poſſum. *Grut.* Procul dubio locus eſt mendoſus. Mihi videtur *poteſtate* delendum eſſe, quod ex interpretatione non optimi interpretis irrepſit, qui *quadam ratione* expoſuit *poteſtate* tribunitiam intelligens. Sicut Domitius quodam modo dedit populo, quod dari nullo modo poterat, ſic Rullus quadam ratione, quod idem eſt illi quodam modo, adimere conatur, quod adimi nulla ratione poterat. *Gravius.*

Quaeret quiſpiam in tanta injuria] Erat altera pars hujus capitis hæc, comitia decemviris creandis idem, qui legem tulerit, habeto. quam nunc iniquam oſtendit tribus rationibus, quarum prima eſt, quod ſe ipſum habendis comitiis præficiat: altera, quod ſi comitia habuerit, paucis hominibus gratificabitur. tertia, quod ſe ipſum decem-

---, quod nemo re

te populi quo pertineat videte.

ꝯemvirum renunciabit. hanc autem partem proponit πεύσει, ὑποφορᾷ, ἀνθυποφορᾷ, quæ cum ad refellendam quæſtionem aptiſſima ſunt, tum celeritati maxime ſerviunt. [illegible] eſt. *Quæret quiſpiam*, ὑποφορά. *in tanta injuria, & impudentia quid ſpectavit.* ἀνθυποφορά, *non defuit conſilium.* Injuriam autem & impudentiam dixit, quod impudentia parens quodammodo injuriæ ſit, injuriam porro appellat, ſuffragii ſpoliationem. *Laured.*

Quid ſpectarit] Id eſt, quem finem in facienda populo injuria ſibi propoſuerit, utilitatem ne aliquam, an voluptatem. *Idem.* *Spectaris*] Non enim veriſimile eſt, eum gratis malum eſſe voluiſſe. Proinde docet quid ſpectarit, quid ſecutus ſit Rullus, cum populum Romanum ſuffragiis privavit: eum dicit decemviratum affectaſſe, & reliquos decemviros cupiiſſe ſui eſſe beneficii. *Turnebus.*

Non defuit conſilium] Id vero poſitum in eo fuit, ut & paucis hominibus, & ſibi gratificaretur. *Laured.*

Fides erga] Id eſt, juſta quædam erga populum Rom. benevolentia. *Idem.* *Fides erga* | In tuendo plebis jure, tuendaque ejus libertate, cujus cuſtos eſt Tribunus pleb. *Turnebus.*

Æquitas] Id eſt juſtitia in promerendis æque univerſi populi tribubus defuit. Hoc propoſito verba [illegible]

qui lege
reddit a m
& cupidus
ut reprehe
comitia ha
ſit, ſed u
incommoc
conſilium
ter ſe quaſi
conſequent
fert, comit
dis, ſi habe
bus ſorte ed
decemviros
meipſum.
iis tantum
fuerint, gra
quantam vin
pulus, adm
populi parten
virum advoca
comitia Rull
cemviros, q
quæritur. &
comitia non
auctores rect
ſortietur iden
decem & ſe
novem tribu
runt. Illi ve
ipſis tribubus
quis xxvi on
arbitra[illegible]

volet eos renuntiare, quibus regia poteſtas hac lege quaeritur. univerſo populo neque ipſe committit, neque illi horum conſiliorum auctores committi recte putant poſſe. Sortietur tribus idem Rullus. homo felix educet quas volet tribus. quos novem tribus decemviros fecerint, ab eodem Rullo eductae, hos omnium rerum, ut jam oſtendam, dominos habebimus.

atque

Volet eos denunciare] Neſcio an melius legeretur, *renunciare*, quod verbum in hac re uſitatum eſt. ut pro Murena: *Illo die, quo auſpicato comitiis centuriatis L. Murenam Conſulem renunciavi.* & infra in hac: *Quis decemviros, quos voluit, renunciavit.* Felicem porro appellat Rullum, qui ſortietur tribus, & educet, quas volet, felicem inquam, cui adeo ex ſententia cedant omnia, ut etiam ſors ipſa faveat in educendis, quas velit, tribubus. ita M. & L. Antonios in Philippicis vocat felices, qui eas, quas cupiebant, provincias ſortiti ſunt. tacite autem fraudem eorum in ſortibus educendis notat. quaſi vero non pueri, ſed ipſorum manu eductas iri ſignificet, ut moris erat. *Laured.* *Volet eos denuntiare*] Apparet hic *denuntiare* eſſe eos, qui inter Candidatos profeſſi ſunt, nominare: de quibus tribus ſuffragium laturæ ſint, qui *renuntiantur*: cum deſignati ſunt: ut *denuntiare* ſit ante ſuffragium, *renuntiare* poſt ſuffragium. Cuipiam fortaſſe *renuntiare* legendum eſſe videatur. Infra enim ſcribitur, *Quis decemviros, quos voluit, renuntiavit? idem Rullus.* Non tamen hic quicquam immutare auſim. Nam *denunciare aliquem* dici poteſt, pro denuntiare eum eſſe petitorem & candidatum. Vt *renuntiare aliquem*, eſt renuntiare eum eſſe factum. Quod autem quidam dicunt eſſe, gratiæ cauſa populo commendare, falſum puto. *Turneb.* *Volet eos renuntiare*] Sic jampridem in meo codice emendaram: quod idem reperi poſtea Lauredano placere: cum libri vulgati habeant, *volet eos denuntiare*, plane mendoſe. malim tamen, *renuntiari*, in voce paſſiva, quam, *renuntiare*. paullo poſt, mutata interpunctione, ſic lego, *Sort. tr. idem Rullus, homo felix educet quas volet.* Nam vulgata interpunctio, vitioſa eſt: quæ talis eſt. *Sortietur tribus idem Rullus, homo felix. educet quas volet.* Lambinus. Receperunt Gruterus & Lambinus *renunciare* invitis libris omnibus, qui retinent *denunciare.* nec tamen reprehendo, ſententia poſtulante. Nam *denunciare* Ciceroni eſt cum minis ſignificare, minari. Exempla paſſim ſunt obvia. vellem Turnebum exemplum hujus notionis τῦ *denuntiare*, quam fingit, attuliſſe, quod fruſtra quæremus. *Gravius.*

Vniverſo populo] XXXV Tribubus, quod per illas non tam facile eſſet, quos vellet facere. *Turneb.*

Sortietur tribus] Nomina tribuum in ſitellam mittet, & ſeptemdecim ſorte ducet. *Idem.*

Homo felix] Felicitati locus eſſe videtur, ubi & infortunio: in fortuna ſcilicet & caſu, qui plurimus eſt in ſorte. Atque hic felix eſt, qui εὐτυχὴς dicitur a Græcis. Fraudem ſorti adhibiturum Rullum ſignificat illudens & felicem vocans: eaſque, quas volet tribus e ſitella educturum eſſe. Diſtingui ſic etiam locus poteſt: *Idem Rullus, homo felix educet.* Idem.

Educet] E ſitella. Nam in ſitellam ſortes conjlciebantur. Cic. lib. 1. de Natur. Deorum, *Vt igitur te Gracchum cum videor concionantem in capitolio videre, de M. Octavio deferentem ſitellam, tum eum motum animi dico eſſe inanem.* Interdum etiam in urnam mittebantur, ut in judiciis. Hinc —— *Quæſitor minos urnam movet.* Apud Plautum etiam ſortitio ſit in Caſina, *Sortibus in ſitellam aquæ plenam miſſis.* Idem.

Atque ii, ut grati, ac memores beneficii eſſe videbantur, &c.] Ab honeſto argumentatur. quid eſt enim honeſtius grata voluntate? Pergit deinde probare per leges non licere, Rullum, qui legem fert, ſemetipſum legis curatorem, i. e. decemvirum conſtituere. leges autem erant Licinia, & Æbutia. quas non conſulares eſſe, ſed tribunicias ait, id eſt, non ab optimatum, ſed a plebis defenſoribus latas, atque iccirco tanto magis tribuno pl. cuſtodiendas. Earum legum hæc ſententia fuit, ut qui de aliqua curatione, aut poteſtate legem tulerit, & ipſe, & collegæ, & cognati, & affines ejus exciperentur, ne eis ea curatio, aut poteſtas mandari poſſit. quæ leges quo anno latæ ſint, parum compertum eſt. Liciniæ etiam meminit pro domo: *Ne id quidem*, inquit, *per legem Liciniam facere potuiſti, ut ipſe tibi curationem ferres.* Has autem leges gratas, jucundaſque plebi fuiſſe ait, quod ad patriciorum tunc dominantium comprimendam cupiditatem latæ ſint. cognatos autem, & affines nominabat lex. quod non ſint iidem. Nam cognati ſemper ex eadem gente ſunt, affines plerumque ex diverſa, atque illi quidem gentis, hi nuptiarum neceſſitudine inter ſe conjuncti ſunt. Laudat deinde has leges, hac ratione, quod qui alterius ſe rationibus conſulere profitetur, is ab omni ſuſpicione ſe removere debet, ne non id ...
modi ...

R
pa

bu
eni
ear
tati
ille
piet
Tur
Q
Vidit
quis
codic
partic
quos
Sic ſæ
Noſtri
mum ſi
Mur. a
Sic pau
cemvir.
Se p
reor,
conjici
Rullus
enim
dem
Turneb
Neq
modis
rentur
tum :
cuſtod

atque altera Aebutia: quae non modo eum, qui tulerit de aliqua curatione ac poteſtate, ſed etiam collegas ejus, cognatos, affines excipit, ne eis ea poteſtas curatiove mandetur. Etenim, ſi populo conſulis, remove te a ſuſpicione alicujus tui commodi: fac fidem, te nihil niſi populi utilitatem & fructum quaerere: ſine ad alios poteſtatem, ad te gratiam beneficii tui pervenire. nam hoc quidem vix eſt liberi populi, vix veſtrorum animorum ac magni-

bunus pleb. cum eſſet, poſt reges exactos annis 365. primus populum ad leges accipiendas in ſeptem jugera forenſia e comitio eduxit. Cujus rei ita Columella meminit, *Ideoque poſt reges exactos Liciniana illa ſeptena jugera, quæ plebs triviritim diviſerat, majores quæſtus antiquis retulere.* Erat igitur, ut reor, in hac agraria lege caput, ne lator ſibi curationem ferret, id eſt, ne in triumviris agro dividendo eſſet. Quod Liciniæ legis caput ſic pro domo refert Cicero, *Præterquam quod ne id quidem per legem Liciniam, ut ipſe tibi curationem ferres, facere potuiſti.* Turnebus.

Altera Æbutia] Lex Æbutia quædam duodecim tab. capita antiquavit, de proletariis, de aſſiduis, de Sanatibus, vadibus, ſubvadibus, de xxv aſſibus, Talionibus, Furtorum quæſtionibus cum lance & licio. Erat etiam in lege Æbutia caput, *Ne quis ſibi, collegis, ſuiſque curationem aut poteſtatem ferret.* Recentior autem erat quam Licinia. Lata eſt ab Æbutio quodam Tribuno pleb. *Idem.*

Sed etiam collegas ejus] Cum lex Licinia tantum exciperet, *Ne quis ſibi ferret.* Vetuit præterea lex Æbutia ne quis ſibi, collegis, ſuiſque ferret. *Idem.*

Etenim ſi populo conſulis] Liciniæ legis & Æbutiæ æquitatem oſtendit. Æquum enim eſt, ut qui plebis commodo ſtudere videri vult, ſe ab omni ſuſpicione ſui commodi removeat: proinde curationem ſibi non ferat. Itaque Iulius Cæſar cum per vigintiviros agrum Campanum divideret, ne quid ſibi quærere videretur, diligenter cavit, ne in xx viris eſſet. Ergo illud, *Si conſulis, eſt, ſi quis conſulit.* Neque de Rullo tantum, ut quidam male interpretantur, ſed de latoribus omnibus dicitur. *Idem.*

Ad alios] Non ad te. Magno verſantur in errore, qui, *ad illos*, hic legunt. *Idem.*

Nam hoc quidem vix eſt liberi populi, vix veſtrorum animorum, ac magnificentia] Argumentum videtur eſſe a contrario, ut enim removere ſe a poteſtate, magni animi eſt, ſic appetere, vix videtur eſſe magnificentiæ ejus, quæ libero populo, & maxime Romano convenit magnificentiam autem pro animi magnitudine intelligendam puto. magnificus enim in magnis ſumptibus faciendis verſatur, magnanimus libenter beneficia confert, accipere erubeſcit, auctore in Ethicis Ariſtotele. Hæc autem omnia legis incommoda extremo repetit, ac per congeriem ante oculos ponit: *Rullum majorem partem populi ſuffragiis privaſſe, comitiis præfuiſſe, tribus, quas voluit, nullo cuſtode ſortitum vocaſſe, decemviros, quos voluit, renunciaſſe, ſemet principem renunciaſſe.* Hæc autem ut graviora ſint, præter ſubjectionem, adhibet figuram illam, quæ a Græcis dicitur συμπλοκή, a Cicerone in III de oratore, ejuſdem verbi crebra tum a principio repetitio, tum in extremum converſio, appellata. ut in Miloniana: *Quis eos poſtulavit? Appius. Quis produxit? Appius.* crebram autem Rulli ſubjectionem odioſam, ac moleſtam fore populo exiſtimavit, ut domini ſuperbi, ac impotentis. *Laured.* *Nam hoc quidem vix eſt liberi*] Ne dum Romani, qui maxime liber eſt. *Turneb.*

[illegible] vobis, omnium ge[illegible]
arbitrarer. Optimae leges

Magnificentia] Magnificentia fortitudinis pars eſt, ea eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio atque adminiſtratio. *Turnebus.*

Quis majorem partem populi ſuffragiis prohibuit] Repoſui iſtud, abjecto *privavit*; quod alterum ſubſtituit in Pall. in Erfurd. & edd. antiquis. *Gruterus.*

Quis tribus, quas voluit, vocavit] Erfurt. *quis tribus quas voluit evocavit.* & paullo ante: *Quis comitiis praefuit? Quis tribus* &c. ſine *Rullus.*

Nullo cuſtode ſortitus] Nam cuſtodes in comitiis adhiberi ſolebant, qui obſervarent, ne quid fraudis committeretur in ſortiendis tribubus, & centuriis, vel in ſuffragiis dicendis. unde Lucanus in v.

Decantatque tribus, & vana verſat in urna.

Huic porro rerum repetitioni addit amplificationem a ſuo judicio confirmatam. *Laurod.* *Nullo cuſtode*] Cuſtos enim ſi non adſit, fraudem faciet, & quas volet tribus educet, aliis circumventis. Cuſtodes ſortientibus tribus apponebantur: adponebantur & ſuffragiis. Cicero in Piſonem, *Tu miſericors me affinem tuum, quem comitiis praerogativa primum cuſtodem praefeceras.* Et alio loco, *Ecquando* [illegible] Et alio

exceptione tollentur. Idem ſibi ſua lege curationem petet: idem majore parte populi ſuffragiis ſpoliata comitia habebit: quos volet, atque in iis ſe ipſum renuntiabit: & videlicet collegas ſuos, adſcriptores legis agrariae non repudiabit, a quibus ei locus primus in indice & in praeſcriptione legis conceſſus eſt: ceteri fructus omnium rerum, qui in ſpe legis hujus poſiti ſunt, communi cautione, atque

Idem legis ſibi ſua lege curationem petet] Melius in quibuſdam ſcriptis libris, *Idem lege ſibi ſua curationem petet*. Id nimirum eſt quo tolli penitus Liciniam & Æbutiam legem dixit. *Turnebus*. Recepi hanc lectionem probatam Turnebo, quam aſſerunt Erfurt. & Francii primus. *Gravius*.

Et videlicet collegas ſuos adſcriptores legis agraria non repudiabit, &c.] Quibus verbis ſignum affert, ex quo probetur, non ſolum ſe ipſum renunciaturum, ſed etiam collegas, qui legis adſcriptores ſint, & communis quæſtus participes. ſignificat autem, ut in actionibus erant quidam quaſi ſecundi accuſatores, qui ſubſcriptores dicebantur, ſic in hac lege adſcriptores quoſdam fuiſſe, qui in ea re ſecundas partes tenerent, qui Rullo quidem, ut nomen ſuum legi præſcriberet, permiſiſſent, de communi autem quæſtu cum eo caviſſent. Quod autem ad legis præſcriptionem attinet, locus eſt in Verrem ejuſmodi: *Eam legem non tu promulgavit, cujus nomine proſcriptam videtis*. Laured. *Adſcriptores legis*] Ex ejus collegis quidam legi favebant, & ab eo de lege agraria conſulti quædam capita adſcripſerant. Nam inde fluxit *adſcriptoris* ſignificatio: cum quis adjicit, quod qui facit etiam probat. At *ſubſcriptor* eſt, qui ſubſcribit ſe probare. Hic *adſcriptorem* a nonnullis cauſidicum explicari equidem vehementer doleo. *Turnebus*.

Locus primus invidia in præſcriptione legis] Vetus liber, *Invidia, & in præſcriptione*: quæ ſcriptura idoneam habet ſententiam. Primus locus *in vidia* dicetur, quod primus decemvir creabitur. Nam cum ob poteſtatem ſit invidioſus decemviratus futurus, tum vero ea poteſtas invidioſior erit ei, qui primus erit. *Primus locus in præſcriptione legis*: quia in legis titulo nomen Rulli futurum erat, qui legem ferebat, cum eſſent tantum adſcriptores alii, ac Servilia de nomine ejus eſſet vocata. Eſt igitur *præſcriptio*, titulus legis, in quo nomen latoris ponitur: quia præſcribitur legi. Quod ſi, ut vulgo, legas, *invidia in præſcriptione legis*, intelliges, propter poteſtatem decemviralem invidioſam eſſe legem. Ita primum præſcriptionis, quæ invidioſa eſt, locum Rullo conceſſum in ferenda lege, cum alii tantum adſcriptores eſſent. Nam poteſtas etiam invidioſa erit, quam etiam ejus collegæ adipiſcentur: & ſibi conceſſam præſcriptionem legis decemviratu compenſabit. *Idem*. *In præſcriptione legis*] Sic ſcriptum eſt etiam in libris antiquis. Sed legendum videtur, *in proſcriptione*. proſcribere enim eſt in publico, ſeu publice ſcribere: verumtamen in præſcriptione legis, retineo, & interpretor, in indice legis, ſeu in iis, quæ ante legis verba ſcribuntur. *Lambinus*. *Primus invidia in præſcriptione legis conceſſus eſt*] Pal. pr. & vett. edd. *& in præſcr.* quod reſtat item in Pal. ſec. habetque præterea primus *in indice*: quod poſtremum etiam ex Turingicis codd. Suffridus Petri laudat, cui id perplacebat; non etiam Guilielmio. ego hæreo; ac nuto. fereque propendeo in partem Suffridi mei *Grut*. *In indice* habet quoque Pithœi codex & Erfurt. Francii quidem ſtat pro vulgata. ſed cum Palatino primo ſcribit, *& in præſcriptione*, quod cum extet etiam in editione anni 1498, clare oſtendit legendum eſſe ex MSS. *in indice & in præſcriptione*. Græv.

Communi cautione] Cautio eſt, cum vel verbis, vel ſcriptis, vel pignoribus

datis

datis paciſcimur, interque nos cavemus. Pro Syngrapha ponitur a Iuriſconſ. ut, *Lecta eſt in Auditorio Papiniani præfecti prætoris hujuſmodi cautio.* Igitur communi quadam obligatione & pactione communia erant inter eos commoda. *Turnebus.*

Sibi parte] Vetus liber, *ei parte:* idque haud paulo melius. *Idem.* *Æqua ſibi parte retineantur*] Pall. ambo & vetuſti cuſi *aqua ei parte.* adeo ut non abhorream a Guilielmii conjectaneo, *æquabili parte.* Gruterus. Sic & Erfurt. & Francii: *atque aqua ei parte.*

At videte hominis diligentiam] Reprehendit nunc alteram partem hujus capitis ſecundi, quæ jubebat, præſentem profiteri. iniquam autem eſſe oſtendit, quia unum Pompejum, qui nunc bellum Mithridaticum in Ponto gerebat, ab hac petitione removet. Diligentiam ergo Rulli in ſcribenda lege conſiderandam eſſe admonet, qui abſentes excipiat, ſi modo, inquit, hoc Rulli inventum fuit, & non potius eorum, quorum ſententiam Rullus ſequutus eſt, ut Craſſi, & Luculli. hi enim maxime Pompejo fuerunt infenſi. Lucullus autem ad urbem erat, calumnia inimicorum impeditus, ne triumpharet. cur autem abſentes exceperunt? quia viderunt ſi ex omni populo legi decemviri poſſent, Cn. Pompejum abſentem in primis le[...]

fig
thr
Ga
ſun
Por
inq
pro
alim
tia,
una
Laur
Si
eſt in
conſu
tarum
Vide
teſtate
cum h
cupidit
derent,
ſua ca
deeſt:
aliquid
Fides
non ſerv
Integri
non inhi
da. *Idem*
Virtus
pro ea vir
uſurpatur.
ge Manilia
Cn. Pom

Etenim, quem unum ex cunctis delegiſſetis, ut eum omnibus omnium gentium bellis terra & mari praeponeretis, certe in decemviris faciendis, ſive fides haberetur, ſive honos, & committi huic optime, & ornari hunc juſtiſſime poſſe intelligebant. Itaque excipitur hac lege non adoleſcentia, non legitimum impedimentum, non poteſtas, non magiſtratus ullus aliis negotiis ac legibus impeditus, reus denique, quo minus decemvir fieri poſſit, non

Omnibus omnium gentium] Putem hunc locum explicari debere, quod Pompejus in Africa bellum geſſerit cum Domitio, in Hiſpania, cum Sertorio, in mari cum piratis, in Aſia, cum Mithridate. Cui etiam alioqui bello Piratico decretum ſit imperium ampliſſimum, ad commune omnium gentium bellum, omneſque prope ei poteſtates & magiſtratus Romani ſubjecti ſint: ut Dion ſcribit. Cicero pro lege Manil. *Vnum ſibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompejum imperatorem depopoſcit.* Turn.

Sive fides haberetur, ſive honos] *Fidem habere, honorem habere*, quid ſit nemo neſcit. Sed hic quid ſibi velit non novi. Id enim voluit dicere, ſive fides ſpectaretur, ſive honos, ſive fidei ratio habeatur, ſive honoris, quod eſt, propter fidem & honorem ejus. Quid igitur ſenſerit Cicero videmus omnes, quomodo ſcripſerit, donec melior liber veram ſcripturam detexerit, ignorabimus. *Gravius.*

Excipitur hac lege non adoleſcentia] Qua prohibebatur ne quis urbanum magiſtratum gereret, niſi decem ſtipendia confeciſſet. qua de re Polybius lib. VI. cum autem conſtet annum XVII ætatis legitimum ad militandum fuiſſe, profecto non niſi anno XXVII legitimis confectis ſtipendiis urbanum capere magiſtratum licebat, quæ ætas ab adoleſcentia abeſſe incipiebat. *Laured.* *Adoleſcentia*] Non adoleſcens qui magiſtratibus gerendis nondum ſit idoneus: & legibus annalibus a magiſtratu prohibetur. *Turnebus.*

Non legitimum aliquod impedimentum] Vt ne quis eundem magiſtratum caperet, niſi decennio interjecto. *Laured.* *Legitimum*] Impedimentum aliquod legibus cautum: cæcitas, ſurditas, furor, ignominia. In quibus enim hæc ſunt, magiſtratus petere prohibentur. *Turnebus.*

Non poteſtas, non magiſtratus ullus aliis negotiis, ac legibus impeditus] Vt ne quis duos magiſtratus uno anno gereret. de quibus duabus legibus. ſic Livius lib. 7. *Item aliis plebiſcitis cautum, ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet. neu duos magiſtratus uno anno gereret.* Laured. *Non poteſtas*] Nam ſi magiſtratum alium gereret, merito a decemviratu excluderetur. Tum autem confecto bello Mithridatico, exercitum victorem habebat in Aſia Pompejus. *Turnebus.*

Reus denique] Legendum, *Non reus denique.* nam candidati rei ratio non habebatur. unde Salluſtius Catilinam ait repetundarum reum prohibitum eſſe petere conſulatum. *Laured.* *Reus denique*] Reo magiſtratum petere non licebat. Salluſtius, *Paulo poſt Catilina repetundarum reus prohibitus erat Conſulatum petere, quod intra legitimos dies profiteri nequiverit.* Turneb. *Non reus denique*] Sic emendat Lauredanus, & recte. Nam a lib. vulgatis aberat negatio. *Lambinus.* *Non reus denique*] Negativa eſt a Lauredano; ne putemus forte originem debere alicui codici calamo exarato. certe Pal. ſec. hic habet; *impeditus: reus denique, quo minus decemvir fieri poſſit, non excipitur: Cn. Pompejus excipitur, ne cum P. Rullo, taceo de ceteris, decemvir fieri poſſit. præſentem enim profiteri jubet; quod nulla in lege umquam fuit, ne in his* qui-

non excipitur. Cn. Pompejus excipitur, ne cum P. Rullo, taceo de ceteris, decemvir fieri poſſit. Praeſentem eum profiteri jubet, quod nulla alia in lege umquam fuit, ne in his quidem magiſtratibus, quorum certus ordo eſt. Ti-

quidem magiſtratibus quorum certus ordo eſt. ſive accepta lex eſſet, illum ſibi collegam adſcriberetis cuſtodem ac vindicem cupiditatum. Hic quoniam, &c. & vero ultima illa clauſula, etiam viſitur in Palatino primo, in editionibus Venetis tribus, annorum nempe CCCCLXXIII. CCCCLXXXIII. ac CCCCXCIX. illius noſtri vulgati: *Timebat enim Pompejus, ne ſi adeſſet, ferri non poſſet: aut ne ſi,* in ſcriptis illis aut editis, vola nulla nec veſtigium. & vero prior pars hujus lectionis ipſiſſima eſt Ciceronis, atque admittenda in contextum. poſterior ſyllaba forte una alteraque luxata eſt, quam emendabit ordo Criticus. moneo interim Pal. illum ſecundum, magis præ ſe ferre *ſine accepta lex*, quam *ſive.* Grut. Quæ Gruterus reperit in Palatino ſecundo, Pithœus quoque in ſuo reperit, & ego itidem reperi in Erfurtenſi. Sine ullo ſcrupulo priora admiſi. ipſiſſima enim Ciceronis verba ſunt, & ad populum movendum maxime efficacia, quæ in aliis libris perierunt. ut viciſſim in aliis ſequentia: *Timebat enim, Pompejus ne ſi adeſſet, ferri non poſſit.* Cauſſa cur priora perierint, eſt, quod bis eadem verba, *decemvir fieri poſſit* legantur in fine periodorum duarum. Itaque properantes librarii & oſcitantes in quibuſdam codicibus, quæ priora ſequebantur prætermiſere. Hoc ſæpe ſcriptoribus fraudi fuiſſe, nemo qui veteres libros verſavit ignorat. *Grævius.*

Præſentem eum profiteri jubet] Id eſt, unius abſentis rationem haberi vetat. cujus legis meminit Suetonius, & Plutarchus in Cæſare; qua ſolutus eſt Marius, cum tertium & quartum conſul creatus eſt. Eſt autem profiteri, in concione publice dato nomine voluntatem ſuam de aliquo magiſtratu populi ſuffragio obtinendo declarare. Livius libro 26. *Diem comitiis conſules edixerunt, primo expectaverant, ut qui ſe tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur.* & Vellejus lib. II. *Nam & quæſturam petentes, quos indignos judicavit, profiteri vetuit.* Hoc autem quam iniquum ſit, inde oſtendit, quod nulla alia in lege prohibeatur, ne quis abſens ſe candidatum profiteatur, non modo in extraordinariis magiſtratibus, ut decemviratu, ſed ne in ordinariis quidem, ut ædilitate, prætura, & conſulatu, quorum certus ordo eſt. *Laured.* *Profiteri*] *Profiteri* eſt declarare ſe petitorem eſſe, nomenque ſuum inter candidatos dare. Quod autem hic reprehendit uſitatum fere erat, ut Plutarchus in Cæſare dicit: quem ex Hiſpania reverſum, omittere triumphum ſcribit coactum eſſe, quod præſentem profiteri juberent. Cæſarem quoque Tranquillus ſcribit petiiſſe, ut legibus ſolveretur, nec obtinuiſſe tamen. Poſtea etiam lege Pompeja, & jure magiſtratuum, abſentes a petitione honorum ſummoti ſunt. Hic ex veteri libro legendum eſſe cenſeo, *præſentem enim profiteri.* Vulgo legitur, *præſentem eum.* Turneb.

Quod nulla alia in lege unquam fuit] Non habet eam vim, ut ſignificet, lege conceſſum fuiſſe, ut abſentibus mandari magiſtratus poſſet, quod lege prohibitum fuiſſe jam diximus, ſed ne vetitum quidem fuiſſe, ne quis per amicos abſens profiteretur, quanquam ejus ratio non haberetur, niſi comitiis interfuiſſet: profeſſio enim ſtatim poſt edicta comitia fiebat. Itaque antequam ea haberentur, accurrere qui abſens profeſſus fuerat ad diem comitiorum poterat. quod ne fieri quidem hac lege Servilia licuiſſe arguit Cicero. cur autem excludant profeſſione Pompejum, poſt aperit. *Laured.*

Quorum certus ordo eſt] In Ædilitate, Prætura, Conſulatu: qui magiſtratus quotannis certo ordine creantur. Decemviratus autem & triumviratus extraordinarii ſunt. *Turnebus.*

Ti-

Timebat enim, Pompejus ne ſi adeſſet, ferri non poſſet: aut, ne, ſi accepta lex eſſet, illum ſibi collegam adſcriberetis, cuſtodem ac vindicem cupiditatum. Hic, quoniam video vos hominis dignitate & contumelia legis eſſe commotos, renovabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem veſtram hac lege funditus tolli. An vos aliter exiſtimabatis, cum ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adjeciſſent? non

Timebat enim, Pompejus ne ſi adeſſet, ferri non poſſet] Quia timeat, inquit, ne ſi ille adſit, aut legem ferri non patiatur, aut ſi lex accepta ſit, ne decemvir creetur, qui ſit vindex, ac cuſtos cupiditatum ſuarum. quo loco vindicem cupiditatum dixit, ut alio loco vindicem conjurationis, id eſt oppreſſorem. Hoc autem loco cum populum vel ex tacita admurmuratione, vel ex ipſo ore vultuque commotum eſſe intelligeret, quod princeps civitatis Pompejus unus hac lege contumelia afficeretur, pro re nata, reperit, ea, quæ ſe initio demonſtraturum eſſe profeſſus eſt. *Laured.* *Si adeſſet*] Præſens eſſet cum lex ferretur. Itaque ejus abſentia captata eſt. *Turneb.* *Timebat enim, Pompejus ne ſi adeſſet, ferri non poſſet*] Quidam ſic legi volunt, *Timebat enim, ne, ſi Pompejus adeſſet, ferri non poſſet.* quæ ſcriptura hoc tantum a recepta differt, quod facilior, & planior eſt. Timebat Rullus, inquit Cicero, ne, ſi Pompejus adeſſet, lex agraria ferri non poſſet, quia Pompejus non eſſet paſſurus eam ferri. *Lambinus.*

Accepta lex] Abſente Pompejo. *Turnebus.*

Illum ſibi] Etiam abſentem. *Idem.*

Dignitate] Quæ hac lege violatur. *Idem.*

Contumelia] Quæ injurioſa eſt in Pompejum, quem excipit, & cujus abſentis rationem haberi non vult. *Idem.*

Commotos] Admurmuravit concio & commota eſt, audita Pompeji injuria. Similis eſt locus pro lege Manilia, *Veſtra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoſcere videamini, qui hæc fecerint.* quod concionem plauſiſſe & clamaſſe quidam dicunt, verum non puto. *Idem.*

Renovabo] Revocabo, & repetam. ut ad Herennium, *Ut renovetur, non redintegretur oratio.* Idem.

Regnum comparari, libertatem hac lege funditus tolli] Quia cuſtos ejus ſummoveatur Pompejus. *Laured.* *Regnum*] Oppreſſionem veſtræ libertatis iſtos latores cogitare, cum ejus cuſtodem & vindicem excipiant. *Turnebus.*

Cum ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adjeciſſent] Id agerent, *Ut ex omni cuſtodia veſtræ libertatis, ex omni poteſtate, curatione, patrocinio veſtrorum commodorum Cn. Pompejus depelleretur.* Ergo ſignum ſumptum eſt a cupiditate tribunorum, & fide Pompeji. *Cupiditatis* autem *oculos adjeciſſent*, pro ſpe affectaſſent, tranſlatione uſus ea, quæ καθ' ἀναλογίαν dicitur ab Ariſtotele. ut in Philip. XI. *In poſſeſſiones atque fortunas impudentiſſimos oculos ſpe & mente defigere.* Ex *omni* autem *cuſtodia veſtræ libertatis* dixit. quippe quæ hac lege in diſcrimen adducitur, cum infinitum imperium decemviris datur. *Omni poteſtate*; id eſt, juris dicundi, quæ hac lege decemviris permittitur. *Curatione*, nimirum agrorum vendendorum, emendorum, & dividendorum. *Laured.* *Cupiditatis oculos*] *Cupiditas* hic avaritia eſt, ſtudiumque quærendi & alienum invadendi. aviditas etiam dicitur πλεονεξία Græce. *Oculum autem adjicere* dicitur, quomodo *adjicere animum ad virginem* apud Terentium, id eſt, quod Græci dicunt uno verbo ἐποφθαλμιᾶν. & duobus Latinorum more προσβάλλειν ὀφθαλμὸν, ſed & προ-

ægis Cn. Pompeji praeſidi
Et hoc parvum argumentu
minibus dominationem pote
quaeri, cum videatis, eum
libertatis fore videant, ex

& *προσβάλλειν* ſine adjectione. Sic *adjectus odoris*, pro odoris appulſu dicitur a Lucretio: id eſt, *προσβολὴ ὀσμῆς* *Turnebus*. *Homines cupiditatis oculos adjeciſſent?*] Guilielmius, non concoquit hanc phraſin, emendatque *homines cupidi atque audaces oculos adjeciſſent*. Gruterus. Plane aſſentior Guilielmio *cupiditatis oculos* non poſſe ferri & Appulejo dignius eſſe quam Tullio. In Erfurt. non eſt *cupiditatis*, ſed in margine tamen ab eadem manu eſt adpoſitum. *Gravius.*

Ex omni cuſtodia] Cuſtodem veſtræ libertatis veſtrorumque commodorum Pompejum ſummoturos. *Turneb.*

Patrocinio veſtrorum commodorum] Ut æqualis inter omnes agrorum fiat diviſio, non novem tribuum notis hominibus per gratiam fiat largitio. *Depeller*etur porro *Cn. Pompejus*, ſignificanter dixit, quaſi qui perpetuus cuſtos ſit, ac patronus commodorum veſtrorum; cujus rei maximum dedit in conſulatu documentum, cum tribuniciam poteſtatem, ac dignitatem a Sulla dictatore ſublatam reſtituit. *Lauredanus.*

Viderunt, & vident ...

Cognoſcite nunc, quae poteſtas decemviris, & quanta detur. Primum lege curiata decemviros ornat. Iam hoc inauditum & plane novo more, uti curiata lege magiſtratus detur, qui nullis comitiis ante ſit datus. Eam

Cognoſcite nunc, qua poteſtas decemviris, & quanta detur] Hactenus de creatione decemvirum dixit. nunc de eorundem poteſtate ſe dicturum pollicetur, de qua in tertio legis capite agebatur, cujus hæc erant verba: *Decemviri lege curiata ornantor. eam legem prætor ferto, qui primus factus ſit, aut ſi is non potuerit, qui poſtremus. ut ii decemviratum habeant, quos plebs deſignaverit.* hanc autem trib. rationibus reprehendit. quod lege curiata ornet eos, quibus nullis comitiis ante magiſtratus datus ſit, quod curiata comitia vetuſtate prope obliterata adhibeat, tributa, quæ uſurpantur, omittat. quod prætori legem ferre imperet, atque in primo & poſtremo prætore ludat. Lex autem curiata erat, quæ curiatis comitiis rogabatur. curiata comitia, quibus populus per curias ſuffragia inibat. curiæ erant triginta urbis partes jam inde a Romulo rege factæ, in quas totus populus ita diviſus erat, ut unaquæque curia propria ſacra, ac proprios ſacerdotes haberet, atque hæc quidem curiata comitia prima Romæ inſtituta ſunt. quibus reges ante centuriata a Ser. Tullio rege inſtituta, creari ſoliti ſunt, itemque tribuni pl. quouſque lege Publilia tributis creari cœpti ſunt. Lex autem curiata fuit, quæ de imperio magiſtratus rogaretur, ut oſtendit Livius lib. v. cum ait: *Curiata comitia rem militarem continuiſſe.* & Cicero paulo poſt: *Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.* & lib. IX. Livius dictatorem legem curiatam de imperio tuliſſe ſcribit. ergo cum ornabat decemviros lege curiata, poteſtatem dabat eis exercitum habendi, & belli gerendi, quæ duo uno imperii verbo Latini comprehendunt. quod Plutarchus in Cicerone, ubi de hac re loquitur, dixit. στρατιώτας τρέφειν, καὶ καταλέγειν, ὁπόσων δέοιτο. hoc autem iniquum oſtendit, quia contra mores eſt, ut aliquis curiata lege ornetur, qui nullis ante comitiis magiſtratum adeptus ſit. neque enim decemviros aliquibus comitiis creatos ait, cum a minore parte populi ſint creati. quæ vere comitia non poſſunt appellari. *Latured.*

Lege curiata] Tributis comitiis creat decemviros, quos deinde ornat lege curiata: ut imperium habeant & exercitum. Nam *comitia curiata*, ut ait Livius, *rem militarem continebant*: &, ut Cicero ſcribit, *ſine lege curiata conſuli rem militarem attingere non licebat.* Livius etiam alio loco meminit curiatæ legis, *quod nec injuſſu populi mutari finibus poſſit, nec niſi dictator dictus auſpicia in exercitu habere, lex curiata lata eſt dictatoriis abſens dictus.* Iterum, *Atque ei legem curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diffudit, quod ſaucia curia fuit duabus inſignis cladibus, capta urbis, & Caudina pacis.* Cicero lib. I. epiſtolarum, *Appius in ſermonibus antea dictabat, poſtea dixit etiam in ſenatu palam, ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre: ſortiturum eſſe cum collega provinciam: ſi curiata lex non eſſet, ſe paraturum cum collega tibique ſucceſſurum.* Sub regibus prope omnia lege curiata fiebant: cum ea etiam quæſtores crearentur. Tacitus: *Sed quæſtores regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt: quod lex curiata oſtendit ab L. Bruto repetita.* Turnebus.

Vti curiata lege magiſtratus detur, qui nullis comitiis] Malim ſic legi, *ut ei curiata legi magiſtratus detur, cui nullis comitiis ante ſit datus*, quo modo olim edidi. vel ſic, *ut is curiata lege magiſtratus detur, qui nullis comitiis ante ſit datus.* Lambinus.

Cui nullis comitiis] Nam decemviralia comitia nulla putat: cum major pars populi ſuffragio privetur a Rullo, nec juſta comitia ſint. Iuſta autem comitia ſequitur lex curiatis comitiis lata de imperio

perio, & exercitu, quæ curiata dicitur a triginta curiis. Lege curiata ad plebem tranſiit Clodius, quod familiam mutabat. Familiæ autem in ſuas curias conjectæ erant. A Dione νόμος φρατριατικὸς appellatur. Libri ſcripti, *qui multis comitiis*, habent, non, cet. atque haud paulo melius eſt. *Turneb.*

Eam legem ab eo prætore, qui ſit primus factus, ferri jubet] Prætor primus dictus eſt, qui primus legitima ſuffragia confecerit, & in quem major populi favor inclinaverit, & idcirco primo loco renunciatus ſit. hic enim gradus renunciationis eſt, non honoris. Quare Cicero dixit in Pompejana: *Ego propter dilationem comitiorum ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus ſum.* & pro Murena: *Quæſturam una petiit, & ego ſum factus prior. non eſt reſpondendum ad omnia. neque enim quenquam veſtrum fugit, cum multi pares dignitate fiant, unus autem primum locum obtinere poſſit, non eundem ordinem eſſe dignitatis, ac renunciationis, propterea quod renunciatio gradus habet, dignitas autem ſit perſæpe eadem omnium.* Quæret quiſpiam, cur non a tribuno pl. hanc legem ferri juſſit? quia tribuni, niſi tributa comitia habere, quæ inauſpicato habebantur, nec patricios advocare, qui curiatis ſuffragium ferebant, poterant. auctor Gellius. Hujus autem rei reprehenſionem ad alium locum reſervat. *Laurelanus.*

Primus factus] Primus Prætor renuntiatus. Multi enim Prætores creabantur [illegible]

tertio? Atque hic perſpicuum eſt, quid juris a majoribus acceperitis, quid ab hoc tribuno plebis vobis relinquatur. Majores de ſingulis magiſtratibus bis vos ſententiam 11
ferre

Atque hic perſpicuum eſt, quid juris a majoribus acceperitis] Nunc reprehendit, quod tributa comitia imperfecta; curiata intermiſſa ad decemviros creandos adhibeat. ut autem hoc malum gravius videatur, comparat Rulli legem cum more majorum, ac quantum inter utrumque factum interſit, oſtendit. illud autem intereſt, quod illi binis comitiis de ſingulis magiſtratibus a populo judicari voluerunt olim, centuriatis, & curiatis, poſt centuriatis, & tributis. nam curiata niſi auſpicorum cauſa reliquerant, hic autem tributis imperfectis creari decemviros jubet, & curiatis obliteratis confirmari. *Laurad.*

Relinquatur] Qui ne unam quidem comitiorum poteſtatem pop. relinquit. *Turnebus.*

Majores de omnibus magiſtratibus bis vos ſententiam ferre voluerunt] Idem etiam tradidit Pædianus, ita: *Mos fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iiſdem candidatis comitia fieri.* quæ autem hæc comitia fuerint non adjicit. neque id fere, niſi ex hoc Ciceronis loco colligi poteſt, cujus tanta tamen eſt obſcuritas, ut quid ipſe velit, vix pro certo affirmare prudens quiſquam poſſit. nos quid ſuſpicemur, quando interpretem agere cœpimus, non diſſimulabimus, aliorum ſententiam libenter ſequuturi, ſi melior afferetur. Curiata ergo comitia conſtat fuiſſe, quibus populus in curias, centuriata quibus in centurias, tributa, quibus in tribus diviſus ſuffragium dicebat, quorum prima a Romulo, ſecunda a Ser. Tullio, tertia a Volerone Publilio, præſertim in magiſtratibus plebejis mandandis primum uſurpata ſunt. quid igitur inquit Cicero? Majores binis comitiis voluerunt de omnibus magiſtratibus ſententiam a populo dici. quibus? centuriatis, & curiatis. nam centuriata lex cenſoribus creandis ferebatur, cum curiata conjuncta cæteris patriciis magiſtratibus. *Laurad.* *De omnibus magiſtratibus*] Libri vet. *de ſingulis*: ut paulo poſt, *Voluerunt vos de ſingulis magiſtratibus judicare.* Turneb. *Majores de omnibus magiſtratibus*] Editio princeps, *de ſingulis*, neque aliter uterque Pall. ut videatur revocandum. *Gruterus.* Pithœus quoque & Francii: *de ſingulis magiſtratibus.* Cur reſpuas? *Grav.*

Bis vos ſententiam ferre] Quatuor erant apud Romanos comitiorum genera, curiata, centuriata, tributa, calata. Nec enim mihi Felicis ſententia probatur, qui apud Gellium calata facit curiatorum & centuriatorum genus: neque, ut reor, id confirmari poteſt ullius auctoris teſtimonio. Curiata a 30 curiis, in quas urbem Romulus diviſerat, ſunt appellata. Itaque Romuli ætate & aliquamdiu poſtea multum potuere: poſtea iis uti cœperunt in imperii auſpiciis poſt magiſtratum adeptum mandandis & re militari. Poſtremo curiæ ipſæ adhiberi curiatis comitiis deſierunt, & earum loco in ferenda lege curiata triginta lictores ſinguli ſingularum curiarum adhibiti ſunt. Tributa comitia nomen habent a tribubus: (nam valde errant, qui curias cum tribubus hic confundunt, & qui per curiatam legem triumviratum creari putant) quæ erant quatuor urbanæ, una ſuburbana, xxx ruſticæ. Nam tribus loca & regiones vocabantur: ut *Pupinia agrum Pupinienſem continebat. Sergia tribus*, ut ſcribit Cicero in Vatinium, *Pelignorum, Marſorum, Sabinorum regionem continebat.* Sic reliquæ. In tributorum comitiorum interpretatione magnis irretiti erroribus quidam tenentur, quos refellere properanti non licet. Centuriata fiebant, populo in claſſium centurias ex ætate & cenſu deſcripto: quibus Cenſores, Conſules, Prætores creabantur: ut ædiles & tribuni, tributis. Calata ſuſpicor fuiſſe: nihil enim præter conjecturam habeo, quibus neque in curias, nec in tribus, nec in centurias populus eſſet diſtributus: ſed

pro-

gabantur: teſtamenta etiam fiebant priſco jure, quæ calatis comitiis facta dicebantur. *Hæc comitia*, Theophilus, ſi quis ei fidem habet, *bis quotannis teſtamentorum cauſa fieri ſolita*, ſcribit. His autem ſententiam olim ferebat, populus de quoque magiſtratu. Nam magiſtratus lege curiata vel centuriata deſignatus, iterum ſubibat populi judicium comitiis centuriatis. Quod autem nonnulli hic ajunt, Numam creatum regem comitiis centuriatis, errant: nondum enim erant inventa centuriata comitia, quorum auctor fuit rex Servius. Rurſus quod ſcribunt, in curiatis fuiſſe tantum ſeptemdecim tribus falſum: Curiæ enim xxx erant, non tribus. *Turnebus.* Turnebum ſcripſiſſe puto, magiſtratus lege centuriata deſignatus, iterum ſubibat populi judicium comitiis curiatis.

Nam cum centuriata lex cenſoribus ferebatur?] Cenſores creabantur tantum unis comitiis centuriatis. legem enim centuriatam, vel curiatam ferre, eſt legem comitiis centuriatis, aut curiatis ferre. Nam etiam in magiſtratibus mandandis, ut in legibus ferendis rogabatur populus. quos nam autem intellexit Cicero *ceteros patricios magiſtratus*, quos centuriatis, & curiatis comitiis olim creatos ait? nempe conſules, tribunos militum conſulari poteſtate, prætores, ædiles curules, quæſtores. hi enim honores, quia primum patriciis patuerunt, quam plebejis, patricii dicti ſunt. Quæ cum ita ſint, ergo binis co-

patriciorum ſuffrag
ad tributa comitia
Laured. *Nam centi*
melius: *Nam cum c*
turiata lex centuria
tur: qua pop. jubeb
rem creari, qui ite
turiatis deſignabatur.
mitiis curiatis ferebat
cum centuriata lex cenſ
de hujus loci explic
nium, Gruchium,
troverſia, quam non
neque hujus loci, di
ponere. hoc tantum
ſententiam mihi prob
quem legat lector in li
civium Rom. & Gruc
& Lauredanum in co
rationem, ad hunc l
immutavi, præterqu
nium & Gruchium ſe
ſoribus, conſulibus, exc
vi, præterea adverbium
cem, *centuriata*, quo
brario fuerat omiſſum
teris, quæ immutat,
chius, non eſt ferend
ubi libri vulgati haben
mitiis, quidam legi
eam comitiis, & deinc
libri habent, *qua vos*
gendum, *qua vos non*
Nam centuriata lex cen
cum curiata ceteris patri
rigathus retinebat hanc
jecta Grucchii lectione

mini. Atque ita legendus eſt hic locus, in quo non de prioribus comitiis agit, ſed de alteris in patriciis magiſtratibus creandis. *Nam centuriata lex cenſoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magiſtratibus, cum iterum de iiſdem judicabatur:* nunquam enim neque Conſulatum neque Præturam, neque Cenſuram prioribus comitiis curiatis mandari legimus. Sed ut aliquando totam Pantagathi de hoc loco opinionem exponam, prius Ciceronis verba, ut ipſe legebat, deſcribam: deinde, ut explicabat, ſubjungam: *Majores de omnibus magiſtratibus bis vos ſententiam ferre voluerunt: nam centuriata lex Cenſoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magiſtratibus, cum iterum de eiſdem judicabatur: ut eſſet reprehendendi poteſtas, ſi populum beneficii ſui pœniteret: nunc, quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, curiata tantum auſpiciorum cauſa remanſerunt. Hic autem Tribunus pl. quia videbat poteſtatem neminem injuſſu populi aut plebis poſſe habere, curiatis eam comitiis, quam vos non ſciviſtis, confirmavit; tributa, quæ veſtra erant, ſuſtulit. ita, cum majores binis comitiis voluerint vos de ſingulis magiſtratibus judicare, hic homo popularis, ne unam quidem populo comitiorum poteſtatem reliquit.* Hæc igitur Ciceronis verba, ita a ſe emendata, Pantagathus ſic exponebat, ut affirmaret apud majores binis comitiis omnes patricios creari magiſtratus, prioribus deſignari, alteris confirmari: priora eſſe centuriata in patriciis, tributa in plebejis: altera in cenſoribus eſſe centuriata, in ceteris tam patriciis quam plebejis fuiſſe curiata. Apud minores mutatam eſſe rationem: nam prioribus comitiis cum deſignari, tum confirmari omnem magiſtratum; poſterioribus curiatis, non confirmari, ſed ornari. atque ipſa comitia curiata non eandem habere vim, quam apud majores habuiſſent: tunc enim omnes xxx Curiæ conveniebant, confirmandi, aut reprehendendi cauſa: nunc pro triginta Curiis, xxx Lictores, hocque auſpiciorum, non confirmandi aut reprehendendi cauſa. Auſpicia vero Pantagathus interpretabatur ita: cum auſpicato apud majores ſancitum fuerit, altera comitia magiſtratuum debere haberi curiata, nefas fuiſſe ea tollere: manſerunt igitur ſecundo loco, ut prius, ſed ſpecie lictorum, pro Curiis; neque reprehendendi aut confirmandi cauſa, ſed ornandi, mandandive imperii. inquit igitur, *Quia prima illa centuriata tributa ve tenetis*, id eſt, rata habetis, neque ea reprehenditis per altera curiata, hæc altera ne fruſtra haberentur, cum prima vim omnem deſignandi & confirmandi haberent, auſpiciorum cauſa remanſerunt in uſu, non confirmandi, ſed mandandi imperii. *Rullus* itaque cum videret ſuos decemviros injuſſu populi, aut ſine plebisſcito creatos, (novem enim tribus non habent vim totius populi jubentis aut plebis ſciſcentis) confirmavit eos alteris comitiis curiatis, ut confirmatione ſaltem poteſtatem haberent, qui mutilis illis comitiis tributis xvii tribuum, illam habere non poterant: atque in hac decemvirali poteſtate ſancienda prætermiſit priora comitia tributa, quæ in uſu ſunt; adhibuit poſteriora curiata, ad confirmandum quæ in hoc uſu non ſunt: quod enim prius ſcitum non eſt per xxxv tribus, confirmari non poteſt per xxx lictores comitiis curiatis, quorum nullus nunc eſt uſus ad confirmandum: qui ſi eſſet, non tamen poſſent confirmare, quod prius ſcitum non eſſet. Ita Pantagathus hunc locum legebat exponebatque, atque ita legendum exponendumque eſſe, ſponſione cujuſvis ſummæ contendebat. *F. Urſinus.* *Nam cum centuriata lex cenſoribus ferebatur*] Sic Pall. noſtri, ſic olim euſi. Gruchius tamen lib. de Comitiis atque Hottomannus libro v. obſervat. cap. 11. emendant *conſulibus*, quod & receptum a Lambino. *Gruterus.* Hic eſt locus iſte obſcuriſſimus, de quo tantæ contentiones ortæ inter Sigonium & Gruchium, ut non uno libro ſuas ſententias tueri firmareque ſtuduerint. vide Gruchium de Comitiis, & Sigon. de Iure civium lib. 1. cap. 17. Nicol. Gruchii reſponſum ad binas Sigonii reprehenſiones. Sigonii Apologium de binis comitiis & lege curiata, quæ Bononiæ prodiit 1566, Nicolai Grucchii refutationem illius libelli, quæ prodiit Pariſiis 1567, ac denique C. Sigonii libellum

[illegible], in quo ex profeſſo de hoc Ciceronis loco diſputat. Divulgatus is eſt Venetiis 1569, ſed non habetur in operibus Sigonii, quæ Francofurti tribus tomis prodierunt, verum in tomo primo theſauri mei antiquitatum Romanarum. At nec Sigonius, nec Gruchius rem acu tetigerunt, cum, quod ante Latinus Latinius in obſervationibus ad N. Gruchii libros de comitiis obſervavit, nullum diſcrimen fecerunt inter comitia curiata, & legem curiatam. In comitiis curiatis, quæ antiquæ tantum imaginis retinendæ gratia ſic vocabantur tempore Ciceronis, nulli ſuffragiis mandabantur magiſtratus: ſed lex tantum de imperio & jure magiſtratibus deſignatis mandando, vel moderando ferebatur. Obſcuritatis difficultatiſque origo ducitur ex Gellio, ex libro XIII, cap. 14. Vbi C. Tuditani verba refert: *Minoribus creandis magiſtratibus tributis comitiis magiſtratus, ſed juſtius curiata datur lege.* Hæc verba in mendo cubant, legendum autem cenſet Latinius, cui plane aſſentior, *ſed jus curiata lege datur.* Cum majores magiſtratus eſſent centuriatis, minores tributis creati, jus magiſtratus & imperium in comitiis curiatis lege curiata in eos conferebatur. Creati magiſtratus imperio, aut poteſtate ornabantur curiata lege. plane. ſubſcribo doctiſſimo Latinio. *Grævius.*

Cautum patriciis] Præter cenſuram, cui ferebatur centuriata propter magiſtratus amplitudinem & diuturnitatem. *Patricios magiſtratus* [illegible]

ſit Plancius deſignatus ædilis. quæ comitia primum habere cœpit conſul tum omnibus in rebus ſumma auctoritate, tum harum ipſarum legum ambitus auctor. deinde habere cœpit ſubito, præter opinionem omnium, ut ne ſi cogitaſſet quidem quiſpiam, daretur ſpatium comparandi, vocatæ tribus. latum ſuffragium, deſcriptæ, renunciatæ, longe plurimum valuit Plancius. nulla largitionis nec fuit, nec eſſe potuit, ſuſpicio. an tandem una centuria prærogativa tantum habuit auctoritatis, ut nemo unquam eam prior tulerit, quin renunciatus ſit. tu autem his ipſis comitiis conſularibus, aut certe in illum annum ædilem Plancium factum miraris, in quo non exigua pars populi, ſed univerſus populus voluntatem ſuam declaravit, cujus in honore non unius tribus pars, ſed comitia tota comitiis fuerint prærogata. Hæc Cicero, quibus ſignificat priora comitia centuriata a conſule habita eſſe, iiſque etiam ædilem curulem Plancium deſignatum eſſe. quod autem ait: *Vocatæ tribus, latum ſuffragium, deſcriptæ, renunciatæ.* id non habet eam vim, ut intelligamus ea tributa fuiſſe. Etenim non ut a Ser. Tullio inſtitutum fuerat, Ciceronis ætate populus centuriatis comitiis in claſſes diviſus in campo conveniebat, ſed vocabantur tribus, ſingulæ autem tribus in ſuas claſſes, & centurias ex cenſu, ordine, & ætate, ut ante, erant diſtributæ. quod Livius indicat, qui ſæpe centuriam ſeniorum, aut juniorum prærogativæ tribus commemorat. Erat autem prærogativa tribus, ex qua ſorte centuria una educebatur, quæ prima ſuffragium diceret, quæ quod prima rogaretur, prærogativa dicebatur. cujus auctoritatem plerumque aliæ centuriæ ſequebantur, quæ jure, non ſorte vocabantur. Vnde in II Philip. *Ecce Dolabellæ comitiorum dies. ſortitio prærogativæ quieſcit.* Ergo vocatæ tribus; latum ſuffragium, primum a prærogativa centuria, deinde a jure vocatis. quot cujuſque tribus centuriæ ædilem Plancium dixerint, deſcriptæ, eædemque populo renunciatæ. ſuperavit longe ſuffragiis Laterenſem Plancius. dolebat autem Laterenſis, ſe qui prior prærogativam centuriam tuliſſet, tamen renunciatum non eſſe, cum tamen tantum eſſe ſoleret in prærogativa momentum, ut qui eam prior tuliſſet, nunquam non renunciatus eſſet. quod non eſſe mirandum ait, cum in Plancio ædile faciendo non exigua pars populi, quæ una prærogativa centuria, ſed univerſus populus, qui jure vocatis centuriis continetur, voluntatem ſuam declaraverit. neque pars unius tribus, id eſt, prærogativa centuria, ſed comitia tota, quæ jure vocatis centuriis comprehenſa ſunt, ſequentibus tributis comitiis fuerint prærogata. ut hoc intelligi velit, ſi prærogativæ auctoritatem ſequutæ jure vocatæ centuriæ Laterenſem ædilem declarare debuerunt, multo magis comitiis tributis Plancium deſignari debuiſſe, cui vicem prærogativæ tota ipſa centuriata comitia præſtiterunt. Vnde elici poteſt, cujus auctoritatis erat prærogativa penes jure vocatas, ejuſdem fuiſſe comitia centuriata penes tributa, ut qui centuriatis lectus eſſet, idem etiam tributis propter auctoritatem centuriatorum legeretur. Hæc in hunc locum mihi afferenda eſſe duxi, quod hanc binorum comitiorum totam rationem, qui proxime de comitiis ſcripſerint, longe aliter tradiderint, neque hujus ſenſum afferre, niſi eo depravato potuerint, interpretes autem hujus orationis toto (ut ajunt) cælo aberrarint. Carolus autem Sigonius vir doctiſſimus mihi narravit, ſe hunc locum, & omnem hanc binorum comitiorum rationem aliter interpretari, neque binis comitiis, ut centuriatis, tributis quenquam magiſtratum creatum eſſe, ſe credere. ſed redeamus ad Rullum. Hic autem, inquit, bina & ipſe comitia attulit, tributa, quæ quia imperfecta habet, ſuſtuliſſe videtur, & curiata, quæ quia vos non initis vetuſtate obliterata, nulla appellari comitia poſſunt. Hoc autem fecit, quia videbat neminem injuſſu populi, aut plebis poteſtatem habere poſſe, populi quidem, centuriatis comitiis, plebis vero, tributis. ipſe autem quia centuriata non nominarat, tributa imperfecta adhibuerat, propterea curiata induxit, ut poteſtas decemvirum, quæ ſine comitiis ulla eſſe non poterat, his curiatis confirmaretur. Ex quo apparet, inquit, cum majores vobis

comitiorum poteſtatem reliq
ligionem & diligentiam. Vic

bis bina comitia reliquerint, hunc ne unam quidem comitiorum poteſtatem vobis reliquiſſe. quod & tributa imperfecta ſuſtulit, & curiata intermiſſa retulit. ex quo intelligi poteſt, quam ſit popularis. Attendendum eſt autem legi debere non: *Curiatis ea comitiis*: ut in impreſſis operarum vitio & incuria, ut puto, legitur, ſed: *Curiatis eam comitiis*. & rurſus ſtatim infra non: *Quæ vos non finitis*: ſed: *Quæ vos non initis*. Laured. *Tenetis* accipitur pro *retinetis*.

Centuriata & tributa] Ante lex curiata aut centuriata antecedebat, ſequebanturque comitia, quibus iterum judicabatur. ætate Ciceronis magiſtratus comitiis tributis aut centuriatis creabantur: comitia autem curiata ſequebantur: non ut olim antecedebant, & ad religionem tantum & auſpicium pertinebant: non ut olim ad deſignationem. *Turnebus.*

Ea quæ vos non finitis] Quæ vos confirmari non finitis curiatis comitiis. Nam curiatis comitiis Rullus non auſpicium tantum tribuit, ſed poteſtatem etiam decemvirum confirmat nullis comitiis deſignatorum, privato ſuffragiis populo. Quidam hic *initis*, legunt: quod jam populus non iniret comitia curiata: ſed ejus loco 30 lictores ...

lege decemviros habere poteſtatem non poſſe, quoniam per novem tribus eſſent conſtituti. Iubet ferre de his legem curiatam. Praetori imperat. quam id ipſum abſurde, nihil ad me attinet. jubet enim, QVI PRIMVS SIT PRAETOR FACTVS, EVM LEGEM CVRIATAM FERRE. SIN IS FERRE NON POSSET: QVI POSTREMVS SIT: ut aut luſiſſe in tantis rebus, aut profecto neſcio quid ſpectaſſe videatur. Verum hoc quod eſt aut ita perverſum, ut ridiculum, aut ita ma-

riatam ferri, prætori imperat, ut eam ferat. hoc autem abſurdum eſt, ut minor magiſtratus imperet majori. ſed hoc nihil ad me. hic eſt autem modus rejiciendæ quæſtionis infirmioris, &, *Jubet ferri* non *ferre* legendum. *Laured.*

Per novem tribus] Quoniam non eſſent juſtis comitiis creati, ſed majore populi parte ſuffragiis privata. *Turneb.*

Iubet ferre de his legem curiatam] Hæc eſt recepta lectio. ſed tamen vetuſtius impreſſi & Pall. ambo *centuriatam* omnino perſcripſerunt. *Gruter.* Sic & Pith. & Franc. liber.

Prætori imperat] Legem enim curiatam ferre Tribunus non poterat, propter auſpicium, quod nullum plebis eſt. *Turnebus.*

Abſurde] Abſurde enim jubet Rullus, qui imperet primo prætori ferre legem curiatam, ſin is ferre non poſſit, ei qui poſtremus factus ſit. Ineptum enim eſt a primo ad poſtremum tranſire, cum ad ſecundum debuerit. Id tamen fecerat, ut reor, Rullus, impetrans omnino prætoribus lationem legis curiatæ, ut ſi alii non poſſent, ſaltem poſtremus ferret. Qui peccaſſe Rullum cenſent, quod Prætori majori & patricio magiſtratui imperarit, & in eo a Cicerone reprehendi aberrant a ſententia. *Idem.*

Iubet enim, qui primus ſit prætor factus eum legem curiatam ferre, ſin is ferre non poſſet, qui poſtremus poſſet] Poſtremus autem prætor dicitur, qui extremo loco renunciatus eſt, quod poſtremis omnium competitorum legitima ſuffragia confecerit, de quo Cicero in oratione in toga: *Neſcis me prætorem primum eſſe factum, te conceſſione competitorum, & collatione centuriarum, & meo maxime beneficio, e poſtremo in tertium locum eſſe ſubvectum.* hoc ait, quia tot erant gradus renunciationis, quot erant prætores creandi, qui octo hoc tempore creabantur. quid autem in hoc Cicero Rullum reprehendit? vel impudentiam ejus, qui in rebus maximis luſerit, vel malitiam, qui fraudem verbis occultaverit. *Laured.*

Sin is ferre non poſſet] Magis placeret: *Sin is ferre non poſſit.* Idem. Erfurt. *ſi is ferre non poſſet.*

Luſiſſe] Ludere videtur qui ridicula dicit, ut qui inepta & abſurda loquitur: velut hic Rullus de primo & poſtremo prætore. *Turnebus.*

Verum hoc quod eſt aut ita perverſum] IV caput erat legis, quo jubebat, ut ſi lex curiata lata non eſſet, tum decemviri eodem jure eſſent, quo qui optima lege, quod ipſum deinceps reprehendit. Tranſit autem a ſuperiore ſermone ad hunc, uſus rejectione diſputationis, quam tractabat. dimittamus, inquit, hoc dictum ejus, quod vel ita perverſum eſt, ut riſum moveat, vel ita malitioſum, ut intelligi non poſſit. quid ſpectarit. *Laur.* In Erfurt. eſt *per verſum.*

Ita perverſum, ut ridiculum] Recte dictum eſt. nam auctore Ariſtotele in poëtica, quæ turpitudinem habent, ita tamen, ut dolorem non afferant, ea ridicula ſunt, ut deformis facies, ac diſtorta, doloris expers. *Idem.* *Perverſum*] Præpoſterum ac pravum, ſic a primo ad poſtremum tranſire. *Turn.*

bus antecellit, quiſquam
poteſtatem aſſequi poſſit
te legem curiatam ferr
permittas, ut ſine lege
quod haberent, ſi optim

Malitioſum] Sæpe enim calliditas & malitia latet & obſcura eſt, neque quid ſpectet, neque quo evadat videmus. *Turnebus.*

Ad religionem hominis revertamur] Id eſt, de ſuperſtitioſa ejus in ſcribenda lege diligentia agamus. Videt, inquit, ſine lege curiata decemviros agere nihil poſſe, ac propterea quaſi religioſe cavet, ut omnino a prætoribus feratur. quod ſi forte lata non erit. eorum tamen poteſtati ingenioſe cavit. Iubet enim ut ſint eodem jure, quo qui optima lege. *Laurd.* *Ad religionem*] Quam contempſit ſublata lege curiata. Nam ſi ea non ferretur, voluit tamen eodem jure ac poteſtate decemviros eſſe, ac ſi lata eſſet. *Turnebus.*

Lege curiata] Nam legis curiatæ auſpiciis permittitur in provincia exercitum habere, & cum poteſtate eſſe, & pro poteſtate & imperio in provincia agere quæ velis. *Idem.*

Eodem jure ſint quo qui optima lege] Formula eſt Romani juris : ſic in Philip. v. *Sit proprætor eo jure, quo qui optimo*

Reges conſtituuntur, non decemviri, Quirites: iique
ab his initiis fundamentiſque naſcuntur, ut non modo
cum gerere coeperint, ſed etiam cum conſtituentur,
omne veſtrum jus, poteſtas libertaſque tollatur. At 12
videte, quam diligenter retineat jus tribunitiae poteſtatis. Conſulibus legem curiatam ferentibus a tribunis plebis ſaepe eſt interceſſum. Neque tamen nos id querimur, eſſe hanc tribunorum plebis poteſtatem. tantummodo ſi quis ea poteſtate temere eſt uſus, exiſtimamus.
Hic

Reges conſtituuntur non decemviri, Quirites, &c.] Reges ſcilicet, non decemviros conſtitui, eoſque ab iis fundamentis naſci, ut non modo cum gerere cœperint, ſed cum conſtituentur, omne jus, poteſtas, & libertas populi tollatur. fundamenta autem vocat, legem quæ pleniſſimum eis jus concedit. Ius porro commune eſt poteſtati & libertati. poteſtas eſt, quatenus populus imperat gentibus, libertas, quatenus nemini paret, niſi legibus. aſperior oratio in everſionem libertatis eſt τραχύτητος. aſſeveratio τῆς σεμνότητος, membra, & clauſulæ longiores τῆς ἀκμῆς. Laured.

Naſcuntur] Sic Rulli lege creantur, ut veſtrum jus veſtraque libertas imminuatur. *Turnebus.*

At videte, quam diligenter retineat jus tribunicia poteſtatis] Reprehendit aliam Rulli cautionem. Vetabat enim quenquam prætori legem curiatam ferenti intercedere. quod & ipſum iniquum eſſe oſtendit, primum, quia minuit tribuniciam poteſtatem, deinde, quia impudenter, ſi interceſſum fuerit, eandem poteſtatem inſtituit, quam, niſi interceſſum eſſet; ut ergo, inquit, hic retineat jus tribuniciæ poteſtatis attendite. *Laured.*

Legem curiatam ferentibus] De imperio ſuo ferentibus curiatam legem: ut in Ciliciam profecturus Appius Conſul, Lentuli ſucceſſor. Quod autem legem curiatam tollebat Rullus, excuſari poterat. Multi enim cenſebant eam non eſſe neceſſariam. Proinde in epiſtolis Ciceronis ſic ſcribitur de Appio, *Legemque curiatam Conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe: ſe quoniam ex Senatusconſulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quo ad in urbem introiſſet.* Turnebus.

Tantummodo ſi quis ea poteſtate temere eſt uſus, aſtimamus] Quanquam in hac voce mendum latere arbitror. Interceſſio autem, quæ propria fuit tribunorum plebis, quippe qui ad id creati eſſent, ut interceſſionibus ſuis conſulares actiones impedirent, nihil erat aliud, quam cum tribuni pl. hac voce, *veto*, erant impedimento, ne quid in rep. fieret. qua de voce ſic Livius lib. VI. *Bene habet quandoquidem tantum interceſſionem pollere placet. iſto ipſo telo tutabimur plebem, agite dum, comitia indicite patres tribunis militum creandis. Faxo, ut juvet vox iſta, Veto, qua nunc concinentes collegas noſtros tam læti auditis.* Intercedere autem alii etiam magiſtratus poterant, aut collega collegæ, aut major minori. *Laured.* *Tantummodo, ſi quis ea poteſtate, &c.*] Quidam deeſſe putat, *reprehendendum*, ante, *exiſtimamus*, aut quippiam tale, ut ita legatur, *tantummodo, ſi quis ea poteſtate temere eſt uſus, reprehendendum exiſtimamus.* Ego nihil deeſſe puto. nam, exiſtimamus, hoc loco valet, judicamus, cenſemus, ſtatuimus, ὑπολαμβάνομεν, κρίνομεν. Lambinus. *Tantummodo ſi quis ea poteſtate temere eſt uſus exiſtimamus*] Pantagathus pro *exiſtimamus*, quod verbum non video quem hic ſenſum habeat, emendavit *exaſtuamus*, optima ſententia. *F. Urſinus.*

Hic

Hic tribunus plebis legi curiata] Sic enim legendum puto, non *lege curiata*, ut in impreſſis libris legitur. *Lauredan.* *Curiata*] Legendum eſt fortaſſe, *Hic tribunis plebis legi curiata, quam Prætor ferat*: vel, *Hic tribunus plebis legi curiata.* Vetabat enim Rullus, ut mox dicit Cicero intercedere. Quod ſi quis legat, *Hic tribunus plebis lege curiata*, ſenſus erit. Rullus lege ſua curiata tollit interceſſionem, cum intercedere vetet, cum ea feretur. quæ ſententia ſane idonea eſt. *Turnebus.* *Hic tribunus plebis legi curiata*] Sic legendum eſt, ut recte conjicit Lauredanus. *Lambinus.*

Quam Prætor ferat, ademit intercedendi poteſtatem] Laudat autem hanc tribunorum pl. adverſus conſulares actiones poteſtatem, ut plebis auribus, cujus magiſtratus erat tribunatus, blandiatur. *Lauredanus.*

Atque hoc cum in eo reprehendendum eſt, quod per trib. &c.] Cum hoc inquit in eo reprehendendum eſt, ut iniquum, quod tribuniciam poteſtatem tribunus pl. imminuit, tum in eo deridendum, ut abſurdum, quod conſuli, ſi legem curiatam non habet, rem militarem attingere non licet, hic qui interceſſionem adimit, tamen poteſtatem eandem, ſi interceſſum fuerit, conſtituit, quam ſi lata lex eſſet. optima enim lege eos eſſe jubet. ex quo imprudentiam ejus, qui interceſſionem ſuſtulerit, colligit. Nam ſi interceſſio legem impedire non poteſt, cur aut ipſe eam adimit, aut quenquam tam ſtultum futurum putar

licitum eſſet legem
rum eſſe cum colle
curiata non eſſet,
ga, tibique ſucceſſu
conſuli ferre opus e
quoniam ex S. C. pr
Cornelia imperium
urbem introiiſſet. ſ
te non decedere, quo
ſuccedatur. Ergo le
perium iis, qui p
lex Cornelia jubeb
decreta provincia e
beret, quoad in urb
Appius, ſi legem
poſſet, uſurum ſe le
ficio profitebatur,
imperium iis, qui p
haberent, eſt auten
quit Cicero in Phil.
militaris adminiſtrari
bellum geri non pote

Rem militarem]
docui, lex curiata re
tinet, propter auſpici
& quia militiæ ſumi
erant Conſules: quo
urbe. *Turnebus.*

Huic, cui] Legend
cui vetat intercedi, pot
intercedere, poteſtatem.
vetat, intercedendi pote
cunt ab hac ſcriptura
recentiores tamen,
cedendi poteſtatem &c
qui vetat intercedere, po

tem, etiam ſi interceſſum ſit, tamen eandem conſtituit, quam, ſi lata eſſet lex: ut non intelligam, quare aut hic vetet intercedere, aut quemquam interceſſurum putet, cum interceſſio ſtultitiam interceſſoris ſignificatura ſit, non rem impeditura. Sint igitur decemviri neque veris comitiis, hoc eſt, populi ſuffragiis, neque illis ad ſpeciem atque ad uſurpationem vetuſtatis per

intercedere, poteſtatem, etiamſi interceſſum ſit, tamen eandem conſtituit. Si ex libris hæc ſcriptura fuerit deprompta, nihil illa melius & liquidius. *Hic*, ſane & *qui* ex Victoriana omnino reponendum duximus, cum ex vulgatis *huic* & *cui* nullam ſententiam commodam vel fidiculis extorqueas. Quid autem ſenſerit Tullius, jam oſtendit Lauredanus. *Grævius.*

Vetet intercedere] Cum ſine lege eandem tribuet poteſtatem, & interceſſio nihil profutura ſit. *Turnebus.*

Sint igitur decemviri neque veris comitiis] Hactenus de creandis decemviris, reſtat, ut dicat de ornandis. ornamenta autem erant pullarii, quinquennalis poteſtas, apparitores, ſcribæ, librarii, præcones, architecti, muli, tabernacula, ſuppellex, pecunia ex ærario, & a ſociis, janitores, & ſtipatores. Ad hanc autem diſputationem tranſit, per conceſſionem, concedit enim ea, quæ dixit. *Laured.* *Neque veris comitiis*] Non juſtis comitiis inſtituti, qualia vel tributa ſunt, vel centuriata. Nam minor pars populi ad ſuffragium vocatur, non univerſus populus. *Turneb.*

Neque illis] Curiatis, quæ ſimilitudinem & ſpeciem comitiorum habent: comitia tamen vere non ſunt, cum pro triginta populi urbani curiis, ætate Ciceronis triginta curiarum lictores adhiberentur. *Idem.*

Neque illis ad ſpeciem, atque ad uſurpationem vetuſtatis per XXX lictores auſpiciorum cauſa adumbratis, conſtituti] Quod tertio. ſignificat autem tributa, & curiata comitia, quorum illa vera eſſe negat, quia major pars populi ſuffragiis ſpoliata erat, hæc, quia non ſolum a XXX curiis, ut quondam, ſed ne a triginta quidem curiarum lictoribus auſpiciorum cauſa ad uſurpandam libertatem habeantur. quod autem hoc ſit, & ſi obſcurum eſt, tamen in tantis antiquitatis tenebris, quod illuſtrare hanc ſententiam poſſit, aliquid excogitabimus. Etenim cum Gellius auctor ſit, curiata comitia olim per lictorem curiatim calata fuiſſe, facile ſuſpicari poſſumus, longo temporis intervallo eveniſſe, ut cum curiæ a ſingulis lictoribus more majorum vocatæ non venirent, XXX ipſi lictores, qui eas vocaverant, pro curiis, ad ſpeciem vetuſtatis, ut auſpicia, quæ in eis habendis obſervari licebant, retinerentur, ſuffragia iniſſe, maxime in lege curiata de imperio ferenda. Cicero autem cum ſtomacho concedit non ſolum non a curiis, ſed ne a lictoribus quidem decemviros conſtitutos eſſe. multa autem ejuſmodi alia continuandæ antiquitatis cauſa a Romanis facta, nemo, qui paullulum in hiſtoriæ Romanæ lectione temporis poſuerit, ignorat, ut de vexillo, quod centuriatis comitiis in Ianiculo tantum *ὁσίας ἕνεκα*, id eſt, ut Latini loquuntur, *dicis cauſa* ponebatur. Auſpicia porro quanquam proprie ſumptas ex avibus divinationes ſignificant, tamen latius etiam patent, atque alia auguralis diſciplinæ ſigna complectuntur. ut ex cælo, ut ſoricis occentum, & morbum Herculeum, quo quis correptus in comitiis eſſet. Curiata autem comitia niſi captatis ante auſpiciis haberi non poterant. Captare autem auſpicia erat ex his auguralis diſciplinæ ſignis Iovis voluntatem interpretari. De ornamentis porro decemvirum ita agit. iniquum eſt, decemviros majoribus ornamentis affici, quam conſules. etenim decemviri nullam a populo poteſtatem acceperunt, con-

per xxx lictores auſpiciorum cauſa adumbratis conſtituti. Videte nunc eos, qui a vobis nihil poteſtatis acceperint, quanto majoribus ornamentis afficiat, quam omnes nos affecti ſumus, quibus vos ampliſſimas poteſtates dediſtis. Iubet auſpicia coloniarum deducendarum cauſa

conſules ſummam, atqui lege Servilia decemviri majoribus afficiuntur ornamentis, ergo iniqua. aſſumptionem a diſtributione partium probat. *Laured.*

Vſurpationem] Retentionem quandam veteris conſuetudinis, ne in deſuetudinem abeat: quamquam olim curiæ ipſæ ad ſuffragium vocabantur. *Turnebus.*

xxx *Lictores*] Curiæ ſingulæ ſuum lictorem habebant. *Idem.*

Adumbratis] Adſimulatis. Non enim vera comitia ſunt, ut ætate regum. *Idem.*

A vobis] Vos enim ſuffragiis privat Rullus. *Idem.*

Iubet auſpicii coloniarum deducendarum cauſa decemviros habere pullarios, eodem jure, inquit, quo habuerunt tresviri lege Sempronia] Qui ſint autem pullarii, dubium non eſt. Etenim ex avibus tria auſpiciorum genera captabantur, ex occentu, ex volatu, & ex tripudio. Tripudium autem augurium accipiebatur ex pullis gallinaceis, quos in cavea incluſos aſſervabant pullarii, quibus eductis paſtus objiciebatur, tumque ex paſcendi ratione augurium capiebat pullarius, idque ad magiſtratum deferebat eum, a quo juſſus erat captare augurium. Cicero lib. II de divin. *Attulit in cavea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius.* Livius lib. 9. *Papirius pullarium in auſpicium mittit. cum pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus tripudium ſoliſtimum conſuli nunciavit.* Legem porro Semproniam a Ti. Graccho agrariam latam intelligit, qui cum triumviros agris dandis conſtituiſſet, pullarios eis adjunxit. Aſtute autem & callide Cicero jus pullariorum non reprehendit, ne Semproniam legem populo jucundiſſimam vituperare videatur. Rullum inſectatur, qui legem Semproniam audeat nominare multo ſua juſtiorem, quippe qua triumviri non a 17 tribubus, ſed a 35 creati ſint, hanc figuram vocat Lupus ἀνάκλασιν, nimirum cum id, quod ab altero dictum eſt, non in eam ſententiam, qua intelligitur, ſed in aliam, aut in contrariam accipitur, cui interrogationem cum indignatione adjecit. *Laured.*

Auſpicii coloniarum] Quod uſitatum erat & moribus receptum, in invidiam vocat. Nam magiſtratibus urbanis non dabantur pullarii, cum publicis uterentur: ſed iis, qui cum imperio aut poteſtate in provinciam aut bellum ibant. Et quod nunc reprehendit, ſi Rullus prætermiſiſſet, etiam culpaſſet. Itaque Papirius dictator ſecum pullarium habet. Livius, *Namque Papirius dictator a pullario monitus, cum ad auſpicium repetendum Romam proficiſceretur.* Iterum, *Quibus Papirius ait, auſpicia ſecunda eſſe Tarentini pullarius nunciat.* Pullarium etiam habuit Appius pulcher, qui pullos demergi juſſit, quod eſſe nollent, pulcherrimamque populi Romani claſſem contemptis auſpiciis perdidit. *Pullarius* autem erat, qui pullis e cavea eductis, objectaque eis offa auſpicabatur. Nam eo auſpicii genere Romani plurimum utebantur. *Turnebus.*

Iubet auſpicii deducendarum coloniarum cauſa, &c.] Sic legendum eſt, & ita libri omnes habent: quod eo admonui, quod olim vox, *auſpicii*, in noſtra editione omiſſa fuit. *Lambinus.*

Iubet auſpicii coloniarum, &c.] Pall. & ultimæ ætatis editiones, *auſpicia* quod revocari poterat, introducta alia diſtinctione vocum. *Gruterus.* Erfurt. & Francii etiam & ed. anni 1489, *jubet auſpicia.* Scripſit Cicero, mea ſententia: *Iubet ad auſpicia coloniarum deducendarum decemviros habere pullarios. Auſpicii* ſane non video ut poſſis tueri, niſi *cauſſa* reſpiciat & *auſpicii*, & *coloniarum*, quod non probabunt Tullianæ caſtitatis deliciis imbutæ aures. *Gravius.*

Tres-

uſa decemviros habere pullarios. EODEM IVRE, in-
iit, QVO HABVERVNT TRESVIRI LEGE SEM-
RONIA. Audes etiam, Rulle, mentionem facere le-
.s Semproniae? nec te ea lex ipſa commonet, treſviros
.os xxxv tribuum ſuffragio eſſe creatos? Et, cum tu a
i. Gracchi aequitate ac pudore longiſſime remotus ſis:
quod diſſimillima ratione factum ſit, eodem jure pu-
s eſſe oportere? Dat praeterea poteſtatem, verbo 13
'aetoriam, re vera regiam: definit in quinquennium,
cit ſempiternam. tantis enim confirmat opibus &
›piis, ut invitis eripi nullo modo poſſit. deinde ornat
›paritoribus, ſcribis, librariis, praeconibus, architectis:
prae-

Treſviri] *Triumviri* vetus liber. 'V-
mque lectionem tueri poſſumus: ve-
is tamen libri receptior eſt. In pulla-
; nihil fere cum haberet, niſi quod
nium ornabantur decemviri, ex lege
npronia reprehenſiones quæſivit,
ım nominarat Rullus, & cujus exem-
ım ſequi voluerat. *Turnebus.* Erfurt.
:*viri.* Sic veteres ſcripſiſſe Ciceronis
endit epiſtola ad Trebatium, quæ eſt
. VII, 14: *Treviros vites cenſeo. audio
itales eſſe, mallem auro, ære, argento
nt.* Grævius.

Æquitate] Qui tanta æquitate fuit,
univerſo populo jus ſuffragii ſervave-
, non ut tu imminuerit. *Turneb.*

*Dat praterea poteſtatem verbo prato-
m*] Alterum decemviralis provinciæ
ıamentum erat poteſtas prætoria in
inquennium, quorum utrumque ar-
ıt Cicero. nam verbo prætoriam fu-
am, revera regiam, verbo in quin-
ennium conſtitui, revera in perpe-
ım. ſignum hujus rei affert, quod
ıtis eam confirmat opibus & copiis,
invitis illis eripi nullo modo poſſit,
ibus quidem, pecunia, copiis, exer-
ı, ut paulo poſt. *Laured.* *Pratoriam*]
ım eos imperio prætorio conſtitue-
:. *Turnebus.*

Regiam] Pluſquam conſularem. *Id.*

Apparitoribus] Apparere enim ma-
ltratui, eſt operam ei ſuam accom-
ıdare, ut de C. Flavio, qui ſcriptum
faciebat, dixit Piſo apud Gellium, *cum
appareret ædilibus.* Laured. *Apparito-
ribus*] Sic vocantur, qui magiſtratui
apparent: ut viatores, accenſi, lictores.
His, qui in provincias ibant, apparito-
res & ſcribæ dari ſolebant. *Turneb.*

Scribis, librariis] Horum ordo actis
publicis ſcribendis occupatus erat, ut
librarii privatis. *Lauredan.* *Librariis*]
Qui acta ſcribebant, libros rationum &
aliarum rerum conficiebant, parebant-
que magiſtratui & ſcribis tanquam ὑπο-
γραφεῖς quidam. *Turneb.* *Scribis, li-
brariis*] Libenter legerem ſine inter-
punctione *ſcribis librariis*, quomodo in
antiquis monumentis notatum anim-
adverti. *F. Urſinus.*

Praconibus] Qui edicta decemvirum
pronunciarent; qui auctionem facerent.
Lauredanus.

Architectis] Qui locum caſtris cape-
rent, ac caſtra communia præſcribe-
rent. *Idem.* *Architectis*] Ad metien-
dum, aſſignandum agrum, oppida con-
denda, in coloniarum deductione: par-
tim enim hic fungentur vero architecti
munere, partim ejus, qui γεωδαίτης,
id eſt agrimenſor dicitur. *Turneb.* *Pra-
conibus, architectis*] Guilielmius fere
volebat *accenſis*, quod non reperiret *ar-
chitectos* in magiſtratuum miniſtris; niſi
tamen his coloniarum cauſa attributi
ſint. *Gruterus.* Accenſi an non ſunt
inter *apparitores?* Grævius.

Mulis]

ſum Romæ in quæſtu reliquiſti? Turneb.

Tabernaculis] In quibus ne ſub dio eſſent, verſarentur, dum in caſtris eſſent. De his ſic Livius lib. 42. *Magiſtratus mulis, tabernaculiſque, & omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis.* Sic Suetonius: *Auguſtus inſtituit, ut proconſulibus ad mulos, & tabernacula, quæ publice locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur. Centuriis*, cum addit. quid velit non intelligo. ſunt qui *tentoriis* pro *centuriis* legant, quod non probo, cum dixerit paulo ante, *tabernaculis*, quæ tabernacula dari a ſenatu ſolita oſtendit Plutarchus in Ti. Graccho, cui tamen in triumvirali provincia tabernaculum negaſſe ſcribit lege ejus offenſum. Huic autem loco ſimilis eſt alter Capitolini in vita Alexandri. *Alexander*, inquit, *exemplo veterum & argento, & neceſſariis magiſtratus, quos in provincias mittebat, inſtruebat, ita ut præſides provinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos, & ſi uxores non haberent, ſingulas concubinas, quod ſine iis eſſe non poſſent, redditurі depoſita adminiſtratione mulos, equos, muliones, & coquos. cætera ſibi habituri, ſi bene egiſſent; in quadruplum redditurі, ſi male.* Laured.

Centuriis] Puto legendum *tentoriis*. Tabernacula ex tabulis erant, tentoria ex pellibus ...

gunt
ribus
non
men
quod
lectil
appo
Cato
cœlo
Su
a ſoci
ciaru
vincia
unde
in Cil
hanc
viro t
δὲ εἰς
ξαντε
Magn
Roma
fortun
cemvi
cus, q
me, δ
pro iſta
Iani
nos ſing
tate n
tem re
co, qu
tate m
equeſtri
manos

tores corporis conſtituit: eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. Formam adhuc habetis, Quirites, & ſpeciem ipſam

ſum Cicero ut legem in invidiam & odium vocaret, janitores & ſtipatores nominavit. *Turneb.* *Ianitores ex equeſtri loco ducentos*] Ita habent vulgati omnes libri, & male: an equites munus ſervile, libertinumve obirent; Ant. Auguſtinus rectiſſime ex inferioribus locis *finitores* emendavit, quorum officium & honeſtum erat, & decemviris agris dandis attribuendiſque pernecеſſarium. *F. Urſinus.* Non probo Auguſtini conjecturam, *ſtipatores corporis* invidioſe dixit *janitores.* Per ſtipatores autem intelligi puto cohortem prætoriam, quæ ſic appellari non poterat, quia decemviri non dicebantur prætores. *Grav.*

Formam adhuc habetis Quirites, & ſpeciem ipſam tyrannorum] Dixit de ornamentis decemvirum lege Servilia conceſſis, nunc de eorum poteſtate dicturus, utramque diſputationem ita conjungit, ut & ex inſignibus, & ex poteſtate data intolerandam eorum tyrannidem conſtitui dicat. *Videtis*, inquit, *ex iis, quæ dixi, formam tyrannorum, id eſt inſignia veteris poteſtatis, quibus fortaſſe uſus eſt Romæ, vel Superbus rex, vel in aliis veteribus rebus publicis alii, nondum ipſam poteſtatem tyrannorum.* Et quia aliquis dicere poterat, ſe his poteſtatis inſignibus non offendi, ſcriba, lictore, præcone, pullario, occurrit eorum quæſtioni, atque oſtendit hæc inſignia non eſſe, etiam ſi poteſtas nulla ſubeſſet, nam ſunt hæc omnia ejuſmodi, ut qui hæc ſine ſuffragiis populi habeat, aut privatus furioſus, aut rex ſit non ferendus; quod ſi poteſtas, quanta data ſit, cognoſcatur, profecto apparebit, eos non inſanos privatos, ſed reges intolerandos eſſe. in hac autem quæſtione proponenda, atque ſolvenda uſus eſt προκαταλήψει, ὑποφορᾷ, & ἀνθυποφορᾷ. Quod autem vulgo ſcriptum eſt *inſignia veſtris*, nonnulli libri antiq. habent, *Inſignia habetis*, in quibus fortaſſe non abſurde verbum *habetis* geminatur: verumtamen in iis orationum libris, quos Paulus Manutius longe emendatiores quam unquam antea duos ab hinc annos edidit, legitur, *inſignia videtis.* Laured. *Formam*] Forma eſt ad cujus exemplum pingitur, fingitur, ædificatur, aut opus aliquod fit. Nos vulgo *protretum* dicimus: unde Cicero ſcripſit, *Videre formam, & ex ea quale ædificium futurum ſit cognoſcere.* Et Flaccus, *Si ſcalpra & formas non ſutor.* Formis enim ad calceos faciendos utuntur. *Turnebus.* Quid *forma* & *ſpecies* tyrannorum ſit, non forte norunt omnes. *Forma* eſt delineatio futuri ædificii ab architecto facta, ut bene Turnebus. Sueton. Iul. 31: *Formam, qua ludum gladiatorium erat ædificaturus, conſideravit.* Dein ad homines transfertur, & dicitur ſic externus ille appartus, unde poſſit videri, quam quis homo gerat dignitatem, ut forma Conſulatus, faſces ſunt, & lictores, ac toga prætexta. Sic hic inſignia illa tyrannidis, unde cognoſci poterat, *formam tyrannorum* vocat. Sic & *ſpecies* eſt externa pompa, unde noſcebatur, Rex, Princeps, Conſul, ac magiſtratus. Sueton. Tib. 25: *Principatum quamvis neque occupare confeſtim, neque agere dubitaſſet, & ſtatione militum, hoc eſt vi & ſpecie dominationis aſſumta, diu tamen recuſavit impudentiſſimo mimo?* Stationem militum vocat vim hoc eſt poteſtatem & *ſpeciem dominationis*, quod eſt externum inſigne, unde certo intelligebatur, illum eſſe dominum Romani populi. Nemini enim niſi Imperatori licebat habere ſtationem militum. Sic & Calig. 22: *Nec multum abfuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque principatus in regni formam converteret.* *Species principatus*, dicuntur illa ornamenta, quibus utebantur & inſigniebantur Principes ſeu Imperatores Romani, *forma regni* ſeu *ſpecies regni* eſt diadema, quod proprium Regum erat inſigne, non Principum. Vides hic quoque *formam* & *ſpeciem* pro ſynonymis haberi. Ipſe in ſequentibus oſtendit, quid ſit *forma & ſpecies tyrannidis*, nimirum *inſignia poteſtatis.* Grævius.

torum inſaniam, ſed intoler[...]
tis. Primum permittitur inſ[...]
bilis pecuniae conficiendae
non fruendis, ſed alienandis:
gentiumque omnium datur

Inſignia videtis poteſtatis] Eſt a Pall. ab Erfurd. imo ab olim impreſſis. poſteriores enim, *veteris*. Gruterus.

Sine veſtris ſuffragiis] Fatetur iſta uſitata eſſe & tralatitia: quæque, ut dixi, ſoleant tribui vulgo magiſtratibus provincialibus: tamen exagitat quod ſine ſuffragio populi, & ſine legitimis comitiis iſta tribuantur: ut qui habeat, aut regnare, aut inſanire videatur. *Turnebus*.

Non privatorum inſaniam, ſed intolerantiam regis] Malim *Regum*, quæ vox in omnibus, quos inſpexi libris manuſcriptis invenitur, ut reſpondeat voci, *privatorum*. Laured. *Intolerantiam regis*] Melius liber ſcriptus, *ſed intolerantium regum*. antecedit enim privatorum. Intolerantia eſt, cum quis ita ſe inſolenter gerit, ut ferri non debeat. Nam paulo ante in hac re dixit, regem non ferendum. quod quidem intolerantiam explicat. *Turnebus*. Cum *regum* clare legatur in Erfurt. & Francii libro, ut in ſuis ſe vidiſſe teſtantur Lauredanus & Turnebus non cunctatus ſum, id recipere. *Gravius*.

de[...] ma[...] dis. per[...] enim[...] fere[...] & v[...] P[...] eſt[...] divi[...] vinc[...] *ſi a*[...] *ſo*, [...] *piſſe*[...] Con[...] redig[...] cere. N[...] Albu[...] galib[...] *Idem*[...] C[...] iis, [...] tame[...] urbe[...] cibus[...] niſi[...]

poena ſine provocatione, animadverſio ſine auxilio. judicare per quinquennium vel de conſulibus, vel de ipſis tribunis pl. poterunt. de illis interea nemo judicabit. magiſtratus his gerere licebit, cauſam dicere non licebit: emere agros a quibus volent, vel quos volent, quam volent magno poterunt: colonias deducere novas, re-

Pœna ſine provocatione] Cum tamen conſulibus in urbe in quenquam animadvertere non liceat, ſi is ad populum provocarit. *Laured.* *Provocatione*] At Romæ ſi quis damnatus eſt, ad populum provocat. *Turnebus.*

Animadverſio ſine auxilio] Cum tamen tribuni pl. in urbe de nullo ſumere ſupplicium poſſint, ſi collegæ interceſſerint, atque reo auxilio fuerint. Itaque cum Labeo tribunus pl. Metellum e ſaxo dejicere vellet, collegæ auxilio fuerunt, ne dejiceret. Quæ ergo nec cenſoribus, nec prætoribus, nec imperatoribus, nec conſulibus, nec tribunis pl. poteſtas data eſt, ea decemviris permiſſa eſt. ſequitur altera ratio amplificationis a conſequentibus hujus poteſtatis incommodis. *Laured.* *Sine auxilio*] Romæ licet appellate Tribunos, ſi magiſtratus in aliquem pro imperio animadvertere velit, præſtoque eſt auxilium Tribunitium. *Turnebus.*

Iudicare per quinquennium] Quod populo gravius eſt. *Laured.*

De illis interea nemo judicabit] Quod nimis intolerandæ audaciæ eſt. *Idem.* *Nemo judicabit*] Summum enim eſt eis tributum Imperium, cum alioqui, qui in magiſtratu ſunt, vel reipubl. cauſa abſunt, rei fieri nequeant. *Turn.*

Magiſtratus his gerere licebit] Magiſtratus gerere poterunt, cauſſam dicere, id eſt rationem magiſtratus reddere cogi non poterunt. quibus verbis poteſtas quædam regia nullis adſtricta legibus informatur. Perſequitur deinceps reliquas decemviralis poteſtatis partes. *Lauredanus.*

Cauſam dicere] Quod in magiſtratu ſunt, & reipub. cauſa abſunt. Pro, *magiſtratus his gerere licebit*, vetus liber, *magiſtratus his petere*, habet. Quod tametſi non probo: tamen hanc habet ſententiam: Interea dum ſunt in decemviratu, petere poterunt magiſtratus: ut quinquennio exacto, eos adipiſcantur, ne cauſam dicant privati. Dicit autem cauſam, qui in judicium vocatur & defendere ſe cogitur. *Turnebus.* In Erfurt. eſt etiam *petere.*

Emere agros a quibus volent, quos volent, quam magno volent poterunt] Egregie. ad hoc enim poteſtas vendendorum vectigalium, & pecuniæ conficiendæ conceſſa eſt, ut ea pecunia agri emantur. *Laured.*

Colonias deducere novas, renovare veteres, totam Italiam ſuis coloniis ut complere liceat, permittere] Recte. in hunc enim uſum agri emuntur, ut eo coloniæ deducantur. Atque his quidem quatuor capitibus tota poteſtas decemviralis continetur. pecunia ex vectigalibus alienandis conficienda, ſummo judicandi jure, agris emendis, coloniis deducendis, atque his omnibus pro arbitrio faciendis. quæ res ſequentibus legis capitibus confirmantur. Addit aliud, quod primi capitis eſſe pars videtur, id eſt ſummam poteſtatem in univerſum orbem terrarum. is enim in provincias, liberos populos, & regna dividitur. provinciæ populo Romano parent, liberi populi legibus, regna regibus. promittitur autem eis ut provincias obeant, liberos populos agris multent, regna etiam dent. neque enim hoc loco probare poſſum lectionem illam, quam Camerarius intulit, qui pro *regnorum vel dandorum*, reponit *agrorum vendendorum.* neque enim amplificationis hujus gradus animadvertit, quæ a provinciis ad liberos populos, ab his ad regna progreditur. neque Ciceronis ſententiam, qui ſupra etiam dixit, decemvi-

orbis terrarum denique dominos eſſe conſtitutos. quanquam ſi in veteribus libris invenirem, *vendendorum*, magis probarem. Ægyptum enim ſignificat, de qua paulo poſt dicet: Ergo idem ex ſua lege vendet Alexandriam, vendet Ægyptum. *Laured.*

Renovare veteres] In eas urbes, in quas aliquando coloni deducti ſunt, rurſum deducent: ut Iulius Cæſ. Carthaginem deduxit, cum ante eum Gracchus deduxiſſet: & poſt eum tertio deduxit Auguſtus. *Turnebus.*

Suis coloniis] Liber vetus, *ſuis coloniis.* Idem.

Liberos populos] In liberos populos plerumque iniquiores erant Romani magiſtratus, eorumque jura imminuebant, etiam Senatus aliquando libertatem, quam dederat, ademit. Cicero lib. 3. offic. *Non igitur utilis illa L. Philippi Q. F. ſententia: quas civitates L. Sulla pecunia accepta S. C. liberaviſſet: ut ea rurſum vectigales eſſent, neque his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus.* Idem.

Regnorum vel dandorum] Veneti *agrorum.* Mihi non diſplicet, *agrorum vendendorum ſumma poteſtas datur.* Camerar.

Regnorum vel dandorum] Etiam regnorum eis dandorum poteſtas erit. Sic in oratione pro Milone conqueritur regna dediſſe & ademiſſe Clodium. *Turnel.*

Regnorum vendendorum] Nunc eden

vend
nocet
bat ta
ſic qu
regna
poſtre
rint, c
Erſun
tuent
quod
cemvi
illa po
Iulius
cap. 5.
ut qui
torum
Vereo
Videtu
dandor
Erſuit.
Cum
dum ſi
que en
ſint,
rium h
autem
judiciu
ta pot
moda
ſit] C
rem,
dum er
Vetuſte
Terent

de conſiliis abducant, quos velint: ſinguli de maximis rebus judicent: quaeſtori permittant: finitorem mittant: ratum ſit, quod finitor uni illi, a quo miſſus erit, renuntiaverit. Verbum mihi deeſt, Qui- 14
rites, cum ego hanc poteſtatem regiam appello. ſed profecto major eſt quaedam. Nullum enim regnum fuit umquam, quod non, ſi minus jure aliquo, at re-

maximis judicarint, omnia ad ſe prætoris, & quæſitoris, & judicum munera tranſtulerint. Iudicia autem publica erant, ut repetundarum. ambitus, majeſtatis, peculatus, quibus exercendis ſinguli fere prætores attributi erant, ita ut judices ſortirentur, & ſubſortirentur, ac cogerentur. reliqua autem fere, quæ ad cauſſæ cognitionem pertinebant, judex quæſtionis, qui unus fere erat ex judicibus ſorte lectus, qui & quæſitor dicebatur, peragebat. Pædianus. *Laured.* *Diſſolvant judicia*] Iudicia publica ſunt, quæ criminalia vocamus, quæ a quæſitoribus exercebantur Romæ. Diſſolvent autem judicia publica, cum ipſi de publicis quæſtionibus cognoſcere volent, adempta prætoribus Romanis cognitione. *Turneb.*

De conſiliis abducant] Ambigue eſt locutus. Nam & abducit de conſiliis, qui de judicum decuriis aliquem abducit: quæ res judicia diſſolvit, cum quæſitor ad numerum judices non habeat, nonnullis abductis. Nam conſilia cœtus ſunt, & decuriæ judicum. Abducit etiam de conſiliis, qui judicibus reos adimit, ut ipſe cognoſcat, quem ſenſum potius ſequor. *Idem.*

Singuli] Sine conſilio, ſine judicibus: cum Prætores Romæ decurias judicum in conſilio habeant. *Idem.*

Quæſtori permittant, finitorem mittant, ratum ſit, quod finitor uni illi, a quo miſſus erit, renuntiaverit] Significat autem decemviros ipſos Romæ judicia publica pro arbitratu tractaturos, agrariam rationem per quæſtorem interea, ac per finitorem adminiſtraturos. Fuiſſe enim opus quæſtoribus in vendendis agris docet Higenus, & Flaccus, qui quæſtorios agros dictos ſcribunt, quos ex hoſte captos populus Romanus per quæſtores vendidit. decemviris ergo parebant quæſtores, decemviris & quæſtoribus finitores, qui erant agri menſores. Extremo loco ponitur amplificatio in nomine. *Laured.* *Quæſtori*] Etiam judicium delegent, ſi cognoſcere ipſi graventur, mandentque cognitionem Quæſtori ſuo. Quæſtor autem magiſtratibus dabatur. *Turnebus.*

Finitorem] Interdum ne Quæſtori quidem mandent, ſed ſine judicio finitorem mittant, cujus arbitrio privatum, aut publicum agrum pronuncient. Finitores, inquit Nonius, dicebantur, quos nunc agrimenſores dicimus, ſic dicti quod fines dividerent, adfertque Plauti ex Pænuli prologo auctoritatem, ut id probet. *Idem.*

Verbum mihi deeſt, Quirites] Sibi deeſſe verbum affirmans quo infinitam hanc regiam poteſtatem ſignificet, etenim majorem eſſe, quam regiam. nam regna ſi non jure aliquo, ac certe regionibus certis continentur. ut Macedonicum quidem Macedoniæ, Ægyptium Ægypti finibus, at decemvirale regnum nullis regionum terminis circumſcriptum eſt, quod & regna omnia, & Romanum imperium latiſſimum, & ea quæ a populo Rom. partim libera, partim ei ignorata ſunt, comprehendat. Hujus amplificationis figura eſt, quæ a Græcis ditur ἀπορία. qua utitur etiam in orat. de ſuppliciis: *Verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt.* & in Philip. 14. *Hæc a quibus timebantur, eos hoſtes appellare dubitamus; gravius ſi quis attulerit nomen, libenter aſſentiar.* Laured.

Iure aliquo] Nam nonnulli reges omnia ſibi pro poteſtate licere putant in ſuorum bona & fortunas, etiam ſe in

 eos

…aut, nominatim in lege perſcrit…

eos necis & vitæ habere poteſtatem putant: alii tamen ſe certo quodam jure continent. *Turnebus.*

Regionibus tamen] Finibus ſui regni: cum poteſtas decemviralis ne imperii quidem Romani, quod ampliſſimum eſt, contineatur: ſed extra imperium in alia regna, ut in Ægyptum, excurrat. *Id.*

Libera a vobis] Dixit liberos populos, qui a Romano tributo erant immunes. *Laured.*

Ignorata vobis] Eas regiones ſignificat, ad quas nondum arma Romana pervenerant, quales ad ſeptentrionem tum multæ erant. ſic enim amplificatur regnum decemvirale, quo reges alii, Romanum imperium, liberæ nationes, ſed tum populi Romani ſociæ, & quæ populi Rom. arma non ſenſerant, continerentur, quod ipſum ὑπερβολικῶς dictum eſſe accipiendum eſt. *Idem.*

Partim ignorata] Vt verbi gratia, potuit tum ignorare populus Romanus ſe in Cypro aliquid juris habere, quam poſtea P. Clodius publicarit in Tribunatu & tum fortaſſe decemviri publicaſſent. *Turnebus.*

Datur igitur eis primum, ut liceat] Sequitur, ut quando jam ſatis poteſtatem decemvirum regiam informavit, jam venditionis genera, quæ eis permiſſa ſunt, perſequ…

Om… *ſun…* vit. caut… pud… prop… quo… com… facta Quæ… nat. *Vo…* la, n… turna… M. T… labell… bellis… ſuerat… Dolab… auſi fu… lege ſu… bus, … lium j… *Cur…* appell… vender… qui ve… qui nu… bus oc… viliæ. *tam ab…*

ſunt hujus obſcuritatis cauſae, Quirites: una pudoris, ſiquis pudor eſſe poteſt in tam inſigni impudentia, altera ſceleris. nam neque ea, quae ſenatus nominatim vendenda cenſuit, audet appellare: ſunt enim loca publica urbis, ſunt ſacella, quae poſt reſtitutam tribunitiam poteſtatem nemo attigit; quae majores in urbe partim periculi perfugia

Pudoris] Puduit enim eum illa nominare: quæ quamvis Senatus vendenda cenſuerat: Conſules tamen vendere auſi non erant. *Turnebus.*

Altera ſceleris] Nam ſi ea nominatim perſcripſiſſet, ſceleri locus non eſſet relictus: tantum enim ea vendere decemviri potuiſſent, quæ nominaſſet Nunc hæc obſcuritas ementiendorum ſcelerate Senatuſconſultorum occaſionem præbebit, eaque vendenda Senatum cenſuiſſe dicent, de quibus nullum Senatuſconſultum factum ſit. *Idem.*

Appellare] Non audet nominare, quod pudoris eſt. *Idem.*

Loca publica] Quæ ſunt populi Romani publica, dicuntur a Iuriſconſultis: quæ a Iuriſconſultis diſtinguuntur ab iis, quæ ſunt univerſitatis: ut ſunt Theatra, Stadia, Balnea publica, Porticus. Sed eam, ut opinor, diſtinctionem Cicero non ſequitur. *Idem.*

Sunt ſacella, &c.] De hujuſmodi autem ſacellis Livius ſic ſcripſit M. Fulvius, & M. Lepidus cenſores portoria, & vectigalia multa inſtituerunt, complura ſacella, compluraque ſacra occupata a privatis, ut paterent, eſſentque populo, curarunt. Porro autem tribunicia poteſtas a Sulla dictatore infracta a Cn. Pompejo in primo conſulatu reſtituta eſt. Hæc autem ſacella in urbe paſſim inveniebantur (ſic enim legendum puto, non *partim*) quæ in bellis civilibus, aut Mario, aut Sulla ſævientibus, & ad cædem inimicos ſuos per ſatellites quærentibus periculi perfugia fuerunt, quæ Græci *ἄσυλα* dixerunt. Erant etiam mons Gaurus Campaniæ, de quo Livius, & Plinius; ſalicta ad Minturnas, nobile item oppidum Campaniæ, via Herculanea, quod ad Herculaneum Campaniæ oppidum ducebat, ita dicta. Herculaneum autem oppidum non longe a Pompejis ad mare fuit. cur autem hanc viam vendibilem, multarum deliciarum, & magnæ pecuniæ vocavit? quia non longe a lacu Lucrino eſſet, qui omnem eam oram, quam alluebat, amœniſſimam reddebat, ac tantam piſcium copiam alebat, ut non parvum ex ea re fructum reſp. Romana caperet, ut Strabo, & Servius in Virgilium ſcripſerunt. *Lamed.*

Sacella] Sacella publica ſunt: nullius enim ſunt. Nonnulli tamen contra jus & fas ea ſibi vendicabant. Cælius in epiſtolis: *Præterea capi ſacellum in domo quod eſt, ab eo petere.* Sacellum autem exiguus ſacer Deo locus. Feſtus ait, ſacella eſſe loca Diis ſacra ſine tecto. *Turnebus.*

Tribunitiam poteſtatem] Aliud eſt Tribunatus, aliud Tribunitia poteſtas. Tribunatum reliquerat Sulla: Tribunitiam poteſtatem ſuſtulerat. Imperatores Romani Tribunitiam poteſtatem aſſumebant: Tribuni tamen non dicebantur. Poteſtas Tribunitia erat in intercedendo, prehendendo, in carcerem conjiciendo, indicta cauſa interficiendo, ſi ab aliquo violati eſſent, cum ſacro ſancti haberentur. Tribunitiam poteſtatem Conſul cum Craſſo Pompejus reſtituit. *Idem.*

Attigit] Nullus Tribunus vendere eſt auſus, & attingere, etiam ex quo tanta eſt eis reſtituta poteſtas. *Idem.*

Partim periculi] Id eſt, quorum quædam non tantum ſacra ſunt, verum etiam aſyla & periculi perfugia. Is enim eſt loci ſenſus, ut ſatis indicat *partim*, quod ſemel poſitum aliquid ſubaudiendum ſignificat. Non enim omnia loca ſacra, perfugia erant periculi. Proinde ita ſcribit Tacitus, *Crebreſcebat*

pendia aſyla ſtatuendi, *complebantur templa paſſim ſervitiorum*: Multiſque jus aſyli ademptum ſcribit. Aſylum videtur vertiſſe fanum inſpoliatum Salluſtius, his verbis: *Eoque per omne tempus belli quaſi ſacro atque inſpoliato fano debitores uſi.* Turn. *Quæ majoris in urbe portus periculi, & perf.*] Sic Cl. Puteanus. ſacella quædam ſignificat, ac deſcribit, quæ Græci ἄσυλα nominant: eaque portus periculi & perfugia appellat. corrupta autem hic erat vulgata ſcriptura. ſic enim vulgo legitur: *quæ majores in urbe partim periculi perſugia eſſe voluerunt.* Lambinus. *Quæ majores in urbe paſſim periculi perſugia*] Pro *paſſim* erat *partim* in vulgatis, ex quo fecerat Pantagathus *parati*. F. Vrſinus. *Quæ majores in urbe partim periculi, &c.*] Manutius edidit *paſſim*; ſicque ait reſtare in ſcriptis ſuis Fulv. Vrſinus. at Lambinus recepit *portus periculi & perfugia*, conjectaneum Puteani. Guilielmius tuetur vulgatam. exſtatque profecto eadem in Pall. & olim publicatis omnibus. *partim* notat, per partes. Lactantius lib. 1. div. inſt. cap. 19. *At enim, dicet aliquis, & huic ſumma quæ facis omnia, & illis qui partim profuerunt, ſuam venerationem eſſe tribuendam.* Grut.

Gaurus] Mons Campaniæ vino nobilis. Eſt & urbs illic ejuſdem nominis, ac proinde *montem* adjecit fortaſſe diſtinctionis cauſa. *Turnebus.*

Sal. Ella ad Minturnas] Minturnæ colonia populi Romani, ut ſcribit Livius, ad oſtium Liris fluvii ...

ex
op
fo
tu
m
ac
pro
Le
& i
bu
Via
pini
viri
Pe
guſti
les
Quib
milli,
ærarii
conſu
runt,
bunt.
rium j
ut ſena
quæ a
buta e
cum pe
eſſent,
de reſid
qua Pa
ſcelere
putat,
ſtas per
larum p
naſcon
ſunt. cu
annos co

enſuit, conſules propter invidiam non vendiderunt. /erum haec fortaſſe propter pudorem in lege reticenur. Sed illud magis eſt credendum & pertimeſcendum, quod audaciae decemvirali corrumpendarum tabularum ublicarum, fingendorumque ſenatuſconſultorum, quae acta numquam ſunt, cum ex eo numero, qui per eos nnos conſules fuerunt, multi mortui ſint, magna oteſtas permittitur. niſi forte nihil eſt aequum vos le eorum audacia ſuſpicari, quorum cupiditati nimium

nde Cicero in 3. de legibus dixit. *Senatuſconſulta praſcripta ſervanto*, hoc utem licuiſſe decemviris facere, quia ulti conſules mortui ſint, qui iis mporibus fuiſſent. Qui autem mortui ſſent facile intelligi poterit, ſi qui conle Cicerone conſulares viverent, conoſcetur. Vivebant igitur Catulus, ervilius, Luculli, Curio, Torquatus, epidus, Gellius, Vocatius, Figulus, Cotta, Cæſar, Piſo, Glabrio, quos de onjuratis ſententiam dixiſſe ſcribit liro 12. ad Atticum, his adde M. Craſum, & Q. Hortenſium, quibus conlatum ſuum placuiſſe inquit in oraione pro domo, præterea Q. Metelam Creticum, & Q. Marcium Regem, ui ad urbem cum imperio erant, auctoe Salluſtio, Cn. Pompejum Magnum, ui in Aſia bellum gerebat, P. Lentuum Suram prætorem 2. qui poſtea trangulatus eſt. Ergo mortui erant .. Sulla, Q. Metellus Pius, Ap. Claulius Pulcher, M. Lepidus, D. Brutus, Mam. Lepidus, Cn. & L. Octavii, C. & M. Cottæ, C. Caſſius, Cn. Lenulus, Cn. Oreſtes, & L. Metellus. Hos autem tanta audacia futuros probat nde, quod cupidi adeo ſint, ut iis orbis terrarum anguſtus videatur. Eſt enim cupiditas quaſi irritamentum audaciæ, uſurpat autem ἐνθύμημα ἠθικὸν κατ᾽ εἰρωνείας, καὶ βαρύτητος. quale tiam eſt illud Lepidi apud Salluſtium: *Niſi forte ſperatis pertæſum jam aut pudorem tyrannidis eſſe eum per ſcelus occupata periculoſius dimiſſurum.* Laured.

Conſules] Tullius & Dolabella, & nonnulli fortaſſe poſtea vendere non ſunt auſi, offenſionem pop. & invidiam metuentes. *Turnebus.*

Propter pudorem] Non audet enim ea nominare, quæ non ſunt auſi Conſules vendere. *Idem.*

Sed illud magis eſt credendum, &c.] Fortaſſe legendum eſt, *magis eſt cavendum*, ſeu *horrendum*. niſi forte, qui lectionem receptam retinere, & tueri volent, dicent, *credendum*. idem valere hoc loco, quod, *ſuſpicandum*, quod non placet. quamvis hoc verbo paullo poſt utitur. *Lambinus.* *Sed illud magis eſt credendum*] Fortean *verendum*, inquit Guilielmius. Verum & vulgata ferri poteſt. *Gruterus.* Francii liber, ut conjecerat Lambinus: *Sed illud magis eſt cavendum & pertimeſcendum.* Græv.

Corrumpendarum tabularum] Nondum enim Cæſar auctor fuerat, ut populi & ſenatus diurna acta conficerentur & publicarentur, quod in Conſulatu inſtituit, & qui magiſtratus geſſerant, domi in tablino acta cuſtodiebant. Plinius, *Tablina codicibus implebantur & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum.* Ita facile erat tabulas & ſenatus conſulta corrumpere. *Turnebus.*

Qui per eos annos] Quos lege complexus eſt Rullus. Nam facile eſſet mentiri decemviro, mortuo Conſule, qui ſolus mendacium refellere poſſet. *Idem.*

Audacia] In corrumpendis tabulis publicis, & fingendis Senatuſconſultis. *Idem.*

Cupiditati] Avaritiæ & aviditati. Nam hæc eadem aviditas cauſa erit Senatuſconſultorum fingendorum. *Idem.*

... multa in mancipiis, ebore, veſte, ſuppellectili, ...

Habetis unum venditionis genus] Tranſit ad alterum venditionis genus quod ſequenti capite continebatur. cujus verba erant hujus ſententiæ. Qui agri, quæ loca, quæ ædificia, aliudve quid extra Italiam, quod publicum populi Romani factum ſit L. Sulla, Q. Pompejo Cos. aut poſtea, id decemviri vendunto. Hoc igitur, tanquam gravius, ut attendat populus Romanus admonet. Nam a priore ad hoc quaſi gradum, & aditum jactum intelliget, quanquam ibi malim legere, *factum*, quod in hoc genere uſitatius eſt quam *jactum*. Quod autem ſcripſerat Rullus: *Qui agri, quæ loca, quæ ædificia*, (ſic enim legendum ex antiquis libris: & non, ut in impreſſis, *Qui agri, quæ loca, ædificia*) id ipſum in veteribus legibus fuit tralatitium. Hoc indicat Higenus cum ait: *Meminerimus in legibus ſæpe invenire, cum ager eſt centuriatus, ex alieno territorio, paratuſque ut aſſignaretur, inſcriptum: Quos agros, quave loca, quave ædificia intra fines dedero, aſſignavero, in eis agris juriſdictio, coërcitioque eſto coloniæ illius, cujus civibus agri aſſignabuntur.* Loca porro latius patent, quam agri. unde dixit Iſidorus. Locus a latitudine. Locuples, quaſi loci plenus, & poſſeſſionum plurimarum poſſeſſor. quemadmodum docet Tullius de rep. lib. II. ...

invidioſum putaſſet hoc fore, ſi omnia nominaſſet? non metuit invidiam. quid ergo? longum putavit, & timuit, nequid praeteriret: adſcripſit, ALIVDVE QVID. qua brevitate rem nullam eſſe exceptam videtis. Quidquid ergo ſit extra Italiam, quod publicum populi Romani factum ſit, L. Sulla, Q. Pompejo conſulibus, aut poſtea, id decemviros jubet vendere. Hoc capite, Quirites, omnes gentes, nationes, provincias, regna decemvirum ditioni, judicio poteſtatique permiſſa & condonata eſſe dico. Primum hoc, quaero enim, qui tan-

Invidioſum hoc] Nam invidiam & odium concitare potuit rerum tantarum alienatio, & regnorum proſcriptio. Sed invidia non movetur Rullus, etſi hoc invidioſum fuiſſet. *Turn.* *Invidioſum putaſſe hoc fore, ſi omnia nominaſſet?*] Ita ſine dubio legendum eſt, quod vidit Cl. Puteanus: non, ut vulgo, *invidioſum putaſſet hoc fore*, &c. ſententia autem in promptu poſita eſt. Quid dicam? quam cauſam afferam, quamobrem omnia non nominarit? dicamne, eum putaſſe invidioſum fore, ſi omnia nominaſſet? Paullo ante autem, *atque aditum ad cetera factum*, edidimus, ubi lib. vulgati habent, *atque aditum ad cetera jactum*, &c. Lambinus. *Invidioſum putaſſet*] Inſignis eſt emendatio Claudii Puteani, ablatione unius literulæ, *putaſſe*. ſic tamen nullus e noſtris vett. aut quondam cuſis. *Grut.* Non recedendum a libris. ſubauditur *num*. Num invidioſum putaſſet Rullus hoc fore, ſi omnia nominaſſet? *Gravius.*

ALIVDVE QVID] Hæc autem oratoria πλάσις eſt, qua parum in Rullo roboris, & nervorum, cupiditatis vero plurimum eſſe ſignificat. ſi longum putavit, ignavus eſt, ſi ne quid præteriret timuit, nimis cupidus. Hoc idem facit in Antonium ſæpe in Philippicis. deinde legis verba perſequitur quibus expletis ita ſtatuit. *Laured.*

Quicquid ergo] Hoc ſententiæ continuationem revocantis eſt, propterea, quod quædam interpoſuerat. Sic igitur connectito, ut dixi, *aliudve quid extra Italiam*. Turnebus.

Publicum factum] More Iuriſconſultorum, qui aliquid fieri dicunt accipientis, at factum eſſe ementis dicunt: ut illud, cum mulier viro in manum convenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt, dotis nomine. Publicum autem quod populi Romani eſt, definiunt Iuriſconſulti. *Idem.*

Hoc capite Quirites, omnes gentes, nationes, provincias, regna, decemvirum ditioni, judicio, poteſtatique permiſſa, & condonata eſſe dico] Quæ verba nihil inanis habent, gentes enim totum eſt quoddam: reliqua partes. nationes quidem populi legibus ſuis obedientes, provinciæ Romanis, Regna regibus. Ditio etiam & judicium, & poteſtas ad ea tria referuntur, quæ ſupra dicta ſunt, pœna ſine provocatione, cognitio ſine conſilio, animadverſio ſine auxilio. *Permiſſa* vero dixit quaſi per legem condonata contra mores. Hoc autem ita eſſe probat ex poteſtate eis conceſſa. *Laured.* *Provincias*] Populos in provinciæ formam redactos. *Turneb.*

Regna] Regnum Bythinicum, Cyprium, verbi gratia, Ægyptium, & ſi qui reges alii ſocii pop. Rom. *Idem.*

Primum enim hoc quaro, qui] Et ſi nihil ſincerius, nihil emendatius hoc loco videri poteſt: ego tamen veterem ſcripturam magis probo, quæ eſt in manuſcriptis libris: *Primum hoc, quaro enim, qui*, &c. Probat deinde decemviros totam Aſiam publicam populi Romani judi-

judicare poſſe, nam ſi quæritur, inquit, copia orationis, qua factum defendatur, oratio ad ejus rei diſceptationem non deerit, ſi judex cauſæ amicus, credibile eſt, cum is qui differet etiam judicabit, facile eum impelli poſſe, ut falſum judicet. ſi quæſtus, non eſt dubium, quin ſi condemnare Aſiam vollet, terrorem damnationis, & minas non, quanti volet, æſtimet. Ex quo ſequitur hoc caput ex tantis, quæ conſequi mala poſſunt, iniquum eſſe, ac perniciosum reip. hanc autem ſententiam ornavit τῇ ἀπορίᾳ. Eodem modo decemviros Bithyniam vendituros ait. quam Eutropio auctore, Octavio, & Cotta Coss. Nicomedes rex moriens populo Romano teſtamento reliquerat, eamque adita hæreditate populus Romanus provinciam fecerat. unde dixit Cicero in Maniliana: *Bithynia; quæ nunc veſtra provincia eſt, vicos exuſtos eſſe complures.* argumentum ductum eſt ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος. ſi Aſia, de qua aliqua eſſe controverſia poteſt, publica ne ſit populi Rom. venditur a decemviris, multo magis Bithynia, de qua nulla controverſia. de qua jam ſtatutum a vobis, & judicatum eſt, quam hæreditatem jam crevimus, quæ certe publica populi Romani facta eſt. quid erit impedimento, quin omnes agros, urbes, ſtativa, portus, totam denique Bithyniam vendant? *Laured. Primum hoc quæro, qui ta ad m*] Lib. manuſc…

Nam, c
dixerit] I
poſſint alic
ni eſſe jud
erit locus,
populi Ro
dem poſſi
locorum ſi
animos Rc
ceps nobili
bem nomin
Commodu
ſupra ex Aſc
Pergamu
ſum, Mile
Aſiam, qua
conſules recup
thridates re
provinciam,
pejum, ut
poſt a Sulla,
eſt, armis r
les, notæ ur
obſcuriora
ſtiam deſide
mus, quæ n
Totam deniqu
gami filius
num hæredе
populus Ro
mam redegit
dem nomine
inquit Strabo
Cicero pro Fl

populi Romani factam eſſe dicere. Vtrum oratio ad ejus rei diſputationem deerit: an, cum idem & diſſeret & judicabit, impelli non poterit, ut falſum judicet? an, ſi condemnare Aſiam volet, terrorem damnationis & minas non quanti volet aeſtimabit? Quid, quod diſputari contra nullo pacto poteſt: quoniam ſtatutum a vobis eſt & judicatum, quam hereditatem jam crevimus. Regnum Bithyniae, quod certe publicum eſt populi Romani factum. numquid cauſae eſt, quin omnes agros,

filium ejus Ariſtonicum, quia patrium regnum petiverat, hoſtium more per triumphum duxere. Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: ſed eam a Mithridate occupatam poſt hos conſules, Sulla, Pompejus, Lucullus recuperarunt. *Turnebus.*

Populi Romani factam eſſe dicere] Quod ante hos Coſſ. factum eſt populi Romani, quia poſt hos Coſſ. eſt recuperatum, per calumniam poſt hos Coſſ. publicum eſſe factum dicere poterunt ac vendere. Ita vendent Aſiam. *Idem.*

Vtrum oratio ad ejus rei diſceptationem] Pith. Franc. & editio anni 1498: *Vtrum oratio ad ejus rei diſputationem.* quod verius eſt. ut paullo poſt: *quid quod diſputari contra nullo modo poteſt.* Græviús.

Vt falſum judicet] Vt judicet poſt hos Coſſ. publicam populi Romani factam eſſe Aſiam, quæ non facta ſit, ſed recuperata. *Turnebus.*

Si condemnare Aſiam volet] Lib. vetus, *nollet.* quod ſententia poſtulat. Si nollet judicare Aſiam pop. Rom. factam poſt hos Coſſ. *Idem.*

Terrorem damnationis] Tamen damnationis metu Aſiani quantamcunque pecuniam flagitabit, ut ſe redimant, ei numerabunt. *Idem.*

Quoniam ſtatutum a vobis eſt & judicatum] Malim. *Quod jam ſtatutum.* nam cum dixerit: *Quod diſputari contra nullo pacto poteſt*, idem per contrarium infert: *Quod jam ſtatutum a vobis, eſt & judicatum: cernere* porro *hæreditatem* eſt adire. Varro de lingua Latina: *Cum ego antea te amavi, & mihi amicum eſſe crevi.* valet conſtitui. Itaque hæres cum conſtituit ſe hæredem eſſe, dicitur cernere, & cum id fecerit, creviſſe. *Lauredanus.* Secutus ſum in interpunctione hujus loci Victorii editionem, quam firmat Francii liber: *Quid quod diſputari contra nullo pacto poteſt? quoniam ſtatutum a vebu eſt & judicatum, quam hæreditatem jam crevimus. Regnum Bithyniæ quod certe publicum eſt, populi Romani factum.* Paullo ante Pith. & Franc. liber: *Si condemnare Aſiam nolet.* quod jam Turnebus probavit. Etſi nolet condemnare Aſiam, terrorem tamen condemnationis & minas quanti volet æſtimabit. Erfurt. *quam hereditate jam crevimus, regnum Bithyniæ.* Græv.

Regnum Bithyniæ] Si Aſiam non vendent, vendent certe Bithyniam, quæ poſt hos Coſſ. populi Romani facta eſt: ut de ea dubitari non poſſit: præſertim adita hæreditate. Nicomedes enim rex Bithyniæ moriens populum Romanum hæredem fecerat, cujus regnum in provinciæ formam redactum fuerat: cum tamen a Nicomede, Mithridates apud Salluſtium dicat, Nuſam filium appellatum regem fuiſſe. ejus verba ſunt, *Poſtremo totam Bithyniam Nicomede mortuo diripuere, cum filium Nuſi, quem regem appellaverat, genus haud dubie eſſet.* Sic autem hunc locum conſtruo: Quid? regnum Bithyniæ, quod diſputari contra decemviros non poteſt, in controverſiam revocari, quin noſtrum factum ſit poſt hos Coſſ. *Turnebus.*

Agros,

noſtri. Quod autem dixit de Bithynia, idem etiam eos facturos eſſe de Mitylenis ait, quas belli lege, ac jure victoriæ populi Romani eſſe inquit. Fuerunt autem Mitylenæ oppidum quondam in inſula Lesbo nobiliſſimum, unde nunc tota etiam inſula nomen accepit. quæ cum bello Mithridatico arma contra populum Romanum cepiſſent, ſero admodum devictæ ſunt. nam paulo ante Sullæ mortem, ſic ſcriptum eſt in epitomis: *Mitylenæ quæ ſola urbs poſt victum Mithridatem arma retinebat, expugnata, dirutaque ſunt. Belli* autem *lege, ac jure victoriæ* dixit. quia lex eſt conſenſio quædam, ut inquit Ariſtoteles lib. primo Politicorum, per quam bello capta illorum fieri dicuntur, qui ceperunt. libri autem manuſcripti, quos ego inſpexi, habent non, *quæ certe veſtræ*, ut in impreſſis, ſed *quæ terra veſtra.* quos non ſequor. Laudat deinde hanc urbem, ut probabiliorem faciat decemvirum ejus alienandæ cupiditatem. *Laur.* Quid hic ſunt *ſtativa?* Nam pro *ſtationibus* accipi, ut videtur innuere Lauredanus, & accipit Turnebus, *ſtativa*, dicens, caſtra legimus plerumque: Sed hic *ſtativa*, ſunt loca recipiendis ad tempus navibus apta, in quibus tamen tuto hyemare non poſſunt, cum in portubus poſſent: Stationes a Græcis ὅρμοι, ut portus λιμένες appellantur, quis unquam audivit? Pithœi codex & Erfurt. *agros, urbes, ſtagna, portus.* Sed Francii cum ceteris *ſtativa*. Credo *ſtagna* eſſe alterius vocis interpretationem. Nam *ſtativa aqua ſunt ſtagna* ...

tivas emerſ
tiones pra
lii ſuppoſi
nus, tritic
exponit *ſt.*
runt editic
librariis vi
retur in *ſta*
ſtativas co
telligeretu
aut a ſciol
quod ſent
apud Tull
aut ſtagna
piſcoſi, q
ſcium copi
Mytilenæ
inſula, qu
a Sulla, a
rutaque eſ
Flacco in ſ
nominatu
claram Rh
in Vitruvic
lene in ſing
co fuerun
quod Myti
fidia fuiſſe
rimos vinc
Itaque diru
te urbis etia
poſtea in T
pejum recu
Urbs &
ædificiorum,
bilis] De
primo: *In*

rum, & pulchritudine in primis nobilis: agri jucundi & fertiles: nempe eodem capite incluſi continentur. Quid Alexandria, cunctaque Aegyptus? ut occulte latet? ut recondita eſt? ut furtim tota decemviris traditur? Quis enim veſtrum hoc ignorat dici, illud regnum teſtamento regis Alexandri populi Romani eſſe factum? Hic ego conſul populi Romani non modo nihil judico, ſed ne, quid ſentiam, quidem profero. magna enim mihi res non modo ad ſtatuendum, ſed etiam ad dicendum videtur eſſe. Video, qui teſtamentum factum eſſe confirmet: aucto-

tis, & plateis non poſſunt conſiſtere propter vehementiam frigoris. ſitum ergo Cicero intellexit, ad aſpectum quidem præclarum, ad loci vero cælique ſalubritatem, non item. *Laured.*

Agri jucundi, & fertiles] Quibus verbis prædiorum duo genera expreſſit, de quibus loquitur Ariſtoteles in primo artis Rhetor. ἐλευθέρια, καὶ χρήσιμα. ἔστι δὲ χρήσιμα μὲν μᾶλλον τὰ κάρπιμα, ἐλευθέρια δὲ τὰ πρὸς ἀπόλαυσιν. id eſt, quod dixit Cicero pro Sex. Roſcio, prædia pulchra, & fructuoſa. *Idem.*

Nempe eodem capite incluſi continentur] Et urbs, inquit, atque agri eodem capite incluſi ſunt, quia poſt Sullam, & Pompejum conſules in ditionem populi Romani pervenerunt. *Idem.*

Quid Alexandria, cunctaque Aegyptus] Item, inquit Ægyptus Ptolomæi Alexandri teſtamento populo Romano relicta eſt poſt Sullam, & Pompejum Cos. ergo legis Serviliæ vi vendi a decemviris poterit. Quoniam autem fuerunt, qui regnum hoc populo Romano adjudicari iniquum eſſe cenſuerunt, eaque de re ſæpius in ſenatu tractatum eſt, neque quicquam perfectum, fraudem Rulli, & auctorum hujus legis patefacit, qui quod aperte agentes conſequi non potuiſſent, obſcuritate legis ſuæ decemviris condonarent, ut Ægyptum venderent, quamvis Ægyptus recondita eſſet, neque ut Aſia, & Mytilena, & Bithynia pateret. Hac de re in præcedenti copioſius diſputatum eſt. Quoniam autem non ſatis conſtabat, teſtamentum ne vere factum a rege eſſet, quo regnum populo Romano relinqueret, eaque de re in ſenatu ſententiis ſæpe certatum erat, propterea inquit, ſe nolle de hac re judicare. *Idem.*

Vt occulte latet?] Vt ſub hoc capite latitat, clamque & furtim traditur decemviris. *Turnebus.*

Hic ego conſul populi Romani non modo, &c.] Infert, ſe quamquam conſul ſit, nolle non ſolum judicare de re tanta, ſed ne ſententiam quidem ſuam proferre. quod res magna ſit non modo ad ſtatuendum, ſed etiam ad dicendum. Ita fit, ut & modeſtiam ſuam indicet, cum ſe de ſuo jure decedere ſignificat, & impudentiam Rulli, qui rem tantam judicio decemvirali permittat. *Lauredanus.*

Nihil judico] Tantum quid alii dicant commemorabo, meum judicium meamque ſententiam non interponam. *Turnebus.*

Non modo ad ſtatuendum] Pal. ſec. non admiſit *modo*, & bellius ſubauditur: utique cum eadem vox præceſſerit linea priore. *Gruterus.*

Video, qui teſtamentum factum eſſe confirmet] Quia ſcilicet de ea in utramque partem diſputari poteſt. Nam ſi Ægyptum populo Romano adjudicare velis, potes, quia ſunt, qui teſtamentum factum eſſe affirment, auctoritas ſenatus aditæ hæreditatis extat, tum cum Alexandro rege mortuo legati Tyrum miſſi ſunt, qui ab illo pecuniam depoſitam recuperarent. extat etiam ſententia

tia L. Philippi. qui hæc ſæpe in ſenatu confirmavit. Extremo conſtat inter omnes, qui regnum illud teneat hoc tempore neque genere, neque animo regio eſſe. Si nolis, non deeſt etiam quod opponas. primum, teſtamentum nullum eſſe factum, deinde, haud æquum eſſe populum Rom. omnium regnorum appetentem videri, tertio, ne id quidem huic reip. utile eſſe, demigraturos enim in illa loca noſtros homines propter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam. Erat porro ſenatus auctoritas, voluntas ſenatus, quæ cum major pars ſenatorum aliquid ſtatuiſſet, ſcribebatur, eratque aliquanto infirmior, quam ſenatus conſultum, Dione auctore. ſignificat autem nunciata Romæ, regis Alexandri morte (ſic enim legendum eſt, non *Alexandrini*) ut ſupra docuimus. legatos Tyrum ex auctoritate ſenatus miſſos, qui pecuniam quam rex depoſuiſſet Tyri, recuperarent Romanis, ſi *noſtris* legas, ſi autem, *noſtram*, ut in libro cujuſdam amiciſſimi mei legitur, pecuniam a rege depoſitam ex teſtamento noſtram recuperarent, interpretaberis, Tyrus autem eſt urbs Phœnice in Syria. L. Philippum credo fuiſſe eum, qui poſt cum Lentulo Marcellino C o s. fuit. niſi malim patrem ejus fuiſſe eum qui cum Sex. Cæſare conſulatum, cum M. Perperna cenſuram geſſerat, qui in conſulatu Cottæ, & Torquati adhuc viveret, maxima vir auctoritate. Qui autem Ægy-

eſſe teſtamentum: non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem videri: demigraturos in illa loca noſtros homines, propter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam. Hac tanta de re P. Rullus cum ceteris decemviris, collegis ſuis, judicabit? & verum judicabit? nam utrumque ita magnum eſt, ut nullo modo neque concedendum, neque ferendum ſit. Volet eſſe popularis.

Non oportere populum Rom. omnium regnorum appetentem videri] Idcirco ait, quia Aſiam ab Attalo, Libyam ab Appione, Bithyniam a Nicomede regibus teſtamento populo relictas ſatis conſtabat. De fertilitate porro Ægypti cum alii tum maxime Strabo lib. VII. ita: *ἡ δ' ἄλλη αἴγυπτος ἀνέλαιός ἐστιν πλὴν τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν κήπων, οἱ μέχρι τοῦ ἐλαίαν χορηγεῖν ἱκανοί εἰσιν, ἔλαιον δ' οὐκ ἀπεργάζονται. οἶνον δὲ ἐκ ὀλίγον ἐκφέρει, σῖτον δὲ καὶ ὄσπρια, καὶ τ' ἄλλα σπέρματα πάμπολλα.* Quin etiam Thucydides in procemio hiſtoriæ ſuæ fertiliſſimam quamque regionem incolarum mutationes paſſam eſſe tradit. *μάλιστα δὲ τῆς γῆς ἡ ἀρίστη αἰεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχεν.* Concludit poſtremo indignam rem eſſe tantam controverſiam judicio decemvirali permitti. idque multis confirmat rationibus primum hoc dilemmate. Nam aut populo Romano Ægyptum adjudicabunt, aut regi. ſi populo, vendent Alexandriam, quod eſt indignum; ſi regi, & hoc etiam indignum, decemviros de hæreditate populi Romani judicare, cum populus Romanus centumviros cognoſcere de privatis hæreditatibus velit, atque iidem ut hanc ſententiam ferant, non niſi magna accepta mercede a rege adduci poterunt, deinde indignum hoc eſt, quia huic judicio neque idoneus actor aderit, nec forum idoneum, nec judex integer. in priore autem dilemmatis parte proponenda utitur amplificatione. *Lamedanus.*

Demigraturos] Hinc in Ægyptum migraturos propter regionis fertilitatem. Nam eximie ferax eſt Ægyptus, quacunque amnis Nili incrementis irrigatur: ac proinde ditiſſima eſt: atque eam eſt veritus Iulius Cæſar in provinciæ formam redigere, confecto bello Alexandrino: ne quandoque violentiorem præſidem nacta, eſſet materia rerum novarum: & ei Auguſtus in provinciæ formam redactæ non Senatorem præfecit, ſed equitem Romanum, metu rerum novarum. Quin etiam vetuit, ne quis Senator in eam ſine permiſſu ſuo proficiſceretur: eamque ut feraciorem habilioremque annonæ urbicæ redderet foſſas omnes, in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere detersit, teſte Suetonio. *Turnebus.*

Hac tanta de re] De regno decemviros ſinemus judicare? & utrum verum judicabunt? Sententia enim eſt: neque eis permittendum ut judicent, neque eos verum judicaturos. Hoc qui mendoſum putant, ſenſum non vident. Et judicare, & verum judicare, utrunque tam magnum eſt, ut non ſit eis permittendum. *Idem.*

Et utrum judicabit?] Ita nunc edidi, longe melius, quam ut vulgo legitur, *& verum judicabit?* atque in eo Cl. Puteani ſecutus ſum conjecturam, niſi quod ille vult legi, *judicabit. ſed utrum judicabit?* Lambinus. *Et verum judicabit?*] Omnino iſtud retinendum, ejecto conjectaneo Lambinianæ editionis, *utrum.* Gruterus.

Volet eſſe popularis] Argumentatur non eſſe permittendam eis tantæ rei diſceptationem: quia ſi regnum populo Romano adjudicabunt, ex lege Servilia etiam vendent. Sin regi, injuriam populo Romano facient: neque gratis regi adjudicabunt, ſed mercede corrupti. *Turnebus.*

populi Romani? ubi res iſta ag[e]
viri, quos perſpiciamus regnun[m]
gratis adjudicaturos? Quod ſi A
non eoſdem curſus hoc tempor[e]
quato Coss. cucurrerunt? cu

Adjudicabit] Suo judicio tribuet & dabit. Sic in judicio finium regundorum adjudicationes fiunt, cum ſuæ cuique tribuuntur agri partes. *Turnebus.*

Ergo idem ex ſua lege vendet Alexandriam, vendet Ægyptum, urbis copioſiſſimæ, pulcherrimorumque agrorum judex, arbiter, dominus, rex denique opulentiſſimi regni reperietur] Auget gradatim orationem. Etenim majus eſt Ægyptum vendere, quam Alexandriam, & arbiter quam judex, & dominus arbitro, & domino rex. Arbiter autem eſt, qui æquitatem ſpectat, judex, qui legem, auctore Ariſt. in primo libro Rhetor. ὁ διαιτητὴς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ, ὁ δὲ δικαστὴς τὸν νόμον. καὶ τούτου ἕνεκα διαιτητὴς εὑρέθη, ὅπως τὸ ἐπιεικὲς ἰσχύῃ. Centumvirum autem judicium Romæ de jure privatorum cognoſcebat, legebanturque ex ſingulis xxxv tribubus terni, ita ut eſſent c v illi quidem, ſed quo facilius nominarentur, centumviri

ris.
gun
iro
agi
quc
ſcri
obt
&
de
L.
mo
&
fact
Ro
nio
aute
dem
lit,
aperi
quo
oppu
dixit
ſervi
iudi

cur non item, ut cum decreto, & palam regionem illam petierunt? an quietis iis, qui per curſum rectum regnum tenere non potuerunt, nunc tetris tenebris & caligine ſe Ale-

Cur non item, ut cum decreto] *Directo* ſunt qui legunt, quod quid ſit exponit Tullius, cum addit proxime, *per rectum curſum*. Libri ſcripti ab impreſſis non diſſentiunt. *Decreto* autem poteſt ferri, ut ſenatuſconſultum ſignificet, de quo ſupra. Sed ad rem redeamus. eſt ergo inſidioſi hominis, cum recta ad locum pateat via, obliquam inveſtigare atque inire, & cum poſſis palam, id tetris tenebris & caligine, id eſt, furtim tentare. Etenim a furum ratione hæc tota tranſlatio ſumpta eſt, ut furtivarum inſidiarum legiſlatores & auctores inſimularet. *Laured.* *Cur non item, ut cum decreto*] Vt cum plebiſcito illam petebant. *Turnebus.* *Cur non item, ut, cum directo, & palam regionem illam petierunt, quietis nobis?*] Sic etiam olim edidi. eorum conjectura probata, qui, *directo*, pro, *decreto*, ſecuti veteris ſcripturæ in libris manuſcript. exſtantia veſtigia, repoſuerunt. perſpicue enim *directo*, hic dicit, quod mox, *per curſum rectum*. Lambinus. *Cur non item ut cum directo*] Pantagathus rectiſſime, *cur non iterum cum directo*. F. Vrſinus.

An quietis iis] Libri veteres habent: *cur non quietis iis*. quare ſunt, qui duabus litteris additis legunt, *cur non quietis nobis*. id eſt, me conſule conniventе *Laured.* *An quietis iis, qui per curſum rectum, &c.*] Illuſtris eſt hic correctio Guilielmii, *an qui Eteſiis, qui per curſ.* de quibus ipſe plura in Quæſtionibus Plautinis. *Gruterus.* Guilielmii verba ſunt. Qui iſti quieti, qui regnum per curſum rectum tenere non potuerunt? An, ut cenſet eruditiſſimus Turnebus, Cæſar & ejuſdem factionis alii populares? Nugæ. ſed vide quantula res, quantos ſæpe errores pariat. Syllabæ perperam disjunctæ hinc aptiſſimam huic allegoriæ vocem ſuſtulerunt, & ſimul omnem venuſtatem deformarunt ſententiæ. Niſi tamen male conjicio ſcripſiſſe Ciceronem, *an qui etiſiis, qui per curſum rectum illud tenere non potuerunt.* Etiſiæ ſive Eteſiæ (nam utrumque recte ſcribitur e Græco ἐτησίαι) venti æſtivi ſunt, quorum ſerenus & minime turbulentus aut imbricoſus flatus eſt. ii ſpirare incipiunt media æſtate uſque ad exortum arcturi, quod ſidus vehementes fluctus cum exoritur concitat. Bene ergo Cicero ſiccis ventis, quibus ſuccedit atrox tempeſtas ἀνηνεμίας (?) ſignificat actionem tranquillam & facilem, cui difficilis & intricata ſucceſſerit. Adjuvat hoc etiam quod eteſiis Roma Rhodum commode navigatur, unde recta & uſitata tranſmiſſio in Ægyptum Romanis erat. Docet Cicero e Cilicia ſoluturus ad Atticum VI, 7: *Rhodum volo puerorum cauſſa, unde quamprimum Athenas, etſi eteſiæ valde reflant.* vide plura in Quæſtionibus Plautinis in Caſinam cap. 5. Audax conjectura Guilielmi nemini probabitur. *Quietis his*, ſic enim Erfurt. eſt, cum hi quieſcant; qui ante palam Ægyptum petebant, & decretum ſenatus in hanc rem abſtulerant. Qui illi fuerint oblitteravit tempus. *Gravius.*

Per curſum rectum tenere non potuerunt] Per navigationem rectam apertamque poſtulationem. *Curſus* ſæpe navigatio eſt. Nam navigatione Alexandria petebatur ex Italia. Virgil. *curſum* pro navigatione poſuit:

Huc curſus fuit
Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus
Orion
In vada cæca tulit.

Petere dupliciter intelligitur. Nam *petitur* quod alicujus eſt, & petitur, quo profectio ſuſcipitur. *Tenere* autem etiam a navibus tranſtulit, quæ locum tenere dicuntur, ad quem pervenerunt. Livius: *Cætera claſſis Gereſtum, nobilem Eubææ portum, dum a Caryſto Iſſuei redirent, tenuit.* Iterum: *Inde Caſſandream petentes, primo ad Mendin, maritimum civitatis ejus vicum tenuere.* Turneb.

Tetris tenebris] Male in tenebris & caligine navigatur. Nam interdiu curſus

errramus pelago, totidem ſine ſidere noctes.

Caliginem autem & tenebras ad id retulit, quod tribuni clam & obſcure ac per caliginem petebant, ad navigationem alludens, qua peti ſolet Ægyptus. Illuc enim potius mari, quam terra ibatur. *Tetrum* hic interpretor vitandum, formidandum. *Turnebus.*

Atque illud circumſpicite veſtris montibus, unaque] Cum provincias, nationes liberas, & regna ſubjici decemvirum poteſtati oſtenderit, nunc digreditur, ut demonſtret, quam grave ſociis omnibus futurum ſit tantum decemvirum imperium. parat autem ante animos ad hanc digreſſionem audiendam, his verbis. *Circumſpicite illud veſtris montibus, unaque:* pro qua voce, *una*, (eſt enim aperte mendoſa) ſi quis, *animiſque* repoſuerit, alienum nihil a loci ſententia ſcripſerit. ſic etiam in oratione pro Sulla: *Circumſpicite paulliſper mentibus veſtris.* Auget deinde quod propoſuit comparatione a majori. *Laured.* *Atque illud circumſpicite veſtris mentibus, unaque*] Fortaſſe legendum *una Quirites.* Nam compendii nota potuit librarium fallere. Hic tamen neſcio quid fortaſſe deſit. *Turneb.* *Unaque* | Hic eſt lacuna. puto autem, poſt, *unaque*, tale quiddam deſiderari, *quantum mali exteris nationibus comparetur conſiderare.* Lauredanus autem nihil deeſſe putat, tantumque ex

etiam in levi perſona pertimeſcitur, propterea quod veſtro, non ſuo nomine, cum hinc egreſſi ſunt, abutuntur. Quid cenſetis, cum iſti decemviri cum imperio, cum faſcibus, cum illa delecta finitorum juventute per orbem terrarum vagabuntur? quo tandem animo, quo metu, quo periculo miſeras nationes futuras? eſt in imperio terror. pa-

Veſtro nomine abutuntur] Propterea quod nomine legationis veſtræ ad potentiam abutuntur, & quod tum agunt, non ſuo, ſed veſtro nomine, ut legati a vobis agunt, quo majore ſint terrori. *Turnebus*

Quid cenſetis, cum iſti decemviri cum imperio, cum faſcibus, cum illa delecta finitorum juventute per orbem terrarum vagabuntur?] Quæ verba ſingula quantum pondus habeant, vix dici poteſt. Imperium, &, quæ imperii inſignia ſunt, faſces, & delecta finitorum juventus, qui ſunt terminandorum agrorum miniſtri. neque his contentus, pergit: *Quo tandem animo*, &c. Laured. *Finitorum*] Finitoribus enim viſis, qui ſunt terminandorum agrorum miniſtri, ne ſui agri publicentur & aſſignentur pertimeſcent. Nam finitores perticis agros metiebantur ad aſſignationem. Proinde Propertius ſcripſit:

Nam tua cum multi verſarent arva juvenci
Abſtulit excultas pertica triſtis opes.

Turnebus.

Quo tandem animo? quo metu? quo periculo miſeras nationes futuras?] Quibus verbis rem etiam atque etiam auget. quæ etſi idem valent, tamen non ex eodem loco petita ſunt. nam periculum affert metum, metus animi perturbationem. ſic in Maniliana: *Majores noſtri ſæpe naviculatoribus injurioſius tractatis bella geſſerunt, vos tot civium Rom. millibus uno nuncio, atque uno tempore necatis, quo tandem animo eſſe debetis?* Hic locus eſt etiam in præcedenti oratione tractatus, unde multa peti, & huc transferri poſſunt. Pergit deinde eandem augere ſententiam, cum multa enumerat, quæ tolerari poſſunt, ut terrorem imperii, adventus ſumptum, imperata munera. hoc autem intolerandum eſſe concludit, ut eadem domus, in quam decemvir diverterit, a decemviro vel publicetur, vel non ſine magno ipſius quæſtu liberetur. his autem quaſi luminibus hæc oratio illuſtrata eſt, γεγόνηπ. ἐπαναφορᾷ, κατὰ κόμμα λόγῳ ἀληθινῷ, ἀσπαστικῷ ταχεία, πρὸς τὴν ἀντίθεσιν. De ſumptu in adventu prætoris, ſic in epiſtola ad Quintum fratrem tum Aſiæ prætorem: *Quid reperiri tam expetendum poteſt, quam iſtam virtutem non latere in tenebris, ſed in luce Aſiæ eſſe poſitam, non itineribus tuis perterreri homines, non ſumptu exhauriri, non adventu commoveri, eſſe publice, & privatim maximam lætitiam, cum urbs cuſtodem, non tyrannum, domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe videatur.* De ſe autem Ciliciæ procos. ita in epiſtolis ad Atticum: *Levantur miſeræ civitates, quod nullus ſit ſumptus in nos, neque in legatos, neque in quæſtorem, neque in quenquam. ſcito non modo nos fœnum, aut quod lege Iulia dari ſolet, non accipere, ſed ne ligna quidem, ne præter quatuor lectos, & tectum quenquam accipere quicquam, multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerumque.* & Livius lib. XLI. *Ante hunc conſulem nemo unquam ſociis in ulla re oneri aut ſumptui fuit. ideo magiſtratus mulis, tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis. privata hoſpitia habebant: ea benigne comiterque colebant, domuſque eorum Romæ hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diverti mos eſſet.* Legati, qui repente aliquo mitterentur, ſingula jumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant, aliam impenſam ſocii in magiſtratus non faciebant. *Laured.*

tunt, queri nonnumquam ſolent, on
pejo atque omnia maria eſſe permi
multa committi, & condonari omn

Imperabitur aliquid muneris] Præter ſumtus adventus imperabitur forte munus aliquod, ut verbi gratia, fortaſſe imperabuntur vehicula, aut annonæ cura, aut viæ munitio illis in locis, ubi coloniam decemviri contendent. Nam hic munus onus quoddam eſt cum ſumtu & erogatione. Vetus codex: *cum illa ſinitorum juventute.* Turneb. Sic & Francii codex ſine *delecta*.

Illud vero quantum eſt Quirites, cum is decemvir, &c.] Oſtendit porro decemviro, ſi dixerit ſedem illam publicam eſſe, ſociis calamitoſum, ſi negarit, ipſi fructuoſum. Nam ſi dixerit, ſocios ſede ſpoliabit, ſi negarit, pecunia augebitur, quam ſocii decemviro, ne dicat, facile dabunt. *Laured.*

Sedem hoſpitalem] Quod in hoſpitii jure inſit magna quædam religio, quæ violari non debeat. Idcirco ſedis hoſpitalis publicationem, ut quiddam nefarium & iniquum poſuit. *Turneb.*

Quanta calamitas populi] Tres libri veteres, *at quanta:* non approbo. volui tamen veterem ſcripturam teſtatam relinquere. *Laured.* *Quanta calamitas populi*] Lauredanus admonet, eſſe reponendum, *At quanta calamitas*, &c. ex auctoritate codicum manuſcr. & ita

Nam pop
& patria c
Atque
ratione au
Comparat
Pompejo b
co permiſſ
eſſe major
eos, qui
extraordin
præſertim
pejo, &
multa com
condonata
hi prædæ,
ſus ſit, hi
pulo univer
fraudem c
ſunt enim
maximum
pati non p
μετ̀ βαρύτη
ſimilibus.
bello pirati
nios bello
fectus eſt. *L*
Condonari
quæſtum &
poterunt de
uſurpare &

praeponi, an praedae & quaeſtui? mitti ad ſocios liberandos, an ad opprimendos? denique, ſi quis eſt honos ſingularis, nihilne intereſt, utrum populus Romanus eum, cui velit, deferat: an is impudenter populo Romano per legis fraudem ſurripiatur? In- 18
tellexiſtis, quot res & quantas decemviri legis permiſſu, vendituri ſint. Non eſt ſatis. cum ſeſe ſociorum, cum exterarum nationum, cum regum ſanguine im-

quens verbum ſit diſſolute elatum, hoc particula, *vel*, conjunctioneque copulatur? *Laured.* Sic Francii quoque, Erfurt. & Pithœi MSS. & edd. Lamb. & Gruteri. Male Victorii, Manutii & aliæ edd. *vel labori & negotio.*

Mitti ad ſocios] Non, *vel mitti*, quare aut delendam arbitror, aut in ſequenti membro repetendam; quod cum per antiquos libros non liceat, eo libentius ejicio. *Laured.*

Nihilne intereſt, utrum populus] Erfurt. *nihil intereſt, utrum populus Romanus.* Poterat particula interrogandi abeſſe, ſicut in præcedentibus abest, *ſimile vere eſt, multa committi & condonari omnia?* pro *ſimile ne eſt.* & ſic in ſequentibus. *Grav.*

An is impudenter populo Romano] Forte melius, & rectius legeretur: *An is imprudente populo Romano.* ſic ſupra: *Viderunt, & vident, ſi per imprudentiam veſtram, negligentiam meam, legem incognitam acceperitn.* in ejuſmodi voce ſimilem errorem contigiſſe reperio in epiſtola ſecunda libro ſeptimo epiſtolarum ad Atticum, cum enim antea legeretur: *Bene conveniat, inquit Carneades, ſpurce, ſed tamen pudentius.* ſic correxit ex antiquis libris Paulus Manutius: *Bene eveniat, inquit Carneades, ſpurce, ſed tamen prudentius Lucilius noſter.* Idem. Nihil muto. ſic enim omnes MSS. Impudentia ſumma fuit populo lege doloſa id velle ſurripere. *Gravius.*

Intellexiſtis, quot res & quantas decemviri] Hactenus de venditione provinciarum, atque regnorum, nunc de auctione vectigalium Rom. quæ aut in Italia, aut in Sicilia, aut in provinciis ſunt, dicere aggreditur, figura uſus aptiſſima, qua alterum caput terminat, alterum inſtituit, præparans auditorem ad majora etiam audienda, quam quæ dicta ſunt, quæ ſunt graviſſima. Non ſunt, inquit, hæc ſatis, quæ dicta ſunt. nam permittitur, ut vectigalia quoque populi Romani attingant. ipſe autem augendæ rei cauſa imitatur vocem Rulli jubentis, & verbis atrociſſimis agentis. *Lauredanus.*

Cum ſeſe ſociorum, cum exterarum nationum, cum regum ſanguine implerint, incidant nervos populi Romani] Sanguinem autem fortunas & bona ſociorum appellat, tranſlatione ab hirudine ſumpta. de qua Horatius:

Non miſſura autem niſi plena cruoris hirudo.

Vnde Cicero lib. I. epiſt. ad Attic. plebem ærarii hirudinem nominavit. cum autem ſanguinem dixiſſet, nervos intulit, ſunt enim pecuniæ publicæ nervi reip. ut autem exhauſto ſanguine, ſic etiam inciſis corporis venis vita nulla exiſtere poteſt, ſic in Philippicis nervos belli pecuniam appellavit, & in Pompejana, vectigalia nervos reipubl. & Demoſthenes in III Olynthiaca populum Athenienſem enervatum vocavit, quod ſociorum, & vectigalium ſubſidiis eſſet ſpoliatus. Quin etiam Plutarchus in Cleomene ſcripſit: Ἀλλ' ὁ πρῶτος τὰ χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων προσειπὼν, εἰς τὰ τοῦ πολέμου μάλιστα βλέψας, τοῦτο εἰπεῖν ἔοικε. Quod autem tranſlate dixerat, *incidant nervos populi Romani* propriis vocibus exprimit. *Idem.*

Sanguine] Fortunis, quas invidioſo nomine ſanguinem vocavit, quem exorbituri ſunt decemviri. Sic Androcides

manî auctionem : quam mehercule
luctuoſam, & acerbam praedicat

Philoſophus, ut Alexandrum a vini potu prope deterreret, invidioſo verbo vinum *ſanguinem terræ* vocavit. Plinius: *Vinum potaturus Rex, memento te bibere ſanguinem terræ* dixit. Nam cruorem & ſanguinem bibere prope nefas. *Turn.*

Incidant nervos populi Romani] Vectigalia nervi ſunt reipublicæ. Vt enim in nervis eſt robur membrorum, quibus inciſis inutilia ſunt: ita quoque amiſſis vectigalibus vires amiſerit reſpublica. Eodem modo loquitur in Academica ad Varronem: *Zeno igitur nullo modo is erat, qui, ut Theophraſtus, nervos virtutis inciderit.* Pro *populi Romani*, ſcriptus liber habet *populo Romano.* Idem. Sic & Francii liber.

Adhibeant manus vectigalibus veſtris, irrumpant in ærarium] Vt autem *incidere nervos* convenit, ſic *adhibere manus vectigalibus, irrumpere ærarium*; nam vectigalia ſurripi, in ærarium, quo pecunia ex vectigalibus collecta aſſervatur, impetus fieri poteſt. hoc autem prope a Rullo juberi expoſita ſequentis capitis ſententia apparebit, in quo non permittit, inquit, ſi forte pecunia deſit, cum tamen nullo modo defutura videatur, ut decemviri vendant vectigalia nominatim, ſed quaſi id reip. ſalutare futurum ſit, cogit, atque imperat. deinde

replent,
petu fa
pecunia
Non
ſcriptus
Sic & E
Ex ſi
colligi.
cipi, &c.
libris, q
velim ca
lus ſemp
Quam
legis ſcri
Vectigali
les alien
lum con
auget, c
hanc reci
trari, cai
tura. nam
erant ſub
oratio cu
ad praeco
Laurod.
Ex ordine
Virgil. *S*
ordine me
grammas ex
tione: *Ve*
omnes. Eſt

AVCTIO. Vt in ſuis rebus, ita in rep. luxurioſus eſt nepos, qui prius ſilvas vendat, quam vineas. Italiam percenſuiſti:

ſtum præcones ex auctionibus facere ſolent: tamen arbitror gravem & acerbam prædicationem hujus auctionis recitaturo præconi fore. Auctionarium enim lucrum ſequebantur præcones, triſteſque ſunt cum auctiones non fiunt, ut pro Plancio de præcone Granio ſcribit Cicero. *Prædicatio* autem eſt quod Græce dicitur *κήρυγμα*, *ἀναγόρευσις*, *ἀνάῤῥησις*, clara quædam & aperta declaratio & prædicatio. Ac quod Cicero dixit de optimo genere oratorum: *Atque ita prædicaretur, cum donari virtutis ergo benevolentiaque, quam erga populum Athenienſem haberet.* Græce dixit Demoſthenes, *καὶ ἀναγορεῦσαι ὅτι στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας.* Turnebus. *Luctuoſam, & acerbam prædicationem*] Lauredanus teſtatur, amicum quendam ſuum, virum gravem, & certum, ſibi confirmaſſe, repertum a ſe in uno codice manuſcr. *recitationem.* quod ait ſibi magis placere. Ego dubito. nam movet me, quod antecedit *præconi huic ipſi.* eſt enim præconis prædicare: ſcribæ recitare. Itaque, ſi *recitationem*, legeremus, una legendum quoque ſupra videretur, *ſcriba huic ipſi*, hoc modo, *ſcriba huic ipſi luctuoſam, & acerbam recitationem*, &c. nunc autem abſurdum eſt, præconem in concione recitare. niſi forte quis dicat, etiam hoc munus fuiſſe præconum, in concionibus recitare, ſi quid eſſet recitandum præter legem. Nam in comitiis præcones leges ſolitos eſſe recitare conſtat. Rurſus æque videtur abſurdum præconem in concione prædicare. præconis eſt enim in auctione, non in concione prædicare: niſi quis dicat, præconem etiam auctionem, ſeu auctionis deſcriptionem in concione ſolitum prædicare. Sed hac de re judicent eruditi. Lambinus. *Acerbam prædicationem*] Quidam codd. *recitationem*, ut monet Lauredanus, quod tamen Lambinus improbat. male; cum verſu ſuperiore dixerit, recita. utraque lectio recta. *Putaneus.* Gruterus.

AVCTIO] Hanc dictionem Paulus Manutius in iis, quos duos ab hinc annos edidit, orationum libris, addidit, ut caput legis de vectigalibus vendendis per præconem recitatum ſignificaretur, quod caput cum præco recitaſſet, intulit Cicero. *Laured.* Sane iſta vox *auctio*, nec in Erfurt. nec in Francii, nec in Pith. libris habetur, nec in Victorii editione.

Vt in ſuis rebus, ita in rep. luxurioſus eſt nepos, qui prius ſilvas vendat, quam vineas] Hunc locum Petrus Ramus mutilatum eſſe exiſtimat. cum tamen diligenter attendenti ſatis appareat, nihil deſiderari niſi verba legis, quibus jubebat Rullus, ut ſilva Scantia venderetur. cujus ſilvæ nomen ubi audivit Cicero, ſic ſtatim ſubſequutus eſt: *Vt in ſuis rebus*, &c. quibus perbelle notat luxurioſam Rulli vitam, qui diſſolutus, & intemperantia perditus res a majoribus ad dignitatem tuendam relictas turpium voluptatum explendarum cauſa, profuderit. ex quo concludit, quod is de re privata fecit, idem de publica eſſe facturum. Sic in præcedenti: *Vt ſit non minus in populi Romani patrimonio nepos, quam in ſuo.* Divus quoque Paulus ad Timot. epiſt. 1. cap. III. dixit: *Si quis autem domi ſuæ bene præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei curam ſuſtinebit?* locus eſt communis in prodigum, & in eum, qui publicas pecunias diſſipat. fides fit a rei privatæ adminiſtratione. qui enim in ſuis rebus profuſus fuerit, is in alienis, & in ipſa rep. moderatus, & parcus nunquam erit. Vinoſitatis porro eum arguit, cum ſtudio bibendi vineas amarit magis, quam ſilvas, atque has vendat, illas ad poſtremum relinquat. Mandat præterea præconi, ut quando recitavit vectigalia Italiæ, inde perſequatur Sicula, tranſlatione aptiſſima uſus. *Laured.*

Italiam percenſuiſti, perge in Siciliam] Expleta recitatione præconis, hæc ſubjicit orator. *Idem.* *Italiam percenſuiſti*] Perſecutus es præco ordine, quæ in Italia vendas, tranſi in Siciliam. *Turn.*

Hic nunc parumper mentes v
movere videor, dum patefacio vob

Nihil eſt in hac provincia, &c.] Sic enim legendum eſt, adjecta dictione, *hac*, quæ impreſſorum vitio, & incuria, ut arbitror, defecerat; & non ut antea: *Nihil eſt in provincia:* quibus invidiæ augendæ cauſa complectitur, nihil eſſe in Sicilia, quod aut in oppidis, aut in agris majores proprium populo Romano reliquerint, quin id vendi Rullus jubeat. poſt autem oſtendit turpe eſſe quod a majoribus recenti victoria partum in ſociorum finibus, ut eſſet vel pacis vinculum, vel belli ſubſidium, id auctore Rullo vendere. ſignificat autem vectigalia Siciliæ a M. Aquillio, ſervili bello confecto, auctore ſenatu conſtituta. nam de piratico, aut Mithridatico, aut Sertoriano bello intelligere, ut cæteri faciunt, cum hæc Cicero a majoribus relicta dicat, perridiculum eſt. ſi quidem & recens Aquillii victoria dici poteſt, ſi cum Rupillii, aut Lævini aut Marcelli victoria eam compares, qui omnes in Sicilia bella confecerunt. *Laured.*

Majores noſtri] Vetus liber, (cui & Francii accedit) *Majores veſtri proprium vobis*. quod haut paulo melius eſt ad populum captandum. *Proprium vobis* proprium populi Romani & publicum dicit. *Turnebus.*

Et vinculum pacis] Hic vinculum pacis eſt, quod populus, qui populo Ro-

nim er
manis
vectiga
bello
agros l
urbes c
dicit ag
ritoriu
Hic
Cum h
fuiſſet
conſuli
ſubſequ
ſium,
agrum
ſanum i
talicos
regis Ph
nia, Po
thridati
mentio
pejus ad
ſubjecit
talis. I
dicam,
ſcio, ja
Nam co
motione
pejo a tri
rabit pr
ne ad P
ut dixit,
ſectatur.

ſtruſas inſidias ſe poſuiſſe arbitrentur contra Cn. Pompeji dignitatem. & mihi, quaeſo, ignoſcite, ſi appello talem virum ſaepius. vos mihi praetori biennio ante, Quirites, hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis, ut, quibuſcumque rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiſcum una tuerer. feci adhuc quae potui, neque familiaritate illius adductus, nec ſpe honoris atque ampliſſimae dignitatis, quam ego, etſi libente illo, tamen abſente illo per vos conſecutus ſum. Quamobrem cum intelligam, hanc totam fere legem ad illius opes evertendas, tanquam machinam, comparari, & re-

qui Serviliam legem oppugnabat, Pompeji dignitatem, quæ hac lege maxime violabatur, quodammodo defendebat, ne fortaſſe Cicero huic legi reſiſtere Pompeji gratia quibuſdam videretur, removet tacitam ſuſpicionem, atque ſe abſentis Pompeji dignitatem tueri ait, voluntate populi Romani commotum, non familiaritate ejus, aut ſpe ampliſſimi honoris adductum. quam figuram Græci προδιόρθωσιν vocant. *Laured.*

Vos mihi Prætori biennio ante] Significat autem tempus illud, quo Lepido, & Tullo Cos. Prætor ſuaſit legem C. Manilii tribuni pl. qua bellum Mithridaticum Cn. Pompejo mandabatur. quæ lex omnium pene ſuffragiis accepta eſt, quia vero quam legem ſemel ſuaſit pro roſtris Cicero, pro Pompejo abſente, eam populus Romanus juſſit, propterea eam perſonam impoſuiſſe ipſi videtur, ut ſemper Pompejum abſentem una cum populo videatur debere defendere. aberat autem tunc Pompejus in Cilicia ad reliquias piratici belli perſequendas, ut hoc tempore in Paphlagonia conficiendo Mithridatico bello implicatus. *Perſonam* porro *imponere* hiſtrionum eſt, unde huc tranſlatum eſt. *Laured.* *Vos mihi Prætori biennio ante*] Legem Maniliam de imperio Pompeji Prætor ſuaſit, qua cauſſa, cum ab optimatibus defeciſſe videretur, vocari cœpit transfuga, ut ait Dion, quod & Calenus ei objecit. Eum etiam ita appellat Salluſtius: *His maledicis, illos odiſti, leviſſime transfuga, neque in hac, neque in illa parte fidem habes.* Turnebus.

Feci adhuc quæ potui, neque familiaritate illius adductus] Qua ſententia uſus eſt etiam in extrema oratione pro lege Manilia: *Teſterque omnes deos, me hoc neque rogatu facere cujuſquam, neque quo mihi Cn. Pompeji gratiam per hanc cauſam conciliari putem.* ſpem porro honoris, atque ampliſſimæ dignitatis, conſulatus, intelligit, quem adeptus erat. Concludit extremo, ſi cum potentiam Pompeji oppugnari hac lege videat, quoad poterit, repugnaturum conſiliis inimicorum, atque id populo demonſtraturum. *Laured.*

Quam ego & ſi libente illo, tamen abſente illo, per vos conſecutus ſum] Neſcio an venuſtius legeretur, ſi poſterior vox *illo*, tolleretur, ut gloſſema adſcriptum ad dictionem *abſente*. Idem.

Cum intelligam hanc totam fere legem ad illius opes evertendas tanquam machinam comparari] Similitudinem ſumpſit a re bellica, quam uſurpavit etiam in orat. pro domo: *Iiſdem machinis*, inquit, *ſperant me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerant.* Idem. *Cum intelligam, hanc totam fere legem*] Machinis, ut turribus ambulatoriis, teſtudinibus, & arietibus mœnia avertuntur. Vnde ducta tranſlatio. *Turnebus.*

Ve-

reſiſtam conſiliis hominum, & perficiam profecto, quod ego video comparari, ut id vos univerſi non
19 ſolum videre, verum etiam tenere poſſitis. Iubet venire quae Attalenſium, quae Phaſelitum, quae Olympenorum fuerint, agrumque Agerenſem, & Orindicum, & Geduſanum. haec P. Servilii imperio & victoria clariſſimi viri, veſtra facta ſunt. Adjungit agros Bithyniae regios, quibus nunc publicani fruuntur: deinde

Verum etiam tenere] Plus eſt tenere, quam videre. Videmus enim quæ longo diſtant intervallo; tenemus, quæ manu jam prehendimus, & quæ tractamus. *Turnebus.*

Iubet venire qua Attalenſium] Hæc loca quæ ſint, ut a P. Servilio Iſaurico in poteſtatem adducta ſint, ſatis ſupra demonſtratum eſt. *Laured.*

Qua Phaſelitum] Per Syncopen pro Phaſelitarum dixit: aut uſus eſt genitivo Φασηλιτῶν, id eſt Phaſelitum. Phaſelis eſt urbs Pamphyliæ, etiam Olympus. *Turn.* Legitur in nonnullis Lambini editionibus: *Attaleenſium*, in Erf. *Attalienſium.* Attalea eſt Lyciæ civitas in confinio Piſidiæ & Ciliciæ, incolæ Ἀτταλεῖς, ut non ſolum Stephanus, ſed & nummi docent. *Grævius.*

Agrumque Agerenſem, & Orindicum, & Geduſanum] Illis in locis oppida nominantur a Plinio, *Oranda & Sagaleſſos*, vel potius, ut in veteribus libris ſcribitur, *Oronda & Ageloſos*, ubi hi agri collocantur a Cicerone. Hi autem agri venduntur, ex quibus cum vectigalia caperentur, etiam vectigalia illis alienatis væneunt. Nam hic nonnulli hærent, qui vectigalia, non agros vendi cenſent, propterea quod dixerit paullo ante Cicero, *adhibeant manus vectigalibus veſtris.* quaſi vero non vendat vectigal, qui id vendit, unde vectigal capiatur. Hos agros populi Romani ſuſpicor locatos publicanis non fuiſſe, cum fructuoſi admodum non eſſent, & iis frui propter privatos non licuiſſet. *Turnebus.* Pro *Agarenſem* omnino legendum cenſeo aut *Sagalaſſenſem* aut *Agalaſſenſem.* Sagalaſſus enim eſt urbs Piſidiæ, incolæ *Sagalaſſenſes* & *Sagalaſſeni*, vide Stephanum de urbibus, & quæ ad illum notat eruditiſſimus Holſteinius. Non longe ab illo tractu *Oronda* eſt & *Attalia.* Pro Sagalaſſenſes autem alii dixerunt *Agalaſſenſes*, ſicut Sandis & Andis, Μυρριναῖος & Σμυρναῖος, & alia multa in quibus littera ſibilans modo additur, modo omittitur. Sane in libris antiquis Plinii, teſte non ſolo Turnebo, ſed & Harduino, V. Cl. & mihi amiciſſimo, in eruditis notis ad Plinium non modo pro Sagaleſſos MSS. quidam habent, *Agalaſſos*, ſed & in Notitia Eccleſiæ legitur, Ἀγαλασσός. Ab hac urbe Σαγαλασσὶς Ciliciæ regio apud Ptolemæum, uti ſagaciter emendatus eſt a Salmaſio. Porro ſicut pro Oronda, legitur apud Plinium Oroanda, & apud Livium Oroandenſes, ſic apud Ptolemæum lib. 5, c. 4. Ὀρονδικοὶ, ut hic apud Ciceronem *Orondius* ager, legendum autem *Orondicus.* Hos Ptolemæus inter Piſidiam & Iſauriam poſuit. Geduſanum ignoro, nec uſquam reperio. Forſan locus eſt corruptus, qui ſine meliore libro reſtitui non poteſt. *Grævius.*

Adjungit agros Bithyniæ regios, quibus nunc publicani fruuntur] Satis ante dictum eſt. Bithyniam, cum eſſet a rege Nicomede teſtamento relicta, in provinciæ formam eſſe redactam, qui autem in Bithynia agri regis fuerunt, ii a cenſoribus publicanorum ſocietati locati fuerunt. erant autem publicani ex equitibus Rom. ii, qui publica vectigalia exercebant, ac ſuo periculo exigenda a cenſoribus, quorum ea cura erat, certa pecunia conducebant. *Laured.*

Deinde

inde Attalicos agros in Cherroneſo: in Macedonia
.i regis Philippi, ſive Perſae fuerunt: qui item a cen-
ribus locati ſunt, & certiſſimum vectigal. Adſcribit
em auctioni Corinthios agros, opimos & fertiles, &
yrenenſes, qui Appionis fuerunt: & agros in Hiſpa-
a propter Karthaginem novam: & in Africa ipſam
terem Karthaginem vendit: quam videlicet P. Africa-
ıs non propter religionem ſedium illarum, ac vetuſta-
tis,

Deinde Attalicos agros in Cherroneſo] eſt, quos Attalus rex Pergami poſ-
erat in Cherroneſo, qui agri poſt-
am Aſia provincia facta eſt, publici
puli Romani facti ſunt. Sic Hora-
s dixit:

—— *Attalicis conditionibus.* Laured.

inde Attalicos agros in Cherroneſo] c peninſula Thraciæ ſignificatur. Li-
ıs: *Receptis omnibus ingreſſus iter per
rſoneſum Helleſpontum venit.* Attalus
tem, ut Strabo ſcribit, bello contra
udophilippum Romanos adjuvit, &
raciæ Regem Diegylim cepit, ita in
erſoneſo agros ditioni ſuæ adjunxit,
l ultimi Attali, qui Philometor vo-
us eſt, teſtamento populi Romani
t facti. Qui Cherſonenſum mino-
n Aſiam interpretantur, nugantur.
nebus. Strabo quidem Diegylin
ptum eſſe prodidit ab Attalo, ſed
um terras occupaſſe in Cherſone-
Thracica aut in omni Europa non
memorat. Cherſoneſum ergo Cni-
um, ſive Doricam intelligit Cicero.
um cum Caria quoque pertinuerit ad
num Pergamenum, poſtquam An-
cho victo, illæ terræ donatæ erant
ttalo, ut notum eſt & patet ex oratio-
Ciceronis pro Flacco, nullus du-
to Regem illum in hac Cherſo-
eſo Aſiaticæ ſuæ ditionis poſſeſſiones
us habuiſſe, non in Thracica. *Gra-
ius.*

*In Macedonia, qui regis Philippi, ſive
rſæ fuerunt*] Qui Perſe devicto publici
puli Romani facti. *Laured.*

*Qui item a cenſoribus locati ſunt, &
rtiſſimum vectigal*] Quid ſit certiſſi-
mum vectigal, docet in frumentaria his
verbis: *Inter Siciliam, ceteraſque provin-
cias hoc intereſt, quod ceteris aut impoſi-
tum vectigal eſt certum, quod ſtipendia-
rium dicitur, ut Hiſpanis, & pleriſque
Pœnorum, quaſi victoriæ præmium, ac
pœna belli, aut cenſoria locatio conſtituta
eſt, ut Aſia lege Sempronia.* Idem.

Adſcribit idem auctioni Corinthios agros] De his ſupra dictum eſt. *Idem.* *Ad-
ſcribit eidem auctioni*] Sic eſt legendum,
non, ut eſt in libris vulgatis, *idem au-
ctioni.* Lambinus.

Et Cyrenenſes, qui Appionis fuerunt] Ptolemæus cognomento Appio rex Cy-
renarum, moriens hæredem populum
Romanum reliquerat, cujus regni ci-
vitates liberas eſſe ſenatus juſſerat. Hoc
factum Cn. Domitio, C. Caſſio Coss.
anno CLVII. auctor Obſequens, Iuſti-
nus, Epitomæ. De his agris ſic ſcriptum
eſt apud Hygenum: *Neque hoc præter-
mittam, quod in provincia Cyrenenſi com-
peri, in qua agri ſunt regii. id eſt, illi,
quos Ptolemæus rex populo Romano reli-
quit.* Laured.

*Non propter religionem ſedium illa-
rum*] Atqui dubitat oratione ſuperio-
re num ob oblatam aliquam religio-
nem Africanus eam conſecrarit. Sed id
de quo dubitavit, hic aperte negat.
Illic Iuno ſanctiſſime colebatur, ut in-
quit Maro:

*Quam Iuno fertur terris magis omnibus
unam*

Poſthabita coluiſſe Samo.

Colebatur Saturnus, cui etiam liberos
ſuos immolabant, ut & Æſculapius,
ſed omnium religioſiſſime Cæleſtus,
qui etiam hæres, ut Vlpianus ſcribit,
inſtitui poterat. *Turnebus.*

De

rum imperatorum, adjung
tis, qui in Paphlagonia, q
docia fuerunt, ut eos decei

De conſilii ſententia] Pro ex decem legatorum, quos ſenatus in Africam miſit, conſilio. *Loured.* *De conſilii ſententia*] Solebant Romani bello confecto decem legatos mittere, qui conditiones pacis dicerent, qui leges darent, reſque ordinarent. Sic Siciliæ bello confecto Rupilius de decem legatorum ſententia leges dedit, quas Rupilias vocarunt. Quod hic nonnulli de lege Papiria nugantur, alienum eſt a ſententia. *Turnebus.*

Conſecravit] Vt proinde profanari non debeat, nec vendi, cum tamen hac lege vendatur. Nec tamen ea res determuit Gracchum a deducenda Carthaginem colonia, quam in odium Africani, ut reor, qui eam conſecrarat, deduxit, &, quod in ea urbe Iuno ſanctiſſime coli ſolita eſſet, Iunoniam appellavit: valde tamen loci gen'o, cui ſacra erat, refragante, & iram multis ſignis oſtendente. *Idem.*

Veſtigia calamitatis.] Vt Romæ domus Mælii, Flacci, Saturnini dirutæ ſunt. Ciceronis non diruta ſolum, ſed etiam conſecrata. *Loured.*

Sed non fuit tam diligens, quam eſt Rullus] Irridet Rullum, qui vendat agrum, quem Africanus conſ...

non legibus datis, non auditis verbis imperatoris, nondum denique bello confecto, cum rex Mithridates, amiſſo exercitu, regno expulſus, tamen in ultimis terris aliquid etiam nunc moliatur, atque ab invicta Cn. Pompeji manu Moeotide, & illis paludibus, & itinerum anguſtiis, atque altitudine montium defendatur: cum imperator in bello verſetur: in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum ſit: eos agros quorum adhuc penes Cn. Pompejum omne judicium & poteſtas more majorum debet eſſe, decemviri vendent? Et, credo, P. Rullus:

is

rumque fueris, habitus ſis in liberum loco, ſicut mos majorum ferebat, repente relinquas? ἄληθες; Græci. Ariſtoph. in Pluto:

> Ἄληθες; ὦ δειλότατε πάντων δαιμόνων.

Vſus ejus eſt in rebus, quæ apertam reprehenſionem habent, ut factum Rulli, qui nondum confecto bello, agros tamen eorum, contra quos Pompejus bellum gerebat, & quibus adhuc, ut victis, nullas leges dederat, publicæ auctioni ſubjiceret. *Laured.*

Non legibus datis] Quia moris fuit, ut imperator, qui populum, aut regem devicerat, leges ex decem legatorum ſententia daret. ante vero agri nulli publici eſſe poterant, quod ab imperatore populus multatus non eſſet. Livius libro 43. *Decem legati more majorum, quorum ex conſilio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti.* Idem. *Non legibus datis*] Ciceronis tempore decem legati non mittebantur; ipſi imperatores leges dabant. Ac populis plurimis in continente Aſiæ Pompejus, ut ſcribit Dion, leges dedit, quibus etiam ætate Dionis utebantur. Eſt igitur *non legibus datis*, cum illæ regiones nondum in provinciæ formam redactæ ſint, nondum ſint pacatæ. *Turnebus.*

Non auditis verbis imperatoris] Nondum audita conditione pacis, quam eis ferebat imperator. Quid enim ſi agros eorum non publicet? quid ſi liberet? Sententia eſt, cum illi nondum audiverint, quam conditionem pacis imperator proponat. *Idem.*

Amiſſo exercitu] Quem in minore Armenia nocturno prœlio ſuperaverat Pompejus. Superatus autem Mithridates in Boſporum ſe recuperat, ubi non multo poſt rebellione filii comperta, cum veneno tollere ſe non potuiſſet, ſe jugulandum præbuit. *Idem.*

In ultimis terris] In Boſporo. Nam Pompejo per Syriam arma circumferente, cogitavit de bello Italiæ inferendo Mithridates, ut ſcribit Dion. *Idem.*

Illis paludibus] Mœotidis paludes hic Cicero dixit, & apud eum Ennius:

> *A ſole ex oriente ſupra Mœotis paludes*
> *Non eſt qui factis me æquiparare queat.*

Eſt Mœotis lacus, non palus. Sed paſſim in lacus extremitate paludes ſunt. Lacus enim in paludes deſinunt. Vetus liber *Mœoti & illis paludibus* ſcribit. *Idem.*

Montium] Caucaſi aliorumque montium. *Idem.*

Et, credo, P. Rullus] Ad concitandam invidiam, inquit, ſe arbitrari P. Rullum decemvirum ad Mithridaticorum agrorum auctionem iturum, litteras imperioſas ad Cn. Pompejum miſſurum. Hoc ita probat, quod dicat, P. Rullum ita ſe gerere, ut ſibi jam decemvir deſignatus ipſe eſſe videatur. Cui commento oratorio aptiſſimas duas voces affert, *credo*, & *videlicet*. Lauredanus.

Is

non enim videtur id, quod imm

ceſſurus verbo. Te volo c

Is enim ſic ſi gerit] Repetit locum invidiæ. tantam eſſe Rulli inſolentiam oſtendit, ut antequam decemvir deſignatus ſit, decemvirum agit, & imperatori Pompejo imperet. *Laurid.*

Is videlicet, antequam veniat in Pontum litteras ad Cn. Pompejum mittet] Quaſi Rullus jam compoſuiſſet, ſibi tanquam decemviro litterarum exemplum, quas ad Pompejum mitteret. *Idem.*

Quarum ego jam exemplum ab iſtis] Demoſthenes Philippi, Cicero Antonii litteris in concione recitatis invidiam ſæpe in eos quæſiverunt, cum ſingula verba perpenderent, atque inde aliquid ad excitandum populum elicerent. callide illi quidem, & argute, niſi hoc ſit multo callidius, fingere litteras, quas veriſimile ſit, adverſarios noſtros eſſe ſcripturos, atque illis recitandis maximum invidiæ in eos incendium excitare. hanc figuram Græci προσώπωσιν, & ἠθοποιΐαν vocant. *Idem.*

P. Servilius Rullus, tribunus pleb. decemvir, S. D. Cn. Pompejo, Cn. F.] Index eſt epiſtolæ artificioſe compoſitus ad inſolentiam Rulli oſtendendam, qui ſe propriis tribus, magiſtratus duobus nominibus ſit ornaturus, Pompejum ferme nullis, quod ut appareret magis, ſic ſubjicit Cicero. *Idem.*

Non credo adſcriptum eſſe, Magne] Significat autem, cum Pompeius vulgo

tare
mil
cog
Ap
cre
phil
fuiſ
ide
eun
ſuo
ne
ret.
diu
ad
reci
Caſ
tim
min
num
redd
fieri
Cn.
Pom
opi
ſicu
exta
N
inq
opp
eſſe
vide
qua
Turr

NOPE PRAESTO SIS, AVXILIVMQVE ADDVCAS DVM EOS AGROS, QVOS TVO LABORE CEPISTI, EGO MEA LEGE VENDAM. An Pompejum non adhibebit? in ejus provincia vendet manubias imperatoris? ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter veſtra atque hoſtium caſtra haſta poſita, cum

nope vero urbs Ponti clariſſima, in qua erat domicilium regis. Cicero pro lege Manilia. *Laured.* *Te volo curare*] Iuriſconſultis *jubeo* imperantis eſt, ut in legatis, in quibus imperando aliquid teſtamento relinquitur. *Volo* autem precarium eſt, nec legatis, ſed fidei commiſſis aptum: tamen *volo te curare* arrogantis & imperantis eſt. Moderatius & lenius eſſet, *velim cures*, quanquam etiam imperioſum. *Turnebus.*

Quos tuo labore cepiſti, ego mea lege vendam] Mallem: *Quos tu tuo labore*: ut opponantur ſingula ſingulis: antitheta enim illa ſunt, *tuo labore*, *mea lege*, *cepiſti*, *vendam*. Laured.

An Pompejum non adhibebit?] Probabile reddit quod dixit, Rullum advocaturum cum exercitu Pompejum, a repugnantibus. nihil enim tam repugnat, quam in provincia vendere manubias ejus, ipſum non adhibere. Manubiæ autem hoc in loco prædam ſignificant, id eſt, corpora rerum manu captarum, non pecuniam ex his redactam. Manubias certe, Pedianus ait, eſſe ſpolia quæſita de vivo hoſte nobili per deditionem, eamque fuiſſe imperatorum prædam, ex qua quod vellent facerent. *Idem.* *An Pompejum non adhibebit?*] In conſilio non habebit, cum de agris vendendis conſultabit? an tanta Pompejum contumelia afficiet, ut ne eum quidem in conſilio adhibere dignetur? *Turnebus.*

Manubias imperatoris?] Manubias quidam cenſent a *manus vi*, aut virtute habere nomen. Alii a *manibus* deducunt, quaſi manubias, ab eadem origine. Proinde hic agros etiam manu captos de hoſte manubias appellat. Indigniſſimum autem in Pompeji provincia, ubi imperium habebat, Pompeji manubias ab alio vendi. *Idem.*

Ponite vobis ante oculos Rullum] Ad cumulandam invidiam ſubjicit oculis populi Romani Rullum ipſum in Ponto auctionantem. ut autem paulo ante litteras finxit, ſic nunc auctionem. hanc figuram appellant Græci ὑποτύπωσιν, Cicero rerum ſub aſpectum pene ſubjectionem, cujus in rebus indignis, & atrocibus maximus uſus eſt: ut in x Philip. *Ponite ante oculos P. C. miſeram quidem illam, & flebilem ſpeciem, ſed ad incitandos animos neceſſariam, nocturnum impetum in urbem Aſiæ clariſſimam.* quamquam illa res præteritas, hac futuras ſub oculos ponit. hujus loci exemplo utitur Aquila Romanus eruditus ſane rhetor in libello de figuris, ubi de lumine orationis, quod διατύπωσις ab eo vocatur, diſputat. inquit enim: *Deſcriptio, vel deformatio eſt, ubi rebus derelictis perſonarum & formas ipſas, & habitus deſcribimus, & exprimimus.* ut Cicero: *Ponite ante oculos vobis Rullum.* Laured.

Inter veſtra atque hoſtium caſtra] Ita loquitur, ut provincia nondum pacata, quaſi caſtra caſtris collata ſint. *Turneb.*

Haſta poſita] Moris fuit haſtæ ſubjicere, quæ publice venderentur, quia ſignum præcipuum eſt haſta. Feſtus. Hinc etiam Cicero in 2 Philipp. *Haſta poſita pro æde Iovis Statoris bona Cn. Pompeji Magni voci acerbiſſima ſubjecta præconis.* Hinc Cæſaris, & Sullæ haſtæ dictæ ſunt, pro auctionibus, & proſcriptionibus bonorum civium Rom. idem autem in oratione in ſenatu proferens rem multis modis auxit, & fidenter magis aſſeveranterque interrogative dixit: *Num obſcure videntur prope haſta præconis*, &c. Laured.

cum ſuis formoſis finitoribus auctionantem. Neque in hoc ſolum ineſt contumelia, quae vehementer & inſignis eſt, & nova, ut ulla res parta bello, nondum legibus datis, etiam tum imperatore bellum adminiſtrante, non modo venierit, verum locata ſit. Plus ſpectant homines certe, quam contumeliam: ſperant, ſi conceſſum ſit inimicis Cn. Pompeji, cum imperio, cum judicio omnium rerum, cum infinita poteſtate, cum innumerabili pecunia, non ſolum aliis in locis vagari, verum etiam ad ipſius exercitum pervenire: aliquid illi inſidiarum fieri, aliquid de ejus exercitu, copiis,

Cum ſuis formoſis finitoribus] Agrimenſoribus. refertur ad ætatem, cum ironia tamen: dixit enim: *cum delecta finitorum juventute*. Laured. *Cum ſuis formoſis finitoribus auctionantem*] Faërnus legebat *famoſis*, pro *formoſis*, conjectura tantum ductus, nullo vetere libro (quod ſciam) auctore. *F. Urſinus.* *Formoſis finitoribus*] Non recte Faërnus, *famoſis*. ita ſupra dixit cap. 17. *cum illa delecta finitorum juventute*. quo alludat, & quam maculam Rullo adſpergat, palam eſt. *Guilielmius.*

Neque in hoc ſolum ineſt contumelia] Quas parent Pompejo inſidias, apertius oſtendit, conſilium eſt, inquit, eorum, non modo contumelia Pompejum afficere, ſed etiam detrimento. Contumelia in eo eſt, ut ulla res parta bello, nondum ipſo confecto bello, imperatore adhuc bellum gerente, non veneat ſolum, ſed locetur; detrimentum, quod ſperant ſe exercitum Pompeji abducturos. Contumeliam ὕβριν vocat Ariſt. lib. 2. artis Rhet. eamque ita definit: ὕβρις ἐστὶ τὸ βλάπτειν, καὶ λυπεῖν, ἐφ' οἷς αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι. Id eſt, *Contumelia eſt detrimentum, aut dolor illatus in iis rebus, quæ probrum afferunt ei, qui contumeliam patitur*, non ut ille lucrum faciat, qui contumelia afficit, ſed ut voluptatem capiat. *Laured.*

Quæ vehementer & inſignis eſt, & nova] Inſignis, ut omnium in ſe oculos convertere poſſit; nova, ut omnium admirationem excitare. *Idem.*

Non modo venierit, verum etiam locata ſit] Levius eſt locare, quam vendere. *Idem.* *Verum etiam locata ſit*] A Cenſoribus locata ſit publicanis. *Non modo* autem pro *non modo non*, ut alias non raro. *Turnebus.*

Verum etiam locata ſit] Delevi *etiam*, auctoribus antiquis libris Erfurt. Francii, Pithoei, Turnebi, cum non modo commode, ſed recte hic abſit hæc particula. *Gravius.*

Plus ſpectant homines certe, quam contumeliam, ſperant] Nimirum ſolicitationem exercitus Pompejani, ad res Pompeji geſtas imminuendas. & Craſſum, & Lucullum, ut dixi, fortaſſe innuit. cauſſam autem populi Romani cum cauſſa Pompeji conjungit, oſtenditque non ſolum dignitatem Pompeji lædi, verum etiam commoda populi Romani, & imperii dilatandi facultatem impediri. nam ſi milites alienato ſint animo, his imperator uti non poterit vel ad pugnam committendam, vel ad ſua caſtra tuenda, vel ad aliud quippiam gerendum. *Laured.*

Aliquid illi inſidiarum fieri, aliquid de ejus exercitu] A toto ad partes delabitur. quid enim ſperant inimici Pompeji? aliquas ei inſidias facere, quas? aliquid de ejus exercitu, copiiſque detrahere quid eſt hoc? de gloria ipſius Pompeji non nihil adimere. quid enim aliud

copiis, gloria, detrahi poſſe. putant, ſi quam ſpem in Cn. Pompejo exercitus habeat, aut agrorum, aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cum viderit, earum rerum omnium poteſtatem ad decemviros eſſe tranſlatam. Patior non moleſte tam ſtultos eſſe, qui haec ſperent: tam impudentes, qui conentur. illud queror, tam me ab iis eſſe contemtum, ut haec portenta, me conſule, potiſſimum cogitarent. Atque in omnibus his agris aedificiiſque vendendis permittitur decemviris, ut vendant quibuſcumque in locis videatur. O perturbatam rationem! o libidinem refrenandam! o conſilia diſſo-

aliud ſplendorem rerum a Lucullo geſtarum obſcuravit, quam P. Clodius, qui exercitum ejus ſolicitavit, atque abduxit? at quomodo abducent exercitum Pompejanum? ſublata ſpe agrorum, aut aliorum commodorum, quorum poteſtas omnis ab imperatore ad decemviros ſit tranſlata. ſatis autem conſtat, conſueviſſe imperatores confecto ex ſententia bello militibus agros aſſignare, eoſque in colonias adducere. neque hoc ſolum, ſed præda, ſtipendio, congiario, veſtimentis afficere, cujus rei plurima extant in hiſtoriis Romanorum exempla. *Laured.*

Agrorum] Qui veteranis dari ſolebant. Lucan.

——— Quæ rura dabuntur
Quæ noſter veteranus aret. Turn.

Patior non moleſte tam ſtultos eſſe] Concludit hæc eorum conſilia ſe conſule ad nihilum recaſura. Negat porro ſe moleſte ferre eos aut propter ſtultitiam hæc ſperaſſe, aut propter imprudentiam conatos eſſe. Illud queritur, eos adeo ſe contempſiſſe, ut ſe potiſſimum conſule hæc portenta animo agitarent. idem & infra: *Hæc ego vos concupiſſe pro veſtra ſtultitia, atque intemperantia non miror; ſperaſſe me conſule aſſequi poſſe demiror.* Ceterum ſtultitia in eo poſita eſt, ut quicquam ſine ratione ſperemus; impudentia, ut rem iniquam aggredi audeamus. contemnere autem, quod eſt apud Ariſtotelem καταφρονεῖν eſt parvi ducere. quæ enim homines nullo pretio digna eſſe putant, ea contemnunt & parvi faciunt. *Laured.*

Illud queror] Se quoque ſcilicet lædi & contemni, dicit, quo plus, ponderis habeat crimen, & Rullus rapiatur in majorem invidiam. Portenta porro nova hæc, ac plane prodigioſa ad perturbandam rempubl. & dominationem quærendam conſilia vocat μετεωροφεκῶς. Tum enim portentum fieri dicebant Romani, cum in ſolita corpora raro ſe oſtendebant, ut cometæ, turbines, & ſereno cælo facta tonitrua. *Idem.*

Atque in omnibus his agris] Expoſitis nominatim agris omnibus, qui a decemviris vendi jubebantur, & pravis tribunorum conſiliis, ut res tulit, reprehenſis, nunc illud vituperat, quod quibuſcunque in locis videretur, hos agros vendendi dabatur ab iis poteſtas. *Idem.*

Ædificiiſque] Vt in utraque Carthagine, quas hac lege vendent. *Turneb.*

O perturbatam rationem] Poſt novæ, & intolerandæ rei mentionem exclamat. hoc enim facere ſolemus. ut ubi nefarium aliquid expoſuimus, ſtatim quaſi rei indignitate atque atrocitate commoti erumpamus vel in interrogationem, vel ironiam, vel exclamationem. utitur autem quodam quaſi gradu in exclamando. *Laured.*

O libidinem refrenandam] Vbi enim ſunt diſſoluta conſilia? ubi libido dominatur? ubi libido imperat? ubi perturbata ratio appetitui ſervit. ergo per-

cum dicit, cupiditatem, aviditatem, avaritiam denique intelligit. *Refrænandam* cum dicit effrænatam intelligit, & coercendam. Ab equis eſt deſumtum, quibus cum fræni ſunt detracti, majore impetu feruntur, ut nec retineri poſſint. *Turnebus.*

Diſſoluta] Conſilium negligens atque nequam. *Idem.*

Vectigalia locare nuſquam licet] Rei indignitatem auget, ut in ſuperiore, per comparationem a majore. vectigalia non licet locare niſi Romæ ex roſtris, in conſpectu populi Romani, multo minus licebit venire, & in perpetuum a vobis alienare veſtras res proprias in Paphlagoniæ tenebris, & in Cappadociæ ſolitudine. dixit autem etiam in laude Pompejana, *Cappadociæ tenebras.* cur ita? quia ſcribit de Cappadocia ita Solinus: *Cappadocia gentium univerſarum, quæ Pontum accolunt, præcipue introrſus recedit, latere lævo utraſque Armenias, & Comagenem ſimul tangit, dextra plurimis Aſiæ populis circumfuſa.* Laured.

Hoc ex loco] Illuſtri ſcilicet. habet enim paulo poſt antitheton, in *Paphlagoniæ tenebris*, &, *veſtram frequentiam in Cappadociæ ſolitudine*, illud autem non omittam, in quibuſdam manuſcriptis libris legi: *Hoc aut illo ex loco.* Quod non placet, cum tamen ita certum locum ſignificet, quem edicto fortaſſe ſignificare cenſores conſueverant. Rullus autem contra conſuetudinem faciebat tribus de cauſſis, qui neque Romæ, neque certo quodam in loco, ſed ubi

quam, niſi quod
aut illo, &c. & f
capite oſtendit ali
venderentur. ve
Antiquarii. nam
penitius inquirer
terem. *Gruterus.*

In perpetuum a
lib. *In perpetuum a*
magis placet. Ci
rei, quæ mancipi
nexu, aut in jure c
civili fieri poſſunt.
abalienari reperitu
tum quod reperer
Abalienari legitu
libro.

L. Sulla cum
vium] Altera am
Sullæ quæſita pe
majori. Sulla bo
vium non niſi in
pulo Romano, c
vendidit, ergo m
veſtra vectigalia
tris, ſed ne præc
bent vendere. Cu
loquatur, Sullan
quam ſi in ſenat
bem mirum in n
afflixerat. Exemp
namentis, ac qua
borum, tum ſen
illuſtravit. quæ p
mediocri ingenio
tere poteſt. Dixit
civium, in crudeli

funeſta illa auctione ſua venderet, & ſe praedam ſuam diceret vendere, tamen ex hoc loco vendidit: nec, quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt. decemviri veſtra vectigalia non modo ne vobis quidem arbitris, ſed ne praecone quidem publico teſte vendent? Sequitur, OMNES AGROS EXTRA ITALIAM infinito ex tempore, non, ut antea, ab Sulla & Pompejo COSS. Cognitio decemvirum, privatus ſit an

Funeſta illa ſua auctione] Lacrymabili; cum qui in tabula proſcripti fuiſſent, ſtatim necarentur, ac bona illorum publicarentur. *Laured.*

Et ſe prædam ſuam diceret vendere] Quaſi civili bello ex plebe, quæ contra ſe ſteterat, partam. Idem in frumentaria: *L. Sullæ tantum potuit, ut nemo illo invito nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poſſet. tantum animi habuit ad audaciam, ut diceret in concione, ſe prædam ſuam vendere.* Idem.

Tamen ex hoc loco vendidit] Ex roſtris. Vis autem argumenti in eo eſt. ſi qui populi indemnati bona contra omne jus, moreſque majorum publicavit, ſi qui prædam, ut ille dicebat, ſuam vendidit, quam quocunque in loco vendere imperatori licet, tamen vobis præſentibus vendidit, quanto vehementius debent decemviri vectigalia veſtra? *Idem.*

Nec quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt] Callide, & oratorie quod a Sulla in contumeliam plebis factum eſt, id in officium rei ſuæ confirmandæ gratia vertit. *Idem.*

Non modo ne vobis quidem arbitris, ſed ne præcone quidem teſte vendent?] Hoc idem objicit Antonio in 2 Philip. *Varronis Caſinatem fundum quis veniſſe dicit? quis haſtam hujus venditionis vidit? quis vocem præconis audivit?* Arbiter vero hoc in loco idem eſt, ac teſtis, *Idem.*

Sequitur, OMNES AGROS] Superiore parte legis poteſtatem decemviris permiſerat, ut agros eos venderent, qui poſt Sullam, & Pompejum COS. publici pop. Rom. eſſent. deinde ſic ſcripſerant. Item omnes agros extra Italiam privati, an publici ſint, decemviri cognoſcunto, ac pergrande vectigal imponunto, exceptis agro Recentorico in Sicilia, & eis, de quibus fœdere cautum eſt. Hæc autem tria nunc reprehendenda aggreditur. quorum primum illud intolerandum eſſe ait: poſſe quibuſcunque locis velint nulla diſceptatione, nullo conſilio privata publicare, publica liberare, atque agro pergrande vectigal imponere, ſed de hac re ſatis in prioris orationis commentario dictum eſt. *Idem.* *Sequitur*, OMNES AGROS] Aliud caput eſt, quo poteſtas permittitur decemviris judicandi de agris omnibus extra Italiam, qui publici facti non ſunt, in controverſiam tamen vocentur publicine an privati ſint. Nam ſuperiori capite vendebantur agri, qui publici facti erant. Hoc capite cognoſcitur ex infinito tempore, qui publici qui privati. Ita agri omnes eorum ditioni & judicio ſubjicientur. *Turnebus.*

Infinito ex tempore] Hæc non erant verba legis, ſed eſt interpretatio oratoris. *Laured.*

Cognitio decemvirum, privatus ſit] Pro eo, quod eſt, omnes agri decemvirum cognitioni ſubjiciuntur. miror autem hunc locum ei, quem ſæpius appellavi, Petro Ramo mutilatum videri, qui quidem neque a ſenſu obſcurus, neque a locutione corruptus eſt, ſi recte exiſtimet. in ſuperiore proxima oratione eadem de re eandem ſententiam uſurpavit. *Quod ſuperiore parte legis præfinitum fuit Sulla, & Pompejo Coſ. id rurſum liberum, infinitumque fecerunt. jubet eoſdem decemviros omnibus*, &c. Idem.

ſaepe vehementer gaudeo. Sed

Sicque agro pergrande vectigal] Si publicum agrum judicant, vectigal pergrande imponunt veteri poſſeſſori, ut a quo qui publicum conduxerunt magno vectigali fruantur. malunt enim poſſidere magno vectigali; quam omnino amittere. idem in ſuperiore oratione apertius loco proxime citato: *Iubet eosdem decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut iidem poſſint & liberare agros quos commodum ſit, & quos ipſis libeat publicare.* Laured.

Hoc quantum judicium, quam intolerandum] Amplificatio eſt a loco, & a modo ſumpta. Infert enim locum deſignans: *Poſſe quibuſcunque locis velint:* modum autem, *Nulla diſceptatione, nullo conſilio.* Idem.

Quam regium] Hoc libera civitas non debet ferre. *Turnebus.*

Nulla diſceptatione] *Patronorum.* ut ſupra: *Vtrum oratio ad ejus rei diſceptationem deerit.* Laured.

Nullo conſilio] Iudicum. ut ſit: re neque in diſceptationem oratorum, neque in conſilium judicum adducta. *Idem.*

Excipitur hoc capite ager in Sicilia Recentoricus] Agrum excipi in Sicilia Recentoricum ait. idque reprehendit, ante tamen quam id faciat, ſe gaudere ait, agrum eum excipi propter neceſſitudinem, quæ ſibi cum clientibus ſuis Si-

Et p
propte
ceſſitu
neſtat
indica
Sap
gnant
antiqu
corrig
Idem
verbis
ter ga
ſcit. n
detur.
deo]
ram,
ne fr
nitum
rit in
ac mu
dam
nomi
tur.
antiqu
nit, v
ſit. nc
οἰκ
quid d
Lamb.
ab ha
mæ ed
conjec
lem,

qui agrum Recentoricum poſſident, vetuſtate poſſeſſionis ſe, non jure, miſericordia ſenatus, non agri conditione defendunt. nam illum agrum publicum eſſe fatentur: ſe moveri poſſeſſionibus, amiciſſimis ſedibus, ac diis penatibus negant oportere. At, ſi eſt privatus ager Recentoricus, quid eum excipis? ſin autem publicus: quae eſt iſta aequitas, ceteros, etiam ſi privati ſint, permittere ut publici judicentur: hunc excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur? Er-

de vetuſtate poſſeſſionis, quæ uſucapio dicebatur, Iuriſconſulti. De conditionibus agrorum Flaccus Siculus his verbis: *Conditiones agrorum variæ ſunt, ac diverſa, quæ aut caſibus bellorum, aut utilitatibus populi Romani, aut ab injuſtitia, ut dicunt, inæquali ſunt.* Laured.

Non agri conditione] Conditiones leges quædam & jura ſunt agrorum, ut publici, verbi gratia, ſunt aut privati, immunes aut vectigales: aſſignati, non aſſignati, quæque alia Flaccus in libro de conditionibus agrorum commemorat. *Turnebus.*

Sed moveri poſſeſſionibus, amiciſſimis ſedibus, ac diis penatibus negant oportere] Hoc nihil eſt aliud, niſi quod paulo ante dixit: *Vetuſtate poſſeſſionis ſe non jure, & miſericordia ſenatus, non agri conditione defendunt:* Quamobrem ego pro, *amiciſſimis*, parva litterarum mutatione facta, *antiquiſſimis*, rectius legi cenſerem; (nihil tamen muto repugnantibus antiquis libris) ut *poſſeſſionibus antiquiſſimis* reſpondeat *juris vetuſtati*, *ſedibus, ac diis penatibus*, *miſericordia ſenatus.* ſic pro Roſcio Amerino: *Hunc miſerum, luctu perditum, nudum ejicit domo atque focis patriis, diiſque penatibus præcipitem exturbat.* Horatius quoque od. XVIII. lib. II. dixit.

Quid? quod uſque proximos
Revellis agri terminos? & ultra
Limites clientium
Salis avarus? pellitur paternos
In ſinu ferens deos
Et uxor, & vir, ſordiduſque natus.

Laured. *Poſſeſſionibus*] Agris, ſedibus, domiciliis, ac rure familiari. *Turnebus.*

Se moveri poſſeſſionibus, amiciſſ. &c.] Ita Pall. & olim impreſſi. non ut vulgo, *ſed moveri.* nedum ut Lambiniana, *ſed ſe mov.* Gruterus. Erfurt. *ſe moveri poſſeſſionibus a maximis.*

At, ſi eſt privatus ager Recentoricus] Inconſequens oratio. hoc enim dicturus fuit. Quæ eſt hæc impudentia? agrum eum eum, quem qui poſſident publicum eſſe fateantur, excipere? ſed quia nonnulla interpoſuit, quibus probavit, agrum eum publicum eſſe ex poſſeſſorum ſententia, quaſi oblitus prioris orationis, dilemma tale format. Aut ager ille privatus eſt, aut publicus. ſi privatus, non eſt excipiendus, ſi publicus, iniquum eſt, ceteros agros, etiam ſi privati ſint, publicare, hunc qui publicus ſit, nominatim excipere. *Laur.*

Quæ eſt iſta æquitas] Repetit alio verbo priorem ſententiam. ante: *Quæ eſt iſta impudentia.* nunc: *Quæ eſt iſta æquitas.* Qui enim inique agit, impudens eſt. *Idem.*

Ceteros, etiam ſi privati ſint, permittere] Vel legendum *ceteri* (nam hic ordo verborum eſt, permittere, ut ceteri, etiam ſi privati ſint, publici judicentur) vel more comico, ſeu Græco potius, locutus eſt. ſic autem loquuntur illi. Plautus Aſinar. *Verum meam uxorem neſcis qualis fiet*, pro, *uxor mea neſcis qualis fiet.* Lambinus.

Hunc excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur] Ramus ita legendum putat: *Quem qui poſſident publicum eſſe fateantur*, motus verbi *fateri*, in patiendi ſignificatione, novitate, quod uſurpaſſe veteres docet Priſcianus. ſic ſupra: Re-

 cen-

in verium; quiddam tamen est ad argumenti vim in verbo *fateatur*, nec repugnat uſus Latine loquendi; quædam enim verba deponentia interdum paſſive uſurpantur. ut *ſequor*, *utor*. mendoſe autem in Aldina editione legebatur, *Cateri agris omnes:* Sed mendum abſque dubio impreſſorum fuit, quod ſuſtulimus, & locum in priſtinam formam reſtituimus: *Cateri agri omnes.* Laured.

Qui publicus eſſe fateatur] *Fateatur* paſſive dixit more antiquo. Gellius annotat *dignor*, & *veneror*, & *confiteor*, & *teſtor* habita eſſe verba communia. ac illud ex XII tabb. *Æris confeſſi rebuſque judicatis. XXX dies juſti ſunto.* De ære interpretatur, de quo facta eſt confeſſio. Itaque falſo quidam annotant, locum eſſe mendoſum, cum *fateor* æque commune ac *confiteor* eſſe poſſit. *Turnebus*

Qui publicus eſſe fateatur] Nihil mutandum puto. Nam fateatur, hoc loco patiendi ſignificationem habet, quod non ex veteribus inuſitatum in talibus verbis. *Lambinus.*

Ergo eorum ager excipitur] Concludit a repugnantibus, eorum agrum excipi, qui pecunia apud Rullum valuerunt, reliquos, qui publici non ſunt, ſine delectu, ſine populi, aut ſenatus judicio a decemviris vendi. ex quo avaritia ſimul, & injuſtitia Rulli cognoſcitur. *Laurelanus.*

Qui apud Rullum alia ratione valuerunt] Crimen ad invidiam in adverſa

tione, judici
hac re populu
cemviros cog
aliud quam j
dictio eſt ut P
judicis a Præt

Addicentur
tentia iis adju

Atque etia
quo omnia ve
Aggreditur r
ceptionem, q
de quibus fœd
agri in ora m
P. Africano p
debantur tam
quibus cum
lem fœdere c
juſſu populi ſ
Hiempſal, u
idcirco hac l
curaverat. *La*
lia ſuper ore c
agris excepit
in vendendis
ca. De Num
hallucinatur.

Qua tegit
pugnantibus
git: & libri
xima ſuperio
facile me add

De quibus
les & tribuni
gibus & Te

eſt. Audivit hanc rem non a me, ſed ab aliis agitari ſaepe in ſenatu, nonnumquam ex hoc loco, poſſidere agros in ora maritima regem Hiempſalem, quos P. Africanus populo Romano adjudicarit: & tamen poſtea per C. Cottam Cos. cautum eſſe foedere. Hoc quia vos foedus non juſſeritis, veretur Hiempſal ut ſatis firmum ſit & ratum. Quid? cujuſmodi eſt illud? tollitur veſtrum judicium: foedus

per ſe & per Pompejum blanditur Appius. Videt enim hoc genere dicendi ſi utatur in ceteris, Februarium ſterilem futurum: eumque luſi jocoſe ſatis: neque ſolum illud extorſi oppidulum, quod erat poſitum in Euphrate & Zeugmate, &c. Cotta igitur Conſul in Capitolio fœdus cum Hiempſale ferierat, & agros illi in Africa ei confirmarat. Fœdus autem in Capitolio feriebatur. Cicero pro Rabirio de Ptolemæo: *Nec ei regi, qui alienus ab hoc imperio eſſet, ſed ei, qui cum fœdus feriri in Capitolio viderat.* Turneb.

Audivit hanc rem non a me] Ἀνθυποφορά. occurrit quæſtioni, quæ exiſtere poterat. quid venit in mentem Rullo hos excipere? quia, inquit, audivit ſæpe hoc agitari in ſenatu, & ad populum, Hiempſalem poſſidere agros in Africa, qui eſſent publici facti a P. Scipione deleta Carthagine. ceterum Hiarbas rex Numidiæ, quem vicit Pompejus, Hiempſalem regem reliquit, cujus Iuba filius fuit, is quem Cæſar cum Scipione poſt debellavit. Plutarchus, Dio. C. autem Aurelius Cotta cum L. Octavio conſulatum geſſit ante annos XII. Eodem orationis lumine, & ſententia uſus eſt Phil. XII. *Audivit hanc rem non in ſenatu ſolum; ſed & ad populum agi.* Lauredanus.

In ora maritima] In ora Africæ extra regnum ſuum. Imperabat autem Hiempſal ei Numidiæ parti, quæ propinqua erat Africæ. *Turnebus.*

Adjudicarit] Confecto tertio bello Punico. De eo agro inter Maſiniſſam & Carthaginienſes antea fuerat contentio. Expugnata Carthagine Carthaginienſium fuiſſe Scipio pronunciavit, & jure victoriæ populo Romano adjudicavit. *Idem.*

Et tamen poſtea per C. Cottam] Legendum arbitror, *ei tamen poſtea per C. Cottam*, &c. Lambinus.

Cautum eſſe fœdere] Hiempſali regi, qui eos agros occupaverat. *Turneb.*

Hoc quia vos fœdus non juſſeritis] Satis conſtat, fœdera niſi juſſu populi Romani eſſent facta, parum firma fuiſſe. ut de Caudino, & Numantino accepimus, & Cicero in Corneliana indicat: *Gaditani a ſenatu de fœdere poſtulaverunt, tamen eſt cum Gaditanis fœdus vel renovatum, vel ictum, de quo fœdere populus Rom. ſententiam non tulit. qui injuſſu ſuo nullo pacto poteſt religione obligari.* Laur.

Veretur Hiempſal, ut ſatis firmum ſit & ratum] Quamvis Laur. Val. lib. III. cap. XXVIII. aliter tradiderit, non idem videtur eſſe *vereri ut*, &, *vereri ne*; quod quiſque intelliget, qui uſum hujus locutionis apud Ciceronem attentius obſervabit. Nam, ut ejus verba indicant, *veremur ut*: cum dubitamus, ne ea eveniant, quæ volumus: *veremur ne*, cum ea, quæ nolumus. Cicero de oratore libro primo: *Sed illa duo Craſſe vereor, ut tibi poſſim concedere.* id eſt, dubito, ne id tibi poſſim concedere, quod tamen cupio. at contra, cum ſupra dixit: *Verendum credo, nobis erit, ne iſta veſtra præclara lex agraria magis popularis eſſe videatur.* Idem.

Quid cujuſmodi eſt illud? tollitur veſtrum judicium] Reprehendit quod hac exceptione fœderis tollit judicium populi, atque ejus injuſſu fœdus comprobat. laudat deinde Rullum, qui hac exceptione minuit poteſtatem decemvirum, & cavet regi amico; vituperat in eo, quod non gratis id faciat. *Idem.*

Tollitur] Ne de agro & fœdere judicetis. *Turnebus.*

cemvirum cognitione exceptum eſt, & a Rullo, tametſi non juſſiſtis, comprobatum. *Turnebus.*

Quod regi amico cavet] Κατὰ κῶλον ἐπαναφορά. Quod porro dixit regem amicum, ex antiquitate ſumptum eſt. moris enim fuit, ut reges amici nomine ornarentur a ſenatu, qui bene meriti eſſent. Livius lib. XXXI. *Itaque pacem illi prius petendam a populo Romano eſſe, quam ut rex ſocius, & amicus appelletur, nominis ejus honorem pro magnu erga ſe regum meritis dare populum Romanum conſueſſe.* Et Cæſar libro primo de bello Gallico: *Ubi eo ventum eſt, Cæſar initio orationis ſuæ, ſenatuſque in eum beneficia commemoravit. quod rex appellatus eſſet a ſenatu, quod amicus, quod munera ampliſſime miſſa. quam rem & paucis contigiſſe, & a Romanis pro maximis hominum officiis conſuevisse tribui dicebat.* Hinc pro lege Manilia Cicero vocat, Ariobarzanem ſocium populi Romani atque amicum. & epiſt. lib. XV. Regem Ariobarzanem Philorhomæum, unde nummos antiquiſſimos duos argenteos pater meus habet his litteris inſcriptos:

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ.
ΦΙΛΟΡΩΜΑΙ.

Multos quoque alios nummos aliorum regum ejuſdem tamen tituli inſpexi. *Lauredanus.*

cincinno
more p
de quo
χεα δ
πολλοὶ,
καὶ π
ὀδόντων,
ἰδίοις
τοῖς
κόσμον
vit id C
mollitie
retur m
quam pa
pillatum
dat, & p
allici. A
manis co
tius ad L
Et qu

Idem qu
bene nu
Ac b

Volitat
obverſat
ratore:
Juba r
legendu
git enim
ſaris par
pater fu
Hiarbas.

minus bene nummatus, quam bene capillatus. Vix jam videtur locus eſſe, qui tantos acervos pecuniae capiat, auget, addit, accumulat: Aurum, argentum ex praeda, ex manubiis, ex coronario, ad quoſcumque pervenit, neque relatum eſt in publicum, neque in monumento conſumtum,

potita eſt. Ei intercedebat paternum hoſpitium cum Pompejo; ſimultas cum Curione, qui tribunus legem promulgarat, qua regnum ejus publicarat. Itaque bello civili Cæſari acerrimus fuit adverſarius. *Turnebus.*

Bene capillatus] Sic vocatur qui capillo eſt promiſſiore & majore, ut ſupra *capillatior quam antea barbaque majore.* Catullus:

Tu præter omnes une de capillatis
Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.

Qui igitur cincinnatum & calamiſtratum interpretantur, Latine neſciunt. *Idem.*

Vix jam videtur locus eſſe, qui tantos acervos] Υπερβολὴ. Reprehendit aliud caput, quod præco recitaverat: Aurum, argentum ex præda, ex manubiis, ex coronario ad quoſcunque pervenit, neque relatum eſt in publicum, neque in monumento conſumptum, id apud decemviros profitentor. Exponit autem hoc tanta cum amplificatione, ut ſuperet fidem. etenim cum tanta adhuc, inquit, pecunia congeſta ſit, ut nullus ſit, qui eam capere locus poſſit, tamen ad hanc aliam etiam addit. cum vero unum dicat, tamen oratione conſequitur, ut plura dicere videatur. id quod & voce, & actione adjuvandum eſt, ut cenſet Ariſtoteles lib. III. artis rhet. Non, ut ſi una res dicatur, eodem habitu animi, & ſono vocis utendum eſt. *Lauredanus.*

Auget, addit, accumulat] Ἀσύνδετον κομματικόν, diſſolutum incrementum. *Idem.*

Aurum argentum] Κατ' ὄνομα κομματικὸν, σχήματα τῆς γοργότητος. potuiſſet dicere auget aurum ex præda, & manubiis, & coronario, ſed ut multa dicere videretur, partitus eſt orationem in verba, in res, & in materiam, ex qua erat pecunia conficienda, & ſimul breviorem, & venuſtiorem eam reddidit, τμητικὸν εἶδος τοῦ λόγου, hoc vocat Hermogenes in præceptis celeritatis. *Idem.*

Ex præda, ex manubiis] Quia prædæ pars, ut ſervi, equi, arma, veſtes, ad ducem pervenit: manubiæ vero, pecunia ex præda redacta. vide Gellium libro XIII. cap. XXIV. *Ad quoſcunque:* in oratione in ſenatu ſingulari numero uſus eſt, cum dixit: *Quod ad quemque pervenit, pervenerit ex præda*, &c. Idem.

Ex præda, ex manubiis] Hic manubias pecuniam prædatiam Gellius interpretatur. *Turneb.* Manubias hic ſignificat partem pecuniæ prædaticiæ, quæ imperatoribus pro bene geſta re a ſenatu donabatur, ut ex Aſconio alibi notavi. *Grævius.*

Ex coronario] Ad ornamentum triumphi a provincialibus aurum coronarium exigebatur, & hoc nomine magnam vim auri a populis extorquebant, teſte Dione. Nam in triumpho multæ traducebantur coronæ aureæ. *Turneb.*

In publicum] In ærarium, quod poſſidebatur a privatis. Ærarium enim publicum eſt. *Idem.*

Neque in monumento conſumptum] Intellige baſilicas, ſacra, fana, templa, porticus, ſacella, ſigna, ſtatuas, & ornamenta omnia, quæ conſtituebantur a proconſulibus in honorem ſui perpetuum. Declarat hoc Tullius lib. VI. epiſt. ad Attic. ubi de Appio. & lib. III. epiſtolarum familiarium. Item Aulus Gellius lib. XIII. cap. XXIV. & epigramma. in lib. Ant. Vrb. pag. V. in quo hæc verba ſunt:

— DE MANVBIIS CIMBRICIS ET
TEVTONICIS AEDEM HONORI
ET VIRTVTI VICTOR.

Re-

monumentum. Turneb. Sic & Francii liber; ſed Erfurt. *monumento.*

Hoc capite etiam quaſtionem] Expoſitum caput damnat, quod quæſtio de iis imperatoribus, qui bella populi Romani geſſerunt, & judicium de repetundis, quod ſolet eſſe prætorum, ad decemviros injuſte tranſlatum ſit. Iudicium porro repetundarum dictum eſt inde, quod eo judicio ſocii pecunias ſibi a prætoribus contra leges ereptas repetebant, eaſque ex condemnatorum litibus æſtimatis domum reportabant. Cicero in Verrem: *Pecunias, quo nomine judicium hoc appellatur, non repetunt item: Non ex litibus aſtimatis ſuis pecuniam domum, ſed ex tua calamitate cineri, atque oſſibus filii ſui ſolatium vult aliquod reportare.* Hoc autem judicium unus e prætoribus exercebat, Cicero pro Cluentio. *Laurei.*

De clariſſimis viris] Clariſſimi cenſentur ſenatores omnes. Iudicium repetundarum hoc capite conſtituitur in eos omnes, qui imperatores bella geſſerunt, aut eorum hæredes. Hæc quæſtio annis ſuperioribus tentata fuerat, ſed quietis publicæ cauſſa fuerat omiſſa. Aſconius: *Quia defuerat ſuperioribus temporibus in ærario pecunia publica, multa & ſæpe hujus rei remedia erant quæſita: in quibus hoc quoque, ut pecunia publica, quæ reſidua apud quemque eſſent, exigerentur.* Id autem maxime pertinebat ad Cornelium Fauſtum Dictatoris filium, quia Sulla per multos annos, quibus exercitibus præfuerat ...

In
decen
quati
recte
verbc
nem,
miſſc
ſtatin
cium,
dum c
edd. a
hic ef
anni c
lud vul
ecquan
titum
nio? C
Horu
cujuſqu
ſententi
reponer
rarum
occurrit
Affert er
a nemin
jam nun
que enii
nubiis i
quid rela
forte ext
que cum
rationen
librum i
diſſe dic
vellet o
quot in
ſunt. ar

e fuerint, quid relatum, quid reſiduum ſit. In po-
rum vero lex haec imperatoribus veſtris conſtitui-
', ut, quicumque de provincia deceſſerit, apud eos-
m decemviros, quantum habeat praedae, manubiarum,
ri coronarii, profiteatur. Hic tamen vir optimus eum,
em amat, excipit, Cn. Pompejum. Vnde iſte amor
n improviſus, ac tam repentinus? qui honore decem-
atus excluditur prope nominatim: cujus judicium, le-
mque datio, captorum agrorum ipſius virtute cognitio
tol-

dijudico, veterum exemplarium
deſtitutus. *Laured.* *Horum erit nul-
conſilium*] Prætores & eorum con-
judicare ſolita de pecuniis repetun-
jam non judicabunt, re ad decem-
s tranſlata. *Turneb.* *Horum erit ju-
um*] Sic legendum potius arbitror,
m vel, *ſolutum*, vel, *liberum*, vel,
, vel, ut habent non nulla exempla
ata, *nullum*. Hæc enim, opinor,
um verborum ſententia eſt, horum
rum videlicet decemvirorum erit
cium, id eſt, hi ſoli judicabunt,
m magnæ manubiæ, &c. Cl. Pu-
us tamen, ſic potius legendum pu-
horum erat nullum judicium, &c.
s ſcilicet litteræ mutatione, hoc eſt,
ata *i* vocali in *a*. & retenta voce,
m, quæ in nonnullis editionibus
ritur. Sententiam autem eſſe putat
c, horum, ſcilicet, quæ ſequuntur,
ntæ manubiæ, &c. judicium erat
um. ego neque hanc ſcripturam,
ne ejus ſententiam probo. nam ſi
ſentiret Cicero, ita locutus eſſet:
um erat nullum judicium, quantæ
iſque manubiæ fuiſſent, quid reſi-
m eſſet. Quid autem ait ille, in
nibus editionibus ita legi, *horum
nullum judicium*, &c. pace ejus dixe-
, editionem habeo domi, anni
ɔ ɪɔ ʟxɪɪ. quæ habet, *horum erit
l judicium*, &c. quæ, ut in malis,
rabilis eſt. *Lambinus.*
*s poſterum vero lex hac imperatoribus
ri*] Majoris invidiæ cauſa eandem
entiam aliis verbis repetit. *Laured.*
poſterum vero lex hac imperatoribus]
: lex non conſtituitur tantum in eos,
qui ante res geſſerunt: verum etiam in
poſterum in eos, qui hoc toto quin-
quennio quo in magiſtratu decemviri
erunt, res geſſerint & de provincia de-
ceſſerint. *Turnebus.*

*Hic tamen vir optimus eum, quem a-
mat, excipit Cn. Pompejum*] Exponit
exceptionem, qua Rullus Cn. Pom-
pejum, ne manubias profiteretur, exci-
piebat. eamque exagitat, quod non ho-
noris Pompeji cauſa, ſed invidiæ ei quæ-
rendæ eam attulerit. non honoris; quia
excludit eum prope nominatim decem-
viratu, quia judicium, legum dationem,
captorum a ſe agrorum cognitionem
adimit, quia in ejus caſtra decemviros
cum imperio, & judicio rerum omnium
mittit, quia jus imperatorium ei ſoli
eripit. ſi non honoris, ergo invidiæ
plena eſt ironiæ oratio μετὰ βαρύτη-
τος. Atque etiam ut de re nova, & ab-
ſurda ſe mirari ſimulat. *Laured.*

Vnde iſte amor tam improviſus?] Quan-
quam vox, *amor*, mendoſa eſſe mihi vi-
detur, pro, *honor*, id enim argumenti
concluſio indicat. *Idem.*

Legumque datio] *Datio* eſt verbum
Iuriſconſultis frequens, ut judicis datio,
& tutoris datio, & in veteri quadam
lege: *Deque ea re Curatoris, qui hac lege
erit, juriſdictio, recuperatorumque datio
addictio eſt.* Imperatores autem bello
confecto provinciæ leges dabant, de x
legatorum ſententia, more majorum.
Sed Ciceronis ætate ea poteſtas impera-
torum tota erat: deditque leges Aſiæ
Pompejus. *Turnebus.*

Cognitio] Captorum agrorum pro co-
gnitio de captis agris. *Idem.*

Cum

tollitur: cujus non in provinciam, ſed in ipſa caſtra decemviri cum imperio, infinita pecunia, maxima poteſtate, & judicio rerum omnium mittuntur: cui jus imperatorium, quod ſemper omnibus imperatoribus eſt conſervatum, ſoli eripitur: is excipitur unus, ne manu-
23 bias referre debeat. Vtrum tandem hoc capite, honos haberi homini, an invidia quaeri videtur? Remittit hoc Rullo Cn. Pompejus: beneficio iſto legis, benignitate decemvirali nihil utitur. nam ſi eſt aequum praedas ac manubias ſuas imperatores non in monumenta deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre, ſed ad decemviros, tanquam ad dominos, deportare, nihil ſibi appetit praecipue Pompejus, nihil: vult ſe in

Cum imperio] Hoc ſuſpectum eſt, quaſi exercitum cum imperio ſint abducturi, cum tantam pecuniæ vim, & tantam poteſtatem ſint habituræ. *Turn.*

Cui jus imperatorium] Cæterum ut ex ſententia Ariſtotelis laudatur ille, qui ſolus, aut primus, aut cum paucis aliquid fecit, ſic vituperatur, qui ſolus aliquam contumeliam accepit. Invidiam porro parare Pompejo volebant, ut quondam Annibal Fabio, cum in vaſtando Romano agro Fabiano uni pepercit. *Laured.* *Ius imperatorium*] Legum datio, agrorum cognitio. *Turn.*

Ne manubias referre debeat] Erfurt. *ne manubias referre jubeat.* leg. *jubeatur.* ultimas litteras hujus vocis abſorpſit ſequens *utrum.* Grævius.

Remittit hoc Rullo Cn. Pompejus] Ἀπόδειξις. alia ratio, cur exceptio illa non honoris Pompeji cauſa ſit facta, ſed quod metuerent, ne Pompejus illam injuriam, ut cæteri, ferre poſſet. cur non honoris? quia hunc honorem Rullo Pompejus remittit. cur remittit? quia aut æquum eſt, imperatores manubias apud decemviros profiteri, aut iniquum. ſi æquum, vult ſe in eodem, quo cæteri, jure verſari; ſi iniquum, ergo non honoris, ſed metus cauſa eum exceperunt. *Laured.* *Remittit*] *Remittit* hoc ab eo non poſtulat. *Turneb.*

Nam ſi eſt æquum] Dilemma, quod mire amplificatur, & ornatur. ſi æquum eſt, imperatores manubias ad decemviros deportare, non vult Pompejus excipi; ſi iniquum, ideo excipitur a Rullo, quod metuat, ne ille eandem contumeliam, quam cæteri, ferre non poſſit. *Laured.*

Prædas ac manubias ſuas imperatores] Vide ſupra. lib. quoque de oratore III, inquit: *Roſtra imperatoriis manubiis ornata.* quod multos imperatores feciſſe Romanæ hiſtoriæ loquuntur. *Idem.*

Ad decemviros tanquam ad dominos reportare] Παραβολή. imago, ſimilitudo, collatio, de qua Quintilianus libro VIII. qui cum pluribus diſputaſſet, addidit ad extremum; *ſunt & illa breves: Vagique per ſilvas more ferarum.* & illud Ciceronis in Clodium: *Quo ex judicio, velut ex incendio.* Idem. Reſcripſi ex Francii libro *deportaret.* Reportamus enim id quod ablatum referimus. Inde pridem viri docti ad Tacitum monuerunt male vulgo dici *reportare victoriam* pro deportare, quamvis non nulla loca ſcriptorum veterum videntur illam locutionem firmare. Sed æque corrupta ſunt, ut hic locus Ciceronis, uti ex manuſcripto patet. *Grav.*

Nihil ſibi appetit præcipue Pompejus, nihil] Ἐπανάληψις. Schema vocitatum a P. Ru-

in communi atque in eodem, quo ceteri, jure verſari. Sin eſt iniquum, Quirites; ſi turpe, ſi intolerandum, hos decemviros, portitores omnibus omnium pecuniis conſtitui, qui non modo reges, atque exterarum nationum homines; ſed etiam imperatores noſtros excutiant: non mihi videntur honoris cauſa excipere Pompejum, ſed metuere, ne ille eandem contumeliam, quam ceteri, ferre non poſſit: Pompejus autem hoc animo ſit, ut,

a P. Rutilio Lupo in libello de figuris ſententiarum, quod fieri ſolet, cum id, quod dictum ſemel eſt, quo gravius ſit, iteratur, quod interdum fit uno verbo, interdum plurium verborum conjunctione, uno verbo, exemplum eſt hoc; ſed aliud Rutilius affert Pythiæ. Aquila autem Romanus *ἀνταπόδοσιν*. id eſt, redditionem vocat, nomenque ex eo accepiſſe ſcribit, quod idem nomen in poſtrema parte membri, aut eadem quæcunque pars orationis redditur, eſt connexa, unde id membrum, aut is ambitus cœpit. *Lamed.* *Nihil ſibi appetit præcipue Pompejus, nihil*] Nihil præter cæteros ſibi concedi petit Pompejus. *Præcipuum* eſt quod ante capitur, ut in quodam legati genere, quod per præceptionem vocatur. Inde ad alia transfertur, quæ præter cæteros alicui tribuuntur. *Turnebus.*

Sin eſt iniquum] Altera pars dilemmatis, quæ miris modis augetur, iniquum, turpe, intolerandum. *Laur.*

Hos decemviros portitores, &c.] Portitorum, fœneratorumque nomen, & munus odioſum erat, eorumque quæſtus in odia hominum incurrebat, auctore Cicerone in libris de officiis. Itaque invidiæ cauſa decemviros portitores vocavit duriore tranſlatione; in qua perſiſtens poſt addit. *Idem.* *Portitores*] Nam publicani, qui portoria exercent, omnia ſcrutantur & excutiunt, ne quid ſubtrahatur, quod portorium & vectigal debeat. In Vatinium: *Cur te non cuſtodem ad continendas, ſed portitorem ad portandas merces miſſum putares.* Turn.

Omnibus omnium] Hæc figura, quæ traductio vocatur in Rhetoricis ad Herennium, facit, ut cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat aures, ſed etiam concinniorem orationem reddat. eadem & ſupra uſus eſt: *Etenim quem unum ex cunctis delegiſtis, ut eum omnibus omnium gentium bellis terra, & mari præponeretis.* Lauredanus.

Imperatores noſtros excutiant] Portitorum enim officium eſt, prætereuntes nequid portorio non ſoluto, aut improfeſſum importent, aut exportent, excutere. ſic Suetonius in Claudio: *Neque agrum quenquam viſitavit, niſi explorato prius cubiculo, culcitriſque & ſtragulis prætentatis, & excuſſis.* Idem.

Non mihi videntur honoris cauſa, &c.] Opponit cauſam cauſæ, atque ita eam, qua uti poterat Rullus, evertit. *Idem.*

Ne ille eandem contumeliam, quam ceteri ferre non poſſit] Erat enim tum temporis Cn. Pompeji potentia formidoloſa, ut Salluſtius ſcribit. Et cum tantum Pompejus ea tempeſtate poſſet, tantumque exercitum haberet, injuriam forte non tuliſſet, quæ cauſa exceptionis fuerit. *Turnebus.*

Pompejus autem cum hoc animo ſit] Opportune in laudem Pompeji egreditur. atque hanc partem concludit. Pompejus autem, inquit, eſt ea animi æquitate, ut quæcunque a populo juſſa fuerint, facile ſit laturus; ea magnitudine, ut ſi quid populus ferre non poſſit, ne id invitus diutius ferat, ſit perfecturus: ex quo virtus, æquitas, juſtitia, & ſtudium ejus erga remp. oſtenditur. *Laur.* *Hoc animo ſit*] Optem eum ſemper animum eſſe Pompeji, ut & vobis pareat, & ab injuſta dominatione & into-

ut, quidquid vobis placeat, ſibi ferendum putet: quod vos ferre non poteritis, id profecto perficiat, ne diutius inviti ferre cogamini. Verumtamen cavet, ut, ſi qua pecunia poſt nos conſules ex novis vectigalibus recipiatur, ea decemviri utantur. nova porro vectigalia videt ea fore, quae Pompejus adjunxerit. Ita remiſſis manubiis, vectigalibus ejus virtute partis ſe frui putat oportere. Parta ſit pecunia, Quirites, decemviris tanta, quanta

toleranda, quæ comparetur, vos vindicet. *Turneb.* *Pompejus autem hoc animo ſit*] Ita Pall. & olim cuſi; ne quis putet P. Manutii aut Lambini lectiones ſubnixas auctoritate bonorum librorum. ſubintelligitur autem, *metuere*; quod præceſſit. *Gruterus.* Lambinus in margine conjicit, ut ante conjecerat Lauredanus, legendum eſſe, *Pompejus enim cum hoc animo ſit.* Recepit Manutius, niſi quod *autem* retineat. Ipſe quoque reciperem, ſententia enim hanc voculam requirit, niſi refragarentur omnes libri. Nam ſi optat hoc Cicero, ut vult Turnebus, non ad ejus laudes hæc faciunt. Videtur enim de Pompeji animo in rempublicam dubitare. *Gravius.*

Quod vos ferre non poteritis] Fortitudo ejuſdem atque animi magnitudo. gratia porro ex contrariis quæſita eſt. Sequor autem Paulum Manutium, qui dictionem proxime addit, *cum*: quæ antea deſiderabatur, & legebatur: *Pompejus autem hoc animo ſit.* Vt ex hoc membro, & eo, quod ſequitur proximo. *Laur.*

Id profecto perficiat] Et libris manuſcriptis repugnantibus quis dubitaret legendum? *Perficiet.* oratio enim de futuris eſt. ſed hoc in loco veteres libros emendate ſcriptos animadverti. *Idem.*

Verumtamen cavet, ut ſi qua pecunia poſt nos conſules] Aliud erat caput: ſi quæ pecunia poſt Ciceronem, & Antonium conſules ex novis vectigalibus recipiatur, ea decemviri utantur. Nova autem vectigalia a Rullo intellecta fuiſſe interpretatur, quæ Pompejus Mithridatico bello confecto adjunxerit. hoc reprehendit, quod iniquum ſit, manubias remittere, & vectigalibus ejus virtute partis frui velle. Scriptum eſt autem apud Plutarchum, cum vectigalia reip. quinquagies ducentena millia eſſent, hac Pompeji victoria effectum eſſe, ut octuagies, & quinquies, decies centena millia eſſent. *Idem.* *Verumtamen cavet*] Cujus tamen manubiis parcit Rullus, ejus vectigalia invadit, ne omni ex parte ab injuria ſit immunis. Lib. vet. *verum cavet* ſine *tamen* legit. *Turneb.* Adſentit Francii liber.

Nova porro vectigalia] Aperit dolum, & fraudem detegit. *Laured.*

Se frui putat oportere] Agros regios virtute Pompeji partos vendebat Rullus lege ſua. reliquorum vectigalium a Pompejo pop. Rom. adjunctorum fructum, id eſt, pecuniam redactam decemviris attribuebat. *Turnebus.*

Parta ſit pecunia Quirites decemviris tanta] Aggreditur partem eam diſputationis agrariæ, quæ agrorum emptionem attingit. ad hanc autem tranſit, repetitis renovandæ invidiæ cauſa per conceſſionem breviter omnibus iis rebus, quæ de agrorum venditione, vectigalium auctione, manubiarum vindicatione, unde incredibilem vim pecuniarum decemviris quæri poſſe concluſit, dicta ſunt. *Parta ſit pecunia:* πρό-τερον ὕστερον. prius enim erant vendendi agri, & vectigalia, quam pecunia capienda, ſed ut indicaret furorem Rulli, cæterorumque decemvirum, qui ſtimulis avaritiæ acti ſomniabant ſibi jam partam ingentem vim pecuniæ, priuſquam venditio ulla facta eſſet, uſus eſt hac figura, quæ celeritati ſignificandæ accommodata eſt. *Laured.*

Nihil

quanta ſit in terris; nihil praetermiſſum: ſed omnes
urbes, agri, regna denique, poſtremo etiam vectiga-
lia veſtra venierint: acceſſerint in cumulum manubiae
veſtrorum imperatorum: quantae, & quam immanes
divitiae decemviris in tantis auctionibus, tot judiciis,
tam infinita poteſtate rerum omnium quaerantur, vi-
detis. Cognoſcite nunc alios immenſos atque intole- 24
rabiles quaeſtus, ut intelligatis, ad certorum hominum
importunam avaritiam hoc populare legis agrariae no-
men eſſe quaeſitum. Hac pecunia jubet agros emi, quo
deducamini. Non conſuevi homines appellare, aſperius,
Qui-

Nihil prætermiſſum, ſed omnes urbes] Pro *ſed*, rectius legi arbitror *ſit*, particula adverſativa ſublata, & verbo in illius loco impoſito, hoc modo: *Nihil prætermiſſum ſit; omnes urbes.* error inde ortus. quod antiqui *ſet*, pro *ſed*, ſcribebant. *Laured.*

Acceſſerint in cumulum manubiæ] Tranſlatio eſt a menſura ducta. quod enim ſupra juſtam menſuram additur, cumulus dicitur. Solent enim verbi gratia qui metiuntur triticum, hoſtorio modium æquare, & deruere quod ſupererat. Id autem quod ſuperabat cumulus erat, qui a venditoribus multis in rebus non ſolet derui. Græcis ἐπίμετρον dicitur. Acceſſerint igitur in cumulum, eſt cumuli loco adjunctæ ſint. *Turnebus.*

Quam immanes divitiæ] Philipp. v. *Quid illi immanes quæſtus? ferendi ne?* Lauredanus.

Cognoſcite nunc alios immenſos, atque intolerabiles quæſtus] Parat auditorem ad diſputationem audiendam de quæſtuoſis agrorum emptionibus. & *immenſos* dixit, quantitatem & magnitudinem ſpectans, *intolerabiles*, qualitatem & injuſtitiam. *Idem.*

Ad certorum hominum importunam avaritiam] Non ad plebis commoda, ut ante, ſed ad paucorum cupiditatem explendam, ut nunquam, nomen legis agrariæ propoſitum eſſe. *Idem.* *Importunam avaritiam*] *Importunam*, immanem, diram. Hoc verbum maximam vim habet apud Ciceronem. vide Feſtum, & Donatum de propria ejus notione. Inde puto quidquid immane, ſævum, dirum eſt, importunum dici. Per certos homines intelligit, qui ad decemviratum adſpirant, quibus hac lege lucrum quæritur, cum vobis non conſulatur. *Turnebus.*

Hac pecunia jubet agros emi, quo deducamini] Exponit verba legis, quæ omnia erant, hæc fere: *Hac pecunia emuntor a decemviris agri in Italia, qui arari, colive poſſint, ſed non ab invitis, quo plebs Rom. deducatur.* Laured.

Non conſuevi homines appellare aſperius] In hoc capite reprehendendo perſonam decemvirum, qui empturi ſunt, deinde conditionem agrorum emendorum, quo plebs deducenda eſt, conſiderat. Decemviros autem futuros exagitat, tanquam aut avariſſimos, aut prodigos, iiſque iccirco temere hanc tantam pecuniam committi innuit. Eos vero qui ſint, non nominat, quod ſuæ conſuetudinis neget eſſe, quenquam niſi laceſſitum aſperius appellare. quod ſi eos ſine contumelia poſſit nominare, ſe demonſtraturum profitetur, ſine ratione ejuſmodi hominibus tantam emendi, ac vendendi poteſtatem permitti. plena autem modeſtiæ oratio facile ſibi auditores conciliat. *Idem.* *Non conſuevi homines appellare aſperius*] *Appellare aſperius* ullam hominibus dicere contu-

me-

mitteretis. Sed quod ego nond…
dum, vos tamen id poteſtis c…
Vnum hoc certe videor mihi v…
cum haberet hacc reſp. Luſcin…

meliam, homines contumelioſe nominare. Sed cum tales ſint, qui decemviratum petunt, ut non poſſint honeſte appellari, illorum nominibus potius ſuperſedebo, quam a meo inſtituto recedam. Non eſt autem de collega Antonio tantum locus intelligendus, ſed etiam de multis aliis. *Turneb.*

Velim fieri poſſet] Εὐχὴ, optatio, quæ habet ἦθος: hæc enim optatio mores indicat oratoris. *Laurid.*

Vt a me ſine contumelia] Sic in II Phil. *Etenim iſta tua minime avara conjux, quam ego ſine contumelia deſcribo.* Idem.

Qui ſe decemviros ſperant futuros] Id eos ſperare pro ſtultitia, atque intemperantia ſua ait, adepturos ſe conſule negat, in extrema oratione. *Idem.*

Quibus hominibus] Partim profuſis, partim avariſſimis, qui pecuniam publicam non in agris emendis collocaturi ſunt, ſed eam ſint ſuppreſſuri. *Turnebus.*

Sed quod ego nondum ſtatuo] Majorem ſuſpicionem parit tacita hac ſignificatione, quam ſi diſerta explanatione uſus eſſet Hermogenes in methodo τῆς δεινότητος, πότε παρέλκει, καὶ ἀποσιώπησις γίνεται. ſic in Pompejana: *Ve-*

homines non ſolum honoribus populi rebuſque geſtis, verum etiam patientia paupertatis ornatos: & tum cum erant Catones, Philippi, Laelii, quorum ſapientiam, temperantiamque in publicis privatiſque, forenſibus domeſticiſque rebus perſpcxeratis: tamen hujuſcemodi res

Acidinos appellare: epiſt. enim III. lib. IV. epiſtol. ad Attic. inquit: *Ille omnium vocibus cum ſe non ad judicium, ſed ad ſupplicium præſens trahi videret, omnes Catilinas, Acidinos poſtea reddidit: nam Milonis domum*, &c. intelligit autem Manlium Acidinum conjuratum, qui poſtea præcipitatus eſt de rupe Tarpeja. *Laured.* *Luſcinos, Calatinos, Acidinos*] In Paradoxis ſcribitur *Luſcinios: M. Manlius patrum noſtrorum memoria (ne ſemper Curios & Luſcinios loquamur) pauper tandem fuit.* Luſcinus vocatur a Valerio & Gellio: quam veram ſcripturam eſſe reor. Nam qui par vis eſſent oculis ſic appellabantur, unde cognomina nata. Plinius de oculis: *Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſcerentur, coclites vocabantur; qui parvis utrique Ocellæ, Luſcini injuria cognomina habuerant.* Turneb. Luſcini non ſunt ii, qui parvis oculis erant, ii dicebantur Ocellæ; ſed qui vi & injuria hominum luſci erant. *Gravius.*

Non ſolum honoribus populi verum etiam patientia paupertatis ornatos] Recte, & apte: ornatus enim, ut notat Feſtus, dicitur, & qui bonis artibus inſtructus, & honores adeptus a populo. *Lauredanus.*

Et tum cum erant Catones, Philippi, Lalii] Eadem vis argumenti ἀπὸ τοῦ μείζονος. viguerunt in rep. tot viri ſapientiſſimi, & temperantiſſimi, & tamen ejuſmodi res mandata nemini eſt, nunc Rullo, & decemviris perditis, & nequiſſimis mandabitur. & M. Porcium Catonem ſenem ſignificat ſapientia & temperantia ſumma præditum, de quo Plutarchus. P. Furium Philum, qui conſulatum geſſit anno urbis DXVII. Lælii ſocium, quem in libris de rep. loquentem fecit Cicero, & de quo in Lælio idem meminit, eſt enim *Phili*, non *Philippi*, legendum. ſic enim Carolus Sigonius homo ingenioſiſſimus, hiſtoriæ peritiſſimus, & in omni antiquitatis genere excellentiſſimus ſentit, cujus ego opinioni valde, & libenter aſſentior, de hujus virtute Valerius docuit cap. de fiducia ſui. C. Lælium, qui ſapiens uſurpatus eſt, amicum Scipionis Æmiliani, de quo alibi multa Cicero: *Vt autem priora exempla ſunt paupertatis, ſic hæc laudanda frugalitatis. neque enim ſapientia & temperantia ad unum magis, quam ad alium ex his referenda ſunt. ſapiens enim Cato, ſapiens Philus, ſapiens Lalius, ſi non ſummam illam ſapientiam, quam qui habet, omnes virtutes habet, ſed communem quandam in rebus agendis prudentiam intelligamus.* Idem. *Philippi*] L. Philippus Q. Fil. vir magno ingenio, inprimiſque clarus: hujus & in Bruto & de oratore ad Q. Fratrem meminit. Tribunus pl. legem agrariæ tulit, quam facile antiquari paſſus eſt, & in eo ſe moderatum præbuit, ut I officiorum ſcribitur: *Igitur tantum abeſt, ut ea poteſtas commiſſa ſit, qua decemviris hac lege conſtituitur, ut ne legem quidem ejus populus acceperit.* Turnebus. *Catones, Philippi, Lalis*] Recentius editi, *Phils*: ſed præter avorum memoria cuſos, item Pall. eſſe autem a Sigonii conjectura, annotavit Puteanus. intelligique vult L. Furium Philum Conſulem anni V. C. DCXVII. *Gruterus.*

Temperantiam] Continentiam & abſtinentiam, a quibus virtutibus longiſſime abſunt, qui ad decemviratum adſpirant. *Turnebus.*

In publicis privatiſque, forenſibus & domeſticis rebus] Id eſt civitatis, ſuis, amicorum, & familiæ ſuæ, ut publicum autem latius patet, quam forenſe. ita privatum pertinet ad plures, quam domeſticum, alterum enim continet, alterum continetur. *Laured.*

res commiſſa nemini eſt, ut idem judicaret & venderet, & hoc faceret per quinquennium toto in orbe terrarum: idemque agros vectigales populi Romani abalienaret, & cum ſummam tantae pecuniae nullo teſte ſibi ipſe ex ſua voluntate feciſſet; tum denique emeret a quibus vellet quod videretur. Committite vos nunc, Quirites, his hominibus haec omnia, quos odorari hunc decemviratum ſuſpicamini. reperietis, partem eſſe eorum, quibus ad habendum, partem, quibus ad conſumendum nihil ſatis eſſe videatur.

Hic

Commiſſa] Forte: *permiſſa*. Laured.

Ut idem judicaret, & venderet] Repetit partes decemviralis poteſtatis. quia utile putat hac commemoratione ſæpius refricari in eos invidiam. *Laur.* *Judicaret & venderet*] Cum hæ ſint curationes diverſæ, judicatio qui ſint agri privati, qui publici & agrorum vectigalium abalienatio, quas mandari iiſdem non licebat, præſertim cum ne uno quidem ſortita de pluribus rebus referre liceret, ut Cicero pro domo diſputat. *Turnebus.*

Agros vectigales abalienaret] Fructuarios, ſcilicet qui vectigal penſitant, & publice aliquid pendunt. ſupra: *Imperat, ut decemviri veſtra vectigalia vendant.* Laured. *Agros vectigales*] Agros intelligit, qui a Cenſoribus publicanis locabantur. Vectigal enim pendebant, & populi Romani erant. Nam erant etiam agri vectigales, qui a privatis poſſidebantur, populo tamen vectigal debebant, cum immunes non eſſent, ſed populi Romani erant. *Turneb.*

Nullo teſte] Supra: *Non modo vobis arbitris, ſed ne præcone quidem teſte.* Laur.

Feciſſet] Tantum pecuniæ, quantum vellet, redegiſſet. Lib. I, ad famil. 9. *Circumſpectis rebus meis omnibus, rationibuſque ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum omnium.* Turneb. Vide quæ notavi ad Flor. I, I. & in Heſiodeis lectionibus. *Grævius.*

Committite vos nunc, Quirites] Periculoſum oſtendit, quæ poteſtas non eſt permiſſa priſcis illis pauperibus, & optimis viris, eam nunc committere ditiſſimis illis quidem, ſed tamen habendi cupidiſſimis, atque omnia profundentibus. ornavit autem hanc ſententiam permiſſione cum amarulenta ironia conjuncta. *Laured.*

Quos odorari hunc decemviratum] Odorari eſt petere, ſumpta tranſlatione a canibus venaticis, de quibus Virgilius:

——— *Et odora canum vis.*

Et Cicero de ſignis: *Canes venaticos diceres. ita odorabantur omnia, & pervestigabant.* & ad Attic. *Inveſtiga, ſubodorare.* Idem.

Partem eſſe eorum, quibus ad habendum, partem, quibus ad conſumendum nihil ſatis eſſe videatur] Περίφρασις ὑπερβολική avari, & prodigi, vel potius excellens deſcriptio. avarus flagrat incredibili in dies magis habendi ſiti. qui enim divitias finem propoſitum habent, ſaturari non poſſunt, quia infinita eorum eſt appetitio. M. autem Craſſum ſignificat, cujus avaritia multis rebus manifeſta fuit. prodigus autem quo plus conſumit, eo majore profundendi capitur voluptate. Ariſtoteles in Ethicis ait avaros excellere ἐν τῇ λήψει, prodigos ἐν τῇ δόσει, & Cicero lib. II. de offic. largitionem non habere fundum dixit. L. autem Lucullum videtur ſignificare, cujus noti nimii in vita domeſtica ſumptus erant. de quibus Plutarchus. in quem illa dixit Catilina apud Salluſtium: *Illis divitias ſuperare, quas profundant in extruendo mari, & montibus coæquandis.* Idem.

Nu

Hic ego jam illud, quod expeditiſſimum ſit, ne diſputo 25
quidem, Quirites, non eſſe hanc vobis a majoribus relictam conſuetudinem, ut emantur agri a privatis, quo plebs publice deducatur: omnibus legibus agris publicis privatos eſſe deductos: hujuſcemodi me aliquid ab hoc horrido ac truce tribuno plebis exſpectaſſe: hanc

Hic ego jam illud, quod expeditiſſimum ſit] Vituperavit emptores, nunc emptionem ipſam inſectatur. alienum vero a more majorum eſſe ait, ut emantur agri a privatis, quo plebs publice deducatur. hanc vero novam emendi, & vendendi quæſtuoſiſſimam rationem indignam eſſe & tribunicia actione, & populi Romani dignitate. ornatus eſt, παρέλειψις. præteritio, quod ſe dicat, hanc rationem expeditiſſimam nolle afferre, quam exponit. expeditiſſimam autem rationem vocat, quæ a judicatis ducta eſt. *Laured.* *Expeditiſſimum*] In promtu eſt, ut qui expediti & parati ad rem aliquam ſunt. *Turnebus.*

Non eſſe hanc vobis majoribus] Mihi magis placeret *nobis*, quam *vobis*, nec, opinor, diſſentiet, qui ſententiam accurate perpendet. *Laured.*

Vt emantur agri a privatis] Hoc ſignificat, qui ante plebem in agros legibus deduxerunt, non agros a privatis coëmiſſe, ſed inde tanquam ex publicis poſſeſſionibus privatos exegiſſe. *Idem.*

Quo plebs publice deducatur] Pith. *Quo plebes publice deducuntur.* Franc. *quo plebes publice deducatur.* Erfurt. *quo plebes deducantur.* ut *pars in fruſta ſecant.* & ſic paullo poſt: *ut ſaltem deliberare plebes Romana poſſet.* Sic ſæpe Salluſtius, & Tacitus Ann. 11, 19: *Plebes, primores, juvenes.* & apud Livium, *tribunus plebei.* Græviue.

Omnibus legibus agris publicis privatos eſſe deductos] Ramus adnotat genus dictionis, *agris publicis*: & nunc ubi Cicero ſic loquatur, quærit, acutiſſima, ut ſolet, ingenii acie, quæ mihi, ut verum ingenue fatear, ita obtuſa eſt, nihil ut hic dubitandum videam, cum infinitis locis hoc modo Cicero loquutus ſit. *Laured.* *Agris publicis*] Abſoluti ablativi, cum eſſent agri publici. *Turnebus.* *Omnibus legibus, agris publicis eſſe deductos*] Id eſt, omnibus legibus, ſcilicet, agrariis, privatos poſſeſſores eſſe deductos ex agris publicis, ut in eos coloniæ inducerentur. Omnino malim legi, *ex agris publicis*, ſeu *de agr. pub.* ſi quis modo codex adjuvet. *Lambinus* Non deducti ſunt ex agris publicis privati, ſed in agros publicos plebs eſt deducta. Agri enim publici erant, hoc eſt populi Romani, qui hoſtibus eripiebantur, & in Romanorum ditionem veniebant, in quos ſolebant deduci coloniæ. Hinc dixit non ſolitos fuiſſe emi a privatis agros, in quos publice deduceretur plebs. Probo Turnebi interpretationem. *Grævius.*

Hujuſcemodi me aliquid ab hoc horrido, ac truce tribuno plebis exſpectaſſe] *Non dico*, inquit, *me ſeverum aliquid tale ab hoc tribuno expectaſſe, ut non emptione, ſed lege e publicis poſſeſſionibus privatos homines pelleret, quod ejus horrore & ſeveritate dignum erat.* Horridum ad cultum refert, Trucem ad animi habitum. Hoc autem dictum ex oratoris ſententia intelligendum eſt. *Iam deſignatus*, inquit ſupra, *alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur, veſtitu obſoletiore, corpore inculto, & horrido, capillatior quam antea, barbaque majore, ut oculis, & aſpectu denuntiare omnibus vim tribuniciam, & minitari reip. videretur.* Laured. *Hujuſcemodi me aliquid ab hoc horrido ac truce tribuno plebis exſpectaſſe*] Rullum me putaſſe ab antiquitatis exemplis non eſſe diſceſſurum, nec quicquam innovaturum, præſertim qui ita vultu truculentus eſt, & veſtitu ita horridus & incultus, ut in eo antiquitatis imago, & majorum ſeveritas appareret. *Turneb.*

hanc vero emendi & vendendi quaeſtuoſiſſimam ac turpiſſimam mercaturam, alienam actione tribunitia, alienam dignitate populi Romani ſemper putavi. Libet agros emi. Primum quaero, quos agros? & quibus in locis? nolo ſuſpenſam & incertam plebem R. obſcura ſpe, & caeca exſpectatione pendere. Albanus ager eſt, Setinus, Pri-

Hanc vero vendendi, atque emendi quaeſtuoſiſſimam, ac turpiſſimam mercaturam] Fraudem tacite aperit; mitius actum a tribuno non poſſeſſorum cauſa, ſed ſua. vidit enim ex tanta pecunia plurimum poſſe ſe in ſuum uſum convertere, quia vero dixit *quaeſtuoſiſſimam*, infert *alienam poteſtate tribunicia*, quia *turpiſſimam*, ſubdit *alienam dignitate populi Romani*. eodem modo dixit Philip. XI. *Illa vero P. C. aliena conſulum dignitate, aliena temporum gravitate, ſententia eſt. Mercaturam* autem cum dixit, ſordido verbo ſordes Rulli notavit, & magnam illi apud populum invidiam fecit, qui quod populi cauſa facere præ ſe ferret in ſuam utilitatem converteret. *Laured. Mercaturam*] *Mercaturam* iſtam nundinationem vendendi agros publicos, emendi privatos. *Alienus* frequenter cum præpoſitione, ſic tamen ſine ea non raro; rarius eſt, *alienum ejus dignitatis*, quod Cicero de finibus dixit, & ante eum Lucretius: *Alienaque pacis eorum*. Turneb.

Libet agros emi] Alia ratio emptionis agrorum vituperandæ. quod qui agri emendi ſint, non definierit. Quod inſidioſe factum innuit. Hoc autem tanquam a Rullo dictum accipiendum eſt. conſtituitur enim perbellus Rulli, & oratoris dialogus in ſingulis horum agrorum conditionibus examinandis, ac reprehendendis. *Libet agros emi*: ὑποφορὰ cum veritate & fiducia, ſine ulla præfatione, πεποιθότως, καὶ χωρὶς κατασκευῆς, vide Hermog. in forma τῦ λόγυ τῦ ἀληθινῦ. Laured.

Primum quaero, quos agros?] Τὸ τῦ νόμυ ἀπροσδιόριστον. Reprehendit, quod infinite locutus ſit, neque agrorum nomina expreſſerit, ſed ea oratione uſus ſit, quæ ſuſpenſam, & incertam plebem obſcura ſpe, & cæca expectatione reddat. *Idem.*

Quibus in locis?] In Italia ne, an in aliis regionibus? Non enim parum refert, quo deducantur coloni. *Turneb.*

Nolo ſuſpenſam & incertam plebem R. obſcura ſpe & cæca expectatione pendere] Niſi & agri definiantur & loca, plebs incerta erit. Cæcam expectationem vocat ignaram & neſciam rei. *Idem.*

Albanus ager eſt, Setinus, Privernas] Hæc Rulli reſpondentis ſunt, atque agros multos emendos nominantis. in quo invidia quæritur, vel quod ex optimis agris nullum in lege nominaverit, vel quod tantam pecuniam congeſſerit, ut tot agros, & tam bonos emere poſſit. quaſi velit innuere. hos tu agros Rulle ſi cogitas emere, cur eos in lege non nominas, neque definis? non nominas autem: ergo non hos, ſed peſtilentes aliquos, maximeque ſteriles cogitas emere, non igitur qualem te eſſe fingis popularis es tribunus pleb. eſt autem ἀσύνδετον, κατ᾽ ὄνομα κομματικὸν συναθροισμός. Albanus ager, Setinus, & Privernas in Latio ſunt, vini copia præſtantiaque celebres, unde Setinum, & Albanum vinum. Hor. lib. odar. III.

Eſt mihi nonum ſuperantis annum
Plenus Albani cadus.

Item Satyra ultima libri ſecundi ſermonum:

Hic herus Albanum Mecænas ſive Falernum.

Ipſe quoque Cicero Philip. VIII. *Propter loci amœnitatem dixit, ædes ſibi optimas, hortos, Tuſculana, Albana definiunt.* Fundanus, Veſtinus, Falernus, Linternus, Caſſinas, Cumanus in Campania, laudatiſſimorum fructuum feraces, unde de caſeis Veſtinis Martialis, de Falerno vino Horatius nimis ſane fre-

Privernas, Fundanus, Veſtinus, Falernus, Linternus, Cumanus, Caſinas. Audio. Ab alia porta Capenas, Faliſcus, Sabinus, Reatinus, Venafranus, Allifanus, Trebulanus. Habes tantam pecuniam, qua hoſce omnis agros, & ceteros horum ſimiles non modo emere, verum etiam coacervare

frequens, Virgilius, Plinius, alii. *Caſſinas* autem duplici *ſſ*, non *Caſinas* legendum, cum ipſe Cicero ſatis locuples eſſe teſtis poteſt, qui Caſſinatem fundum in ſecunda Philip. appellat, tum inſcriptiones antiquæ ipſæ, quas ego non vidi, ſed, quod perinde eſt, Onufrius Panvinius, frater Auguſtinianus, vir ſane gravis, & certus, atque bonarum litterarum, & antiquitatis Romanæ peritiſſimus ſe vidiſſe teſtatus eſt. hæc autem fere a porta Capena, quæ Appiæ viæ principium eſt, auctore Feſto. *Laur.* Negat hoc Cluverius, præfatas omnes inſcriptiones, quas viderit *Caſinum* & *Caſinates* ſcribere. Erfurt. *ancaſianas.* forte: *ac Caſinas.* Sed eruditiſſimus Camillus Peregrinus in Campania Felice contendit, ordinem agrorum, quem hic perſequitur Tullius, requirere, ut legatur *Caſilinas*, quem vide p. 393, & ſeqq.

Veſtinus] Leg. *Veſcinus* a *Veſcia* urbe ſic appellatus. Eſt inter Molam oppidum & Minturnarum ruinas ad dextram ripam Liris. Cluv. Ital. antiq. 111.

Audio] Interpellavit Rulli enumerationem hac voce, *Audio.* Laured.

Ab alia porta Capenas, Faliſcus] Perſequitur Rullus agros alios ab alia porta exempli cauſa Flumentana. ubi eſt ager Capenas, & Faliſcus Etruriæ; Reatinus, Sabinorum; Venafranus, Allifanus, Trebulanus Samnitium. quorum primus excellebat olei præſtantia, unde Horatius:

Vbi non Hymeto
Mella decedunt, viridique certat
Bacca Venafro.

Alter caſei, uti conſtat ex Martiali. Allifanum etiam duplici *l*, ſcribi certiſſimum eſt. In priore autem enumeratione agrorum videtur eos perſequi, qui non longe a mari, aut etiam ad mare ſint; in poſteriore eos, qui quaſi mediterranei ſint. Quod ſi ita eſt; malim etiam Caſſinatem agrum ad ſecundam enumerationem transferri. Trebulanus vero ager poſt Reatinum videtur nominandus: nam Trebulæ ſunt in agro Sabino. *Idem.* *Ab alia porta Capenas*] A Flumentana porta exeunti in Flaminiam non longe ſunt omnes hi agri præter Venafranum & Allifanum, qui ſuperioribus potius annumerari debuere, ordinemque confundere videntur. *Turn.* Camillus Peregrinus in Campania Felice legit: *Ab alia parte*, quem vide p. 393.

Habes tantam pecuniam] Reprehendit, quod cum tantam ille habeat pecuniam, qua omnes hos, & cæteros horum ſimiles agros non modo emere, ſed etiam coacervare poſſet, eos non definierit, ut ſtatuere plebs R. poſſit, quid ſua intereſſet, quantum ei in emendis, & vendendis rebus committendum eſſe putaret. *Laured.*

Non modo emere, verum etiam coacervare poſſis] Dura vel ſententia, vel locutione uſus eſt. neque enim ſatis apparet, quid ſit agros coacervare, niſi ſimul omnes emere, & quaſi in unum acervum redigere. quod fieri ne maxima quidem pecunia poſſet. ſunt, qui ſentiunt, *coacervare*, hoc loco eſſe majore pretio quam æſtimentur agros emere, & pretio juſto magis addere, ſed fortaſſe non ſincera dictio. proprie enim dicitur de rebus, quæ conjunctæ cumulum extruunt. proprie, & nihil ad hunc locum, quod ſi coacervare agros, qui loco non moventur, μεταφορικῶς transferas, novum loquendi genus erit. ut omittam, quod etiam ſi Latinæ linguæ conſuetudo ferret, cum ſententia tamen hæc dictio non admodum congruere videtur: quare aut a libris manuſcriptis ſumendum aliquid, aut a conjectura, quod magis probetur. infra loquitur de pecuniis coacervatis. *Idem.*

Coacervare] Verum etiam ejus acervis ope-

vare poſſis: cur eos non definis, neque nominas, ut ſaltem deliberare plebs Romana poſſit, quid interſit ſua, quid expediat, quantum tibi in emendis, & in vendendis rebus committendum putet? Definio, inquit, Italiam. Satis certa regio. etenim quantulum intereſt, utrum in Maſſici radices, an in Italiam, aliove deducamini? Age

operire per ſuperlationem dixit. Quomodo autem *coacervare* uſurpavit, ſic *accumulare* dixit Plinius: *Ferventibus enim in locis accumulant æſtate radices operiuntque, ne ſolis ardor exurat*, id eſt cumulis terræ operiunt. Tale eſt illud Curtii, *exhauriendas eſſe regiones, ut illud ſpatium aggeraretur*, hoc eſt aggere compleretur. *Turneb.* Et explicatio & exempla Turnebi ſunt ἀπροσδιόνυσα. Quid enim eſt acervis operire agros? Eſt utique, ut bene vidit Lauredanus, durior locutio. Puto his *coacervare* eſſe plurimos, quaſi acervatim emere. Sicut enim *coacervare pecuniam*, eſt plurimos nummos congerere, ſic *coacervare agros*, eſt acervatim quoſcunque agros emere, ut omnes tibi vindices. *Grav.*

Cur eos non definis? | Cur certos agros non proponis? Id enim hic definire, ut pro Cœlio: *Accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem ut notet*, id eſt, ut rem certam objiciat. Iterum: *Hic ego jam rem definiam, mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam*, id eſt, rem ipſam ſine nomine perſonæ proponam. *Turnebus.*

Sua quid interſit] In eos agros deduci, qui fortaſſe peſtilentes ſint. *Laur.*

Quantum tibi in emendis] Ut certam rationem, non infinitam ſibi ad eam emptionem, & venditionem concedere poſſit. *Idem.*

Definio, inquit Italiam] Significat Rullus ſe extra Italiam non eſſe deducturum colonos (nam more majorum in Italia coloniæ deducebantur) ſeque colonis in ſolo Italico agros aſſignaturum. *Turnebus.*

Satis certa regio] Ironia. reſpondet Cicero incertam, & infinitam hanc Italiæ regionem eſſe. cum Italiæ multæ partes ſint, in quas omnes niſi definiatur ager, plebs hac lege deduci poſſit. Etenim cum aliæ aliis ſint meliores, longe intereſſe an in hanc, an in aliam plebs deducatur: dixiſſet autem, niſi ironia uſus eſſet: Non certam regionem, locumque ſtatuis: ut ſi Campaniam, aut Lucaniam definiſſes; tunc enim eſſet certa regio. cum autem dicas, Italiam: locum non definis: quia multas in regiones diviſa eſt Italia. nonne vides plurimum intereſſe, utrum, in Maſſici radices, an in Apuliam plebs deducatur, quæ tamen Italiæ loca ſunt. quod ſi plurimum intereſt, cur non definis locum? *Laured.*

Quantulum intereſt] Rurſum ironia. Exiguum vero interſit Maſſici montis radices, ubi erat feraciſſimus ager, an Italiam proponat ac definiat: id eſt, quaſi vero quicquam diſcriminis ſit inter locum & locum. Magnum autem diſcrimen eſſe intelligit. *Turneb.*

Utrum in Maſſici radices, an in Italiam, aliove deducamini? | Maſſicus mons eſt in Campania ob vini fertilitatem clariſſimus, cujus meminit Horatius:

Eſt qui nec veteris pocula Maſſici.

Item:

Obliviofo levia Maſſico ciboria exple.

Et Virgilius:

Vertunt felicia Baccho Maſſica.

Quare Maſſicum pro fertiliſſimo, & feliciſſimo coloniæ loco poſuit. Italiam vero pro ſterili, ac peſtilenti quæ tamen vox mendoſa eſt, ut quiſque intelligere per ſe poteſt; nullus enim idoneus ſenſus, & qui huic loco quadret, elicitur. neque tamen aliter manuſcripti libri habent. Quod ſi conjecturæ locus dandus eſt: *in Apuliam* videtur oportere legi, regionem tunc ſterilem, ac peſtilentem. ut opponat Cicero Maſſico Monti, & ubi ſatis propinquo, & vini

Age non definis locum. Quid? naturam agri? vero, inquit, qui arari, aut coli poſſit. Qui poſſit arari, inquit, aut coli: non qui aratus, aut cultus ſit. Vtrum

vini copia præſtantiaque celebri, & ſalubri, locum longinquum, ſterilem, & peſtilentem. ſic enim paulo poſt: *Niſi forte mavultis relictis his rebus, atque hac luce reipublica in Sipontina ſiccitate, aut in Salpinorum peſtilentia finibus Rullo duce collocari. Nam Sipontum, & Salapia Apulia ſunt.* Laured. *Verum in Maſſici radices an in Italiam, aliove deducamini*] Ant. Auguſtinus pro *Italiam* reponit *Liguriam*, ſive, ut habet etiam Lambinus, *Apuliam*: quod non ineptum eſt, ob illud *aliove*, & ob diſſimiles agros: ſed neſcio quid ſalis habere videtur illud *Italiam*, ob infinita loca: ut ſi quis diceret, eamus ad pacis, aut Romam: qui enim acquieſceret priori itineri; non etiam alteri vellet acquieſcere. *F. Vrſin.* *An in Italiam*] Non male conjecit P. Manutius *in Apuliam* libri tamen nihil variant. *Gruterus.* Eſt Laurèdani, ſive potius, Sigonii conjectura, a quo ceteri hauſerunt.

Age vero definis locum. Quidnam agri vero, inquit?] Eundem reprehendit, quod cum de qualitate agrorum ſcriberet, agros eos juſſerit emi, qui coli, aut arari poſſint, non qui arati, cultive ſint. Locus autem incorruptus eſt. ſed tamen male diſtinctus, & interpunctus, quem aliter diſtinguendo, & interpungendo fortaſſe rectius, ita reſtituimus. *Quidnam agri? vero, inquit*, habet enim, *vero*, aſſentiendi vim, & eſt uſitata interdum reſpondentibus dictio, ut in lib. 2. Tuſcul. Quæſt. *Vero, ac libenter.* quod quidem ſi durius doctis viris videbitur, hoc pacto diſtinguemus: *Quidnam agri vero? inquit, qui, &c.* Hæc autem interpunctio perperam collocata multum negotii attulit Petro Ramo. ſententia enim ita variatur, ut accuratiſſimus eruditiſſimuſque interpres, cum verum Ciceronis ſenſum aſſequutus non ſit, locum, qui quidem integer, incorruptuſque eſt, mendi inſimulare, & mutilatum eſſe affirmare non dubitaverit. *Lauredanus.*

Age vero definis] Locum utrumque definis, cum Italicum ſolum proponis. Vetus liber: *Age, non definis locum*, quaſi Italiæ propoſitio non ſit loci definitio. *Turnebus.* *Quidnam agri? Agri vero*] Sic reſtitui, conjectura autem mea facilis & probabilis eſt. nam cum vox, *agri*, bis eſſet a Cicerone poſita, librarius ſcriptor plus ſibi tribuens, quam ſatis erat, alterum omiſit, tamquam otioſum. Iam hæc verba, *Agri vero*, a Cicerone reſpondentur, qui idem interrogarat. *Lambinus.* *Age: non definis locum. quid naturam agri? vero inquit, &c.*] Expreſſi quod erat in Pal. ſec. neque recedebat pr. aut vetuſtius impreſſi, niſi quod ii *natura*. hactenus vulgata: *Age vero definis locum. Quid nam agri vero inquit, &c.* Lambinus architectatus nobis fuerat: *Quidnam agri? Agri vero inquit, qui, &c.* quod & probabat Puteanus. ſed minus neceſſario. deceptique ſunt omnes illo *vero*, quod inchoare ſermonem, eis non veniebat in mentem. at ita plus ſemel Tullius. *Grut.* Pith. *Quid natam vero, inquit, qui arari aut coli poſſit.* Franc. *Age non definis locum? Quid nam? Agri vero, inquit, qui arari aut coli poſſit.* Scripturam ſequor, Palatini ſecundi & Erfurt. *Age*, inquit Cicero, *non definis locum. Quid? naturam agri?* Non definis locum, inquit, Cicero. Sed definis ne naturam loci? *Vere.* hoc eſt, imo vero definio, *qui arari aut coli poſſit.* Hanc naturæ agri emendi definitionem exagitat Cicero in ſequentibus. *Gravius.*

Inquit, qui arari aut coli poſſit] Hæc in libro veteri, non lego, & his loci ſententia carere poteſt, quanquam ferri poſſunt. *Turneb.* Hæc verba nec in Pithœi, nec in Erfurt. nec in Francii libris ego quoque reperi, nec in Victorii, nec in Manutii, nec in C. Steph. edd. Hinc in Gruteriana delevi. *Gravius.*

Qui poſſit arari, inquit, aut coli, non qui aratus, aut cultus ſit] Ἐπανάληψις. hæc in Rhet. ad Herennium conduplicatio

Vtrum haec lex eſt, an tabula Veratianae auctionis? in qua ſcriptum fuiſſe ajunt: jugera c c in quibus olivetum fieri poteſt: jugera c c c, ubi inſtitui vineae poſſunt. Hoc tu emes iſta innumerabili pecunia, quod arari, aut coli poſſit. Quod ſolum tam exile, & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſe? aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

catio nominatur. Rulli autem ſtultitia & dolus indicatur, qui agros emendos cenſuerit non aratos, aut cultos, ſed qui arari, aut coli poſſint, neque viderit illud & commodum, & fructuoſum fore populo, hoc & laborioſum, & minus fructuoſum. *Laured.*

Vtrum hac lex eſt, an tabula Veratiana auctionis] Legem Rulli elevat, cum ſimilem tabulæ Veratianæ auctionis vocat. ut enim Veratius in tabula ſcripſerat: Iugera ducenta, in quibus olivetum fieri poſſit. jugera 300. in quibus vineæ inſtitui poſſint, non oliveti 200. vinearum 300. ſic Rullus agros, qui coli, aut arari, poſſint, non qui culti, aut arati ſint. *Idem.* *An tabula Veratiana auctionis*] Liber vetus *Neratiana.* quo ſane modo legendum cenſeo. Nam Romæ Neratios fuiſſe ſatis Neratius Iuriſconſultus oſtendit. Ridicula autem illius auctionis tabula fuit. Nam cum ſaltus ſteriles & incultos proſcriberet Neratius, uti melius venderet, ſcripſit, *jugera c c ubi olivetum fieri poſſet.* Eam tabulam magnus ſecutus eſt riſus. *Turn.* *Neratiana* legitur etiam in libro Francii.

In quibus olivetum] Ex quo magnus fructus recipiebatur, unde Horatius:

Spargent olivetis odorem

Fertilibus domino priori. Laured.

Vbi inſtitui vinea] Terram, quæ apta erat vineis, vineariam, ſeu vineaticam vocabant. *Idem.*

Hoc tu emes ita innumerabili pecunia] Repetit cum admiratione, & interrogatione verba legis, quod indignum putet tanta pecunia non emi, niſi id, quod arari, & coli poſſit, cum nullum ſolum ſit tam exile, & macrum, quod aratro perſtringi non poſſit. & nullus locus tam aſper ſit, in quo agricolarum cultus non elaboret. ut autem ipſe *ſolum exile, & macrum,* ſic Columella *terram exilem, & macram* dixit. Hoc eſt autem id, quod ſcriptum eſt apud Hyginum: *Agrum ſecundum datam legem, aut ſi placebit, ſecundum divi Auguſti, aſſignare debebimus, eatenus, qua falx, & aratrum exierit.* hac lege ſua interpretatione quidam putant tantum cultum nominari. Cæterum præcipuæ duæ agriculturæ partes expreſſæ ſunt, aratio, & arborum, vinearumque cultio, de quibus Virgil.

Quid faciat latas ſegetes, quo ſidere terram,
Vertere Mæcenas, ulmiſque adjungere vites,
Conveniat.

Vt autem arare *aratro perſtringere* dixit Cicero, ſic Virgilius: *Aut preſſo exercere ſolum ſub vomere.* Redarguit autem Rullum μετὰ θαυμασμοῦ. Idem.

Hoc] Tam vilem, & abjectam rem, quam vel genere neutro extenuavit. *Idem.*

Quod ſolum] Ἀπαγωγὴ εἰς ἄπειρον nullum eſt ſolum, quod arari, colive non poſſit, ergo univerſum orbem terrarum Rullus emendum ſua lege jubet. hoc autem abſurdum, ſolum autem συνεκδοχικῶς pro agro accipitur. *Idem.*

Aratro perſtringi] Quod non poſſit leviter aratro tanquam radi. Perſtringitur quod leviter vulneratur atque ſcarificatur, ut ita dicam. Græcis ἐπιγράφειν & ἐπιξέειν. Contra in pingui ſolo alte deſcendit ſulcus, & deprimitur vomer, cum in exili ſolo tantum ſumma terra perſtringatur. Nullum eſt ſolum tam exile, quod non poſſit arari. *Turnebus.*

Iccirco,

boret? Idcirco, inquit, agros nominare non poſſum, quia
tangam nullum ab invito. Hoc quoque multo eſt quae-
ſtuoſius, quam ſi ab invito ſumeret. inietur enim ratio
quaeſtus de veſtra pecunia: & tum denique ager eme-
tur, cum idem expedierit emtori & venditori. Sed vi- 26
dete vim legis agrariae. ne ii quidem, qui agros publicos
poſſi-

Iccirco, inquit, agros nominare non poſſum, &c.] Ratio Rulli, qua ſe adductum nullos nominatim ſe definiſſe agros reſpondet. quia nullum invito domino ſe erepturum profitetur. hanc labefactat, atque infirmat ἀπὸ τοῦ ἀσυμφόρου. ut hoc dicat detrimentum fore reip. & multo utilius decemviris, quam ſi ab invito ſumerent, inituros enim rationem, inquit, quæſtus de pecunia publica, & tum denique agrum emptu ros eſſe, cum idem emptori & venditori utile fuerit. *Laured.*

Tangam nullum ab invito] Nullum ſumam, nullum emam ab invito. Sic dicimus, alienum invitis dominis tan gere nolle. Cum dicit ſe nemini vim illaturum, majorem ex eo quæſtum faciet, quam ſi vendere cogetur, ſed & plus lucrabuntur emptores. *Turneb.*

Inibitur enim ratio] Ita eſt in libris a Paulo Manutio duos abhinc annos impreſſis, melius puto, quam in aliis, *inietur enim:* nam præterquam quod grammatices ratio poſtulat, ut, *inibitur*, legatur. libri noſtri veteres approbant. *Laured.* *Invenietur enim ratio*] Libri vulgati habent, *inietur*, plane mendoſe. P. Manutius repoſuit, *inibitur:* ego, *invenietur.* ita autem locutus eſt M. Tull. in orat. pro Quinctio. *Lambinus.* *Inibitur enim ratio quæſtus*] Haud aliter quidem P. Manutii editio, ſed antiquiſſima *inietur*, quomodo & Pal. pr. quippe ſec. *inbibetur*, quod & in Erfurdiano, & quærendum in eam vocem. ſæpe enim exturbata eſt ignorantia ſcribarum. *Gruterus.* Francii quoque liber habet *inietur*, Pith. vero *inbibetur.* Sed cum *inietur* legatur in omnibus editionibus ante Manutium editis, Victorii, Caroli Stephani, & vetuſtioribus, cur immutemus? Vt veteres dixerunt *ſciam* & *ſcibo*, (unde apud Plautum, *Verum jam ſcibo magis*, quod & apud Terentium ſæpius occurrit,) *ſerviam*, & *ſervibo*, ut apud Terentium in Hecyr. *Matris ſervibo commodis*, *molliam*, & *mollibo*, ut apud Horat. III, 33: *Mollibit averſos penates*, cur non & dixerint, *eam* & *ibo?* Græv.

Cum idem expedierit emtori] Cum expediet emtori decemviro emere parvo, quod vobis inducat magno, & expediet venditori malum agrum vendere, peſtilentem nimirum aut ſterilem. *Turn.*

Sed videte vim legis agrariæ] Non ſolum contra utilitatem populi facere legem Rulli jam demonſtrat, verum etiam contra conſuetudinem. itaque miſcet τὸ νόμιμον καὶ τὸ συμφέρον. Longa autem ratio texitur, qua oſtendit, quantum fructum ex hac venditione publicorum agrorum poſſeſſores ſint percepturi. nam agrorum publicorum alii propter vaſtitatem deſerti, alii propter invidiam fugiendi cum ſint, eorum venditio poſſeſſores illos pecunia locupletabit, hos invidia liberabit. *Laur.*

Videte vim legis agrariæ] Ironia eſt. id eſt, videte, quam parum virium, ac roboris hæc lex habeat. quod poſſeſſores agrorum publicorum non niſi optima conditione, & pecunia maxima ceſſuri poſſeſſione ſint. quod quam abſurdum ſit, oſtendit comparatione ſuperioris, & hujus temporis adhibita. nam antea promulgata lex agraria ſolebat agrorum publicorum poſſeſſores perturbare, hæc eos vehementer delectat. quæ ſe vel pecuniis auctura ſit, vel invidia liberatura. *Idem.*

Ne ii quidem, qui agros publicos poſſident decedent de poſſeſſione] Multo minus, qui privatos, niſi optimis conditionibus, & ingenti vi pecuniæ, & tamen

dere jam denique illos agros ratione aliq
paullo ante diem noctemque tribunitiur

men antea decedebant, & dies noctesque tribunicium nomen horrebant, & vim popularem metuebant, ut eſt infra. *Lauredanus.*

Deducti] Nam multi locupletes, ut ſcribit Plutarchus in Gracchis, agros publicos invaſerant, eoſque poſſidebant, *Deducere* autem eſt demovere de poſſeſſione, ut pro Cæcinna: *Et de fundo Cæcinna moribus deduceretur.* Turn.

Converſa ratio. Antea] Sic Philippus Cos. apud Salluſtium, *Sed videte, quam converſa rerum natura ſit. antea malum publicum occulte, auxilia palam inſtruebantur. nunc pax, & concordia diſturbantur palam.* Laured. *Converſa ratio*] *Converſa ratio* dicitur in contrarium mutata, ut ad Atticum: *Vide quam converſa res eſt.* Turnebus.

Antea] Superioribus annis, cum leges agrariæ nominabantur. locus topicus a diſſimili. *Laured.*

Poſſeſſiones invidioſas] Multi per Sullanam proſcriptionem alienas poſſeſſiones, agros, fundos occupaverant, ut Craſſus, quod Plutarchus ſcribit, ut Valgius ſocer Rulli, nonnullos etiam in proſcriptorum numerum referendos curarant poſſeſſionum cauſa. Illi magna invidia laborabant. Cicero de Craſſo: *Qui proſcriptiones locupletum, qui cædes municipiorum, qui illam Sullani temporis*

lum emptores n
magno vendent.
pletas] Auget e
publicos agros h
ptione, eos invic

Qui latitudinem
invidiam Sullanæ
poſſint?] L. Sull
municipiorum,
riana factione ar
militibus ſuis div
manorum inimi
proſcripſerat. qu
nes parvo coëmiſ
ſiones non ſine
continuaverant.
Plutarchus. und
rium: *Volaterran*
bitatem deorum
ſubterfugerunt. d
puli Romani a m
ſunt. Laured.

Qui vendere c
periant] Λύσιτ τ
rit quæſtioni, c
num invidia ea
emptores non re
rum ſe pœnitet,
cupiant perdere.
rem mirum in m
per ſitum, id q
tari non poteſt. I

bant, veſtram vim metuebant, mentionem legis agrariae pertimeſcebant: ii nunc etiam ultro rogabuntur atque orabuntur, ut agros partim publicos, partim plenos invidiae, plenos periculi, quanti ipſi velint decemviris tradant. Atque hoc carmen hic tribunus pleb. non vobis, ſed ſibi intus canit. Habet ſocerum, virum optimum, qui tantum agri in illis reipublicae tenebris occupavit, quantum concupivit.

Huic

Veſtram vim metuebant] Ne plebs, ut Sullanis inimica, legem agrariam juberet. *Laured.*

Mentionem legis agraria] Qua una dimoveri ſe Sullanis poſſeſſionibus poſſe arbitrabantur. *Idem.*

Vltro rogabuntur] A tribunis pl. emptoribus, a quibus antea lege pellebantur. *Idem.*

Atque hoc carmen hic tribunus pl. non vobis, ſed ſibi intus canit] Cum cetera gravia ſunt, inquit, tum, quod in hac emptione agrorum non plebi, quæ eo deducenda eſt, ſed ſibi, ac ſuis conſulit. habet enim ſocerum Valgium, qui Sullanas poſſeſſiones plurimas invidioſas, & peſtilentes tenet, quem hac decemvirali agrorum emptione, & pecunia augere, & invidia liberare cupit. *Idem.*

Hoc carmen non vobis, ſed ſibi intus canit] Intelligendum eſt, proverbium eſſe antiquum ab Aſpendio cythariſta ſumptum, qui carmen ſiniſtra manu caneret, non dextra. quorum illud eſt *intus canere*, hoc, *foris* illud *ſibi*, hoc *aliis.* neque enim qui ſiniſtra manu chordas tangit, is ſibi tantum canit, quia foris non auditur, ſed a ſe ſolum. unde qui multum inteſtinis ſuis commodis conſulunt præter honeſtatem, intus, & ſibi canere dicuntur. Hæc fere Pædianus in Verrinas. cauſſa vero, cur qui dextra tangunt, audiantur, eſt, quod chordarum ſonus cavato cytharæ corpore augetur, quod idem in jugo non cavato contingere nequit. *Idem.* Vide notas ad Verrinam III, quæ eſt de prætura urbana cap. 20.

Habet ſocerum] Valgium intelligit. ut in tertia, in qua Rullum Valgii generum vocat: Si doceo agris iis, qui a Sulla ſunt dati, ſic diligenter Rullum ſua lege conſulere, ut facile appareat, eam legem non a veſtrorum commodorum patrono, ſed a Valgii genere eſſe conſcriptam: nunquid eſt cauſæ Quirites, &c. *Laured.*

Virum optimum] Quis non videt e contrario intelligendum? *Idem.*

Qui tantum agri in illis republica tenebris, occupavit] Improbitatis ſignum. infinitæ poſſeſſiones Sullanis temporibus occupatæ. Tenebras reipubl. dixit, Sullana tempora plebi miſera. quo verbo nullum aptius eſſe potuit ad furta, & rapinas Valgii ſignificandas. unde Homerus Iliad. 3.

Εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην
Ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω
Τόσον τίς τ' ἐπιλεύσσει, ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν. Id eſt:
Montibus ut ſummis cum circumfuſa caligo eſt,
Læta haud paſtori, noctis furi aptior umbra,
Nec potis eſt teli jactum ultra cernere quicquam. Idem.

Quantum concupivit] Excedit fidem oratio. neque enim quæ optant homines, certo rationis modo circumſcribi poſſunt. ſic pro lege Manilia: *Tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam auſus eſſet optare.* & pro Flacco: *Quantum ſibi ablatum homo impudentiſſimus dicit, tantum nunquam eſt auſus, ut haberet, optare.* Idem.

Huic

Huic ſubvenire vultis ſuccumbenti, jam oppreſſo Sullanis oneribus gravi] Hæc omnia tranſlata ſunt ab iis, qui onere premuntur, & qui oneratos ſublevant, onus autem poſſeſſiones Sullanas, propter quas illi ardebant invidia, vocat. *Subvenire*, ſua lege, *gravi*. Gravato, ut Horat.

—— *Gravis annis*
Miles ait. Laured.

Huic ſubvenire vult ſuccumbenti] Magna laborabant invidia, qui occaſione Sullanæ proſcriptionis locupletati erant, ac ſæpe de poſſeſſionibus eis adimendis actum erat. Flavio tribuno plebis fere ſimilem poſtea Serviliæ ferente legem, Cicero ſcribit ad Atticum, ſe confirmaſſe oratione ſua Sullanorum hominum poſſeſſiones. *Turneb.* *Succumbenti jam, atque oppreſſo Sullanis oneribus gravibus*] Sic reſtituendum cenſeo, rejecta lectione vulgata, *Sullanis oneribus gravi*. Nam ſatis hoc dictum eſt, & dictum quidem verbis longe ſignificantioribus, *ſuccumbenti, atque oppreſſo*. Iam, *onus grave*, Latine dicimus potius, quam *aliquem onere gravem*. M. Tull. in Catone majore. *ut onus ſe Ætna gravius dicant ſuſtinere*. Lamb. Sed non recedunt a vulgato M S S.

Vt liceat illi invidiam deponere, pecuniam condere] Vt locupletet eum fortunis, invidia liberet. Nam, ut inquit Ariſtoteles, bona ſunt non modo bonorum ſumptiones, ſed etiam malorum depulſiones. ſic enim ait: Ἀνάγκη τάς τε λήψεις τῶν ἀγαθῶν ἀγαθὰς εἶναι, καὶ

minum odio verſ
re. Pro Cluentio.
condiderat, ſpe ja
rat. Turnebus.

Et vos non dubit
στερϛὶῶ μετὰ παῤῥησ
accuſat populum
poſſeſſiones pluri
ne partas vender
res divitiis cumul
berandos. ſentent
populum enim t
qui non dubitaret
dubitandum. O
vendere poſſeſſic
majorum ſangui
&, Sullanos poſſ
omnia ad indign
puli commovend
lege Manilia: *Et*
Virgilius:

Et dubitamus a
factu?

Vos ἐμφατικῶς q
rum domini. *La*
bitatis] *Et* indig
dicitur εἶπε. Si
Et ſunt qui de vi
ceant de curia. T
tu] Totum hunc
ad hanc, &c. leg
nota: & negatio
locum traducta
ſtituo: *Et vos du*
veſtra non vendat
hæc, populum
non debere, qui

ut Sullanos poſſeſſores divitiis augeatis, periculo liberetis? Nam ad hanc emtionem decemviralem duo genera agrorum ſpectant, Quirites, eorum unum propter invidiam domini fugiunt, alterum propter vaſtitatem. Sullanus ager a certis hominibus latiſſime continuatus tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni pl. ſtridorem unum perferre non poſſit. hic ager omnis, quoquo precio coemtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.

Contra Sullanos poſſeſſores] Qui proſcriptionibus Sullanis locupletati ſunt. Sullani autem præſidio legis nitebantur. Nam lege ſive Valeria, ſive Cornelia eorum bona vænierant, qui proſcripti fuerant, & qui in adverſariorum præſidiis occiſi fuerant. Quas autem hic Sullanas poſſeſſiones Cicero oppugnat, contra Flavium Tribunum defendit & confirmat. *Turnebus.*

Nam ad hanc emptionem decemviralem duo genera agrorum ſpectant] Cur dixerit paulo ante, poſſeſſores Sullanos hac lege invidia ac periculo liberari, diſerte aperit. Sunt enim, inquit, duo genera agrorum, alii ita late continuati, ut invidiam pariant, alii ita peſtilentes, ut vaſti ſint. cum ergo hos emerint, gratificabuntur illis, non vobis, quod illos ingenti pecunia ement, atque in eos vos agros, quos etiam domini ſine pretio reliquiſſent, deducent. *Propter vaſtitatem*: infra paucis interjectis verſibus locus poſitus declarat: *Alterum genus agrorum propter ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum.* Laured.

Sullanus ager a certis hominibus latiſſime continuatus] Satis conſtat latifundia Romæ invidioſa apud plebem fuiſſe, de quibus Gracchus tulit. ſic Catilina apud Salluſtium: *Illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nuſquam ullum eſſe.* Sic Horatius libro III.

Contracto melius parva cupidine
Vectigalia porrigam,
Quam ſi Mygdoniis regnum Alyattici
Campis continuem. Idem.

Continuatus] *Continuare* hic eſt, ex multis unum idemque continens efficere, velut multis proſcriptis fundis viciniis unam fundi formam continuarat Valgius. In oratione tertia: *Quos in Caſinati optimos & fructuoſiſſimos continuavit.* Turnebus.

Ut veri, ac fortis tribuni pl. ſtridorem unum perferre non poſſit] Semper tribuni pl. potentiæ nobilium obſtiterunt, qui poſſeſſionibus continuandis ſtuduerunt. *Veri*, qui plebis, non ſuis rationibus conſulat. *Fortis*, qui pro commodis plebis pugnare audeat. *Stridorem*, clamorem, inſectationem, ut in Cluentiana: *Tribunus pl. clamitabat, agi fortunas omnium dicebat.* quemadmodum autem mare, ut ipſe Cicero auctor eſt, ſua natura tranquillum ventorum vi agitatur atque turbatur; ſic populus Romanus ſua ſponte placatus tribunorum ſeditioſorum concionibus concitabatur. *Laured.* *Tribuni plebis ſtridorem*] *Stridorem* fremitum, minas per hyperbolen. Plebs Sullanos peſſime oderat. Sulla enim plebis jura imminuerat, & tribunitiam poteſtatem ſuſtulerat, ſenatus vires confirmarat. *Turneb.*

Quoquo pretio coëmptus erit] Vel minimo. non enim alterum ut nonnulli imperiti putant, additamentum inutile eſt, ſed & hoc geminatum, & verbum *coëmptus*, inductum ad rem minuendam. Horat. idem dixit:

Cedes coëmptis ſaltibus, & domo.

Lauredanus.

Tamen ingenti pecunia vobis inducetur] *Plebi Rom. acquiretur.* ſic infra: *Ut iidem partim invidioſos agros a Sullanis poſſeſſoribus, partim deſertos, ac peſtilentes, &c. quanti velletis populo Romano inducerētis.* Idem. *Tamen ingenti pecunia vobis*

cemviris. Vt autem dicitur *inducere exemplum*, *inducere novum genus orationis*, *inducere novam perſonam*, ſic hoc loco *inducere agrum* dicitur, cui caſus pretii adjungitur. Nam qui *inducere* æſtimare interpretantur, errant. *Turnebus.*

· *Alterum genus agrorum ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum*] Ex ſoli ſterilitate cultura agrorum, ex aëris peſtilentia eorum habitatio deſeritur, ut vaſtitas quædam ſolitudo ſit. conſtat autem multos a Sulla veteranos in paludes & ſylvas eſſe deductos, quod indicat etiam Lepidus apud Salluſtium his verbis: *Egregia ſcilicet mercede, cum relegati in paludes & ſylvas contumeliam atque invidiam ſuam, præmia penes paucos intelligerent.* Paulo poſt Cicero Campanum vectigal nec cœlo, nec loco calamitoſum eſſe ait, cum ſalubritatem Campani aëris, & ſoli fertilitatem notare vellet. Salubrem locum eum eſſe tradit Vitruvius, qui ſit excelſus, & non nebuloſus, non pruinoſus, regioneſque cæli ſpectans, neque æſtuoſus, neque frigidus, ſed temperatus, & a palude remotus. in primis autem quærendum eſſe, ut ager bonum cœlum habeat Varro lib. primo, cap. v. bene docet. *Laured.*

Vaſtum atque deſertum] *Inane*, ut Feſtus adnotat, & recte. hic enim vaſtus ager dicitur, ubi ſolitudo eſt. & qui a natura, & humano cultu deſertus eſt: cui contrarium eſt, *celeber.* eo fit, ut illam in oratione pro Sextio, quam

tum eu.
Et m
bono pl.
dium.
ſuaderet
urbanar
exhauri
prie loc
educenc
proprie
aqua it
relinqu
Rullo r
Flavii l
eſt apu
Populo,
ptione,
nam u
nem fr
Catilin
urbe tu
cioſa ſen
late fæ
plebecu
nus lib
tranſlat
nim ſi
fœditate
prolem
Sic in ſ
Verri ſ
cilia,
provinc
exagita
victorei
ad urb
ſeptem

urbanam plebem nimium in repub. poſſe, exhaurien-
dam eſſe, hoc enim verbo eſt uſus, quaſi de aliqua
ſentina, ac non de optimorum civium genere loquere-
tur. Vos vero, Quirites, ſi me audire vultis, retinete 27
iſtam poſſeſſionem gratiae, libertatis, ſuffragiorum,
dignitatis, urbis, fori, ludorum, feſtorum dierum,
ce-

Vrbanam plebem nimium in rep. poſſe] Hæc verba commode in ſenatu a Rullo de plebe dicebantur. quæ nunc ad concitandam in Rullum plebem a Cicerone commodius referuntur. *Lauredanus.*
Vrbanam plebem] Rullus Kalendis Ianuariis in ſenatu de ſua lege verba fecerat, plebemque urbanam exhauriendam eſſe dixerat. Quod verbum in deteriorem partem rapit Cicero: proinde quaſi hoc verbo ſatis oſtenderit, ſe nolle plebem in optimis agris collocare: ſed quoquo modo ab urbe amandare, & ablegare. Plebs urbana dicitur, quæ in quatuor tribubus erat, Exquilina, Collina, Suburana, Palatina. In aliis tribubus erat plebs ruſtica. *Turneb.*

Hoc enim verbo eſt uſus] Contumelioſi dicti in plebem Rom. ponderat perfidiam, quod ad magnum odium faciendum, & invidiam concitandam plurimum valet. *Laured.*

Non de optimorum civium genere] Oratorie blanditur plebi, cum eam optimorum civium genus appellat, quæ & infima erat, & perdita, & in quam transferri, ut Plinius eſt auctor, ignominiæ fuit. ruſticæ autem tribus ingenuorum erant, & divitum, urbanæ vero libertinorum. *Idem.*

Vos vero, Quirites, ſi me audire vultis] Data occaſione egreditur, ut populum hortetur, ne agrorum cupiditate adductus ſe educi urbe Roma patiatur, propoſitis urbanis commodis, & coloniarum, in quas deducetur, incommodis. Hæc autem commoda aut ex imperii dignitate, aut ex urbis ipſius fructu percipiuntur. ad dignitatem pertinet gratia ex amicitiis, propinquitatibus, & vicinitatibus collecta: libertas, ut non niſi legibus pareas: ſuffragia, ut magiſtratus, leges, bellum, pacemque pro arbitrio jubeas: ad urbem attinet forum, in quo conciones audias, gladiatores ſpectes: ludi, quorum adſpectu delecteris: feſti dies, quibus te conviviis tempeſtivis oblectes. Etenim hoc idem in orat. pro Murena dixit: *Nec plebi Rom. eripiendi ſunt iſti fructus ludorum, gladiatorum, conviviorum, quæ omnia noſtri majores comparaverunt.* Quamquam autem plures res eſſe videantur, duæ tamen omnino illæ ſunt, dignitas, & commoditas, ſed hæc etiam complexus eſt amplificandi gratia, coacervatione uſus. *Idem.*

Si me audire vultis] Eodem modo locutus eſt lib. VII. ad Trebatium: *Si me audies, quem ſoles, has paternas poſſeſſiones tenebis.* & Horatius od. XIII. lib. primi:

Non, ſi me ſatis audies,
Speres perpetuum. Idem.

Gratia] Qui in colonias deducuntur, civitatem amittunt Romanam: proinde omnia quoque civium jura. Cicero pro domo ſua: *Qui cives Romani in colonias Latinas proficiſcebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenque dederant.* Turneb. Erant diverſi generis coloniæ. Aliæ Latinæ, aliæ civium Romanorum, quæ jus civitatis retinebant. vide Sigon. de antiquo jure Italiæ II, 3.

Libertatis] Quam tuentur tribuni plebis, cui inſidiantur latores legis. *Turn.*

Suffragiorum] Coloni ſuffragium Romæ non habebant. In mandandis magiſtratibus ſuffragium magni fiebat. Legimus enim Campanis, Samnitibus, Sabinis aliquando datam ſine ſuffragio civitatem. *Idem.*

Feſtorum dierum] Sic Terentius in Hecyra: *Tum tuas amicas te, & cognatas deſerere & feſtos dies Mea cauſa nolo.* Id.

etiam in Pompejana: [illegible] *ſtis vectigalibus, hoc eſt in Aſia luce verſatur.* & in Catilinam: *Hac urbs lux orbis terrarum.* & in epiſt. prima ad Q. Fratrem: *Sed in luce Aſiæ, in oculis clariſſimæ provinciæ.* Opponuntur autem Romæ eſſe, in luce orbis terrarum, in oculis omnium gentium, & Siponti, & Salapiæ in tenebris, & ſolitudine latere. *Laured.*

In Sipontina ſiccitate, aut in Salapinorum peſtilentia finibus] Sipus, vel Sipontum Appuliæ oppidum eſt ad mare juxta Garganum montem. Σηποῦς Græce a copia ſepiarum, quæ in illa loca fluctibus ejiciuntur. Cicero autem dixit Sipontinam ſiccitatem, ad arenoſos Siponti agros, ſterileſque reſpiciens, ut Salapiam peſtilentem, propter cælum. Horatius etiam Appuliam ſiticuloſam vocavit ode. III. lib. V. non enim placet, ut ille liber τῶν ἐπωδῶν nomine indicetur, cum & veteres libros auctores habeam, in quibus hic quintus odarum liber inſcribitur, & aliis non minimis, minimeque dubiis conjecturis innitar, ut & hic me verum ſentire mihi perſuadeam, & alibi peccatum ſæpe in eadem re intelligam, quod non modo diſſimulandum, immo vero fatendum maxime eſt, hoc ante me non modo inventum, & excogitatum, ſed etiam litteris mandatum fuiſſe a M. Antonio Mureto litteratiſſimo, atque eruditiſſimo viro in ſuis in Horatium annotationibus. Salapia autem, vel Salpia Appuliæ item oppidum eſt non longe a Siponto, de cujus peſtilentia unus pro [illegible]

[illegible] reret, eligeretque. tunc i[...] eſt. Sed ſtatim rationi[...] quæſitis, ſecundum ma[...] poſſeſſionem loco ſalub[...] tu, populoque Romano [...] ceret transferre oppidum [...] mœnia, & areas diviſi[...] ſeſtertio ſingulis munici[...] dedit. His confectis la[...] mare, & portum e lacu [...] fecit. Itaque nunc Salapi[...] libus paſſibus progreſſi a[...] habitant ſalubri loco. [...] canus lib. V.

Quas recipit Salapina [...]
dita Sipus
Montibus.

Illud autem non omitta[...] lib. VI. ubi de agro Sal[...] uſque ad Garganum p[...] & ultra, verba facit, [...] ram feracem, atque ub[...] bere. Ἔστι δὲ πᾶσα ἡ χ[...] φορός τε, καὶ πολύφορ[...] προβάτοις ἀρίστη. Id e[...] *hic ager rerum omnium f[...] que eſt, equis ovibuſque [...]* ſi credas, Ciceronem [...] perando extenuaſſe dica[...] commodorum urbis, & [...] ſuperius enumeravit. *I[...] norum*] *Salapinorum* [...] Salapia urbe Apuliæ, [...] bit Vitruvius lib. I. *Q[...] dentes ſunt paludes, &* [illegible]

Rullo duce, collocari. At dicat, quos agros emturus ſit: oſtendat & quid, & quibus daturus ſit. Vt vero, cum omnes urbes, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum arenam aliquam aut paludes emat: id vos poteſtis, quaeſo, concedere? Quamquam illud eſt egregium, quod hac lege ante omnia veneunt, ante pecuniae coguntur & coacervantur, quam gleba una ematur. deinde emi jubet: ab invito vetat. Quaero, ſi qui velint vendere non fuerint, quid pecuniae fiet? Referre in aerarium lex vetat: exigi prohibet. Igitur pe-

Rullo duce] Ἐμφατικῶς, quaſi dicat homine perditiſſimo, & avariſſimo, eoque qui commodorum populi nullam habebit rationem, ſed omnia ad ſuam utilitatem referet. *Laur.*

At dicat, quos agros empturus ſit] Redit unde digreſſus eſt, commonendi cauſa ut ſolet, ac contendit iterum, exprimendum in lege fuiſſe, quos agros empturus, quot, & quibus diviſurus ſit. Sic enim ſupra agere cœperat: *Libet agros emi primum quaro quos? & quibus in locis. nolo ſuſpenſam, & incertam plebem Rom. obſcura ſpe, & caca expectatione pendere.* Idem. *At dicat*] Plane legendum eſt *aut dicat*, contra librorum fidem. *Turn.*

Vt vero, cum omnes urbes, agros, vectigalia, regna vendiderit] Negat permittendum ei eſſe, ut cum omnes agros, vectigalia, & regna vendiderit, tum arenam aliquam, aut paludes emat. arenæ autem nomine ὑπερβολικῶς agrum propter ſterilitatem incultum, ut Sipontinam ſiccitatem; paludes, propter peſtilentiam vaſtum, ut Salapinam peſtilentiam intelligat. *Laured.*

Quanquam illud eſt egregium] Irridet fraudem Rulli, qui omnia vendat, & pecunias coacervet ante, quam glebam unam emat, opponit autem acervum pecuniarum uni glebæ. ornatius eſt correctio cum ironia. *Idem.*

Omnia veneunt] Quidam libri ſcripti *venierunt* in præterito. *Turneb.* Sic & liber Francii.

Deinde emi jubet, ab invito vetat] Alia erat emendorum agrorum conditio ne ab invito emeretur. hanc hoc dilemmate reprehendit. poſſeſſores, inquit, aut agros volent vendere, aut nolent, ſi nolent, iniquum hoc eſt. nam pecunia amiſſa, plebs agros non habebit. amittetur autem pecunia, quia neque in ærarium referri, neque exigi per legem poteſt. ſi magnitudine pecuniæ ad vendendum adducentur, & hoc iniquum, ut nos noſtra quanti poſſumus vendamus, aliena quanti poſſeſſores ipſi velint emamus. *Idem.*

Si qui velint vendere, non fuerint] Ἐξ ὑποθέσεως argumentum, ex fictione, Quinctilianus. *Idem.*

Quid pecunia fiet] Vetus liber, *quid pecunia fiet.* Quomodo hic etiam legit Adrianus Cardinalis, genuſque dicendi multorum auctoritate confirmat. In Verrem tamen ita ſcribitur in ablativo: *Quid hoc homine faciatis? aut ad quam ſpem tam perfidioſum, tam importunum animal reſervetis?* In dativo effertur pro Cæcinna: *Quid huic tu homini facias? nonne concedas interdum, ut excuſatione ſumma ſtultitia, ſumma improbitatis odium deprecetur.* Itaque ſi illud in Verrem, quod in ablativo effertur, verum eſt, nec mendoſum, ut de inſtrumento dicetur. Nam in dativo ratio loquendi frequentiſſima eſt. *Turneb.* In Francii libro ſcribitur etiam *pecunia*: ſed in Erfurt. eſt *pecunia*, quem ſequor tanquam optimæ notæ codicem. *Grav.*

Referre in ærarium lex vetat] Antea legebatur: *& referre.* quam vocem quidam deinde ut ſupervacaneam ejecerint.

hil interſit reip. colonia deducatur ne? an eſt locus, qui coloniam poſtul

Ego auctoritate manuſcriptorum librorum, & ſententiæ bonitate adductus, legendum cenſeo: *Etenim referre.* Ratio autem cur decemviri pecuniam omnem tenebunt, populo nullus emetur ager, præpoſita eſt propoſitioni, inverſo ordine κατ' ἀναστροφήν. Laured. *Et referre*] *Et* videtur redundare, niſi *& exigi prohibet* legamus. *Turn.* In Erf. & habetur.

Vectigalibus abalienatis] Poſt argumentationem ſubdit ad incitandos animos amplificationem inflammandi cauſa populum, ex qua major rei appareret indignitas. amplificatio ex rerum inter ſe collatione quæſita eſt. ſi vectigalibus abalienatis, ſociis vexatis, regibus, atque omnibus gentibus exinanitis, plebs tamen agros nullos habeat, decemviri pecunias teneant. *Laur.*

Abalienatis] *Abalienatis* venditis. unde *abalienatio.* Turnebus.

Exinanitis] Exhauſtis a decemviris, qui eos fortunis & regnis ſpoliabunt. *Idem.*

Facile, inquit, adducentur pecuniæ magnitudine] Altera pars propoſiti dilemmatis. eſt autem hæc fictio oratoris, qui occurrentem ſibi adverſarium facit, idque dicentem, quod ſuæ cauſæ obeſt. eam enim legem ab eo ſuaderi demonſtrat, quæ duplex detrimentum erat allatura populo; alterum, quod ſua eſſet

quadrifari
mogenem
κῆς. Noſt
mus; qua
ἀντί...

Ergo ea
eſt, ut m
gno priva
bis conſu
Turnebus.

Atque
ſint, colo
bet] Agg
partem re
dis colon
quorum p
tinit colo
parum re
nit, ergo
hujus ar
in hos ag
lonias a d
tio præte
Quid? a
hil interſ
autem n
qui coloni
ut eſſe non
imperii v

An eſt
plane ref
mendum

* Quo in genere, ſicut in ceteris reipub. partibus, eſt operae pretium diligentiam majorum recordari: qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt, ut eſſe non oppida Italiae, ſed propugnacula imperii viderentur. Hi deducent colonias in eos agros, quos emerint. Etiamne ſi reipub. non expediat? ET IN QVAE LOCA PRAETEREA VIDEBITVR. Quid

recte ſit, addendum porro erit alterum, *qui*, hoc modo: *An eſt locus, qui coloniam poſtulet, eſt, qui plane recuſet. quo in genere, &c.* Quod dixit colonias Italiæ propugnacula eſſe, vere dictum videtur. Siquidem ſcribit Flaccus in condendis coloniis veteres Romanos duas cauſas eſſe ſequutos, unam ut ipſos municipiorum populos coërceret, alteram ut hoſtium incurſus repelleret. unde Cicero etiam dixit Philip. V. *Quid intereſt, utrum hanc urbem oppugnet, an hujus urbis propugnaculum, coloniamque populi R. præſidii cauſa collocatam.* Laur.

*Eſt plane. rectius * & quo in genere*] Vetus liber *eſt plane rectius*, idoneo ſenſu. Eſt enim rectius locum aliquem eſſe, qui coloniam poſtulet, aliquem, qui non poſtulet. Nonnulli etiam emendant, *an plane recuſent.* nec id male. *Turneb.*

Eſt & qui plane recuſet?] Quindecim jam abhinc annos ſic habebam hunc locum conjectura emendatum in meis Adverſariis. quæ mihi nunc magis probatur, cum eandem in mentem veniſſe video Lauredano. *Lambin.*

Eſt plane rectius & quo in genere] Locum ſine dubio mendoſum Pantagathus vetere ſcriptura paullulum immutata, ita reſtituebat, *An eſt locus, qui coloniam poſtulet, vel plane recuſet? quo in genere, &c.* paullo poſt, *at multitudo Quirites quæritur*, videtur legendum pro, *& multitudo Quirites quæritur.* F. Vrſin.

*Eſt plane rectius & * quo in genere, &c.*] Malui locum inſignire aſteriſco, atque exprimere cum Victorio lectionem Pall. veterumque edd. quam dare locum Lauredanæ conjecturæ, nimium recedenti a litterarum numero: quamvis eam admiſerint Manutius, Lambinus, alii. *Gruterus.* Secutus ſum Francii librum, qui ſic ſcribit & diſtinguit: *Eſt plane rectius. Quo in genere.* Sed mallem quoque rectius deleri. Eſt plane locus, qui coloniam deſideret, nimirum quæ ſit propugnaculum Romani imperii, ut in ſequentibus oſtendit. Erfurt. non recedit a vulgata, *eſt plane rectius. & quo*, &c. Gravius.

Et quo in genere ſicut] Ergo niſi fuerit tutum & omni periculi ſuſpicione remotum, non erit in certa loca deducenda colonia, a more majorum id probat, ut dixi. *Laured.*

Propugnacula imperii] Siculus Flaccus maritimas initio eſſe deductas colonias dicit ad tuendam Italiæ oram. Propugnacula ſunt, quæ Græci προμαχῶνας appellant, loca in muris, unde propugnare licet. *Turnebus.*

Hi deducent colonias in eos agros, quos emerint, &c.] Ἀντιξέτασις. concludit cum indignatione non eſſe in emptos agros coloniam deducendam ſine ſummo reip. emolumento. ac proponit iterum parum expedire reip. ut in quæ loca videatur, coloniæ deducantur. Nam niſi lege locus definitus ſit, poſſe etiam coloniam in Ianiculo collocari. quo nihil eſſe libertati Romanæ periculoſius poſſit. argumenti locus eſt ἀπαγωγὴ εἰς ἄτοπον. ponitque quaſi ſub aſpectum imminentis periculi magnitudinem. De Ianiculo in priore dictum eſt commentario. *Laured.*

Et in qua loca praeterea videbitur] Verba ſunt legis Serviliæ, proinde ſine interrogatione legi debent. Nam qui interrogant a ſenſu aberrant. Nam non tantum in eos agros, quos emiſſent: verum etiam alia in loca, in quibus non emiſſent, poteſtatem faciebat Rullus colonias deducendi. *Turneb.*

Quid igitur eſt cauſae, quin coloniam in Ianiculum poſſint deducere; & ſuum praeſidium in capite atque cervicibus veſtris collocare? Tu non definias, quo colonias, in quae loca, quo numero colonorum deduci velis? tu occupes locum, quem idoneum ad vim tuam judicaris? compleas numero? confirmes praeſidio, quo velis? populi Romani vectigalibus, atque omnibus copiis ipſum populum Romanum coerceas? opprimas? redigas in iſtam decemviralem ditionem ac poteſtatem?

Vt

In capite atque cervicibus veſtris] A bobus, quibus jugum imponitur, ſumptum eſt. Inter hoc, & ſuperius argumentum hoc differt, quod ſupra infinite locutus eſt, eſſe locos, qui coloniam recuſent, hic finite loquitur, ut Ianiculum. *Laured.* *Cervicibus veſtris collocare?*] Abjeci verbum *poſſint*, ſuaſu Pall. tanto facilius, quod mox præceſſiſſet. *Gruterus.* Confirmat Erfurt. ſed qui pro *veſtris* ſcribit *noſtris.*

Tu non definias, quo colonias, in qua loca, quo numero colonorum deduci velis?] Ἀποστροφὴ. ſecundum argumentum, in quo reprehendit infinitam ejus orationem, quod nec coloniarum numerum, nec locorum rationem, nec colonorum multitudinem exprimat. ſignificat enim ita effici, ut locum occupare ad vim idoneum, numero complere, præſidio firmare, populum Romanum coërcere poſſit. ut autem majorem vim haberet oratio, mutavit figuræ genus. nam converſo in Rullum ſermone plenus indignationis prope Rullo minari videtur, & illud, tu, ἐμφατικῶς dictum, quaſi diceret, cui etiam ſi definiret loca, in quæ colonias ſit deducturus, non eſſet habenda fides, propter infinitam cupiditatem, propter vim & regni, ac tyrannidos machinationem. hæc autem apoſtrophe modo a populo ad Rullum, modo a Rullo ad populum, facit, ut oratio mobilis videatur, & ſenſus quoſdam habens. urget præterea crebris percunctationibus ac repetitionibus. *Laured.* *Tu non definias*] Non nomines, non proponas, non edas. *Turnebus.*

Quo colonias] Adde meo periculo litteram *t*, ut legatur, ut in ſuperiore proxima, *colonia quot?* quibus autem de cauſis, & ſi id per antiquos libros, quos ego viderim, non liceat, ſupra dictum eſt. *Laured.* *Quot colonias, in qua loca*] Sic Lambinus aliique, admodum veroſimiliter, ſed non id admittunt mſſ. noſtri aut olim cuſi, in quibus *quo.* adeſtur P. Manutius oratione priore cap. 5. *Gruterus.*

Ad vim tuam] Veteres libri habent, *ad vim tuam etiam*, abſurde omnino. Ego ſi conjecturæ dandus locus eſt, *ad violentiam*, legerem. *Laured.* *Ad vim tuam*] *Ad vim* eſt ad opprimendam libertatem populi Romani. Regni affectationem objicit. quod optimates popularibus objicere ſolebant, ut Sp. Melio, Manlio, Graccho. *Turneb.*

Compleas numero?] Colonorum. *Præſidio* militum. παρεσον. Laured.

Populi Romani vectigalibus] Hac tanta pecunia, quam ex vectigalium auctione coëgeris. ſic Philip. x. *Exercitu populi Romani contra ipſum populum Romanum uteretur.* Idem.

Coërceas? opprimas?] Majus eſt opprimere, quam coërcere, non enim qui coërcet, atque includit quenquam, eum, opprimit ſtatim. *Idem.*

Redigas in iſtam decemviralem ditionem ac poteſtatem] Subjicias imperio decemvirum, quorum nomen infenſum Romæ ſemper jam inde a decemviris conſularibus fuit, propter eorum impotentiam, ac libidinem. Plus autem eſt poteſtas, quam ditio, ut ſupra: *Ditioni, judicio, poteſtati permiſſa.* Idem.

Vt

Vt vero totam Italiam ſuis praeſidiis obſidere atque occupare cogitent, quaeſo, Quirites, cognoſcite. Permittit decemviris, ut in omnia municipia, in omnes colonias totius Italiae colonos deducant, quos velint: iiſque colonis agrum dari jubet. Num obſcure majores opes, quam libertas veſtra pati poteſt, & majora praeſidia quaeruntur? num obſcure regnum conſtituitur? num obſcure libertas veſtra tollitur. Nam, cum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem, id eſt, totam Italiam, ſuis opibus ob- 28

Vt vero totam Italiam, &c.] Ἀποστροφὴ. ſupra dixit: *Tu non definias quo colonias, in quæ loca, quo numero colonorum*, cumque incommoda ex hac infinita poteſtate conſequutura proponeret, de periculo infinitarum, quæ deduci poterant, coloniarum nihil dixit. quod quantum immineat, nunc aperit, hoc modo. Qui colonos in omnia municipia, & omnes colonias totius Italiæ deduci permittit quos velint, is de occupanda Italia cogitat. Qui hoc facit, aperte veſtræ libertati inhiat. *Laured.*

Suis præſidiis obſidere atque occupare cogitet] MSS. Pith. Erf. & Franc. *Suis præſidiis obſidere atque occupare cogitent.* non male. nimirum decemviri. *Grav.*

Vt in omnia municipia] In municipia etiam coloni mitti ſolebant. Gracchus enim colonos dedit municipiis vel ad ſupplendum civium numerum, vel ad coërcendos tumultus, qui ſubinde naſcebantur. Deducentur igitur Rulli lege in municipia coloni, in quibus nunquam collocati fuerant: illi in colonias, in quas antea deducti fuerint alii. Mirum eſt a Cicerone Placentiam coloniam, municipium vocari in Piſonem, quod factum eſſe reor, quia ut municipia, jus civitatis & ſuffragii habebat. *Turnebus.*

Totius Italiæ] Non extra Italiam, cum Gracchus etiam extra Italiam deduxerit, in quo culpatus eſt. Id enim majores cum viderent, tanto potentiorem Tyro Carthaginem, Maſſiliam Phocæa, Syracuſas Corintho, Cyzicum ac Bizantium Mileto genitali ſolo, diligenter vitaverant. *Idem.*

Num obſcure majores opes, quam libertas veſtra pati poteſt, & majora præſidia quæruntur? num obſcure regnum conſtituitur?] Hæc ἀποστροφὴ, ut apparet, interrogatione, & crebra ejuſdem verbi repetitione illuſtrata eſt, ut incitatior, ac mobilior ſit. gradatim autem aſcendit ab opibus magnis ad regni comparationem, a regno ad libertatis everſionem. nam nec regnum niſi maximis opibus comparari, nec libertas niſi regis unius, aut paucorum imperio tolli poteſt. Sic Iunonem interrogationibus erumpentem Virgilius lib. VII. facit his verſibus:

—— Num Sigeis occumbere campis?
Num capti potuere capi? num incenſa cremavit.
Troja viros? Laured.

Nam cum iidem omnem pecuniam] Quod dixit libertatem ſublatam iri, probat ab antecedentibus. Nam ubi pecuniam maximam, ubi multitudinem maximam hominum, quæ tota Italia continetur, obtinebunt, ubi præſidiis interclusam libertatem populi Romani tenebunt, tum nulla ſpes recuperandæ libertatis relinquetur. tria enim quæ ad occupandam populi libertatem quæruntur, aderunt. pecunia, exercitus, præſidia idoneis in locis collocata. *Idem.*

Cum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem, id eſt totam Italiam ſuis opibus obſidebunt] Credo hæc mendoſe legi. Neque enim video, quid ſit obſidere pecuniam, & multitudinem. Itaque melior lectio erit, ſi verbum *obtinebunt* addideris, in quo & *obſidebunt* ludere videtur, ita: *Cum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem obtinebunt,*

obtinere, eſſe totam Italiam ſuis opibus obſidere. Italiam regionem ipſam intelligens, opes pecuniam, & Italorum multitudinem. Eſt autem ἀπὸ κοινοῦ σχῆμα. Laur. *Obſidebunt*] Occupabunt, tenebunt, ut corpus locum obſidere dicitur a Cicerone, penes quos autem omnis pecunia, & multitudo maxima hominum fuerit, iidem totam Italiam in poteſtate habebunt. *Turneb.* *Multitudinem obtinebunt. iidem totam Italiam*] Sic nunc edidi. nam libri vulg. ſic habent, *maximam multitudinem, id eſt, totam Italiam*, &c. plane mendoſe. *Lambinus.* Sic *obſidere* in verbis, quæ modo præceſſerant: *Ut vero totam Italiam ſuis præſidiis obſidere & occupare cogitet. Iidem* non eſt in Erf. & rectius abeſt. Ad præcedentia, aliud verbum ſubauditur *pecuniam* ſcilicet occupabunt. quæ locutiones non ſunt inſolentes, ut alibi oſtendi. *Grav.*

Interclusam] Interceptam, circumvallatam. *Turneb.*

Quæ facultas recuperandæ veſtræ libertatis] Non dixit, actum erit de veſtra libertate, ſed ne ſpem quidem relinqui ejus recuperandæ, quod multo criminoſius. *Laured.*

At enim ager Campanus hac lege dividetur] Hoc præterea erat in Rulli lege, ut Capuam colonia deduceretur, & ager Campanus colonis divideretur. Id quod Cicero reprehendit, vel quia inutile ſit, vel quia indignum. Hæc autem eſt ratio adverſarii καθ' ὑποφορὰν allata, quaſi ad refellendam ejus querelam.

mus dicere? De commodo veſtro prius dicam, Quirites, deinde ad amplitudinem & dignitatem revertar: ut, ſi quis agri, aut oppidi bonitate delectetur, ne quid exſpectet: ſi quem rei dignitas commovet, ut huic ſimulatae largitioni reſiſtat. Ac primum de oppido dicam, ſi quis eſt forte, quem Capua magis, quam Roma delectat. Quinque milia colonorum Capuam ſcribi jubet. ad hunc numerum quingenos ſibi ſinguli ſument. Quae-

miniſcuntur probant. Sic quidem horum librorum lectionem tueri poſſumus. Sed vereor ne librariorum vitio *quid* ſit repetitum, unde natum poſtea ſit, *atqui quid*; cum Cicero ſcripſiſſet: *At quid ad hac poſſumus dicere?* Vt paullo ante: *At enim ager Campanus*, & quæ ſequuntur. & paullo poſt: *At hec agri Campani vectigal.* & ſtatim: *At qui homines.* & ſic ſæpiſſime in hac oratione. *Gravius.*

De commodo veſtro prius dicam] Ἀνθυποφορὰ, qua adverſarii rationem refellit, ornata diſtributione. prius enim ſe Capuæ deductionem inutilem, deinde turpem oſtenſurum pollicetur. Ex duobus autem locis ad ſuadendum propoſitis, utilitas, quia majus pondus apud imperitam multitudinem habet, præponitur, dignitas, quia latiorem præbet ad amplificandum materiam, in extremum rejicitur. Docet etiam Hermog. in lib. de invent. ſi enthymemata ad docendum, & exornandum accommodata paraveris, ut quæ exornationis ſint, ea extremo loco, quia majorem augendi vim habeant, colloces. Τί τάξις, inquit, τῶν ἐπιχειρημάτων διπλῆ, εἰ γὰρ τύχοι, τὰ μὲν αὐτῶν ἀποδεικτικὰ εἶναι πολιτικῆς ἑρμηνείας δεόμενα, τὰ δὲ πανηγυρικὰ, τηρήσεις τὰ πανηγυρικὰ τελευταῖα πρὸς τὸ δοκεῖν αὔξειν προχωροῦντα τὸν λόγον ἐπὶ τὸ ἀκμαιότερον. & quæ ſequuntur in hanc ſententiam lectu digna. *Lauredanus.*

Vt ſi quis agri, aut oppidi bonitate delectetur] Αἰτιολογία. rebus diſtributis ſuppoſita. oppidi enim agrive bonitas ad utilitatem refertur, rei dignitas ad honeſtatem. *Idem.*

Si quem rei dignitas commovet] Liber vetus, *ſi quem rei indignitas:* ac ſane melius, hoc ſenſu, ſi quis utilitatem ſperat, ne eam expectet. Si quis indignum & turpe putat, agrum Campanum dividi, turpe autem docebo, largitioni reſiſtat. Non me fallit tamen *rei dignitas*, non inepte legi fortaſſe poſſe. *Turn.* In Francii libro *indignitas* etiam ſcribitur, ſed Erf. retinet *dignitas.*

Ac prius de oppido] Altera diſtributio, primum enim de oppido, poſt de agro Campano ſe dicturum profitetur, quia majorem habet ager ad amplificandum materiam. *Laured.*

Quinque milia colonorum Capuam ſcribi jubet, &c.] Hæc ſunt verba legis, qua jubebatur, ut ſinguli decemviri quingenos homines Capuam deducerent. ita ut quinque milia colonorum efficerent. quo de numero ſic Cicero lib. II. epiſt. ad Attic. ubi loquitur de lege agraria Cæſaris, qua Campanum agrum dividebat. *Omnis expectatio legis agraria in agrum Campanum videtur eſſe derivata. qui ager, ut dena jugera ſint, non amplius hominum quinque milia poteſt ſuſtinere.* Idem. *Capuam ſcribi*] Quod ineſt motus in deductione coloniæ, idcirco *ſcribi Capuam* dixit, pro ſcribi Capuam deducenda, aut mittenda. In alia etiam Campaniæ oppida ſcribebat, ut poſtea Cicero dicet. *Turnebus.*

Ad hunc numerum quingentos ſibi ſinguli] Cum ſequatur *ſinguli*, corrigendum videtur *quingenos.* derivativis enim utimur nominibus, cum ad ſingularis rei ſignificationem, ſive unus homo ſit, ſive una civitas, numerus adjungitur; ut in ultimo Paradoxo: *Ex meis*

 pra-

Quaeſo, nolite voſmetipſos conſolari: vere & diligenter conſiderate, num vobis, aut veſtri ſimilibus integris, quietis, otioſis hominibus, in hoc numero locum fore putatis? Si eſt omnibus vobis, aut majori veſtrum parti; quamquam me veſter honos vigilare dies atque noctes, & intentis oculis omnes reip. partes intueri jubet, tamen paulliſper, ſi ita commodum veſtrum feret, con-

prædiis centena H-S. *capio.* ſubauditur enim, ſingulis annis. Quam longe autem aliud, quam ſentiat Cicero, Petrus Ramus, alioqui accuratus ſane vir, ſequatur, ita manifeſtum eſt, ut declaratione non indigeat. *Laured.* *Ad hunc numerum quingenos*] Vt hunc numerum conficiant ſinguli decemviri quingenos deducent. Ita enim quinque millia erunt. *Quingenos* hic non *quingentos* lego. Movet me ratio loquendi, quæ ita poſtulat, & auctoritas veteris libri, in quo *quinquagenos* pro *quingenos* legitur. *Turnebus.* *Quingentos ſibi ſinguli ſument*] Pall. non abeunt ab olim editis in quibus *quinquagenos*; ſicque reſtat item in Erfurd. *Gruterus.*

Quæſo, nolite voſmetipſos conſolari] Præparat populum ad audiendas rationes, quibus Capuam deduci coloniam inutile putet. rogat enim populum, ne ſemet falſa & inani ſpe fruſtrari velit, ſed vere ac diligenter conſiderare. Hoc enim nunc videtur eſſe, *ſemet conſolari*, cum ei opponatur, vere ac diligenter conſiderare. argumentum ſumptum eſt a periculi magnitudine. argumentatio hæc eſt. Non eſt colonia Capuam deducenda. Ratio. quia hominibus tantum ad vim, & ad cædem, & ad arma paratis locus atque urbs, quæ bellum facere reip. poſſit, quæritur. Rationis expolitio κατ᾽ ἀντίθετον: Nam ſi vobis, aut veſtri ſimilibus, integris, quietis, ocioſis aut omnibus, aut pleriſque locus eſſet, id, quanquam ne ita quidem ferendum eſſet, prælertim mihi conſuli, qui honori, ac dignitati veſtræ conſulere debeo, tamen pauliſper ſi ita commodum veſtrum ferret, conniverem. Hunc autem directum orationis ordinem κατὰ τὴν μέθοδον τῆς περιβολῆς perturbavit, varietatis gratia, & ut artificium lateret. Alloquitur autem omnes tanquam optimos. quod eſt ex rei natura ſumptum. omnes enim de ſe optime judicant. *Laured.* *Nolite voſmetipſos conſolari*] Audito magno colonorum numero, qui Capuam mittebantur, & agri Campani diviſione, in ſpem magnam adductus populus erat, lætarique videbatur. Ne ſe conſolentur, ne lætentur monet Cicero. *Turneb.*

Integris] Non facinoroſis, nulla fraude contaminatis. *Laured.*

Quietis] Non ad vim paratis. *Idem.* *Quietis*] Qui rebus novis non ſtudent. *Turnebus.*

Ocioſis] Non ad cædem delectis. his vero verbis opponuntur illa, quæ ſunt infra: *Quæ bellum facere, atque inſtruere poſſit.* Laured.

Si omnibus vobis, aut majori veſtrum parti] Τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους. quale eſt & illud paulo ſuperius: *Aut veſtri ſimilibus*; id fit cum ſingula verba propoſitionis dividimus, & diviſa conſideramus. vide Hermogenem περὶ τοῦ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους. hoc ait. Hanc vobis Quirites conditionem fero. ſi in hoc numero locus eſt omnibus vobis, aut majori parti veſtrum, connivebo, ſin autem paucis tantum ad facinus, & ad vim delectis, non patiar. atqui paucis tantum quæritur locus. ergo non patiendum. inſerit interim correctionem. *Idem.*

Quanquam me veſter honos] Qua correctione munit verbum, quo eſt uſurus. Hæc eſt cauſſa vigilantiæ. *Idem.* *Veſter honos*] Conſulatur, quem mihi mandaſtis. Sic in Antonium ſcribit: *Manendum mihi ſtatuebam, quaſi in vigilia conſulari & ſenatoria.* Turneb.

Com-

connivebo. ſed ſi quinque hominum milibus, ad vim, facinus caedemque delectis, locus atque urbs, quae bellum facere atque inſtruere poſſit quaeritur, tamenne patiemini veſtro nomine contra vos firmari opes? armari praeſidia? urbes, agros, copias comparari? nam agrum quidem Campanum, quem vobis oſtentant, ipſi concupiverunt: deducent ſuos, quorum nomine ipſi teneant & fruantur: coe-

Connivebo] Non enim eſt conſulis connivere, ſed vigilare, atque intentis oculis omnes reip. partes intueri. ſic dixit in Philip. *Sed ea ipſa concedo; quibuſdam etiam in rebus conniveo.* ſignificat autem, ſe indulgendi cauſa permiſſurum, ut commodum honeſtati anteponant, quanquam poſtponi debet. Oratorie autem *connivere* dixit, non dormire, & eadem de cauſſa addit *paulliſper.* Vt latenter indicaret non omnino commodum honori anteponendum eſſe, ſed interdum indulgendi cauſſa. *Laured.* *Connivebo* velut oculis clauſis diſſimulabo & feram. *Turn.*

Sed ſi quinque hominum milibus] Atque alteram inſtitutæ argumentationis partem affert κατὰ συστροφήν: ſed ſi non omnibus bonis locus quæritur, ſed quinque hominum milia ad vim delecta, & urbs, quæ huic urbi bellum facere poſſit, inſtruitur, non eſt patiendum eam coloniam deduci. *Laured*

Ad vim, facinus, cædemque delectis] Sic infra: *At qui homines poſſidebunt? primo quidem acres, ad vim prompti, ad ſeditionem parati, qui ſimulac decemviri concrepuerint, armati in cives, & expediti ad cædem eſſe poſſint.* & inferius: *His robuſtis, & valentibus, & audacibus decemvirum ſatellitibus, &c.* idem quoque iiſdem verbis in oratione in ſenatu dictum eſt: *Ibi noſtri coloni delecti ad omne facinus collocabuntur.* Idem.

Quæ bellum facere, atque inſtruere poſſit] Sic Cæſar lib. 1. de bello civili: *Nihil citra Capuam tutum eſſe omnibus videbatur. Capua primum ſeſe confirmant & colligunt, delectumque colonorum, qui lege Iulia deducti erant, habere inſtituunt.* & in eadem oratione infra: *Quibus omnibus domeſticis, externiſque bellis Capua non modo non obfuit, ſed opportuniſſimam ſe nobis præbuit & ad bellum inſtruendum, & ad exercitus ornandos, & tectis ac ſedibus ſuis recipiendos.* Idem.

Tamen ne patiemini veſtro] Aſtute orationem a ſe ad populum tranſtulit. cum enim deberet dicere: *Non patiar*, quia dixerat, *connivebo*, inquit, *ne patiemini.* ſic paulo poſt: *Tamen ne vexari remp. patiemini?* Idem. *Tamen ne*] Id eſt, cum hæc ita ſint, tamen patiemini. Hoc genere dicendi delectatur Cicero. *Turn.*

Veſtro nomine contra vos] Quod plebs Rom. ſit in agros deducta. *Lauredanus.* *Veſtro nomine*] *Veſtro nomine* eſt nominis veſtri colore ac prætextu, per cauſam veſtri nominis. Simulant enim ſe vobis agros aſſignare velle, opes tamen & dominationem quærunt. *Turn.* *Veſtro nomine contra vos*] Non videtur inſipida lectio Pal. pr. *contra nos.* Grut.

Firmari opes? armari præſidia? urbes, agros, copias comparari] Oratorie, quod erat ſimplex, deduci coloniam contra vos, id augendi, & amplificandi cauſa dilatavit converſa & mutata oratione. Cicero in partitionibus. *Laured.*

Nam agrum quidem Campanum] Dixit de oppido, nunc loquitur de agro Campano. Non eſt utile, inquit, dividi populo Romano agrum Campanum a decemviris Servilianis, quia oſtentatur populo, concupiſcitur a decemviris. Nam dabunt illum ſuis in ſpeciem, deinde coëment ab illis, & iſta dena jugera illorum nomine continuabunt. quare crimen augetur. *Idem.*

Quem vobis oſtentant ipſi concupiverunt] Idem infra replicat: *Qui vobis oſtenditur, aliis comparatur.* Idem.

Quorum nomine ipſi teneant & fruantur] Lege Licinia amplius 500 jugera poſſi-

no nomine multo majorem modum poſſidebant: quod hic moliri Cicero dicit eos, qui ad decemviratum adſpirant. Quærere enim eos poſſeſſionem agri Campani ſuorum ſatellitum, quos in colonias deducent, nomine. *Tur-*

Coëment præterea] Alia amplificatio. *Coëmant* parva admodum, & prope nulla mutatione legerem: habet enim neſcio quid ſignificantius. Veteres codices ſententiam meam confirmant. ſic & ſupra: *Quoquo precio coëmptus erit.* Laured. Coëment agros, ut latifundia habeant: Legunt quidam *præterea dena jugera.* Turneb.

Iſta dena jugera continuabunt] Iugera dena intelligit, quæ ſingulis hominibus diſtribuenda erant ex lege, quibus non contentos fore ſignificat ipſos decemviros, ut latius producere fines velint. *Laured.* *Iſta dena jugera continuabunt*] Præterquam quod alios coëment agros, etiam dena jugera, quæ divident, conjuncta & continuata poſſidebunt, uniusque fundi formam continuabunt. Dena autem jugera lege Servilia aſſignabunt colonis. *Turneb.*

Nam ſi dicent, per legem id non licere] Λύσις τῆς ἀντιπιπτόντος. Occurrit quæſtioni, quæ fieri poterat. At non licet agros continuare lege Servilia. At, inquit, ut lex Cornelia violata eſt, ſic Servilia violari poterit. Violata eſt autem Cornelia, quia cum L. Sulla Præneſtinis, qui Marium minorem recepiſſent, infenſus eorum agros veteranis diviſiſſet, factum tamen erat, ut is a

...

Ne per Corn
Sullam legem d
& coloniarum
Sulla dictatore
riatis, municip
ager. De agro ra
valuit. Milites
Ut longinqua
quis rebus, &
diſtant, arguan
temporis reſpex
guum eſt, rem
ſi multos ante
nuandis agris ca
rabile videretur
docet Ariſt. lib
ſignum, quo
panorum agro
fructuum, qui
tatem. neque
pecuniis, niſi
ut ex eorum o
multitudinem
rum, quæ in
no habent, ſ
Hanc etiam
lip. xi. *Hi*,
quam in
Campanum
berent reliqua
ſignificat aute
quo ſupra dix
Agrum Præ
Sulla, cum
piſſent, quo
crudeliſſime
Iſtorum

quidquam aliud deeſſe video, niſi ejuſmodi fundos, quorum ſubſidio familiarum magnitudines, & Cumanorum ac Puteolanorum praediorum ſumtus ſuſtentare poſſint. Quod ſi veſtrum commodum ſpectat, veniat & coram mecum de agri Campani diviſione diſputet. Quaeſivi ex eo Kalendis Ian. quibus homi- 29
ni-

Familiarum] Hic nomine familiæ non tantum ſervi, ſed etiam ingenui, qui in alicujus domo & ſumtibus vivunt, ſignificari videntur. *Turneb.*

Cumanorum] Sinus erat in ora Campana amœniſſimus, villis undique magnificis cinctus ad Puteolos, qui crater dicebatur, de quo ita ſcribit lib. II ad Atticum: *Qui putas prætermittendum nobis eſſe hoc tempore craterem illum delicatum.* Sed villæ illæ ſumtuoſæ erant, quas magno ædificabant, & magno tuebantur. Is ſinus erat inter Miſenum & Minervium. A Sinueſſa quoque ad Miſenum pulcherrimæ in ſinu Cumano villæ erant. *Idem.*

Prædiorum ſumtus] Fructibus agri Campani feraciſſimi. *Idem.*

Quod ſi veſtrum commodum ſpectat] Ἀξιοπιστία. Invitat confidenter Rullum, ut in concionem veniat, & ſecum de agro Campano diſputet quod veritatem cauſæ confirmat. probabilis enim oratio fit, cum aliis rebus, tum ſi bonitate cauſæ noſtræ freti, provocamus ultro aliquem, ut nobiſcum coram diſputet. ut facit jam Cicero. *Laurodanus.*

Quæſivi ex eo Kalendis Ian.] Arguit modum dividendi Campani agri, quo ſe Rullus uſurum eſſe dixit Kal. Ian Eſt autem veriſimile altercatos inter ſe eſſe in ſenatu de lege agraria conſulem & tribunum pl. atque tribunum de ratione diviſionis interrogatum reſpondiſſe, ſe initium diviſionis facturum a Romilia tribu, quæ prima erat ex ruſticis. ut oſtendit Varro, qui quatuor urbanas primum ponit, ac Romiliam quintam ſtatuit. Cujus tribus inter cætera teſtimonia vetera habet etiam pater meus tale domi lapidis antiqui monimentum:

M. TV DICIVS M. F
ROM. NIGER. LEG. V. VRB
SIBI. ET. GRANIAI. M. L
APHRODISIAI VXORI

Cum quo multi alii præterea lapides conſentiunt. Romæ enim in hortis Cardinalis Carpenſis eſt tale epitaphium:

L. CASSIVS L. F
ROM. NIGER
DOMO. ATESTE
MIL. COH. Ī. PR
MILITAVIT. AN. XVIII
VIXIT. AN. XXXVII

Et in lapide, quem Patavii vidimus in clauſtro D. Iuſtinæ, ita legitur:

Q. AETRIVS. ROM. MACER
MIL. COH. PRAETORIAE

Alios quoque lapides multos in toto fere agro Patavino inſpexi, qui ad unum omnes, *Rom.* habebant. quanquam Onufrius Panvinius frater Auguſtinianus ſingulari eruditione, & fide præditus Romæ varie hanc tribum ſcriptam reperiri mihi teſtatus eſt, nempe ſic, *Romil.* &, *Romul.* de hac Varro. Cicero in Verrem II. Sex. Pompejus. Aſconius. *Idem.* *Quæſivi ex eo Kalendis Ian.*] Vetus liber *a Romulia.* Romuliam tribum appellatam cenſet Varro, quod eſſet ſub Roma. Pomp. quod ex eo agro cenſebatur, quem Romulus ceperat de Vejentibus. erat igitur ſuburbana tribus, ruſticarum prima. Ex ea initium aſſignationis & diviſionis faciebat Rullus, & ruſticas tribus anteponebat urbanis, majorum forte exemplo, qui, ut ait Varro, ruſticos Romanos urbanis anteponebat, quod etiam Columella ſcribit. Cicero reprehenſionis occaſionem nactus eſt, ex contemtu plebis urbanæ, apud quam dicebat. *Turneb.*

Pri-

nibus, & quemadmodum illum agrum eſſet diſtri-buturus. reſpondit, a Romilia tribu ſe initium eſſe facturum. Primum, quae eſt iſta ſuperbia & contumelia, ut populi pars amputetur, ordo tribuum negligatur? ante ruſticis detur ager, qui habent, quam urbanis, quibus iſta agri ſpes, & jucunditas oſtenditur? aut, ſi hoc ab ſe dictum negat, & ſatisfacere omnibus vobis cògitat, proferat: in jugera dena deſcribat: a Su-

Primum, quae eſt iſta ſuperbia] Aſtute & callide hunc diviſionis modum, quem ex Rullo interrogatione extraxerat, improbat, & multis modis exagitat, quod & ſuperbiæ ſit, & contumeliæ. nam & partem tribuum amputat, quod urbanas relinquit, & ordinem earum immutat, quia ruſticis ante dat, quam urbanis. quod indignum eſt, quia ruſtici habent, urbani non habent. Ruſticas autem nunc tribus intelligere debemus ruſticam plebem, quæ in agris morabatur colendi cauſa, urbanas vero urbanam plebem, quæ agrorum expers urbem incolebat, ac forum terebat. unde forenſis factio dicta eſt a Livio. ſic Valer. ubi de Naſicæ repulſa loquitur: *Ruſtica tribus paupertatem ſibi exprobratam rata*, id eſt, ruſtica plebs. Nam ruſticis tribubus omnis nobilitas extremis temporibus erat incluſa. ſuperbia eſt populum contemnere, & ordinem tribuum negligere: contumelia, iis largiri agros, qui habent, illis, qui non habent, & quibus iſta agri ſpes, & jucunditas oſtenditur, nihil dare. Δίλημμα, aut aliam alii parti populi anteponit, ruſticos urbanis, & eos, qui habent, iis, qui non habent, aut deludit vos, ac decipit, ea enim proponit, quæ ad vos pervenire non poſſunt. itaque mira conflatur invidia Rullo, qui contemnat ac deludat majeſtatem populi Romani hunc motum adhibet in fine periodi μετὰ δεινώσεως. Laured.

Ruſticis detur ager, qui habent] Erfurt. *Ruſticis detur ager, qui emetur.* Optime. Nam ruſticos habere agros, qui illis colendis vitam tollerabant, nemo neſciebat. *Gravius.*

Ut populi pars amputetur] Quaſi de corpore integro a quo pars amputetur, verba facit. hac ipſa tranſlatione utitur Demoſthenes in prima Olynthiaca. Ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν, καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι τρέψηται, καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων. Lauredanus.

Ordo tribuum negligatur] Ordo enim poſtulabat ut a Suburana, Palatina, Exquilina, Collina inciperet: deinde ad Romiliam, quæ, ut Varro ſcribit, quinta eſt, veniret. *Turneb.*

Urbanis] His qui ex quatuor tribubus urbanis ſunt. *Idem.*

Aut, ſi hoc ab ſe dictum negat] Dat poteſtatem tribuno, ut ordinem diviſionis mutet, ſi omnibus ſatisfacere ei conſilium eſt. *Proferat.* Quibus, & quomodo daturus ſit. *Laured.*

In jugera dena deſcribat] Deſcribat univerſam plebem, ita ut ſingulis dena jugera aſſignentur. *Idem.* *In ſingulos jugera dena deſcribat*] Sic hunc locum reſtitui ex altero huic ſimillimo infra. ibi: *& in eo duodena deſcribit in ſingulos homines jugera.* ex quo item præterea hic legendum fortaſſe eſt, *in ſingulos jugera duodena.* Lamb. *Proferat: in jugera dena deſcribat*] Lambinus addit, *proferat: in ſingulos jugera dena deſcr.* non ex ſcriptis, ſed ex loco infra, quem ei oſtendit Manutius. nobis religio eſt diſcedere a libris vetuſtis. *Gruterus.* Recte Gruterus. *In jugera dena deſcribit*, hoc eſt dividit, partitur agrum Campanis. Flor. l. 2: *Annum in duodecim menſes deſcribit.* & multa hujus notæ paſſim. *Gravius.*

Ab

a Suburana uſque ad Arnienſem nomina veſtra proponat: Si

Ab Otriculana uſque ad Narnienſem nomina veſtra proponat] Antiqui libri habent omnes, quos viderim: *Ab uſtra nam.* Ego ordine litterarum immutato, legerem: *A Suburana.* Nam primam tribum urbanam, id eſt, Suburanam, & ultimam ruſticam Arnienſem voluit Cicero nominare, ut duabus tribubus prima & ultima, hoc eſt, Arnienſe & Suburana univerſum populum Rom. comprehenderet. ſi quis tamen communem lectionem ſequi velit, nihil repugno, illud tantum indico *Ocriculanam* legendum. ſic enim legitur in lapide antiquo in via Flaminia:

IOVI. STYGIO. SANCTO
SACRVM.
SEX. POMPEIVS. SEX. F.
OCRIC. CIVICA
MILES. COH. VIII. PRAET.

A Suburana ergo *uſque ad Arnienſem*, eſt a prima ad ultimam. eſt enim ex urbanis tribubus Suburana prima teſte Varrone, & ceteris. ex ruſticis autem Arnienſis ultima, non tempore, ſed locorum intervallo. abeſt enim longius ab urbe Arnienſis regio Etruriæ, quam ulla alia regio, unde tribus nomen duxerint. Animadvertendum eſt autem & hic, & apud Livium lib. 29. corrupte legi: *Narnienſis*, pro, *Arnienſis*. ut enim duos lapides omittam, in quorum altero duabus litteris, *ar*, in altero tribus, *arn.* hæc tribus nominatur, in alio perantiquo, & optimo, qui Vulſiniis in templi parietibus eſt, integre & expreſſe tribus Arnenſis nomen extare videtur. horum autem lapidum, ut quæ a nobis dicuntur, vere certoque dici intelligatur; verba apponenda curavimus, quæ ſunt hæc.

Hiſtoni.

M. BAEBIO. M. F. Q. N. AR.
SVETRIO
MARCELLO. EQVO. PV-
BLICO
AED. Q. IV. VIR. I. D. IV.
QVIN
PATRONO. MVNIC.

Romæ in ædibus Gentilis Delphinii:

M. CAESTIVS
C. F. ARN
CLEMENS

Vulſiniis in templi parietibus hæc præter cetera verba leguntur:

M. HELVIVS. M. F. CLE-
MENS. ARNENSIS. DOMO.
CARTHAGINE PRAEF.
EQV. ALAE. PRIMAE

In aliis quoque lapidibus. *Arnen*, &, *Arnien*, ſcriptum inveniri Bernardinus Parthenius, vir eximiæ doctrinæ, & fide ſingulari, per mihi ſæpe inter loquendum affirmavit. Suburana quoque & Sucuſana tribus dicebatur, ut in veteribus lapidum monumentis videre eſt, in quibus &, *Suc*, & *Sub*, & *Subura* legitur. Romæ enim in via ſacra ad arcum Septimii Severi in lapide vetuſtiſſimo ita ſcriptum accepimus:

PACI. AETERNAE
DOMVS
IMP. VESPASIANI
CAESARIS. AVG.
LIBERORVMQVE. EIVS.
SACRVM
TRIB. SVC. IVNIOR.

Lavinii.

C. ATILIO. T. F. SVB
VITALIANO
DOMO. CELEAE
VETERANO. LEG. V.
AVG. MILITAVIT. ANN.
XXXIII. VIX. AN. LIX.
IN. F. P. XI. IN. AGR. P. XVI.

Romæ in muſeo Cardinalis Carpenſis:

L. AVFVSTI. L. F. SVBVRA.
RVFINI
CEN. COHOR. VII. VIGIL.
ROM.

De hac Varro, Sex. Pompejus, & Plinius. Sed de tota tribuum ratione pluribus verbis Carolus Sigonius, vir nunquam ſatis laudatus, in libris de jure antiquæ Italiæ, quos magno ſtudioſorum

Si non modo dena jugera dari vobis, ſed ne conſtipari quidem tantum numerum hominum poſſe in agrum Campanum intelligetis, tamenne vexari remp. contemni majeſtatem populi Romani, deludi voſmetipſos diutius a tribuno pl. patiemini? Quod ſi poſſet ager iſte ad

rum antiquitatis emolumento propediem editurus eſt, diſputat. *Lauredan.*

A Suburana uſque ad Arnienſem] Vetus liber: *Ad Arnienſem.* quo ſane modo legendum cenſeo. Nam *Narnienſem* ut minus probem facit, quod antequam Nequinum vocaretur Narnia, & in populi Romani poteſtatem veniſſet, Arnienſis tribus erat. Cujus vocabuli qui originem neſcierunt, a Narnia Narnienſem audacter tribum nominarunt. In Livio ſcribitur *Arnienſis* lib. x. ab urbe condita: *Luſtrum eo anno conditum a P. Sulpicio Sopho, & P. Sempronio Averrione Cenſoribus: Tribuſque additæ duæ Anienſis ac Terentina.* Proinde quaſi ab Aniene & Terentio nomina habeant. Sed in Livio *Arnienſem* legi debere cenſeo, ut lib. 79. de ſecundo bello Punico, ubi *Narinenſis* legitur. Hanc in ordine tribuum ſuſpicor ex hoc loco Ciceronis fuiſſe ultimam. *Turnebus.* *A Suburana, &c.*] Sic legendum eſſe docuit Lauredanus, & item Manutius: non, ut vulgo, *ab Otriculana*, alioqui dicendum, *Ocriculana:* idque, quod dico, docent Geographi. *Lambinus.* *A Suburana uſque ad Arnienſem*] Emendationis hujus auctores, in Italia Manutius, in Gallia Turnebus, qui videatur lib. xxx. Adverſ. cap. 17. alluduntque omnino Pall. item noſtri & vett. edd. in quibus *ab uſura nam ad uſque ad Arnienſem*; non uti deinceps cuſi, *ab Otriculana uſque ad Narnienſem.* agitur enim de tribubus Romanis, non de regione aliqua. *Gruter.* *Arnienſem* ſtabilit Erfurt.

Si non modo dena jugera] Α'πὸ τῶ ἀδυνάτω τελικὴ κεφαλαίς. concludit, ut quoniam omnes eo frui agro non poſſunt, majeſtatem ſuam contemni ac deludi a tribuno ne patiantur. cur autem omnes non poſſunt? quia ſi dena jugera ſingulis dentur, tantum quinque millibus ſatisfieri poterit, & reliqui beneficio excludentur. Eſt autem plebs Rom. innumerabilis. quod verbo ipſo *conſtipari* expreſſit, quod a mercibus ſumptum eſt, quæ in navibus conſtipantur. a numero igitur, & multitudine plebem dehortari voluit, & ſpem agri adimere, tam magnum ejus numerum eſſe affirmans, ut ne conſtipari quidem in agrum Campanum poſſit. infra dicit: *Si jam campus Martius dividatur, & unicuique veſtrum, &c. bini pedes aſſignentur.* Laured.

Tamen ne vexari] A turpi deterret. Vexatur autem reſp. cum propriis agris ſpoliatur, & quia magnum ei infligitur vulnus agrum Campanum a vectigalibus eximendo, contemnitur majeſtas populi, cum tanta poteſtas decemviris ſine provocatione datur. plebs deluditur a tribuno, cum non omnium tribuum æque ratio in diviſione agrorum habetur. Et ſunt injurioſe dicta, quibus mirum in modum Romanorum animos pungit. *Idem.*

Quod ſi non poſſet ager iſte] Hucuſque docuit per ἔνστασιν, non poſſe hunc agrum ad plebem Rom. pervenire. nunc per ἀντιπαράστασιν oſtendit, etiam ſi poſſet, tamen utilius eſſe, eum in patrimonio populi Romani remanere. Ἔνστασις eſt, non poteſt iſte ager ad vos pervenire. ἀντιπαράστασις, & ſi poteſt, ſatius eſt eum remanere in veſtro patrimonio. ut ſit collatio quædam utilitatis cum æquitate. jure ad vos non pervenit, & ſi jure perveniret, utilius tamen eſt eum remanere, &c. ſic etiam in Philip. 2. *Quando arationes Campani agri, & Leontini in populi Romani patrimonio glandifera & fructuoſa ferebantur.* Idem. *Quod ſi non poſſet ager iſte*] Ad dignitatem tranſit, ac indignum dicit tali fundo populum Romanum privari. *Turneb.*

Vnum

ad vos pervenire, nonne eum tamen in patrimonio veſtro remanere malletis? unumne fundum pulcherrimum populi Romani caput veſtrae pecuniae, pacis ornamentum, ſubſidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, ſolatium annonae, diſperire patiemini? An obliti eſtis, Italico bello, amiſſis ceteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus exer-

Vnum ne fundum pulcherrimum] Laudat agrum Campanum ab utilitate, quæ ex eo percipitur, ex qua probet populum Romanum, malle debere eum publicum remanere, quam privatis dividi, atque diſperire. hæc autem eſt ratio, cur melius ſit agrum Campanum remanere in populi Romani patrimonio. etenim diſtributus in tot privatos nullam publice utilitatem afferet. id quod ὑπερβολικῶς dixit, *diſperire*: in omnibus autem his epithetis, *pulcherrimum*, *caput veſtra pecunia*, & reliquis, latent cauſſæ, cur non ſit permittendum, ut ager iſte diſpereat. & omnia in unum locum congeſſit, quo plus ponderis haberet oratio ad commovendos animos. fundus autem dicitur ager, qui planus ſit ad ſimilitudinem fundi vaſorum. Feſtus. *Laured.*

Pulcherrimum] Hoc ad voluptatem refertur; reliqua ad utilitatem. *Idem.*

Caput veſtra pecunia] Quomodo dixit in frumentaria, *caput rei frumentaria*. & in agraria priore, *caput patrimonii publici*. Idem. *Caput veſtra pecunia*] Præcipuam veſtræ pecuniæ partem. Sic enim ſæpe a Cicerone dicitur. Sic *caput patrimonii publici* hunc agrum vocat oratione ſuperiore. *Turnebus.*

Pacis ornamentum, ſubſidium belli] Sic in priore: *In pace niteat, in bello non obſoleſcat.* & de ſuppliciis: *Belli adjumenta, pacis ornamenta.* & in frumentaria: *Sicilia opportunum ſubſidium belli, atque pacis.* Laured.

Fundamentum vectigalium] Id eſt in quo magna pars vectigalium R. conſiſtit. *Idem.*

. *Horreum legionum*] Vnde Romani alantur exercitus. *Idem.*

Solatium annona] Vnde Romæ caritas annonæ levetur. una autem complexione multa frequentavit, ut dixi, ut magnum infligi reipubl. vulnus appareret, agro Campano e vectigalibus exempto, ac colonis diviſo. *Idem.*

An obliti eſtis Italico bello] Quæ de utilitate agri Campani dixit, ea probat exemplo Italici belli, in quo ceteris amiſſis vectigalibus maximi exercitus Campani agri fructibus ſuſtentati ſunt. Italicum bellum ab Italis ſociis civitatis Rom. cauſſa, quæ negabatur, commotum eſt. unde etiam ſociale dictum eſt. Quod nunc dicit de Campano agro, idem dixit in orat. de juriſdictione de Siculo: *Itaque ille M. Cato Sapiens cellam penariam reip. noſtra, nutricem plebis Rom. Siciliam nominavit. nos vero experti ſumus Italico maximo, difficillimoque bello Siciliam nobis non pro penaria cella, ſed pro ærario illo majorum vetere ac referto fuiſſe. nam ſine ullo ſumptu noſtro coriis, tunicis, frumentoque ſuppeditato maximos exercitus noſtros veſtivit, aluit, armavit.* Vt vero enthymemata judiciorum, & amplificationis exornationum, ita exempla deliberationum propria ſunt. illud etiam non eſt prætermittendum, quod Ariſt. præcipit lib. 2. Rhet. exempla, cum argumenta deſunt, eorum uſum ſupplere: cum non deſunt, ea priore loco, exempla poſteriore, quaſi quædam teſtimonia, collocari oportere. verba Ariſtotelis hæc ſunt: Δεῖ δὲ χρῆσθαι τοῖς παραδείγμασι μὴ ἔχοντα μὲν ἐνθυμήματα, ὡς ἀποδείξεσιν: ἡ γὰρ πίστις διὰ τούτων ἔχοντα δ', ὡς μαρτυρίοις, ἐπιλόγοις, χρώμενον ἐπὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν. Idem.

exercitus alueritis? An ignoratis, cetera illa magnifica populi Romani vectigalia, perlevi ſaepe momento fortunae, inclinatione temporis pendere? Quid nos Aſiae portus, quid Syriae rura, quid omnia tranſmarina vectigalia juvabunt, tenuiſſima ſuſpicione praedonum aut hoſtium injecta? At

An ignoratis cetera illa magnifica] Eoſdem Campani agri fructus quanti ſint oſtendit comparatione Aſiæ, & Syriæ. hoc enim certiſſimum vectigal eſſe ait, illud incertiſſimum, ob repentinos hoſtium, aut prædonum in provincias impetus, aut irruptionis ſuſpiciones. *Laured.*

Perlevi ſæpe momento fortaſſ.] Fortaſſe legendum, *o perlevi ſæpe moment. fortuna*, &c. vel, *o levi ſæpe momento fort.* Lambinus. *Perlevi ſæpe momento fortuna*] Aliter Lambinus, ſed propius litteras Guilielmius, *a perlevi, &c.* Grut. Sic & ipſe cogitaram, antequam Guilielmi conjecturam legeram, τὸ a ultimam ſyllabam abſorpiſſe præcedentis vocis *vectigalia*, ut ſæpiſſime factum Nam apud ſcriptores, qui oratione ſoluta pedibus utuntur eſt iſta inſolens ellipſis. Non ignoro poëtarum linguam. Quis neſcit illud tritiſſimum:

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.

Si quis tamen velit Ciceronem ſic quoque locutum eſſe, quia libri omnes hanc lectionem tuentur, non repugno. *Gravius.*

Quid nos Aſia portus] Portoria, & decumas, duo vectigalium Rom. genera expreſſit. portoria, quæ a mercatoribus ex mercium exportatione exigebantur; & decumam, quæ ex frumento, vino, oleo, & frugibus minutis recipiebatur. unde pro lege Manilia: *Nam cum hoſtium copia non longe abſunt, etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum navigatio conquieſcit. ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt.* Laured. *Aſia portus*] Bene portuoſa eſt Aſia. De ea Cicero pro Flacco ſic ſcribit: *Equidem exiſtimo in ejuſmodi regione atque provincia, quæ mari cincta, portubus diſtincta, inſulis circumdata eſſet.* Maximum autem populus Romanus vectigal capiebat ex Aſiæ portorio, quanquam etiam magnum ex ſylvis, & ex agris. Cicero pro lege Manilia: *Cum publicani familias maximas, quas in ſylvis habent, quas in agris, quas in portubus atque cuſtodiis, magno periculo ſe habere arbitrentur.* Sic enim legi debere, non ut vulgo, *in ſalinis*, indicant quæ antecedunt. Meminit enim pecoris, agriculturæ, & mercaturæ. Rurſum *vectigalium ex portu, ex decumis, & ſcriptura.* Nam pecora & ſcriptura ad paſtiones & ſilvas pertinent, non ad *ſalinas*. Turneb.

Quid Syria rura] Quæ ubertate agrorum, & varietate fructuum opima, & fertilia ſunt. *Laured.* *Quid Syria rura*] In libro veteri legitur, *quid Syria thura*, idoneo ſenſu. Nam aromata ex Arabia in Syriam ferebantur, inde alias in terras. Nomine autem thuris intellixit ſpecies aromaticas, quas *Syram mercem* vocavit Horatius, *Vina Syra reparata merce.* Turneb. *Tura* quoque legitur in Francii libro M S.

Prædonum aut hoſtium injecta?] Prædonum, qui paulo ante omnia maria, omnes oras infeſtas reddiderunt. Hoſtium, ut in Aſiam Mithridatis, in Syriam Parthorum. Hoc autem differunt prædones ab hoſtibus, quod illi utilitatis tantum, hi etiam gloriæ gratia, & ut ſuas ulciſcantur inimicitias, arma inferunt, & prima vox reſpicere videtur res maritimas; terreſtres poſterior. *Laured.* *Prædonum*] Piratarum. Sic enim ſæpe eos vocat, ut oratione pro lege Manilia. A libro veteri abeſt *injecta*. Turnebus.

At

At vero hoc agri Campani vectigal cum ejuſmodi eſt, ut domi ſit, & omnibus praeſidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infeſtum, nec fructibus varium, nec caelo ac loco calamitoſum eſſe ſolet. Majores noſtri non ſolum id, quod a Campanis ceperant, non imminuerunt, verum etiam id, quod tenebant, quibus adimi jure

At vero hoc agri Campani vectigal] Alia commoda, quibus Campanum vectigal commendatur, quod prope domi ſit, omnium oppidorum ſubſidiis tegatur, nullis bellis infeſtum, nec fructibus varium, nec cælo aut loco calamitoſum ſit. ſic lib. 2. epiſt. 16. ad Attic. *Portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diviſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter viceſimam?* Commendatio eſt a loci propinquitate, unde Romam commode convehi poſſit, & ex eo quod certum minimeque dubium eſſet. *Laured.*

Vt domi ſit] Vt domeſticum, ut in Italia, ut Italicum. Quæ autem in agro, & prædio bono deſiderantur, vide M. Varronem lib. 1. cap. 4. M. Catonem c. 1. Columellam lib. 1. c. 3. *Idem.* *Vt domi ſit*] Sub ſigno clauſtriſque poſitum dixit oratione ſuperiore. Commendat etiam Siciliam, quod prope ſuburbana ſit provincia. *Populo*, inquit, *Romano jucunda eſt ſuburbanitas hujus provinciæ.* Turnebus.

Oppidorum] Ager Campanus & maritimis & mediterraneis oppidis undique cingebatur. *Idem.*

Bellis infeſtum] *Infeſtum* paſſive dixit, pro quo initio orationis pro Plancio; *Procul ab hoſte remotum eſt, neque bello ullo laceſſitur & imminuitur.* Idem.

Nec fructibus varium, nec cælo ac loco calamitoſum] Duo antiqui libri habent, *Nec cælo, nec loco.* Laured. *Calamitoſum*] Nam quoddam cœlum, & quidam tractus tempeſtati & grandini obnoxium eſt. *Grandinem* autem, ut ait Donatus, *ruſtici calamitatem vocant* a calamo comminuendo, id eſt culmo & ſegete. Cato de re ruſtica de prædio loquens: *Vti bonum cælum habeat, ne calamitoſum ſit.* Turneb. *Nec fructibus varium, nec cælo ac loco*] Lambinus tentat, *neque fructibus neque cælo.* inepte. *Non varium fructibus*, in quo par atque eadem ſemper ubertas. unde paullo poſt dicit, *ex agro Campano numquam malum nuncium, audiri.* monuit me ex notis patris ſui novum Galliæ ſidus P. Puteanus, Gallice talem agrum vocari, *qui rencentre tous les ans.* Gruterus.

Majores noſtri non ſolum id] Alienationem Campani agri improbat judicio majorum. qui non ſolum, quem agrum de Campanis ceperant, non imminuerunt, ſed etiam quem ii tenebant, quibus adimi jure non poterat, coëmerunt. locus eſt a contrariis. ſignificat autem majores Rom. quos Campanorum agros populo Romano adjudicare, quia nullum extaret dominorum in remp. crimen, non potuerunt, pretio ſoluto coëmiſſe. *Laured.*

Id, quod a Campanis ceperant] Si, *de Campanis*, legerimus, & veterum librorum auctoritatem, & uſitatum dicendi apud Latinos genus tutabimur. *Idem.* *Id, quod a Campanis ceperant*] Punico bello ſecundo recepta Capua, agris Campanis mulctatis. *Turneb.* MSS. Erfurt. Franc. & ed. anni 1498, *quod Campanis ceperant.* Sed ed. Lambini: *quod de Campanis ceperant*, ex conjectura Lauredani, quam & ipſe ſequerer, ſi codices addicerent. *Gravius.*

Quod & tenebant, quibus] Senſus docet, ut legamus, *quod ei tenebant, quibus.* Laured. *Quod & tenebant*] Veteres libri, *quod tenebant*, abſque *&*, quod & melius. *Turneb.* *Quod ei tenebant*] Ei, id eſt, ii. Sic autem eſſe legendum, non, ut habent libri vulg. *quod & tenebant*, vincunt libri veteres, vincit & ratio, quæ non minus poteſt. & admonuit Lauredanus. *Lambinus.*

Quod ei tenebant, &c.] Sic Laureani liber. noſtri adhærent vulgatæ, *quod & tenebant*, quæ neſcio an debuerit mutari, cum non obſcure ſubintelligi poſſet, *hi*, aut *illi*. Gruterus. Omnium optime P. Francii liber, ut in non paucis aliis locis: *Verum etiam id, quod tenebant, quibus adimi jure non poterat, coëmerunt.* Hunc ſequor. *Gravius.*

Qua de cauſſa nec duo Gracchi] Exemplum Ti. & C. Gracchorum, & L. Sullæ, qui commodo adducti reip. ne ipſi quidem agrum Campanum attigerint, cum tamen illi ſemper incommodis plebis conſuluerint, hic ſine ulla religione omnia quibus voluit, dilargitus ſit. Dum autem laudat Gracchos, & vituperat Sullam blanditur plebi Rom. Locus eſt a majori, neque enim Rullus aut benignitate Gracchos, aut dominatione Sullam adæquet. Benignitatem porro Gracchorum vocat, cum ad populum loquitur, quam in ſenatu largitionem dixerat, cum auditorum auribus ſerviret. ſic Philipp. 2. *Memineram Cinnam nimis potentem, Sullam poſtea dominantem, modo Cæſarem regnantem videramus.* Laured.

Sine ulla religione] Dixit, id eſt, ſine ullo reſpectu, privatane an publica largiretur. *Idem.* *Sine ulla religione* eſt libere, ſine ullo metu, qui nulla re deterritus eſt. *Turnebus.*

Quibus voluit, eſt dilargitus] Idem pene Suetonius de Cæſare, cujus verba ſubſcribere libuit; inquit igitur: *Quæ cuique libuiſſent, omnia dilargitus eſt con-*

novo exemplo ra[…]
Sulla non fecerat.

Dimoveret] *De*[…]
pro deponeret. nec[…]

Quem agrum] […]
panus ager non ſit[…]
viſus nec erit, ne[…]
mani. *Laured.*

Quem pariter qui[…]
ribus libris eſt: […]
ciunt, pro eo, qu[…]
iter faciunt. quod […]
quam fortaſſe du[…]
teſt, dictum ta[…]
conſtat, *quo de a*[…]
& ſimilia. *Idem.*
faciunt] Ita recte[…]
lectione, *&* *qu*[…]
quod deinde ma[…]
quem pariter qui […]
Manutius, Lau[…]
recepit, ſed non[…]
reperiſſe, *quem p*[…]
probat in notis[…]
quem pariter iter[…]
Victorius, *& ali*[…]
faciunt. Vere ta[…]
danum auctor e[…]
tio anni 1498, i[…]
Quod autem co[…]
fieri non per agr[…]
eſt cavillatio. Qu[…]
iter facit, utiq[…]
illam terram du[…]
recte per illam […]
Nec aliter accip[…]
ves Romani qu[…]

faciunt externi homines, veſtrum eſſe audiunt: is cum erit diviſus, neque erit, neque veſter eſſe dicetur. At qui homines poſſidebunt? Primo quidem acres, ad vim prompti, ad ſeditionem parati, qui ſimulac decemviri concrepuerint, armati in cives, & expediti ad caedem eſſe poſſint. deinde ad paucos opibus & copiis affluentes totum agrum Campanum perferri videbitis. Vobis interea, qui illas a majoribus pulcherrimas vectigalium ſedes

armis

& exteri ac peregrini, per illum facientes iter populi Romani agrum eſſe audiunt. Vulgatam poſſis interpretari, exteri qui cum cive Romano pariter ſuum ſimul iter per illum faciunt. Sed quia Lauredanus invenit in ſuis *quem per iter*, & non longe abit a veteribus libris, in quibus ſcribitur *pariter* ſine *iter* illud admiſſi cum Grutero. quod firmat Erfurtenſis, poſt a me inſpectus, in quo clare: *& quem per iter qui faciunt*. Græv.

Neque erit, neque veſter eſſe dicetur] Hodie ſic quidem vulgatur. ſed enim Pall. item olim impreſſi tantum agnoſcunt, *neque veſtrum dicetur*. maluiſſem ego; *neque erit veſter, neque dicetur*. Gruterus.

At qui homines poſſidebunt?] Cum concluſerit Campanum agrum, ſi dividatur, populi Romani non futurum, opportune quærit, a quibus poſſidebitur. in quo repetit ea, quæ dixit, poſſeſſum iri primum a paucis facinoroſis, & ſeditioſis, poſt autem a divitibus quibuſdam occupatum iri. terrorem autem incutit a facultate, ac voluntate eorum, qui poſſeſſuri ſunt. *Laured.*

Acres] Ad facultatem, ut poſſint. *Idem.*

Ad vim prompti, ad ſeditionem parati] Ad voluntatem, ut velint, ut efficiat, eos & poſſe, & velle cædem facere. *Idem.*

Simul ac decemviri concrepuerint] Armorum ſtrepitu ſignum dederint. translatio ducta eſt a re militari, & more Romanorum, ſolebant enim Romani in acierum conflictu, ſublato clamore, clypeos gladiis percutere, ut ſtrepitu etiam armorum hoſtes terrerent. *Idem.*

Simul ac decemviri concrepuerint] Vetus liber *increpuerint*, quo modo non raro loquitur: ut in Catilinam: *Quicquid increpuerit, Catilinam timeri non eſt ferendum.* Pro Muræna: *Simul atque increpuit ſuſpicio tumultus.* *Increpuerint* igitur eſt, ſimul atque aliquo ſono ac crepitu ſignum dederint, ut, verbi gratia, digitorum aut pedum. Digitorum, ut apud Martialem: *Digiti crepantis ſigna novit Eunuchus.* Pedum, ut apud Ciceronem, *Pedum crepitus, ſtrepitus hominum, corporis umbra.* *Concrepuerint* ſi legas, erit ſimile illi ex III de officiis: *Si vir bonus hanc habeat vim, ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen ejus irrepere.* Illum digitorum crepitum etiam ad contemptum adhiberi ſolitum indicat Sardanapali ſtatua, quæ eo ſtatu & habitu ita poſita erat, quaſi digitis concreparet, omnia præter voluptatem minoris quam ſonitum digitorum æſtimans. *Increpuerint* autem magis probo, quam *concrepuerint*. Turneb. *Increpuerint* legitur etiam in Francii libro, non vero Erfurt. in quo *concrepuerint* legitur.

Vobis interea] A turpi. ut enim honeſtum eſt paternas, & avitas poſſeſſiones, a majoribus armis captas ac ſibi relictas tenere, ſic turpe eas amittere. *Laured.*

Pulcherrimas vectigalium ſedes] Quod ſuperius appellavit fundamentum vectigalium, hoc per amplificationem nunc vocat. *Pulcherrimas vectigalium ſedes, armis captas.* Vt illud etiam adjungeret, agrum Campanum jure belli ad populum Romanum pertinere. *Idem.*

armis captas, accepiſtis, gleba nulla de paternis atque avitis poſſeſſionibus relinquetur: ac tantum intererit inter veſtram, & privatorum diligentiam, quod, cum a majoribus noſtris P. Lentulus, qui princeps ſenatus in ea loca miſſus eſſet, ut privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemeret, dicitur renuntiaſſe, nulla ſe pecunia fundum cujuſdam emere potuiſſe: eumque, qui nollet vendere, ideo negaſſe ſe adduci poſſe, uti venderet, quod, cum plures fundos haberet, ex illo ſolo fundo numquam malum nuntium audiſſet.

Armis partas accepiſtis] Sic ſine dubio legendum, non, ut habent libri vulgati, *armis captas*. Lambin. *Armis captas*] Lambinus, *partas*, tanquam ſi alterum minus dici poſſet. *Gruterus.*

De paternis atque avitis poſſeſſionibus] Ab antiquitate poſſeſſionis agri Campani movet populum ne patiatur eum ſibi jam eripi. *Laured.*

Ac tantum intererit inter veſtram, & privatorum diligentiam] Comparatione populi, & privatorum docet, Campanum agrum retinendum. Privati, inquit, quondam, qui Campani agri partem poſſidebant, nullo pretio adduci potuerunt, ut venderent, tum cum P. Lentulus ad coëmendum miſſus eſt, quod nullum unquam inde malum nuncium accepiſſe ſe dicerent. ergo eadem de cauſa ab eodem alienando populus Romanus abduci debet. P. Lentuli principis ſenatus ſæpe meminit Cicero. ut in Divinat. *P. Lentulus, is, qui princeps ſenatus fuit, avus P. Lentuli Suræ ejus, qui cum Catilina conſpiravit, atque iterum prætor, & conſularis occiſus eſt.* legendum eſt autem cum antiquis libris non, *quod cum a majoribus veſtris*, ſed, *noſtris*. & rurſus, non, *P. Lentulus princeps*, ſed, *is, qui princeps*: hoc enim prænomine utebantur ad id, quod declarari volebant, exponendum; totus autem hujus generis exemplis abundat Cicero. *Idem.* *Diligentiam*] *Diligentiam* apte. nam diligentia dicitur in re familiari tuenda & augenda. *Turnebus*,

Cum a majoribus noſtris] Sic Pall. melius recepto, *veſtris*, mea quidem opinione. *Gruterus.*

Qui princeps ſenatus] Princeps ſenatus erat, vir erat dignitate, meritis, prudentia eximius, qui a cenſoribus in recitando ſenatu primus legebatur. Lentulus princeps ſenatus fuit non multo poſt, ut reor, ſecundum bellum Punicum. Ejus meminit lib. 1 de oratore. Princeps autem ſenatus ſæpe primus in ſenatu ſententiam rogabatur. *Turneb.* *Qui princeps Senatus*] Et hoc quoque a Pall. item edd. vett. niſi quod ex *Senator.* pronomen neglectum fuit a correctoribus ſæculi propioris. *Grut.*

Ut & privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant] Tolle particulam, *&*, ut ſit, *ut privatos agros.* Significat fuiſſe privatos quoſdam agros publico Campano interjectos. ut Horatius Satyr. VI. lib. II.

——— O ſi angulus ille
Proximus accedat, qui nunc deformat agellum. Laured.

Lauredani emendationem, qui deleri jubet copulam *&* ſtabilit Erfurt. & Francii liber, in queis non legitur. *Grav.*

Nulla ſe pecunia] Amplificatio. ne ingenti quidem pecunia potuit adduci privatus, ut ſuum fundum venderet. *Lauredanus.*

Nunquam malum nuntium audiſſet] Quod quotannis certa fide domini voto reſponderet, quod ſemper fertilis eſſet, nunquam ſterilis, nunquam calamitoſus. *Turnebus*,

Ita

diſſet. Itane vero? privatum haec cauſa commovit: populus Romanus ne agrum Campanum privatis gratis, Rullo rogante, tradat, non commovebit? Atqui idem populus Romanus de hoc vectigali poteſt dicere, quod ille de ſuo fundo dixiſſe dicitur. Aſia multos annos vobis fructum, Mithridatico bello, non tulit: Hiſpaniarum vectigal temporibus Sertorianis nullum fuit: Siciliae civitatibus bello fugitivorum M'. Aquilius etiam mutuum frumentum dedit. at ex hoc vectigali numquam malus nuntius auditus eſt. Caetera vectigalia belli facultatibus

Itane vero? privatum hac cauſſa commovit] Complexio argumenti, & altera comparationis pars, quæ infertur a majori, & a contrariis. Si privati pecunia non vendiderunt populo, Lentulo principe ſenatus coëmente, ergo multo minus populus gratis privatis debet Rullo rogante largiri. ſed eſt plena indignationis argumentatio, ut ſupra ſæpius. eſt autem *rogare*, populum ut ſuffragiis ſuis legem accipiat, jubere. *Lauredanus.*

Atqui idem populus Romanus] Idem autem, inquit, de toto vectigali Campano pop. Rom. dicere poteſt, quod ille de ſuo fundo dixit, nullum ſe unquam ex hoc fundo malum nuncium accepiſſe. quod Aſianorum, & Hiſpanienſium, & Siculorum vectigalium comparatione oſtendit. Aſia enim Mithridatico bello oppreſſa & afflicta multos annos fructus non tulit. Hiſpaniæ vectigal nullum penderunt Sertoriano bello, quod per annos decem geſtum eſt a Metello, & a Pompejo. Sicilia tantum abeſt, ut frumentum dederit prioribus aliquot annis, ut bello ſervili, quod M'. Aquilius pro conſule confecit, atque de ſervis ovans iniit, idem Siciliæ civitatibus mutuum frumentum dederit. ex hoc autem vectigali nullus malus nuncius auditus eſt. Quod vulgo legitur: *At quidem*, *& M'. Attilius.* Satis conſtat, *Atqui idem*, *& M'. Aquilius* eſſe legendum, veteribus libris, & Capitolinis lapidibus teſtibus, id eſt, Manius Aquillius. Non eſt autem prætermittendum hoc pronomen varie ab antiquis ſcribi ſolitum, ut ipſa vetera monumenta demonſtrant. in lapidibus enim Capitolinis ita ſcribitur, *M'*, litteræ *M* virgula medio appoſita ſurſum ſpectante; in eo autem, qui domi noſtræ eſt, quem ſupra poſuimus, cum de Romilia tribu ageremus, ſic, M'. ſcilicet virgula item ſurſum aſpectante appoſita, ſed in fine, ut ſit, GRANIAI. M'. L. eodem item modo ſcriptum vidimus in alio, qui Patavii eſt ſecundum aram templi majoris in ima parte:

M'. ALLENIVS. M'. F. FAB
CRASSVS. CAESONIVS
TR. MIL. PRAEF. FABR
IIII. VIR.

Manius quoque M̄ virgula ſuper appoſita ſcribi ſolitum quidam ſcriptum reliquerunt. *Idem.*

Catera vectigalia belli facultatibus affliguntur] Apertior Campani, & aliorum vectigalium comparatio. quod autem ſcriptum eſt vulgo, *belli facultatibus*, placet idem, quod aliis quibusdam, ut, *difficultatibus*, reponatur, ita: *Catera vectigalia belli difficultatibus affliguntur, hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur.* ſic enim addita παρονομασία magis apparet. *Idem.* *Cetera vectigalia belli facultatibus affliguntur*] Belli opes & copiæ reliqua atterunt & affligunt vectigalia, at tantum abeſt, ut affligant Campanum, ut ultra hoc illas belli opes & facultates ſuſtentet,

ne concidant. Nam abſque eo eſſet, deficientibus ſtatim aliis vectigalibus, bella ſuſtineri non poſſent: ſed ejus ſemper eſt præſto ſubſidium. *Turnebus.*

Bellis facultatibus] Quidam hic legi volunt, *belli difficultatibus.* Ego nihil muto, & per belli facultates, belli adjumenta, & inſtrumenta ſignificari puto, ut infra proxime. *Lamb.* *Belli facultatibus aſſl. hoc veſt. etiam belli facultates ſuſtentantur*] Palatinus ille ſec. *belli difficultatibus*; & mox *difficultates ſuſt.* cui profecto potius acceſſerim, quam aliis multis membranis notæ minus ſelectæ. *Gruter.* Pithœanus quoque & Erf. ſubſcribit Palatinos, ſed Francii ſtat pro vulgata. Sed rectius Palatinus. *Belli difficultates* ſunt difficilia bella, quæ vectigalia affligunt, ut Mithridaticum, Sertorianum: talia difficilia bella vero ſuſtinentur vectigali agri Campani. *Grav.*

Deinde in hac aſſignatione] Occurrit rationi adverſariorum, qui dicebant, agros deſertos eſſe a liberis rectum non eſſe. & ait, hanc rationem in cæteris agris valere, qui deſerti ſint a cultura hominum liberorum, in Campano non valere, qui a plebe optima, & modeſtiſſima colatur. Fuit autem plebs ruſtica in agris, & quidem colendi cauſa, at vero, qui majoribus erant præditi copiis, ii ſervorum magnis comparatis familiis agros ſuos colendos tradiderant. hoc autem fecerant, ne bellico delectu agricultura deſereretur. neque enim ſervi ad bellum nomen dabant. Cæterum Cam-

Atq
Non r
cauſſa
vaſtita
graria:
nam ut
nem fre
chus T
ferenda
riam it
liberæ,
agris ill
Deſertos
liberorum
a cultura
A culta
teanus c
cur hic ſi
que eni
Ex not
corrigen
liberos ſi
editis om
Exturb
contra ſi
tum ſit.
exturbari
num gen
conſtitui
A pleb
lius in
plebe, &
Vt illud
univerſus
egregium
Antonii

quod genus hominum optime moratum optimorum & aratorum & militum, ab hoc plebicola tribuno funditus ejicitur. Atque illi miſeri, nati in illis agris & educati, glebis ſubigendis exercitati, quo ſe ſubito conferant non habebunt. his robuſtis, & valentibus, & audacibus decemvirum ſatellitibus agri Campani poſſeſſio tota tradetur. &, ut vos nunc de veſtris majoribus praedicatis,

repetitas vidiſſent, earum alteram fruſtra inculcatam, ut ſæpe fit, crediderunt. cæterum Plutarchus in Gracchis auctor eſt, Romanos finitimorum agrum captum partim vendidiſſe, partim publicatum pauperibus fruendum dediſſe tributo non admodum magno in ærarium relato. *Laur.* *A plebe optima & modeſtiſſima*] Vetus liber: *a plebe, & a plebe optima.* Cum talis ſit illa plebs Campana, non eſt ſedibus ejicienda, ut in ejus locum ſubſtituantur audaces & facineroſi decemvirum ſatellites. *Turn.* Inveni etiam ſic ſcriptum eſſe in Erfurt. & Francii, ut in ſuis deprehenderunt libris Lauredanus & Turnebus. quos merito ſequor cum P. Manutio. *Grav.*

A plebe] Quæ conduxerat & vectigalem habebat Campanum agrum locatione perpetua. *Laured.*

Quod genus hominum] Auget injuriam, quod ab eo, unde minime decet, fiat. plebs enim a plebicola tribuno vexatur. plebicolam autem irriſionis cauſa vocat. *Idem.*

Optime moratum] Modeſtiam ſignificat. fit enim gravior Injuria, cum ei, qui minus dignus ſit, infertur. *Idem.*

Optimorum & aratorum & militum] Fidem eorum cum in decimis dandis, tum in bellicis muneribus ſignificat. Aratores erant, qui agros arandos conduxerant, decima quotannis frumenti data. *Idem.*

Ab hoc plebicola] Ironia eſt, qui, inquit, plebis Romanæ amans & ſtudioſus videri vult, qui videri vult plebem potius colere, quam ſenatum. Cicero pro Seſtio: *Qui, ut credo, non libidinis cauſſa, ſed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem.* Quiquidem Ciceronis jocus eo feſtivior eſt, quod Gellius, in quem hoc dicit, plebicola cognomento vocaretur, ut ex Dione intelligi poteſt. *Turnebus.*

Atque illi miſeri] Πάθος. miſericordiam movet a rerum privatione, quæ ſolent eſſe caræ, ut eſt locus, in quo natus quis, & educatus eſt. καὶ ὅσων ἡ τύχη αἰτία κακῶν, μέγεθος ἐχόντων, ἐλεεινά. inquit Ariſtoteles, id eſt, Ea quoque mala, quæ ad fortunam referuntur, miſera ſunt, in quibus numerat, ἀφιλίαν, καὶ ὀλιγοφιλίαν, h. e. Si nullos, vel paucos amicos habeas, διὸ, inquit, καὶ τὸ διασπᾶσθαι ἀπὸ φίλων καὶ συνήθων ἐλεεινόν, hoc eſt, quare miſerum habetur ab amicis & familiaribus diſtrahi. quid autem amicius loco, in quo non ſolum nati, ſed etiam educati ſumus? *Laured.*

Glebis ſubigendis exercitati] Alter miſericordiæ locus, quaſi qui nullum aliud parandi victus habeant præſidium, quam glebas ſubigere, nec ſedem ſubito ſint inventuri, vitamque inopem vagamque perſecuturi. *Idem.* *Glebis ſubigendis exercitati*] Agro colendo exercitati, non ut ſatellites decemvirum ferro & ſeditionibus aſſueti. *Turneb.*

His robuſtis] Opponit colonos Rulli deducendos plebi ejiciendæ. Robuſtos referens ad vires corporis, valentes ad valetudinem, audaces ad mores. in quo periculi eſſe ſuſpicionem innuit, ne, quia poſſint, quia robuſti ſunt, iidem etiam velint, quia audaces ſunt, nocere reip. *Laured.*

Et, ut vos nunc de veſtris majoribus prædicatis, hunc agrum, &c.] A rei turpitudine diſſuadet, per ἀποτροπήν. Vt vos nunc hunc vobis agrum a majoribus veſtris relictum prædicatis, ſic poſteri veſtri a vobis alienatum prædicabunt.

neat, ſed paretur aliis, eripiatur v
me, tanquam armato hoſti, ſic huic
reſiſtetis? Adjungit Stellatem camp

bunt. Simile illud pro lege Manilia: *Videte ne ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam relinquere, ſic vobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepiſtis tueri, & conſervare non poſſe.* Laured.

Equidem exiſtimo, ſi jam campus Martius dividatur, & unicuique veſtrum, &c.] Argumentum ἐξ ὑποθέσεως, quo addita repetitione ſuperioris argumenti concludit, legi huic de agro Campano dividendo acerrime reſiſtendum eſſe. Nam ut ſi campus Martius divideretur, & unicuique bini pedes aſſignarentur, tamen mallet populus, ſe promiſcue toto, quam proprie parva parte frui. ſic, ſi ager Campanus ita divideretur, pars aliqua ſingulis daretur, honeſtius tamen univerſo populo, quam a ſingulis poſſideretur, ſed cum aliis compararetur, plebi eripiatur, multo magis innitendum eſt, ne dividatur. Hanc vero campi Martii ſimilitudinem commentus eſt Cicero. nihil enim tale in hac cauſa agebatur, itaque argumentatio ex fictione eſt, in qua latet honeſti ratio *Idem.*

Bini pedes] Quem fere modum ſingula corpora occupant. Vnde ille jocus laſcivior & obſcœnior ad Atticum: *Sed ſoror, quæ tantum habeat Conſularis loci, unum mihi ſolum pedem dat. ...*

Promiſc... cum aliis.

Per venti... qui ad vo... bitur hon... ſeditioner... poſſidetis

Nunc v... Ἀπὸ τῶ ... eſſe legem... dem agri ... ſit populo

Adjung... pano] Ti... in quo n... duodena ... Rullus de... poſt Cæſ... Cicero ep... Attic. *Pr...* tem de le... poſt hanc ... *multitudo ... pum divid... los homine... tam opimu...* Idem qu... *enim agr... multitudin...*

& in eo duodena deſcribit in ſingulos homines jugera. Quaſi vero paullum differat ager Campanus ac Stellatis. Et multitudo, Quirites, quaeritur, qua illa omnia oppida compleantur. Nam dixi antea lege permitti, ut, quae velint

De campo autem Stellati ſic Silius, ubi de Campanis libro XI.

—— Monſtrant Capitolia celſa.
Stellateſque docent campos, Cereremque benignam. Laured.

Adjungit Stellatem campum agro Campano] Stellates campus appellatur, quod ejus eſſet ſine montibus planities, cum in agro Campano eſſent montes. Non nunquam tamen, ager appellatur: ſed tum generali vocabulo, cum ager ſit vel campeſtris, vel montoſus. *Turneb.*

Duodena deſcribit] Cum Stellates campus bonitate infinitis partibus ſit inferior Campano, multo majorem modum attribuere debuit viritim ad colonos æquandos. *Idem.*

Quaſi vero paullum differat, ager Campanus ac Stellatis] Reprehendit Rullum, qui parem fecerit Stellatem campum agro Campano, cum ipſi multum inter ſe differrent bonitate. aperit autem inſidias ejus. non enim Stellatem campum ipſum dividere ait, quia quid inter ipſum, & agrum Campanum interſit, non intelligat, ſed ut majorem in agros multitudinem ſatellitum deducere poſſit. Eſt autem locus hic inſigni mendo depravatus, qui ſic vulgo legitur: *Quaſi vero paullum differat, ager Campanus ac Stellatis. & multitudo Quirites quaeritur.* Quem ego ſic fortaſſe legendum putarem, *Quaſi vero paullum differat ager Campanus a Stellati. ſcilic. multitudo Quirites quaeritur.* mendi origo fuit, quod ſcriptum erat, STELLATI Sᵉᵗ unde factum eſt ab imperito librario, STELLATIS ET. ſic ad Plancium: *Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima praetor fias.* Hoc pro certo habeas, particulam. *&*, nobis non placere, quare magis probaremus, *Scilicet & multitudo:* aut, *Sed multitudo:* aut, *Vis, & multitudo* Periculum ergo inſtare ſignificat. obſeſſam enim iri decemvirum coloniis urbem oſtendit. Capuam denique Romani imperii æmulam reſtitutam iri. *Laur.*

Quaſi vero paullum differat, ager Campanus] Fortaſſe legendum: *Ager Campanus, a Stellati: ſed multitudo quaeritur.* Nam illud *& multitudo quaeritur*, non ſatis cohæret. Sententia eſt. Idcirco duodena tantum viritim dividit jugera, ut majorem numerum in illa oppida deducat, & facilius dominationem decemviris comparet, quibus tantum colonorum numerum committit, quos illi ſuo beneficio devinctos habebunt, quibus Campana occupabant & opprimebant oppida: alioqui enim ſi bonitas ſpectetur, & fructus, duodena campi Stellatis jugera, cum denis agri Campani nullo modo comparanda ſunt. *Campus Stellates circiter duo millia paſſuum ultra Capuam erat, oram maritimam verſus*, ut ait Volaterranus. *Turnebus.*

Ager Campanus a Stellati. Scilicet multitudo] Sic legendum eſſe vidit Lauredanus. nam vulgati libri hic ſunt mendoſi, qui habent *ager Campanus, ac Stellatis. Et multitudo Quir.* Idem infra non longe repoſuit, *vexillum*, pro *exſilium*, quod ferri non poterat: *& Capuam decemviris inferetur.* ubi vulgati habent, *Capua a decemviris infer.* mendoſe. *Lamb.*

Ager Campanus, ac Stellatis. Et multitudo] Lambinus hic reponit, *a Stellati, ſcilicet mult. propius fuiſſet a Stellati. Sed mult.* ſed Guilielmius mavult, *ac Stellatis. ſed mult.* quod & nominandi caſu, *Arpinatis, Capenatis, Stellatis*, vetuſte dicatur, quod vulgo in *as* fere terminamus, ut oſtendit libro IV. Priſcianus. *Gruterus.*

Nam dixi antea lege permitti] Probat, quod dixit, multitudinem quæri ad replenda Italiæ oppida, ut Cales, quod olim oppidum Auſonum fuit in Campania, & optimi vini ferax. Horatius carminum lib. 4.

Sed

Nardo vina merebere.

Theanum Sidicinum, non Appulum. nam Sidicini etiam Campaniæ populi, item Atella, Cumæ, Neapolis, Pompeji, Nuceria, Puteolis, nobilia omnia Campaniæ oppida. utitur autem hujus loci exemplo Aquila Romanus, in libello de fig. *Laured.*

Municipia] Non enim in deſertam aliquam urbem fiet deductio, aut nova urbs condetur: ſed in municipia coloni & veteres colonias deſcribentur. Vbi colonia erat, eo nova colonia deduci non poterat, ſed coloni adſcribi poterant. *Turnebus.*

Calenum municipium] Oppida ſunt Campaniæ, quorum quædam præfecturæ erant, ut Capua, Cumæ, Atella, Puteoli: ac populi ſuffragio præfecti quatuor ſexve in ea mittebantur ad jus dicendum. Erant & præfecturæ aliæ, in quas Prætor urbanus mittebat, qui jus diceret. *Idem.*

Puteolos vero, qui nunc in ſua poteſtate ſunt] Indignum putat Puteolos, qui ſuo rure uterentur, libertate privari, cum eo novus atque adventicius populus Roma deductus eſſet. In tyrannidis autem ſuſpicionem vocat decemviros. Qui enim populis vicinis libertatem eriperent, eos ipſam quoque urbem invaſuros, & in ſervitutem redacturos eſſe, veriſimile eſt. *Laured.* *Puteolos vero, qui nunc in ſua poteſtate ſunt*] Puteolos Cicero pro Cœlio municipium appellat, Pompejus præfecturam. Sed, ut ſuſpicor, ante præfectura fuerat, ac eo mittebatur ad jus dicendum magiſtratus

huic imperio timendum, Capua a decemviris inſeretur: tunc contra hanc Romam, communem patriam omnium noſtrum, illa altera Roma quaeretur. In id oppidum homines nefarii remp. noſtram transferre conantur, quo in oppido majores noſtri nullam omnino remp. eſſe voluerunt:

immiſceamur, caveatur, ne ſocietur ſanguis. Laured. *Tunc illud exſilium Campana colonia*] *Exilium*, exules appellat, quod facineroſos & exilio dignos ducturus ſit Capuam non bonos cives. Sic a Lucilio ſcriptum eſt, *carcer vix carcere dignus.* Qui autem deduci ab eo cives Romanos in exilium interpretantur, a ſententia aberrant. *Turneb.* *Tunc illud exilium Campana colonia*] Acute quidam *vexillum*, pro *exilium* repoſuerunt, ſed hiſtoria repugnat, quæ videtur eos latuiſſe, cum ſit apud Livium libro XXXVI. *F. Vrſinus.* *Tunc illud Campana vexillum colonia*] Minime excludenda videbatur hæc vox a Lauredano nata. inepte enim aliæ editt. item ſcripta, *exilium Campana colonia.* quod tamen probat Fulvius Vrſinus. *Gruterus.* Poteſt ferri in Lucilio, Satyrico poëta, *carcer* pro carcere dignus: ſed Ciceronem, quis credat dixiſſe *exilium* pro exſilio dignos? Probo itaque & ipſe cum P. Manutio, Lambino, & Grutero, Lauredani ingenioſam emendationem *vexillum* corrigentis, pro *exilium*. Sed tamen contra omnium librorum fidem non auſus ſum conjecturam recipere in contextum cum Lambino & Grutero. In Erfurt. eſt *auxilium*. Grævius.

Capua a decemviris inſeretur] *Capuam a decemviris:* lego ex ſenſu. *Laured.* *Capua a decemviris inſeretur*] Vetus liber *Capua*, quo ſane modo legendum cenſeo. Dicit enim eos, ut in alia oppida coloniam deducturos Capuam. Non male etiam ſentiunt, qui *Capuam* legendum cenſent. *Turn.* Receperunt Lauredani conjecturam P. Manutius & Lambinus. forte legendum: *Capua a decemviris inferetur.* Grævius.

Tunc contra hanc Romam, communem patriam omnium noſtrum illa altera Roma quaeretur] Immoratio. Romam communem patriam & Romanorum, & Italicorum vocat, quia lege Iulia data eis civitas fuerat. Alteram porro Romam appellat Capuam, invidioſe, ut ſupra: *Nullam alteram Romam, neque aliam ſedem imperii nobis conſulibus futuram.* & in Philippicis: *Veſtrum hoc conſilium Capua probabit, quæ temporibus his Roma altera eſt.* unde Horatius lib. V.

Suis & ipſa Roma viribus ruit,
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi
Æmula nec virtus Capuæ. Laur.

Tunc contra hanc Romam, communem patriam omnium noſtrum, &c.] Roma communis patria fuit vocata. Cic. II de legibus: *An ne eſt una illa patria communis?* Cenſorinus; *A condita urbis Roma patria noſtra communis exordiar.* Turnebus. Legis Iuliæ male hic meminit Lauredanus, cum illa diu poſt hanc orationem habitam fuit lata.

In id oppidum homines nefarii remp. noſtram, &c.] Rulli conſilium in deducenda Capua reprehendit comparans ipſum cum majorum conſilio & facto. majores, inquit, noſtri Capuæ nullam omnino eſſe remp. voluerunt. decemviri eo noſtram remp. transferre conantur. Longius autem producit hanc contentionem, quia ad augendam rem plurimum valet. Sed quoniam Capua everſa non fuerat, ut Carthago, & Corinthus, affert cauſam per præoccupationem, cur &. ipſa penitus deleta non fuerit. *Laured.*

Transferre conantur] Vt olim de transferenda Vejos Roma deliberatum eſt: ita quoque nunc iſti de transferenda Capuam cogitant. *Turneb.*

Majores veſtri] Lego, *noſtri.* paucis enim poſt verſibus ait: *Majorum noſtrorum conſilia.* Laured. Et ſic Erfurt.

Nullam remp.] Veteres libri: *Nullam omnino remp.* placet. *Idem.* Conſentit Erfurt.

Qui

virum conſilio abeſſe ad invidiam excitandam docet, quia vero tres tantum urbes putarunt poſſe imperii gravitatem ſuſtinere, ideo eas afflixerunt, Carthaginem, Corinthum, & Capuam. *Laur.*

Deleta Carthago eſt] Et quidem a P. Africano Æmiliano priore conſulatu ex decem legatorum ſententia, tertio Punico bello confecto, & Africa provincia populi Romani facta. Cicero in IV Catil. *Alter eximia laude Africanus*, &c. Idem.

Quod cum hominum copiis] Ratio cur imperii ſedes Carthago eſſe poſſet. quod multitudine hominum, & ſitu naturali erat munita. cujus ſitum deſcribit Strabo, & Appianus. *Idem.*

Succincta portubus] Vno ad occidentem, alterο ad orientem, quem Pœni obſeſſi repente aperuerunt. erat enim ſita in peninſula, cujus ambitus ad XLV millia paſſuum erat, muro munitus arx in media urbe: ſub eam portus, & navalia. *Idem.* *Succincta portubus*] Byrſæ Carthaginienſium arci ſubjectos eſſe portus dicit Strabo, cum etiam tota prope urbs præter exiguum diſcrimen mari ambiretur. Habebat autem Carthago non tantum naturales portus, verum etiam unum manu factum & effoſſum, quem ſignificat Virgil. I Æn. cum ſcribit, *Effodiunt alii portus.* Is portus manu factus *Coton* dicebatur. Strabo tamen dicit Cotonem eſſe parvam inſulam Carthagini ſubjectam. Pro *portibus* in quibuſdam legitur *portubus.* Vtrumque dicit Cicero. *Turneb.* *Portibus* ſcri-

nus capiebat
Carthago x
amplexa, t
abſque fauci
Qua tribus m
tur, is locu
tum habuit,
XL cubitorum
in peninſula
torum, & ſe
Latitudo m
ſed viginti d
eſt Diod. Sic
Excurrere
bet, quaſi ve
ſit ad aliena
atque excur
num, autem
gine ſepting
primo bello
Strabo grav
Excurrere ex
eſſet in mar
Africa excur
Imminere
puli Romani
voce, *Ita.*
geretur: *Im*
mus. Fructu
ciliam ac Sa
tur. Horati
Non opin
Et Æſchylu
Τῆς κα
Imminere ita
Romani vide

batur. Corinthi veſtigium vix relictum eſt. erat enim poſita in anguſtiis atque in faucibus Graeciae, ſic, ut terra clauſtra locorum teneret, & duo maria maxime navigationi diverſa paene conjungeret, cum pertenui diſcrimine ſeparentur. Haec, quae procul erant a conſpectu imperii, non ſolum afflixerunt, ſed etiam, ne quando re-

animum, neque aures. nam non imminet Italiæ, ſed inſulis, quæ inter ipſam Africam & Italiam ſunt: ſed ut velit etiam Italiæ imminere, prius inſulæ, dein Italia fuit nominanda. Vellem illud *ita* eſſe adverbium aliud: nam ut explicet *ſuccincta* & *armata*, ſatis frigidum eſt. Pantagathus legebat, *Imminere in fructuoſiſſimis inſulis pop. Rom. videbatur*: quæ lectio valde placet. *F. Vrſin.* *Imminere ita fructuoſiſſimis*] Conjecit Ant. Auguſtinus, *im. Italia, & fruct.* quod admiſit ſtatim Lambinus. putabat Guilielmius reſcribendum potius *im. ſitu fruct.* Gruterus.

Corinthi veſtigium, vix relictum eſt] Corinthus exciſa eſt a L. Mummio Cos. ex decem legatorum ſententia, Achaja in provinciæ formam redacta. Mummius ipſe inde Achaicus dictus, de quo Virgilius lib. VI. Æneid.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum cæſis inſignis Achivis.

Homerus etiam ſuis temporibus Corinthum opulentam fuiſſe illo oſtendit carmine:

Ἀφνειόν τε Κόρινθον, ἐϋκτιμένας τε Κλεωνάς. Laured.

Corinthi veſtigium vix relictum] Corinthum cenſuit delendam eſſe ſenatus, quod in ea violati eſſent legati populi Romani. Id ob loci opportunitatem & hic & lib. I. offic. dicit Cicero. Itaque præcinente tuba & Mummio deleta eſt, ſed poſtea a Iulio Cæſare deductis coloniis inſtaurata. *Turneb.*

Erat enim poſita in anguſtiis] A ſitus commoditate. erat enim in Iſthmo poſita, quem ipſe fauces atque anguſtias Græciæ nominat. Iſthmus autem & terram claudebat, & duo maxime diverſa maria, Ionium, & Ægeum conjungebat. unde Horatius libro primo odarum bimarem Corinthum dixit. & Livius lib. XLII. Peninſula eſt Peloponneſus anguſtis Iſthmi faucibus adhærens, &c. Prima quoque invectivarum dixit Tullius: *In Etruriæ faucibus.* Lauredanus.

Clauſtra locorum] T. etiam Livius libro XXXI. ita locutus eſt: Ex duabus coloniis, quæ velut clauſtra ad cohibendos Gallicos tumultus oppoſitæ fuiſſent, cum una, &c. *Idem.* *Clauſtra locorum*] *Terra* eſt per terram. Nam ſi quis e Peloponneſo in reliquam Græciam terra ire vellet, aut e Græcia per Peloponneſum, per Corinthiorum fines erat tranſeundum. *Turneb.*

Maxime navigationi diverſa] Alternis enim navigatio eſt ex Italia, Dalmatia, Epiro in Græciam: & contra alternis e Græcia in reliquam Græciam, Theſſaliam, Macedoniam, Aſiam, contraque. *Idem.*

Pertenui diſcrimine] Ita ut ſæpe de Iſthmo intercidendo agitatum ſit. *Laur.* *Pertenui diſcrimine*] *Diſcrimen* appellat Iſthmum, quo ſane modo & politiſſimus ſcriptor Curtius, quem prope hunc locum cenſeas imitatum, *Ac niſi tenue diſcrimen objiceret, maria quæ nunc dividit, committeret.* Pro *ſepararentur* liber ſcriptus habet *ſeparentur.* Turnebus. Sic & Erfurt. & Francii, & merito. Nam etiam nunc ſeparentur, non olim tantum ſeparabantur. *Gravius.*

Hæc, quæ procul erant a conſpectu imperii] Concludit Carthaginem, & Corinthum cum procul eſſent, non ſolum afflictas, ſed etiam funditus ſublatas eſſe, ut multo minus Capuam, quæ in conſpectu eſt, nova eo deducta colonia, reſtituendam eſſe probet. *Laured.*

De

recreata exſurgere atque erigere ſe poſſent, funditus, ut dixi, ſuſtulerunt. De Capua multum eſt & diu conſultum: extant litterae, Quirites, publicae: ſunt ſenatuſconſulta complura. Statuerunt homines ſapientes, ſi agrum Campanis ademiſſent, magiſtratus, ſenatum, publicum ex illa urbe conſilium ſuſtuliſſent, imaginem reip. nullam reliquiſſent: nihil fore, quod Capuam timeremus. Itaque hoc perſcriptum in monumentis veteribus repe-

De Capua multum eſt & diu conſultum] Cur Capuam non exciderint, quæ prope in conſpectu erat, aperit. ſcil. quia ſi ſenatum, magiſtratus, & remp. ſuſtuliſſent, urbis ædificia ad aratorum commoditatem reliquiſſent, nihil timuerunt. quod ſi quem Capuam coloniam deducturum putaſſent, eam profecto evertiſſent. Hæc autem hiſtoria ex Livii lib. XXVI. petenda eſt atque XXIX. de qua ita: *Capua quidem ſepulchrum, & monumentum Campano populo data, extorri & ejecto ipſo populo. ſupereſt urbs trunca ſine ſenatu, ſine plebe, ſine magiſtratibus, prodigium relicta, crudelius habitanda, quam ſi deleta foret.* item eodem lib. verba autem legatorum Romanorum ſunt. *Ceteris* (loquuntur autem de Campanis) *ita oppidum, ita agros ademimus. ut agrum, locumque ad habitandum daremus, urbem innoxiam ſtare incolumem pateremur: ut qui hodie videat eam, nullum ibi oppugnata captave urbis veſtigium inveniat.* Laur. *Conſultum*] Liv. lib. 26. de ſecundo bello Punico: *De urbe agroque reliqua conſultatio fuit: quibuſdam delendam cenſentibus urbem prævalidam, propinquam, inimicam. Ceterum præſens utilitas vicit.* Pro *conſultum* vetus liber habet *dubitatum*. Turneb. Sic & Francii liber, ſed alia manus adſcripſerat, alii *conſultum*. *Dubitare* ſane pro conſulere non uno loco Cicero poſuit. *Gravius.*

Extant litteræ, Quirites, publicæ] *Litteræ publicæ*, acta & tabulæ publicæ, in quibus iſta perſcripta ſunt. Vt in Verrem: *In tabulas publicas ad ærarium perſcribenda curavit.* Turneb.

Senatum, publicum ex illa urbe conſilium] Sunt, qui alterum abundare ſuſpicentur, & tollendam illam dictionem, *Senatum*, putent, ut gloſſema factum ad illud quod ſequitur, *publicum ex illa urbe conſilium*: Receptum tamen librariorum, & deſcribentium ignorantia, idque eo præſertim, quia non neceſſariam dictionem eſſe exiſtimarunt, quæ idem ſignificaret, quod publicum conſilium. Romanus tamen Aquila ubi de ταυτολογία loquitur, inquit: *Vt ſi dicas, Senatus, populique Romani ſummum conſilium.* hic enim unum nomen, ſenatus, proſecutionem accepit ex pluribus verbis non aliud ſignificantibus. qui enim ſummum conſilium dixit, non aliud quam ſenatum dixit, diverſis autem nominibus in eodem ſenatu appellando Ciceronem uſum eſſe, notum eſt. Senatum, publicum conſilium, ſummum ordinem, ampliſſimum ordinem, principem ordinem. *Laured.* *Conſilium*] *Conſilium*, ſi nullus eſſet in ea urbe vel ſenatus, vel plebis concilium. *Turnebus.*

Itaque hoc perſcriptum in monumentis veteribus] Vel ſenatus conſulta intelligit, ac tabulas publicas, vel antiquos annales. *Laured.* *In monumentis veteribus*] *In monumentis*, in actis & annalibus veteribus. Quod a Livio etiam ſcribitur lib. 26. *Habitari tantum tanquam urbem Capuam, frequentarique placuit. corpus nullum civitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe: ſine concilio publico, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam, ad conſenſum inhabilem fore: præfectum ad jura reddenda quotannis ab Roma miſſuros.* Turnebus.

Suppe-

reperietis, ut eſſet urbs, quae res eas, quibus ager Campanus coleretur, ſuppeditare poſſet: ut eſſet locus comportandis condendiſque fructibus: ut aratores, cultu agrorum defeſſi, urbis domiciliis uterentur: idcirco illa aedificia non eſſe deleta. Videte quantum intervallum 33
ſit interjectum inter majorum noſtrorum conſilia, & inter iſtorum hominum dementiam. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam atque horreum Campani agri eſſe voluerunt: hi, expulſis aratoribus, effuſis ac diſſipatis fructibus veſtris, eandem Capuam ſedem novae reip. conſtituunt, molem contra veterem remp. comparant. Quod ſi majores noſtri exiſtimaſſent, quemquam in tam illuſtri imperio, & tam praeclara populi Romani diſciplina, Bruti, aut P. Rulli ſimilem futurum;

Suppeditare] Vti nundinis emerentur araira, ferramentaque omnia, quibus agricolæ utuntur. *Turnebus.*

Locus comparandis, condendiſque fructibus] Malim, *Comportandis, condendiſque*. Laured. *Comportandis* probat etiam Turnebus, cum explicat congerendis, receperunt Manutius, Lambinus, Gruterus; ſed Victorius cum MSS. *comparandis*, hoc eſt, ubi poſſunt fructus ab aliis comparari, qui eis egent. *Grav.*

Videte quantum intervallum] Attentionem facit a magnitudine diſcriminis. & eſt amplificatio per comparationem antiquorum Romanorum, & decemvirum. qua horum dementiam illorum ſapientiæ opponit. Quamvis autem hæc collatio eaſdem ſententias, quæ in ſuperiore erant, continet, eas tamen latius, ornatiuſque explicat. commoratur itaque orator in eo argumento, quod ſuæ prodeſt cauſæ, & eandem ſententiam ſæpius verſat. Romam ſcilicet a decemviris Capuam transferri. *Laur.*

Molem contra veterem Rempublicam comparant] Pro *veterem* in libro manuſcripto eſt, *noſtram*. F. Vrſinus. *Molem contra veterem rempublicam*] Moles magna quædam & ſolida conſtructio & aggeratio. Moles Adriani Romæ dicebatur. Cæſar de bello civili: *Qua fauces erant anguſtiſſimæ portus, molem atque aggerem ab utraque parte litteris jaciebat.* Vitruvius: *Sed etiam moles, quæ conſtruuntur in mari, ſub aqua ſideſcunt.* Περιβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλασσαν, dicit Strabo. Nos quoque moles virides appellare ſolemus aggeres, quibus urbes muniuntur, uno tantum mutato elemento: boles enim virides vocamus. Significat Capuam tanquam munitionem aliquam parari ad oppugnationem Romæ. *Turn.*

Quod ſi majores noſtri] Altera pars argumentationis a contrariis. Quod ſi majores noſtri ſuſpicati eſſent, ab aliquo coloniam Capuam deductum iri; eam evertiſſent. Inter eos autem, qui coloniam Capuam deducere cogitarunt, fuit M. quidam Brutus Sullanis, ut puto, temporibus, & P. Rullus conſule Cicerone. *Laure4.*

Bruti, aut P. Rulli ſimilem] Placeret, *M. Bruti, aut P. Rulli*, ut prænomen habeat Brutus, ſicut Rullus, aut legendum eſt, *Diſciplina Bruti, aut Rulli.* Hic autem Brutus, ut ex hoc loco apparet, Capuam Ciceronis ætate deduxit. verum ex omnibus, quæ poſt conſecuta ſunt, irrita ea deductio fuit. dixit autem, *ſimilem*, quaſi nequitia ſimilem, improbitate ſimilem & audacia. *Laur.*

Bruti, aut P. Rulli ſimilem] M. Brutus.

ejus Bruti, qui Cæſarem interfecit: ita-
que cum Marianus eſſet & popularis, hanc popularem coloniæ deductionem Brutus ferre non potuit. De colonia Capuam deducenda promulgaverat etiam Gracchus, ut ſcribit Plutarchus. *Turnebus.* Lauredani conjecturam in contextum receperunt P. Manutius & Gruterus, ſed codicibus repugnantibus.

Hos enim duos adhuc videmus] Forte, *vidimus.* hoc mihi certe & rectius, & concinnius videtur. *Lauredan.* Hanc quoque Lauredani conjecturam repoſuerunt in ſuis editionibus pro vulgata, P. Manutius, Lambinus, Gruterus nullo libro vetere ſuffragante. Et ſane *adhuc* præſens requirit. Eſt enim *adhuc* hoc tempore, ad hoc tempus. C. Nep. *Qua victoria nihil adhuc eſt nobilius.* Græv.

Qui hanc remp. Capuam totam transferre] Idem dixit iiſdem fere verbis paulo ſupra: *In id oppidum homines nefarii remp. noſtram transferre conantur.* Laur. *Totam transferre*] Qua tamen de re nihil, ut opinor, cogitabant: ſed calumnias Cicero excogitat ad rem impediendam. Hæc enim Cæſarem non deterruerunt. *Turneb.* In Erfurt. non legitur *hanc*, ſed *qui r. p. Capuam totam transferre vellent.* non male. *Græv.*

Verum arbitrabantur] Redit ad explicandum majorum conſilium, cur Carthaginem, & Corinthum deleverint, Capuam reliquerint. immoratur autem in hoc, quia firmum ad diſſuadendam Serviliam legem argumentum eſſe putat. itaque affert novam rationem: adhibet deinde ſuum judicium, quo lau-

Corinthi
bro veter
lingua L
ciſmus
bas. *Tur*
P. Franci
ferri edit
Carthagin
ne. Plau
Aio h
Cic. xvi
nuntiavi
Carthagin
in recent
legitur.
Lacedæm
ad ſcena
Lacedem
Facito
Hoc eſt i
tivos &
quuntur
ac eand
multis d
nius ad S
Etiam
liſſent]
rali dixit
niſi quis
gat, qui
& Corin
non plac
non plac
ro unitat
giſtratum
ſtinum n
ceronem
tus ut n

agrumque civibus ademiſſent, tamen non defore qui illa reſtituerent, atque qui ante omnia commutarent, quam nos audire poſſemus: hic vero in oculis S. P. Q. R. nihil poſſe exſiſtere, quod non ante exſtingui atque opprimi poſſet, quam plane exortum ac natum eſſet. neque vero ea res fefellit homines divina mente & conſilio praeditos. nam poſt Q. Fulvium, Q. Fabium, Coss. quibus conſulibus Capua devicta atque capta eſt, nihil eſt in ea urbe contra hanc remp. non dico factum, ſed nihil omnino eſt cogitatum. Multa poſtea bella geſta cum regibus, Philippo, Antiocho, Perſa, Pſeudophilippo, Ariſtonico, Mithridate, & ceteris: multa praeterea bella gravia Karthaginienſium, Co-

Hic vero in oculis S. P. Q. R.] Bella verba, quæ rei augendæ & amplificandæ cauſa conquiruntur. *Laured.*

Neque vero ea res fefellit] Ab effectu laudat eorum conſilium, quod agro, & rep. adempta Capuæ tecta reliquerint. neque enim poſt ſeditionem ullam excitavit, & omnibus bellis externis, atque Italicis populo Rom. profuit. *Idem.*

Poſt Q. Fulvium, Q. Fabium Coſſ. quibus conſulibus Capua devicta, atque capta] Hi conſules fuerunt anno DXLIV. at Livius lib. XXXVI. biennio ante Capuam captam ſcribit Cn. Fulvio, & Cn. Sulpicio Coss. a Q. Fulvio, & Ap. Claudio Procoſſ. Hoc qui non deprehenderit, Ramum dico, præſertim cum in multis impreſſis libris aſteriſci nota appoſita ſit, ſe in Romana hiſtoria plane hoſpitem eſſe clare oſtendit. *Idem.*

Nam poſt Q. Fulvium, Q. Fabium Coſ.] Pantagathus *Q. Fulvium Ap. Claudium Coſ.* F. Urſinus. Apud Livium biennio ante conſulatum Fulvii & Fabii Capua capitur, Coss. Cn. Fulvio Centimalo, & P. Sulpitio Galba. Nam qui ſcribunt apud Livium eam capi Coss. Q. Fulvio Flacco & Ap. Claudio, Livium non ſequuntur, ſed compendium Flori, in quo Conſules legimus, cum Proconſules forte ſcribere debeamus. *Gravius.*

Sed omnino excogitatum] Mihi certe, *cogitatum*, melius videtur. ſed veteribus libris non probantibus, nihil muto. *Laured.* Reſtitui veram lectionem ex Erfurtenſi, in quo ſcribitur, *eſt cogitatum.* Grævius.

Multa poſtea bella] Externa bella nominat, quæ poſt Capuam captam conſecuta ſunt, cum Philippo Macedoniæ rege, de quo T. Flamininus triumphavit. Livius, ipſe Cicero in præt. urb. & Philip. XI. Cum Antiocho Syriæ, de quo L. Scipio. Liv. Florus, Cicero in Sextiana, & in præt. urb. Cum Perſa Macedoniæ, de quo L. Paullus, Aſcon. Livius, Cicero in IV Catil. & in præt. urb. Cum Andriſco, qui Pſeudophilippus dictus eſt, item Macedoniæ, de quo Q. Metellus, Livius lib. XLIX. & L. Cum Ariſtonico Aſiæ, de quo M. Aquillius, Livius, Aſconius, Cicero in Philip. XI. Cum Mithridate Ponti, de quo L. Sulla, & L. Murena uſque ad conſulatum Ciceronis triumpharunt. *Lauredanus.*

Philippo, Antiocho] Κομματικὸν κατ᾽ ὄνομα, ἀσύνδετον. Quatuor autem bellorum genera nominavit, primum cum regibus, ſecundo populis, tertio cum domeſticis, quarto cum ſociis. *Idem.*

Carthaginienſium] Bella geſta cum civitatibus ſeparatim ab iis, quæ cum re-

Corinthium, Numantinum: multae in hac rep. ſeditiones domeſticae, quas praetermitto: bella cum ſociis, Fregellanum, Marſicum: quibus omnibus domeſticis externiſque bellis Capua non modo non obfuit, ſed opportuniſſimam ſe nobis praebuit & ad bellum inſtruendum, & ad exercitus ornandos, & tectis ac ſedibus ſuis recipiendos.

regibus geſta ſunt, ponit. Carthaginienſium bellum tertium, de quo triumphavit Æmilianus. *Laured.* *Karthaginienſe* III.] Sic emendat Lauredanus, plane divine. III autem valet tertium. Idem pari ſύςοχία infra, ubi vulgati libri habent, *cum numerum colonorum*, repoſuit, *cum* I ɔ ɔ *colonorum*. cum I ɔ ɔ autem, id eſt, cum quinque millia. *Lamb.*

Corinthum] De quo Mummius. ipſe Cicero pro Pompejo cauſas belli ponit, Juſtinus lib. xxxiv. Florus de bello Achaico. epitome Livii lib. LI. & LII. Vellejus lib. I. Eutrop. Oroſius. &, quiſquis ille fuit, qui de viris illuſtribus ſcripſit. *Laured.*

Numantinum] De quo iterum conſul Æmilianus. Florus, epitome Livii, Appianus, Eutropius, Oroſius, Obſequens, Plinius. ipſe Cicero in ſomn. & Philip. XI. puto autem legendum: *Carthaginienſe* III. ut dicat, *Carthaginienſe tertium*. Non enim de primo, aut ſecundo licet intelligere, quæ ante devictum Philippum, & Antiochum geſta ſunt. ſic erunt tria adjectiva Carthaginienſe, Corinthium, Numantinum. *Id.*

Multa in hac rep. ſeditiones domeſticæ] Omittit nomina ſeditionum, ut Marianam, Octavianam, Sullanam, & Lepidi. nam his armis geſta res eſt. in illis autem recenſendis eorum improbitatem carpere neceſſarium fuiſſet, qui ſuis legibus remp. perturbarint ad plebis commodum, ut gratioſi apud illam eſſent, accommodatis, quamobrem cum eos ſilentio prætermiſerit, oratoriæ calliditatis eſt. *Idem.*

Bella cum ſociis] Hæc duo fuerunt, Fregellanum, & Marſicum. ſocios enim Italos intelligit. Fregellæ autem a Romanis cum defeciſſent, a L. Opimio prætore receptæ ſunt. quo pacto viſus eſt cæteros quoque Latini nominis ſocios male animatos repreſſiſſe Pedianus, & epitome Livii lib. LX. Marſicum autem idem quod Sociale, atque Italicum eſt, quod ab Italorum magna parte illatum eſt, quod ægre ferrent, quod in civitatem non acciperentur. Hoc autem bellum quia Marſi intulerant, propterea Marſicum appellatum eſt. Strabo lib. V. Maximum & periculoſum fuit. unde Horatius loco ſupra citato:

Suis & ipſa Roma viribus ruit,
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi.

De quo Cic. in Bruto, & lib. II. de oratore. Pedianus, Eutropius, Florus, Vellejus, Oroſius, Appianus lib. I. *Idem.*

Quibus omnibus bellis] Concludit his omnibus externis, ac domeſticis bellis Capuam utiliſſimam populo Romano fuiſſe, ac propterea de ea egregie majores ſenſiſſe, vel quod tecta reliquerunt, vel quod ſpeciem reip. ſuſtulerunt. iis enim prodeſſe, hac obeſſe non potuiſſe, quod neque malis concionibus, neque turbulentis ſenatuſconſultis, neque iniquis imperiis res novari poſſent, cum neque populi, neque ſenatus, neque magiſtratuum relicta imago eſſet. hoc eſt autem fere illud, quod dixit ſuperius: *Cætera vectigalia belli difficultatibus affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur.* Idem.

Domeſticis] Domi confectis, in Italia, Italicis. *Idem.*

Externis] Contra alienigenas, alienæ terræ. *Idem.*

Ad bellum inſtruendum] Frumento, ſtipendio, veſtibus. *Turnebus.*

Ornandos] Armis & veſte inſtruendos, & parandos. Sic a Catone *aſini ornati* dicuntur, & a Cicerone *ornare claſſes* pro lege Manilia. & a Juriſconſultis

piendos. Homines non inerant in urbe, qui malis concionibus, turbulentis ſenatuſconſultis, iniquis imperiis remp. miſcerent, & rerum novarum cauſam aliquam quaererent. neque enim concionandi poteſtas erat cuiquam, nec conſilii capiundi publici: non gloriae cupiditate efferebantur, propterea quod, ubi honos publice non eſt, ibi gloriae cupiditas eſſe non poteſt: non contentione, non ambitione diſcordes. nihil enim ſupererat, de quo certarent, nihil, quod contra peterent, nihil, ubi diſſiderent. Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam ratione & conſilio majores noſtri

ſultis *jumenta ornata*, & *jumentorum ornamenta*. Quod quidem a Petro Victorio, viro acerrimi & eruditiſſimi judicii pulchre in Catonem annotatum eſt. *Turnebus.*

Homines non inerant in urbe] Dixit enim ſuperius, magiſtratus, ſenatum, publicum ex illa conſilium ſublatum, imaginem reip. nullam relictam. *Laur.*

Malis concionibus] Noxiis, quæ poſſent obeſſe Romano imperio, populum concitando. Tibullus:

Sola tenere malas Medea dicitur herbas. Idem.

Turbulentis ſenatuſconſultis] Quæ civitas in ſenatum, & populum diſtributa erat, ut ipſa Romana reſp. ea, vel a populo, vel a ſenatu impelli poterat, ut rerum novarum cauſam quæreret, itaque malæ conciones ad populum, ſenatusconſulta ad ſenatum referuntur. *Idem.*

Iniquis imperiis] Hoc de principibus civitatis intelligendum, in quibus tantum eſſet potentiæ, ut non ſolum auctoritate, ſed etiam imperio uterentur. *Id.*

Miſcerent] Perturbarent, ut apud Maronem:

Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam. Turnebus.

Rerum novarum] Νεωτερισμὸν vocant Græci. *Laured.*

Cauſam aliquam] *Aliquam* abeſt ab Erfurt.

Neque enim concionandi poteſtas erat] Non enim licebat cuiquam in concione verba facere ad populum. *Turneb.*

Nec conſilii capiundi publici] Quia non licebat habere ſenatum. *Idem.*

Non gloria cupiditate efferebantur] Hoc ad magiſtratus pertinet. ſublato enim magiſtratus honore, nulla ſubeſſe gloriæ cupido poteſt. *Laured.* *Non gloria cupiditate efferebantur*] Qua in urbe non ſunt honores & magiſtratus, in ea nec ambitio, nec gloriæ cupiditas exiſtere poteſt. *Turnebus.*

Non contentione, non ambitione diſcordes] Κῶλα ἐν βραχυκωλίαις ἡ παναφορὰ, ὁμοιοπτῶτα, ἀναιρέσεις. membra curta, vel potius inciſa, repetitio, ſimilitudo caſuum, & negationes ipſæ venuſtatem orationi afferunt. Non erat diſcordiæ locus, quia nihil erat, de quo ſeditioſe agerent. ſeditio enim tum oritur, cum non omnes ſe pari in rep. eſſe conditione arbitrantur. nihil autem agri erat, de quo certarent, nihil honoris, quem ambirent. nihil demum, de quo inter ſe diſſiderent. *Laured.*

Quod contra peterent] *Contra petere* de competitoribus dicitur eundem honorem petentibus, quod a quibuſdam Latinis *competere* dictum eſt. *Turneb.*

Itaque illam Campanam arrogantiam] Repetit commoda, quæ ex majorum conſilio ſunt profecta. arrogantiam Campanam fregerunt. crudelitatis infamiam effugerunt. ne ſibi Capua nocere poſſet, providerunt. *Lauredanus.* Erfurt. *Illam Campanam arrogantem, atque intolerandam ferociam.*

... *κατηγορίαν*, & more Socratico. hoc præ ſe fert copiam recte factorum, quorum cauſa mores ſuos laudat. *Laur.*

Ad otium perduxerunt] Vt Cyrus Lydos. *Turnebus.*

Crudelitatis infamiam ſugerunt] Liv. VI de bello Punico: *Et cum emolumento quæſita etiam apud ſocios lenitatis ſpecies incolumitate urbis nobiliſſimæ opulentiſſimæque, cujus ruinis omnis Campania, omnes, qui Campaniam circa accolunt, ingemuiſſent.* Idem. Longe rectius Erf. *crudelitatis infamiam effugerunt*, quem ſequor. *Grævius.*

Exectis] Recte omnino *exectis*. Sed non prætermittam, quod in veteri libro legi: *nervis urbis omnibus ejectis*. Nam eodem modo ab eo dicitur illud: *Superſtitionis ſtirpes omnes ejiciendæ ſunt.* Turnebus. Erfurt. *Nervis omnibus urbe ejectis.*

Solutam] Παραλελυμένην & ἐκτετμημένην dixit: ad ea membra reſpiciens, quorum reſolutis, læſis & exectis nervis uſus & officium amittitur. *Turn.*

Debilitatis] *Debiles* & *debilitati* proprie Latinis dicuntur, qui aut morbo aut caſu alicujus membri uſum perdiderunt. Sueton. Aug. 43: *In hoc ludicro C. Nonium Aſprenatem lapſu debilitatum aureo torque donavit.* qui lapſu fregerat crus. Senec. I controv. 3: *Exierunt adulteri inter patrem debilem & filium ſtupentem*, dicitur de patre, qui manus in bello amiſerat. Lactantius de mortibus perſecutorum c. 36, qui liber paucos ante annos prodiit ex Bibliotheca Colberti cura doctiſſimi viri Baluſii:

... locus in ... *debilitare.*

Hæc con... P. Rulli ... atque diſ... puam affli...

Neque ... σφοδρότ... cenda Ca... M. Brutu... ductione ... acerbiſſim... runt. ſig... Capuam ... ſtibus auſ... lam obſe... Philip. II auſpicato ... mis, col... colonos ... Quando a... ſit, paru... men temp... quo C. G... deducta e... Vt autem ... fectus eſt ... ſic fortaſſ... Tarentum... fectus eſt ... furoris eju... illa *Leocrea*... *rentis* repo... autem Gr... hominem ... net. Hæc ... nunc locu...

omina illa M. Bruti atque auſpicia a ſimili furore deterrent. nam & ipſe, qui deduxit, & qui magiſtratum Capuae & Leocreanti ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbiſſimas impiorum poenas pertulerunt. Et quoniam Bruti atque temporis illius feci mentionem, commemorabo id, quod egomet vidi, cum veniſſem Capuam coloniam, deductam L. Conſidio, & Sext. Saltio, quemadmodum

manuſcripto, *Calatia oppidum muro ducta. Iter populo debetur paſſuum* LX. *colonia Capuenſi cum territorio ſuo a Sulla Felice adjudicata olim ob Soſticam pugnam.* Laured. Legitur rectius in editione Rigaltii & Gocſii: *ob hoſticam pugnam.*

Omina illa M. Bruti atque auſpicia] Nec times ne malam peſtem oppetas ut Brutus, qui & tribunus legem tulit agrariam, & Capuam triumvir deduxit coloniam. Is enim acerba morte bello civili oppetiit: & ut credo Sulla ejuſque factio colonos Capua expulit. Fuit & eodem bello civili L. Brutus, qui trajiciens in Siciliam navibus Pompeji circumventus ſibi mortem conſcivit. *Turnebus.*

Atque auſpicia] Quia non bonis auſpiciis deduxerunt. *Laured.*

Capua & Leencranti] Vetus liber hic valde depravatus eſt, in quo legitur, *& Locreanti.* Quid ſi legendum ſit, *Capua illo creante ceperunt.* Nam veriſimile eſt a triumviris creatos eſſe duumviros coloniæ. *Turneb.* *Et qui magiſtratum Capua, & Leocranti ceperunt*] Ita eſt in vulgatis. Ant. Auguſtinus longe melius, *Capua colonia creati.* ſed videndum ne abundet *colonia:* exæquet autem, *Capua ab eo creati.* F. Vrſinus. *Capua ea lege creati*] Eſt a P. Manutii conjectura. monſtroſe enim prius legebatur, *Capua & Leocreanti,* quod tamen fere item in mſſ. Pall. nam Erfurd. *Capua locare ante.* editio princeps *Cap. & Lucienati.* Gruterus. Abſit ut conjecturam recipiamus valde incertam. Præſtat corruptam lectionem ſervare cum ipſo Manutio, Victorio, Lambino, aliis, quam dubias conjecturas Ciceroni infarcire. Ex veſtigiis corruptæ ſcripturæ colligo Tullium reliquiſſe: *Capua ab illo creati.* Grævius.

Impiorum] Quia in patriam impii fuerunt. *Turnebus.*

Et quoniam Bruti atque temporis illius feci mentionem] Occaſione data digreditur ad ſuperbiam Campanam oſtendendam, naturamque loci, & ipſius Capuæ magnam habere vim ad inferendam inſolentiam hominibus, probat a ſignis, quod tum cum a Bruto deducta eſt, ipſi magiſtratus ſuos non duumviros, ut aſſolet in coloniis, ſed prætores, ut Romæ, appellarent, quod lictores non cum bacillis, ſed cum faſcibus præmitterent, quod hoſtias majores ad ſacrificia adhiberent, quod patres conſcriptos vocarent, quod non coloniæ, ſed urbis Romæ ſimilitudinem referrent. Hæc vero omnia ſe vidiſſe, cum eo tempore Capuam veniſſet, ait. quamobrem pondus habent non ſolum propter auctoritatem dicentis, qui conſul erat, ſed etiam quod vidiſſe ſe, non audiſſe rem affirmat. itaque diſſuadet deductionem coloniæ. futurum enim innuit, ut Romani etiam ſi Capuam pervenerint, Romani nominis fidem & moderationem animi amittant. *Lauredanus.*

Coloniam deductam L. Conſidio, & Sex. Saltio, quemadmodum ipſi loquebantur, pratoribus] Hæc profert ad invidiam in Campanos excitandam, qui magiſtratus, quos cæteri coloni duumviros, ipſi prætores appellarent. Conſidius vero, & Saltius primi fuerunt, qui tum Capuam colonia deducta magiſtratum

geſſerunt. ſic Cæſar poſt, cum Capuam in conſulatu coloniam iterum deduxiſſet, L. Piſonem ſocerum, ac Cn. Pompejum generum duumviros ejus primos creavit, ut ſuæ deductioni auctoritatem afferret. *Lambin.*

Ut intelligatis] Hic eſt finis, cujus gratia ſe commemoraturum profitetur id quod Capuæ vidit. ſcilicet, ut Campanam ſuperbiam demonſtret. *Idem.*

Nam primum, id quod dixi] Primum ſignum Campanæ arrogantiæ, ex quo elicit argumentum a minori, ſi primo anno eo cupiditatis proruperunt, ut prætores ſe pro duumviris appellarint, paucis poſt annis conſulum nomen fuiſſe appetituros. *Idem.*

Duumviri appellentur] Duumviri magiſtratus erant coloniarum & municipiorum. Cæſar I de bello civili: *Duumviris municipiorum omnium imperat, ut naves conquirant.* Turnebus.

Conſulum nomen appetituros] Cicero Piſonem, qui triumvir Capuæ creatus fuerat, cum eſt deducta lege Iulia colonia, Campanum Conſulem illudens pro duumviro appellat: *Seplaſia mehercule, ut dici audiebam, te ut primum aſpexit, Campanum Conſulem repudiavit.* Sequitur enim mox: *Gabinium denique ſi vidiſſent duumvirum veſtri illi unguentarii, citius cognoviſſent.* Et pro Seſtio: *Capillo ita horrido, ut Capua, in qua ipſe tum imaginis ornandæ cauſſa duumviratum gerebat, Seplaſiam ſublaturus videretur.* Hic etiam jocatur quaſi ex vili magiſtratu quærere voluerit Piſo, certe

tum.
aliter
Aſcon
prete
Capua
Conſu
tellexi
Dei
arroga
non c
ut Ro
tem R
de a P
id eſt,
conſul
cum ſu
tur, e
nia de
Non
faſces.
res im
cillis (
bant)
rant.
duumv
ret in n
Fun
Lin
Præ
Vbi illu
more r
Cum ba
teeunt,
dunt,

cum faſcibus duobus. erant hoſtiae majores in foro conſtitutae, quae ab his praetoribus de tribunali, ſicut a nobis conſulibus de conſilii ſententia probatis, ad

Erant hoſtiæ majores in foro conſtitutæ] Tertium ſignum. quod non minores hoſtias ſacrificarent, ut aſſolebat, duumviri, ſed majores ut Romæ conſules immolare ſolent de conſilii ſententia probatas. De majoribus hoſtiis ſic Livius lib. 31. *Senatus decrevit, ut conſules majoribus hoſtiis rem divinam facerent, quibus ipſis diis videretur.* Idem lib. 9. *Aliis autem diis alia hoſtia immolabantur, ut quæque cuique decora, grataque exiſtimabantur*, Iovi taurus, & juvencus:

——— Superoque nitentem
Cælicolum regi mactabam in littore taurum. Item:
Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum.

Plutoni etiam juvenci, ſed nigri:

Quatuor hic primum nigrantes terga juvencos
Conſtituit.

Apollini, & Neptuno taurus:

Taurum Neptune, taurum tibi pulcher Apollo.

Atque hæ majores erant beſtiæ: minores illæ. Caper Libero patri: capra Minervæ: ſus Cereri: & aliis aliæ. *Laur.* *Erant hoſtiæ majores in foro conſtitutæ*] Majores hoſtiæ ſunt, quæ lactentibus opponuntur. Cic. 2 de legibus: *Quibus hoſtiis cuique Deo immolandum, cui majoribus, cui lactentibus.* Hic perſpicue lactentes majoribus oppoſuit. Cenſores in luſtro condendo majores hoſtias immolabant, ſuem, ovem, taurum: quod ſacrificium *ſolitaurilia* vocabant. Apud Catonem in agro luſtrando immolabantur eædem hoſtiæ lactentes hoc modo: *Macte hiſce Solitaurilibus lactentibus eſto.* Ovidius:

Agnaque tam lactens, quam gramine paſta Faliſco
Victima Tarpeios inficit icta focos.

Qui majores hoſtias uberius depaſtas interpretantur, hominum eſt non intelligentium majores hoſtias ex ætate dici, ſed majores cum opimis confundentium. *Turnebus.*

Quæ ab his prætoribus de tribunali] Legendum fortaſſis eſt, *de tribunalis*, ut repetatur ἀπὸ κοινοῦ, inferne, ſententia: hoc modo de tribunalis ſententia. ut mox de conſilii ſententia prob. paullo ante pro, *non cum bacillis*, quidam legendum putat, *non cum batillis*, &c. adductis illis verſibus Horatianis ſatyr. v. lib. 1.

Fundos Aufidio Luſco prætore libenter
Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ,
Prætextam & latum clavum prunæque batillum. Lamb.

De conſilii ſententia probatis] Videtur legendum, *probata*, ut ad hoſtiæ referatur. niſi forte, *probantibus*, malis, ut cum voce *conſulibus* jungendum ſit. Tibicinis porro meminit, quia conſtat, ſacris tibicinem tum præcinere ſolitum. *Laurad.* *Probatis*] Vt hoſtiæ probabantur, ita qui rem divinam facerent. quod interdum Conſuli mandabatur, ut cum ſupplicatio decernebatur. Cic. de provinciis Conſularibus: *Cujus ſententia primum duplicata eſt ſupplicatio Conſularis.* Conſules enim quo die honorem inibant, rem divinam faciebant in Capitolio, ac opimam hoſtiam immolabant, ac candentem. Ovidius:

At cum Tarpejas eſſes deductus in arces:
Dum caderet juſſu victima ſacra tuo.

Et hoſtiæ ex Faliſcis fere erant, quod Clitumnus boves reddere candidos cenſeretur. Virgilius:

Hinc albi Clitumne greges, hinc maxima taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro.

Ovidius:

Colla boves niveos certa præbere ſecuri.
Quos aluit campis herba Faliſca ſuis.

Interdum rem divinam faciebant Pontifices, interdum Prætores, interdum Cenſores. *Turneb.* *Probata*] Sic annos

ad praeconem & ad tibicinem immolabantur. deinde patres conſcripti vocabantur. Iam vero vultum Conſidii videre, ferendum vix erat. Quem hominem vegrandi macie

nos abhinc xx emendaram, quod & Lauredano poſtea veniſſe in mentem video, pro quo, lib. vulgati habent, *probatis*. plane mendoſe. idem ille tamen putat etiam legi poſſe, *probantibus*, ut jungatur cum voce, *conſulibus*. Lamb.

Si a nobis conſulibus de conſilii ſententia probatis] *Probata* Pantagathus, & recte. Infra, pro *ut grandi macie torridum*, opinor legendum, *vegrandi facie torridum*. F. Vrſinus. *De conſilii ſententia probatis*] Retinent iſtud Pall. explicatque Briſſonius libro I. de Formulis & ſolemnibus pop. Rom. verbis. Lauredanus volebat *probata*, quod & admiſit Lambinus, & eſt admodum ſimile vero. Pantagathus *probata*. alii *probantibus*. Gruterus.

Ad praeconem] Præcones adhibebantur ſacrificiis. cum ad alia, tum ut populum favere linguis juberent. *Turnebus*.

Ad tibicinem] Tibicines rei divinæ adhibebantur & præcinebant. Virgilius: *Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras*. Eratque Romæ ſacrorum cauſſa tibicinum collegium. Livius: *Ejuſdem anni rem dictu parvam præterirem, ni ad religionem viſa eſſet pertinere. Tibicines quia prohibiti erant a proximis Cenſoribus in æde Iovis veſci, quod traditum antiquitus erat, ægre paſſi, Tibur uno agmine abierunt: adeo ut nemo in urbe eſſet, qui ſacrificiis præcineret*. Cumque tibicines ab uno ſacrificante ad alium, qui etiam rem divinam faceret, tranſirent, proverbium factum eſt, *tranſire tibicinis Latini modo*, quo Cicero utitur pro Muræna. Romani in ſuis ſacrificiis Latinis tibicinibus, non Græcis utebantur. Varro etiam ad Græcum tibicinem ſacrificavit lib. 3. de re Ruſtica: *Sed non in Italia, quos tibi ſacrificanti ad tibicinem Græcum, gregatim veniſſe dicebas ad extremum littus*. Etiam tubis utebantur ad ſacra. Varro: *Tubiluſtrium appellatur, quod eo die tuba ſacrorum in atrio ſutorio luſtrantur*. Idem.

Deinde patres conſcripti vocabantur] Quartum ſignum. In coloniis idem erat decurionum ordo, quod Romæ ſenatorum, qui patres conſcripti dicebantur. quod nomen colonos etiam uſurpaſſe ait ſuperbiæ cauſſa. *Laured.*

Iam vero vultum Conſidii videre] Quintum ſignum a Conſidio ipſo ſumptum, qui vultu ipſo veterum Campanorum arrogantiam præ ſe feret. Vultum autem dixit, quia vultus imago animi eſt, in vultu autem ejus faſtus, & ſuperbia jam Capuæ contracta cernebatur. unde Horatius libro tertio carminum:

Non vultus inſtantis tyranni mente quatit ſolida. Idem.

Quem hominem ut grandi macie torridum] Voces hæ, *ut grandi*, vitioſe ſe habent. neque enim extat particula, quæ, *ut*, particulæ reſpondeat. Videndum ne, *vegrandi*, legi poſſit. Nam *ve*, auctore Macrobio, etiam intenſionem ſignificat, ut vehemens, & vetus. Niſi malis, *in grandi macie*, eſt autem hæc ὑποτύπωσις, qua hominis ſtatum ſub oculos ponit. ſignificat enim ipſum non morbo, ſed egeſtate, & inopia affectum fuiſſe, egeſtas autem hominis deſidiam ſignificat. Campanum porro ſupercilium, pro Campana arrogantia ponit. Nam inſolentiæ ſupercilium nota eſt. Contracta enim & ad frontem ſublata ſupercilia, neque temere mobilia, ſignificationem quandam ſeveritatis, & gravitatis, optimæque mentis hominibus afferunt. ſicuti contra, quibus demiſſa, & depreſſa ſupercilia ſunt, leves homines plerique inveniuntur. in orat. pro Sextio, cum de Piſone loquitur: *Nam quid ego de ſupercilio dicam, quod tum hominibus non ſupercilium, ſed pignus reip. videbatur*. & in orat. in ſenatu poſt reditum de eodem: *Sed vos pop. Rom. non conſilio, neque eloquentia, quod in multis ſæpe accidit, ſed in rugis, ſuperciliisque decepit L. Piſo, Tune auſus es iſto oculo, non dicam iſto animo,*

macie torridum, Romae contemtum atque abjectum videbamus, hunc Capuae Campano ſupercilio ac regio ſpiritu cum videremus, Magios, Bloſſios mihi videbar illos

ipſo, iſta fronte, non vita, tanto ſupercilio. & Catullus:

Praeterea addebat, quendam, quem dicere nolo

Nomine, ne tollat rubra ſupercilia.

Auctor etiam laſcivi illius carminis, quod poſitum eſt initio luſuum in Priapum, contractum ſupercilium jocans ſeveritatis judicium eſſe putavit. *Laur.*

Vegrandi macie torridum] Vegrandi hic eſſe legendum, jampridem indicavi, & ita edendum curavi, non, *vel grandi*, neque *ut grandi*, ut habent lib. vulgati, neque ut vult quidam κρωποίδης, qui poſt meam primam Ciceronis editionem, huic operi furaces manus admovit, cenſet, *videlicet torridum*. plane inepte. torridum autem I. Paſſeratius depravatum eſſe putat, &, *horridum*, reponendum. *Lamb.* *Vt grandi macie torridum*] Melius liber ſcriptus *vegrandi*. quo etiam modo, ut ait meus Lodegarius, emendabat Lambinus. *Ve* autem particula, ut ait Gellius, duplicem intellectum eumque inter ſe diverſum capit. Nam & minuendae rei & augendae valet. vide noct. Attic. v, 12. Eſt igitur *vegrande* & valde magnum, & valde parvum. Pompejus ait modo eſſe male grande, modo minutum & parvum, ut apud Plautum: *Quin ſi es iturus, nimium is vegrandi gradu.* Sic enim emendandum puto. Hic ergo *vegrandis macies*, eſt male grandis, id eſt, valde magna. Nonnulli eodem modo ut ſcribit Porphyrion & Acro legunt in Horatio: *Vepallida lecto deſilias mulier.* Turn. *Vegrandi macie torridum*] Placuit iſtud Manutio, Lambino, Vrſino. ſcripti tamen *ut grandi*, quomodo & lectio recepta. nam editio omnium prima, *& grandi*. Puteanus maluiſſet *horridum*. Gruterus. In Francii libro planiſſime legitur *vegrandi*, ut ſine mora id recepetim cum aliis. Male pro *torrida* ſubſtitui cenſebat Puteanus *horrida*. Macie torridus homo dicitur eodem ſenſu, quo *torrida gelu membra* Livio lib. 21: *Membra torrida gelu, quaſſata fractaque arma.* & apud Columellam, *pecora frigore torrida.* Pricaeus ad Appuleium legendum cenſet *retorridum*, probante Iacobo Gronovio. *Graevius.*

Campano ſupercilio] Aldus & liber ſcriptus, *Campano praeſidio.* Aliae editiones ſine teſtimonio, ut reor, veterum librorum accommodate ad ſententiam *ſupercilio* ſuppoſuerunt, quo ſignificatur ſeveritas & faſtus. Sed non video, cur non recte *praeſidio* legatur. Nec loco movenda ſcriptura eſt, librorum auctoritate teſtata. Docet enim Cicero Conſidium circa ſe ſatellitium habuiſſe, & praeſidium Campanum. Campanum autem pro arroganti & ſuperbo dixit ex innata Campanis ſuperbia. Morbum tamen Campanum cum dixit Horatius in ſermonibus, oris obſcaenitatem intellexit ex oſcorum obſcaenitate. *Turneb.* Non tantum Aldus, ſed & Erfurt. & Francii M S. & omnes edd. antiquiores ante Victorianam, *Campano praeſidio* prae ſe ferunt. In Pithoei tamen codice legitur *ſupercilio*. Graevius.

Magios, Bloſſios, & Iubellios] Hae ſunt nobilium familiarum nomina, quae Capuae floruerunt. Iubellii mentio eſt ante primum bellum Punicum. de quo ita Livianarum epitoma 12. *Cum in praeſidium Rheginorum legio Campana cum praefecto D. Iubellio miſſa eſſet, occiſis Rheginis Rhegium occupavit.* Magii bello Punico ſecundo. is enim diſſuaſor fuit Capuae Annibali tradendae. Bloſſii apud Ciceronem in Catone. At idem ſic de Piſone: *Alter o dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aſpectu, unum aliquem te ex barbatis illis exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen reipub. diceres intueri.* Laured. *Cum videremus, Magios, Bloſſios, &c.*] Mallem, *viderem*: utique cum reſtet in Pall. editionibuſque obſoletis, *cum videremus Bloſſios*, ejecto illo *Magios*. quod tamen an ſit a membranaceis libris viderint Critici, ego vix puto.

illos videre, ac Iubellios. Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum? & in Albana, & Seplaſia, quae concurſatio percontantium, quid praetor edixiſſet? ubi cenaret? quid enuntiaſſet? Nos autem hinc Roma qui veneramus, jam

puto. neque aliquid umquam commiſiſſe legitur, cur hic inter ſeditioſos proditoreſque locaretur. ſi ſic, tunc ſane maneat, *cum videremus Bloſſios, &c.* Grut. In Erfurt. non habetur *Magios.*

Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum] Ex metu plebis faſtum prætorum Campanorum arguit. Tunicatos vero vocat infimam plebem. Quam Horatius Tunicatum popellum appellavit:

——— Vultejum mane Philippus
Vilia vendentem tunicato ſcruta popello
Occupat.

Eſt autem imago, quæ habet contemptum quendam Campanorum. *Laured.* *Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum*] Plebs humilis togas non habet, ſed tantum tunicas. Sed & ruri in villa nemo togam ſumebat. Martialis: *O ſoles o tunicata quies.* Nec ruſtici togati ſunt. Idem: *Ignota eſt toga, ſed datur petenti Rupta proxima veſtis e cathedra.* In multis oppidis rarus erat togæ Plinio teſte uſus. Iuvenalis: *Contentuſque illic Veneto duroque cucullo.* Pars magna Italiæ eſt, ſi verum admittimus, in qua nemo togam ſumit niſi mortuus. *Turn.*

Et in Albana, & Seplaſia] Fora Capuæ fuerunt; in quibus unguentarii maxime verſabantur. Pædianus, Plinius, Oroſius, Valerius, ipſe Cic. pro Sextio. *Laured.* *Seplaſia*] *Seplaſia*, inquit Aſconius, *platea erat Capuæ, in qua unguentarii ſoliti erant negotiari.* Nam Capuam ex ultimis prope terris aromata, pigmenta, quæque ad unguentarios pertinent, ferebantur. Plautus Rudente: *Teque oro & quæſo ſi ſperas tibi Hoc anno multum fore ſirpe & laſerpitium, Eamque fore exagogam Capuam ſalvam & ſoſpitem.* Erat & Albana platea Capuæ, Vitruv. lib. 9. *Ac cum demum fracta & contuſa Punica feritas eſſet, cum Seplaſia ei & Albana caſtra eſſe cœperant.* Turnebus.

Quid prætor] Duumvirum prætorem appellabant, ac nimirum ita vocari nonnulli volebant, ut Horatii locus indicat, paullo ante prolatus. *Idem.*

Vbi cœnaret] Prandia in uſu non fuiſſe tradit Servius ſuper illo carmine Virgiliano:

Nunc eadem labente die convivia quærit.

Ita tamen intelligendum eſt, non omnibus, ſed aliquibus in uſu non fuiſſe. Nam, ut noſtris temporibus qui continentiores ſunt, prandere, ac cœnare tantum ſolent, ita quondam qui parcius vivebant, cœnabant tantum. itaque T. Livius in Annibale improbat, quod tuliſſet convivium inſtrui, non ex more Punico, aut militari diſciplina, ſed, &c. *Cæperunt*, inquit, *epulari de die*, & quæ ſequuntur. lib. 3. dec. 3. *Lauredanus.*

Quid enunciaſſet?] Mihi legendum videtur, *quid denunciaſſet. Quid enunciaſſet*, dictum erit pro quid dixiſſet, quod ante arcano decurionibus & conſilio decreviſſet: aut, quid ipſe conſilii, quid rei ſignificaſſet, quid ipſe decreviſſet, quod potius puto. *Turnebus.* *Quid enunciaſſet?*] Pall. & edd. vett. *quod enunciaſſet?* ut forte fuerit, *quod denunciaſſet*, ad cenam ſcilicet, ut etiam in mentem venerat Guilielmio. *Grut.*

Nos autem hinc Roma qui veneramus] Ab effectis ſuperbiæ, & arrogantiæ, Romanos demum a Campanis contemptos ait ad eorum inſolentiam oſtendendam, neque enim hoſpites, ſed advenas, & peregrinos ab iis appellatos. Cum autem dicat, *hinc*, ſunt, qui mirantur, cur addiderit, ROMA, hancque delendam dictionem putant, veluti gloſſam ab aliquo adſcriptam, & adjectam, ut adverbii loci *hinc*, quod nulla ſignificatione egebat, ſignificatio oſtenderetur. Nos ideo non delevimus, quod in antiquis libris eam vidimus.

jam non hoſpites, ſed peregrini atque advenae nomi-
nabamur. Haec qui proſpexerint, majores noſtros di- 35
co, Quirites, non eos in deorum immortalium nume-
ro venerandos a nobis & colendos putatis? quid enim
viderunt? hoc, quod nunc vos, quaeſo, perſpicite at-
que cognoſcite. Non ingenerantur hominibus mores
tam

mus. & quia Cicero, quamvis ſatis eſſet dicere, *hinc*, ut ſignificantius eſſet, addidit, *Roma*, ut nomen Romæ Capuæ nomini opponat. *Laurod.*

Hac qui proſpexerint] Concludit id, quod probare inſtituerat, ſummum majorum conſilium in affligenda Capua fuiſſe. qui cum multa alia viderunt, tum ſuperbiam Campanis inſitam eſſe proſpexerunt. ὑπερβολικῶς vero tantum iis honorum propterea habendum eſſe ait, ut etiam immortalium deorum honore colantur. Quod idem ſententiæ genus uſurpavit etiam in Sextiana: *Imitemur noſtros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Curios, innumerabiles alios, qui hanc remp. ſtabiliverunt. quos equidem in deorum immortalium cætu, atque numero repono.* Idem. *Hac qui proſpexerint*] *Proſpexerint.* apte. Liber tamen ſcriptus *perſpexerunt*, & *majores veſtros* pro *noſtros* habet. *Turneb.*

Venerandos] *Venerari*, eſt revereri, obſervare, colere, & veniam orare, ut inquit Pompejus. Deos enim cum precabantur, veniam petebant. Cic. pro Rabirio: *Ab Iove optimo maximo, ceteriſque diis deabuſque immortalibus pacem ac veniam peto, precorque ab iis, ut hodiernum diem.* & reliqua. Ab eo *devenerari*, quod pro amoliri precibus uſurpavit Tibullus:

Somnia ter ſalſa devenerata mola.

Id eſt, depulſa, expiata. *Venerari* eſt optare & precari. Horatius:

Si veneror ſtultus nihil horum. o ſi angulus ille
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum. Idem.

Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis, ac ſeminis, quam ex iis rebus, quæ ab ipſa natura] Viderunt hoc etiam, inquit, Campanos ſuperbos eſſe, non tam generis, quam loci, & vitæ ratione. Hoc argumentum tractatum eſt etiam a Demoſthene in oratione de corona, cum ait magnitudinem animi magis in Athenienſibus, quam in Philippo extare debuiſſe, quod ille Pellæ, id eſt in oppido parvo, & ignobili natus ſit, & educatus, hi Athenis urbe maxima, & nobiliſſima. Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτό γε οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν, ὡς τῷ μὲν ἐν Πέλλῃ τραφέντι χωρίῳ τότε γε ὄντι καὶ μικρῷ τοσαύτην μεγαλοψυχίαν προσῆκεν ἐγγενέσθαι, ὥστε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι, καὶ τοῦτο εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι, ὑμῖν δὲ οὖσιν Ἀθηναίοις, καὶ καθ' ἡμέραν ἐν πᾶσι καὶ λόγοις, καὶ θεωρήμασι τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ὑπομνήματα ὁρῶσι τοσαύτην κακίαν ὑπάρξαι, ὥστε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας παραχωρῆσαι Φιλίππῳ. & Cn. Manlius apud Livium lib. 38. *Et illis majoribus noſtris cum haud dubiis Gallis in terra ſua genitis res erat. hi jam degeneres ſunt mixti & Galli, & Græci, unde que nomine Gallogræci vere appellantur. ſicut in frugibus, pecudibuſque non tantum ſemina ad ſervandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cælique ſub quo aluntur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in Ægypto, qui Seleuciam, ac Babyloniam, quique alias ſparſas per orbem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos, Ægyptios degenerarunt: Maſſilia inter Gallos traxit aliquantulum ab accolis animorum. Tarentinis quid ex Spartana dura illa, & horrida diſciplina manſit. Generoſius in ſua quidquid ſede gignitur, inſitum aliena terra, in id quo alitur, natura vertente ſe degenerat.* tres autem libri veteres partim cum impreſſis conſentiunt, partim diſcrepant. nam habent: *Ex ipſa natura bona a vita conſuetudine.* Quæ verba quid ſibi velint, non appa-

tam a ſtirpe generis ac ſeminis, quam ex iis rebus, quae ab ipſa natura loci, & a vitae conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & vivimus. Karthaginienſes fraudulenti & mendaces, non genere, ſed natura loci, quod, propter portus ſuos, multis & variis mercatorum & advenarum ſermonibus, ad ſtudium fallendi ſtudio quaeſtus vocabantur. Li-

apparet, corrupta eſſe patet. mihi autem locum diligenter conſideranti, atque omnibus ex partibus pertentanti orta conjectura eſt, quam ſecutus antiquos libros adjuvarem, & ita corrigerem nulla, aut parva mutatione facta, ordine litterarum immutato. *Ex ipſa natura nobis, ac vita conſuetudine:* Sic & in epiſtola Sulpicii: *Caſus, & natura in bonis dominatur*, corrupte enim legitur, pro *nobis*. Laured. Vere Curtius lib. VIII, cap. 9: *Ingenia hominum ubique locorum ſitus format.* vide quæ ibi notavit doctiſſimus Freinshemius, & Hippocratis librum de aëre, locis & aquis.

A ſtirpe] Ducta tranſlatio eſt ab arboribus, in quibus ſtirps modo truncus eſt & ſtipes arboris, modo radix. *Turnebus.*

Seminis] Sic alio loco Cicero: *Crudelitatem mortis & dedecus virtus propulſare ſolet, qua propria Romani generis & ſeminis.* In Pœnulo quoque Plautus, licet in omnibus libris excuſis aliter legatur: *Item nos ſumus. Ejus ſeminis mulieres ſunt. Inſulſa admodum atque invenuſta ſine munditia & ſumtu.* Idem.

Ab ipſa natura loci, & a vita conſuetudine, &c.] Tertium addidit in prætura urb. inquiens: *Immo vero ab hominibus & natura, & conſuetudine, & diſciplina leniſſimis.* Plato autem lib. de repub. 4. indolem, moreſque civitatis a natura, moribuſque privatorum proficiſci multis argumentis, & exemplis demonſtrat, quique alium ortum ipſos habere putarent, magnopere falli, ut quibus privati ipſi ſtudiis artibuſque dediti ſint eorum certa veſtigia appareant in univerſa gente. *Laured.*

Ab ipſa natura loci & a vita] Recte. Non tamen veteris libri ſcripturam præteribo: *Qua ab ipſa natura nobis ad vita conſuetudinem ſuppeditantur.* Forte: *Ab ipſa natura loci nobis ad vita conſuetudinem ſuppeditantur*, librarius ſcribere voluit, quod etiam aptiſſimum eſſet. *Turneb.* Francii liber: *Qua ab ipſa natura bonis ad vita conſuetudinem ſuppeditantur.* Erf. *qua ab ipſa natura bonis a vita conſuetudine ſuppeditantur.*

Carthaginienſes fraudulenti & mendaces] Quod in univerſum protulit, mores acquiri non tam genere, quam loco, & conſuetudine vitæ, inductione confirmat petita a Carthaginienſibus, & Liguribus montanis, & denique Campanis. Fraudulentiæ famam maxime adepti ſunt Carthaginienſes fœderibus multis, quæ cum Romanis icerant, frangendis, ac fide data violanda. Non hoc, ſed fere idem in Philip. 14. Carthaginienſibus tribuit: *Eſt igitur quiſquam, qui hoſtes appellare non audeat, quorum ſcelere crudelitatem Carthaginienſium victam eſſe fateatur?* Lauredanus.

Carthaginienſes fraudulenti & mendaces] Livius de Annibale: *Perfidia plusquam Punica.* Vide Plautum in Pœnulo de Annone. *Turnebus.*

Multis & variis mercatorum, & advenarum ſermonibus ad ſtudium fallendi] Eadem ratione in eadem re demonſtranda Cicero lib. de repub. 3. uſus eſt. ut judicio Nonii cognoſcitur, qui hoc inde teſtimonium citat, mercatores ſcilicet corrumpere mores earum gentium, ad quos commearint, idque Phœnicum exemplo, his verbis: *Phœnices primi mercaturis, & mercibus ſuis avaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Græciam.* Laured.

Ligures montani duri atque agreſtes. docuit ager ipſe nihil ferendo, niſi multa cultura & magno labore quaeſitum. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis ſalubritate, deſcriptione, pulchritudine. Ex hac copia atque omnium rerum affluentia, primum illa nata ſunt: arrogantia, quae a ma-

Ligures montani, duri atque agreſtes] Ligurum multi populi ſunt: quorum quidam ſunt, qui montani vocantur, quos hic præcipue Cicero duros, & agreſtes fuiſſe ait. qua de re ſic Livius lib. 41. *Ligures montibus ſe tenebant, & ne in metu quidem feritatis ingenita obliti ſæviunt in prædam, quæ Mutinæ parta erat.* De eorum agro aſpero ſic Strabo: *Ligures in Apenninis montibus vicatim degunt, terram arantes aſperrimam, ac fodientes, immo vero ſaxa incidentes*, ut inquit Poſidonius. Virgilius quoque lib. Georg. 2. dixit de Italia:

Hæc genus acre virum, Marſos, pubemque Sabellam,
Aſſuetumque malo Ligurem. Laur.

Ligures montani, duri atque agreſtes] Aſſuetum malo cum ait Ligurem Maro, aſſuetum duritiæ & labori ſignificat. *Turnebus.*

Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum] Vt aſſiduus labor in agro aſpero colendo Ligurum mores reddidit duros & agreſtes, ſic agri bonitas, & urbis magnitudo Campanis ſuperbiam ingeneravit. De agro Campano ſic Strabo: Τὰ πρὸ δὲ τούτου Καμπανία πᾶσα ἵδρυται πεδίον εὐδαιμονέστατον τῶν ἁπάντων. περίκειται δ' αὐτῷ γεωλοφίαι εὔκαρποι. De urbe ita: Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Καπύα μέν ἐστιν ἡ μητρόπολις κεφαλὴ τῷ ὄντι κατὰ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος. τὰ γὰρ ἄλλα πολίχνια νομίζοιτ' ἂν κατὰ τὴν σύγκρισιν πλὴν Τεανοῦ Σιδικινοῦ. Ex mitiſſimo porro cælo, ſalubritas; ex planitie urbis, ædificiorum deſcriptio; ex deſcriptione, pulchritudo orta eſt. Oratorie autem & callide addidit, *ſemper*, nam aliquis objicere potuiſſet, ad id tempus, quo mutatione rerum facta, alius, atque is, qui tunc erat, animus erit Campanis. acervatim autem multa frequentans demptis conjunctionibus una comprehenſione devinxit, ut res probabilior videretur. *Laured.*

Campani ſemper ſuperbi] *Secundas fortunas*, ut ait poëta, *decent ſuperbia.* Ita agrorum bonitas & fructuum multitudo divites & ſuperbos reddebat Campanos. *Turnebus.*

Ex hac copia atque omnium rerum affluentia] Cauſſam ſuperbiæ, & luxuriæ Campanæ ex rerum omnium abundantia profectam ait. ſuperbiæ ſignum affert, quod quondam conſulem Campanum ut fieret Romæ poſtularunt; luxuriæ, quod etiam voluptate ferociam Annibalis emolliverunt. De conſule Campano ſic Livius lib. 33. *Poſtremo vicit ſententia plurium, ut iidem legati, qui ad conſulem Romanum ierant, ad Annibalem mitterentur: qui prinſquam iretur, certumque defectionis conſilium eſſet, Romam legatos miſſos a Campanis in quibuſdam annalibus invenio, poſtulantes, ut alter Campanus conſul fieret, ſi rem Romanam adjuvari vellent. Quia nimis compar Latinorum quondam poſtulationi erat, Cœliuſque & alii id haud ſine cauſſa prætermiſerant ſcriptores, ponere pro certo ſum veritus.* Hæc Livius. at Cicero pro vera hanc hiſtoriam attulit. non diſcrepant autem ab impreſſis multi antiqui libri, quos viderim, unus meus habet, *Qua alterum e Capua conſulem*: bene prorſus. De Campanis hibernis Annibalis, quibus ipſe, & exercitus ejus elanguit, Livius lib. 23. Valerius Max. lib. 9. & alii. vide in commentario orationis in ſenatu, *Lauredanus.*

Illa nata ſunt] Recte ſane. Sed tamen diſſimulanda non eſt veteris libri auctoritas, ubi ſic legitur: *Illa apta ſuis*

[illegible] , ſuſpenſum hærens ſignificat. *Turnebus.* *Primum illa nata ſunt*] Sic etiam Victoriana. at vetuſtiores *illa apta ſunt.* omnium prima *aperta.* quod ultimum alicui placere poſſet, niſi exſtaret in Pal. ſec. *illa capta ſunt*; quod tamen forſan adhuc mutandum in, *capta.* Gruterus.

Ea luxuries] Vid. Polyb. lib. VII. apud Athenæum. *Turnebus.*

Etiam tum invictum] Ad illam diem non victum, &, ut ita dicam, invincibilem, ut apud Ciceronem: *Quorum operum ego parens effectorque ſum, hæc ſunt indiſſoluta me invito.* id eſt, indiſſolubilia. Virgil. *Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.* id eſt, illaudabilis. Apud eundem: *Dives inacceſſos, ubi ſolis filia lucos*, id eſt, inacceſſibiles, ut ita dicam. Lucret. *Qua propter locus eſt intactus inane*, id eſt, intangibilis ut ita loquar. *Turnebus.*

Huc iſti decemviri] Significat ſi ad loci naturam ſatis magnus colonorum numerus adjiciatur, ſi centum decuriones, decem augures, ſex pontifices ibidem, ut in reliquis coloniis a decemviris creentur, ſuperbiam & ferociam ejus populi intolerabilem futuram. Decuriones autem erant iidem in colonia, ac Romæ ſenatores, qui ordo in præfectura conventus appellatur. Cicero pro Sextio: *Qua de cauſſa & tum conventus ille Capuæ, huic apud me P. Sextio maximas gratias egit. & hoc tempore iidem homines nomine commutato coloni, decurionesque beneficium P. Sextii teſtimonio*

habent
mò colon
dicat,
nim fu
& epiſt
hil aute
oſtendo
manavi
hunc lo
incidiſſi
vellent
cum nu
numerus
ſic, ut i
tatione
fallor) i
crebro p
rationis
ſignifica
tes. ſic
Attic. ſc
venire vi
gladiato
commod
patribus
I ɔ ɔ *ſu*
Beſſario
S. Marci
Bis fuer
lonorum,
dine ut i
pius alia
olim typ
rum. ut
rum ſatis
bat *cum* 1
noſtri hal
ter . vi

centum decuriones, decem augures, ſex pontifices conſtituerint: quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? Romam in montibus poſitam & convallibus, coenaculis ſublatam atque ſuſpenſam, non optimis viis, anguſtiſſimis ſemitis, prae

Centum decuriones] Decuriones erant, qui decem equitibus præerant in turma. Sed cum deducerentur, ut ſcribit Paterculus, initio militares coloniæ, ex iis factum reor coloniarum ſenatum, quod honeſtiores eſſent. Proinde in coloniis ac municipiis ſic ſenatores appellantur. *Turnebus.*

Decem augures] Religio in auſpiciis & ſacris poſita eſt, quibus præponuntur ſacerdotes, illis augures, his pontifices. Livius ſcribit augurum numerum imparem fuiſſe, aut pari numero inter tribus Tatienſes, Ramnenſes, Luceres multiplicari ſolitos, quod hic obſervatur, quod in quinque partes quinque colonorum millia diviſa erant, ut ſingula millia binos augures haberent. *Idem.*

Romam in montibus poſitam & convallibus] Superbiæ genus, cum coloni auctores & parentes ſuos contemnunt. contemnent autem ſitum urbis Romæ Campani, quod in montibus, & convallibus collocata ſit, ædificiorum rationem, quod cænaculis ſublata atque ſuſpenſa ſit, viarum deſcriptionem, quod non optimæ, & anguſtiſſimæ ſint. Rationem cænaculorum reddit Vitruvius lib. 2. cap. 10. Cænacula vero ſuperiores ædium partes erant, ad quas ſcalis aſcendebatur: Viarum Livius lib. 5. *Feſtinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omiſſo ſui alienive diſcrimine in vacuo ædificant, ea eſt cauſſa, ut veteres cloacæ primo per publicum ductæ nunc privata paſſim ſubeant tecta, formaque urbis ſit occupatæ magis, quam diviſæ ſimilis*: *In montibus*] Ianiculo, qui hodie ad ædem divi Petri Montorii, Vaticano, qui ad divum Petrum, Viminali, ubi ædes divæ Mariæ populi ſita eſt, Exquilino ad divum Euſebium, Cælio ad divum Ioannem Lateran. & divum Gregorium, Palatino ad Palatium, Aventino ad divam Sabinam. eſt & alius monticulus ad divum Savum, quem montem collinum minorem appellant. *Laured.* *Romam in montibus poſitam*] Maro: *Septemque una ſibi muro circumdedit arces.* Septimontio fiebant Romæ feriæ in ſeptem montibus, Palatio, quod Palatiar dicebatur, Velia, Fagutali, Suburra, Cermalo, Oppio, & Ciſpio. *Turnebus.*

Cænaculis ſublatam atque ſuſpenſam] *Poſteaquam*, inquit Varro, *in ſuperiore ædium parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus univerſa cænacula dicta.* Ea Græci ὑπερῷον vocant. Anguſtiæ autem loci & infinita multitudo coëgit Romanos ad ædificiorum altitudinem devenire. Itaque Vitruvius ſcribit, *pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ, contignationibus crebris craſſatæ, & cænaculorum ſummas utilitates perficiunt & deſpectationes.* Ac tantam altitudinem tectorum ſignificat Martialis, cum dixit, *Et ſcalis habito tribus, ſed altis.* Et Iuvenalis:

Vltimus ardebit, quem tegula ſola tuetur
A pluvia, molles ubi reddunt ova columbæ. Idem.

Non optimis viis, anguſtiſſimis ſemitis] Quia neque planæ, neque rectæ. & vias intellexit eas, quæ latiores eſſent a populo tritæ: ſemitas, quæ a via ad viam tranſverſæ ducerent. quid ſint autem cænacula, & convalles, Feſtus docet. *Laured.* *Non optimis viis, anguſtiſſimis ſemitis*] Vici ſunt continentia ſecundum viam utrimque ædificia: viæ qua populus it; ſuntque majores, minores ſemitæ. Non ſemita quaſi *ſemiiter*, ut ait Varro, dicitur. *Facere ſemitam* in eam ſententiam, in quam dicimus, Plautus dixit Curculione: *Dum ne per fundum ſeptum facias ſemitam*, id eſt, facias iter, incedas. Dicitur ut via, ſic etiam ſemita in urbe & agris. *Turnebus.*

prae ſua Capua, planiſſimo in loco explicata, ac prae illis ſemitis irridebunt, atque contemnent. agros vero, Vaticanum & Pupiniam, cum ſuis optimis atque uberibus campis conferendos ſcilicet non putabunt. oppidorum autem finitimorum illam copiam cum hac per riſum ac per jocum contendent: La-

Præ ſua Capua planiſſimo in loco explicat] Ἀντίθετον eſt illius, *in montibus poſitam, & convallibus, cænaculis ſublatam, atque ſuſpenſam.* Feſtus autem ſcriptum reliquit: *Capuam in Campania quidam a Capy appellatam ferunt, quem a pede introrſus curvato nominarunt antiqui, Falconem noſtri vocant, alii a planitie regionis.* Laured.

Ac præ illis ſemitis] Subeſt hic aliquid ulceris, & hoc ſenſit Cl. Puteanus. nam ut Romæ in montibus poſitæ, convallibus, & cenaculis ſublatæ, &c. Capua planiſſimo in loco explicata apte opponitur, ita nihil eſt, quod ſemitis illis Capuanis altera ex parte reſpondeat. deberet enim ſequi, *præ ſuis illis viis, ſemitas irridebunt.* Malim tamen legi, *ac ſemitas pro ſuis illis viis irrid.* Lambinus. *Ac præ illis ſemitis*] Innuit enim nullas fuiſſe Capuæ. itaque nihil mutandum cum Lambino, & cum aliis. *Gruterus.*

Agros vero Vaticanum & Pupiniam] Ut urbem, inquit, ſic agros urbis cum ſuis comparando contemnent. ex agris vero Romanis in primis nominat Vaticanum, & Pupiniam, ut maxime ſteriles. ſcribit Valerius libro quarto: *M. Atilium Regulum agrum ſeptem jugerum habuiſſe in Pupinia, quaſi in ſterili ſolo.* uterque horum agrorum maxime ſuburbanus fuit. *Laured.* *Vaticanum & Pupiniam*] Vaticanus collis juxta Romam appellatus eſt, quod eo potitus ſit populus Romanus expulſis Etruſcis vatum reſponſo. Eſt & Vaticanus in propinquo ager exilis & macri ſoli. *Pupinia* ager eſt ſub urbe, qui tribui nomen dedit, ejus exile eſt & arenoſum ſolum. Livius ejus meminit: *Ad urbem ex Etruria magnis itineribus pergit, & in agro Pupinienſi ad famam intentus hoſtium conſedit.* Sic enim legendum puto, non ut excuditur vulgo, *Pipinienſi.* Columella: *M. Attilius Regulus dixiſſe memoratur, fundum, ſicuti ne fœcundiſſimi quidem ſoli, cum ſit inſalubris, ita nec effœti, ſi vel ſaluberrimus ſit, parandum. quod Attilius ætatis ſuæ agricolis majore cum auctoritate ſuadebat peritus uſu. Nam Pupinia peſtilentis ſimul & exilis agri cultorem fuiſſe loquuntur hiſtoriæ.* Turnebus.

Cum ſuis optimis atque uberibus campis] Malim, *opimis atque uberibus*, ne ſuperlativum nomen poſitivo prælatum ſit. *Laured.* *Optimis atque uberibus campis*] Virgil. II Georgicor. agrum omnium rerum feracem cum ſcripſiſſet, exemplum ſubjecit:

Talem dives arat Capua, & vicina Veſuvo
Ora jugo. Turnebus.

Cum ſuis optimis, &c.] Lambinus *opimis*. Pall. nihil mutant. tantum ſec. *optumis* veteri ſcripturæ modo. *Grut.*

Conferendos ſcilicet non putabunt] Accedo ſententiæ Senatoris Pariſini, Puteani, arbitrantis negationem hic ſupervacuam. hæc enim dici per ironiam, oſtendit particula *ſcilicet*; atque id quod ſequitur, *contendent, comparabunt.* Id.

Oppidorum autem finitimorum] Tertia cauſa contemptus ex nobilium finitimorum oppidorum copia, qua Capua Romam ſuperavit. Ex Latio nominat Labicos, Fidenas, Collatiam, Lanuvium, Ariciam, Tuſculum, quæ primis reip. temporibus magis, quam ſuis floruerant. Ex Campania Cales, Theanum, nimirum Sidicinum, Neapolim, Puteolos, Cumas, Pompejos, Nuceriam, quæ poſtremis etiam temporibus clara erant. Talis enim idonea per comparationem oppoſitio eſt. *Laur.*

La-

Labicos, Fidenas, Collatiam, ipſum hercle Lanuvium, Ariciam, Tuſculum, cum Calibus, Theano, Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompejis, Nuceria comparabunt. Quibus illi rebus elati & inflati, fortaſſe non continuo, ſed certe ſi paullum aſſumſerint vetuſtatis ac roboris, non continebuntur: progredientur longius, efferentur. Singularis homo privatus, niſi magna ſapientia praeditus, vix

Labicos] Vici erant ſub urbe, ut ſcribit Strabo, cum olim tamen oppida fuiſſent. Erant autem hi vici deſerti. Horatius:

Scis Lebedus quam ſit Gabiis deſertior atque Fidenis. Iuvenalis:

Vivat Gabiis, ut vixit in agro
Vivat Fidenis, & agello cedo paterno.

A Labicis via Labicana dicitur. *Turn.*

Ipſum hercle Lanuvium] Erfurt. *Ipſum Ercleianum.* Non eſt a manu Ciceronis, *ipſum hercle*, friget ſane. Forte Cicero ſcripſit: *Sueſſam* ſc. Pometiam, *Ardeam, Lanuvium.* Sed viderint acutiores. *Grav.*

Nuceria comparabunt] Patet ſententia. Magis tamen oſtendetur Campanorum arrogantia, ſi legatur, *non comparabunt.* Laured.

Quibus illi rebus elati] Concludit Campanos his rebus, quas ſupra commemoravit, elatos, ſi non continuo, at certe, ubi paulum aſſumpſerint roboris, longius eſſe progreſſuros, nec coloniæ ſuæ finibus fore contentos. Quibus verbis innuit periculi, quod ab iis Romæ imminet, magnitudinem. Quod autem ait: *Fortaſſe non continuo, ſed certo ſi paullum aſſumpſerint vetuſtatis.* Ἐξεταστεία eſt. probabilem enim rem facit a temporis intervallo, ſi non ſtatim, at aliquando inflabuntur. *Idem.*

Non continebuntur] A nullo contineri poterunt, quin aliquid in hanc urbem moliantur. *Turnebus.*

Progredientur longius, efferentur] Erf. *Progredientur cuncti ſecum ferentur.* Non fuſtra. Videtur Cicero ſcripſiſſe: *Progredientur longius, cunctique efferentur.* Sequentia verba *ſingularis homo*, &c. hanc conjecturam meam probant. *Grav.*

Singularis homo privatus] Probat a majori colonos Servilianos Capuæ collocatos aliquid eſſe flagitii paraturos. Etenim ſi ſingularis homo privatus vix officii rationem tueri in magna rerum affluentia poteſt, multo minus coloni iſti a Rullo delecti, Capuæ in domicilio ſuperbiæ, & ſedibus luxuriæ collocati ſe continebunt. Quod autem ait: *Niſi magna ſapientia praeditus.* Iccirco dixit, quia ſapientia moderationem, atque reliquas omnes virtutes ex Stoicorum ſententia amplectitur. opponit autem ſingularem hominem privatum multis a Rullo conquiſitis colonis, magnas privati hominis fortunas Capuæ, quæ eſt domicilium ſuperbiæ, & ſedes luxuriæ. Hæc argumentatio habet ſpeciem illius artificii, quod Βίαιον ab Hermogene vocatur. Si non ſtatim, at aliquo temporis intervallo inflatos iri colonos, qui a decemviro Rullo, & collegis Capuam deducentur, paulo ante dixit, jam contrarium dicit, ſtatim ſcilicet eos inflatos iri, & aliquid ſceleris, & flagitii conquiſituros. *Laured.* *Singularis homo privatus*] Hic *ſingularis* eſt unus, & opponitur multis colonis. Sic quod Plato dixit, ἀλλ' εἷς ὅδε ὢν μονογενὴς οὐρανὸς γεγονώς. Vertit Cicero: *Singularem Deus hunc mundum & unigenam procreavit.* Singularius in eodem ſenſu uſurpatum eſt a Turpilio: *Homo unica eſt natura ac ſingularia.* Apud Plautum tamen *ſingularia catena* dicuntur ſingularum librarum. *His indito catenas ſingularias, iſtas majores, quibus ſunt vincti, demito.* Sic *baliſta centenaria* dicuntur, quæ ſaxa centum pondo jaciunt. *Turn.*

Privatus] Nam in imperio & magiſtratibus homines ſolent eſſe inſolentiores. *Idem.*

Niſi magna ſapientia praeditus] *Quippe ſecunda res ſapientum animos* fatigant, Sall. bell. Catil.

vix facile ſeſe regionibus officii magnis in fortunis & copiis continet: nedum iſti ab Rullo & Rulli ſimilibus conquiſiti atque electi coloni, Capuae, in domicilio ſuperbiae, atque in ſedibus luxuriae collocati non ſtatim conquiſituri ſint aliquid ſceleris & flagitii. immo vero etiam hoc magis, quam illi veteres germanique Campani, quod in vetere fortuna illos natos & educatos, ni-

Regionibus] Officii finibus. Regiones ſunt in urbe, ut olim quatuordecim. Itaque apud Plautum ſcribitur de urbe: *Hi loci ſunt, atque hæ regiones, quæ mihi ſunt ab hero demonſtrata.* In agris etiam, atque adeo agri in regionibus ſunt. Terent. *Agrum in his regionibus meliorem neque pretii majoris nemo habet.* Etiam provinciæ regiones dicuntur, ut Galliæ regionem, cum dicimus. Sunt & *regiones*, ut ait Siculus Flaccus, *Intra quarum fines ſingularum coloniarum, aut municipiorum magiſtratibus jus dicendi, coercendique eſt libera poteſtas.* A regionibus igitur, quæ termino atque fine ſuo continentur, ducta tranſlatio eſt. *Turnebus.*

Conquiſiti] *Conquirere* eſt diligenter quærere. Vnde *conquiſitores* qui milites conquirunt, & dare nomina cogunt, nec tamen delectum voluntariorum habent. Livius: *Simul conquiſitoribus in civitates miſſis, quatuor millia conſcripti delecta juventutis.* Hinc *conquiſitio*. Livius: *Id primum omnium egit, ut per conquiſitionem numerum equitum augeret.* Iterum: *Aſdrubal cum intentiſſima conquiſitione, cum ad triginta millia peditum, tria equitum confeciſſet.* Cicero de provinciis Conſularibus: *Iam vero exercitus noſter ille ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione collectus omnis interiit.* Proinde ſcribit Pompejus *conquirere*, eſſe *coërcere* & *perſtringere*. Ac Plautini ſane *conquiſitores* coercent in Prolog. Amphit. & alibi. Ergo hic *conquiſiti* ſunt undique diligenter quæſiti, tanquam quadam conquiſitione & delectu. *Idem.*

In domicilio ſuperbia] Ὑπερβολή. ſic & in oratione poſt reditum in ſenatu: *Capua ne te putabas, in qua urbe domicilium quondam ſuperbia fuit, conſulem eſſe.* Laured.

In ſedibus luxuria] Erfurt. & Franc. nec non ed. Mediol. *in ſedibus luxurioſis.* quod non improbo. *Gravius.*

Conquiſituri] Non ſtatim quæſituri ſint. Hoc verbum de induſtria repetivit, cum eos conquiſitos & electos dixiſſet. *Turn.*

Sceleris atque flagitii] Superbia ad ſcelus impellit, luxuria ad flagitium, nequitiam, ſtupra. *Idem.*

Immo vero etiam hoc magis] Moturos in remp. arma Campanos, ſignificat primum a pari, deinde a minori. a pari, nam veteres etiam Campani vetere rerum copia depravati quondam id fecerunt. a minori, quia multo magis hi ex ſumma egeſtate in eandem rerum abundantiam traducti, non ſolum copia, ſed etiam inſolentia commovebuntur. eſt autem locus Ariſtotelis de quo ſupra etiam meminimus. qui, inquit, qui novas poſſident divitias inſolentiores eſſe, quam qui veteres. *Laur.*

Germanique Campani] Veri, unde germana ironia, germana patria, germanus negociator, & hujuſmodi alia. *Idem.*

Germanique Campani] Veri & indigenæ Campani, non ut coloni adſcriptitii & coloni inſitivi, quaſi qui ex eo ſolo tanquam ſtirpe germinarint, & nati ſint. At municipium germana dicitur patria municipum, ad patriæ communis, id eſt Romæ, in quam recepti ſunt, diſcrimen: active quod eos germinarit & ediderit. In oratore Ciceronis, qui legunt, *Germanos ſe putant eſſe Thucydidas*, pro Thucydidas, (ſenſus enim eſt, ſe meros & veros putant eſſe Thucydidas) & in Academicis, *ſi pauca mutaſſes, germaniſſimus Stoicis*, pro Stoicus, homines in errorem inducunt. *Turneb.*

Ni-

nimiae tamen rerum omnium copiae depravabant. hi ex ſumma egeſtate in eandem rerum abundantiam traducti, non ſolum copia, verum etiam inſolentia commovebuntur. Haec tu, P. Rulle, M. Bruti ſceleris ve- 36
ſtigia, quam monumenta majorum ſapientiae ſequi maluiſti: haec tu cum iſtis tuis actoribus excogitaſti, ut

Nimia tamen rerum omnium copia] Quamvis illi fortunæ aſſueviſſent, & in illis copiis nati & educati eſſent. *Turn.*

Inſolentia] Quod harum copiarum inſolentes ſint, quod his copiis non aſſueverint. atque hæc prima ſignificatio eſt. Quod autem qui ſecundæ fortunæ non aſſueverunt, arrogantes & ſuperbi efficiuntur, proinde inſolentia, ſuperbia & intolerantia dicitur. *Idem.*

M. Bruti ſceleris] Qui Marianus erat, coloniamq; Capuam deduxit, quam ſenatus ſuſtulit, agro Campano populi R. facto. Bruti & Mamerci Conſulatu tumultum in urbe fuiſſe ſcribit Salluſtius, in oratione Marci tribuni plebis. *Idem.*

Hæc tu cum iſtis tuis actoribus] Hinc incipit peroratio, quæ brevem continet ſuperiorum argumentorum repetitionem, amplificationem, animorum commotionem, & adhortationem. Repetit autem argumenta non omnia, neque eodem ordine, ſed quæ firmiſſima ſibi viſa ſunt, atque itaque ut primo & poſtremo loco firmiſſimum quodque collocet. quæ mediam naturam tenebant, ea in medium conjecit. Vectigalium venditionem, Capuæ oppoſitionem, quæ ad obtinendam cauſam plurimum valebant, primo loco poſuit. poſtremo, Pompeji dignitatis oppugnationem, quod & ipſum vehementer movebat populum. reliqua interpoſuit. illud, ut leve de comitiis habendis creandorum decemvirum gratia omiſit. omnia vero μετὰ δεινώσεως amplificat. Rullum & collegas ejus iſtarum rerum auctores in invidiam rapit. populum ut, quando conſulem fortem, ac vigilantem habet, qui pro retinenda libertate tantopere laborat, eum ſuis ſtudiis adjuvet. futurum enim ut nobilitas populi ipſius judicium in deligendo conſule maxime probet. Hæc autem cum increpatione in Rullum profert, qui conſilia potius M. Bruti, quam monimenta majorum, quos tantopere extulit, ſequi maluerit. *Laured.*

Cum iſtis actoribus tuis] Et ſi ex vulgata hac lectione certum ſenſum elici poſſe videam: quaſi enim poëta eſſet Rullus tribunus pl. & fabulam edidiſſet, legem agrariam, uſus actoribus, collegis, ita, μεταφορικῶς de eo Cicero loquitur. malim tamen, *auctoribus*, cujus vocis veſtigia ſunt etiam in libris quibuſdam manuſcriptis. habent enim, *auctionibus*. & quia hæc vox ſenſum habet meliorem. Auctores autem legis dicuntur, ii de quorum ſententia lex ipſa fertur. ſignificat autem Lucullum, & Craſſum. de quibus ſupra. *Idem.*

Cum iſtis actoribus tuis] Actores hic eos appellat Rulli collegas, qui agrariæ legi favebant, & ea de re cum populo agebant. Cicero de legibus: *At quid turbaſſitur in agendo, fraus actoris eſto.* Turneb.

Cum iſtis tuis actoribus] Haud aliter quoque Pall. & olim impreſſi. Lambinus, *auctoribus*, de ſuo ſcilicet. *Gruterus.* Ipſe tamen quod in Lambino improbavit probat in contextu editionis ſuæ. nullus quidem dubito recte hunc locum emendaſſe Lauredanum. Nam *auctor legis* eſt qui favet legi, qui cum populo agit, ſive ſuadet populo, ut legem accipiat, ut alibi oſtendi. Is vero nunquam *actor legis* dicitur. Aliter longe ſe habet locus Ciceronis in legibus: *At quid turbaſſitur in agendo fraus actoris eſto.* Si qui ad in agendo peccabitur, id damno peccabitur illius, qui agit, qui actor dicitur. Quia tamen omnes repugnant codices, nam & Erfurt. & Franc. vulgatam tuentur, non auſus ſum *auctoris* ex Lauredani conjectura recipere cum Lambino & Grutero. *Gravius.*

ut vetera vectigalia venderetis, & expleretis nova: [illegible] bi Capuam ad certamen dignitatis opponeretis; ut ſub veſtrum jus, juriſdictionem, poteſtatem, urbes, nationes, provincias, liberos populos, reges, terrarum denique orbem ſubjungeretis: ut, cum omnem pecuniam [illegible] [illegible] exhauſiſſetis

Vt vetera vectigalia venderetis, & explereti nova] Malim. *Expilaretis*, quam *expleretis*. ut in Verrem: *Exercitum, provinciamque compilavit*. Cæterum argumenta quæ repetit, ſatis ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, manifeſta ſunt. &, *nova*: Nuper inſtituta, & pro proximis annis quæſita. *Laured.* *Vt vetera vectigalia venderetis, & expleretis nova*] Vetera vectigalia, ut agrum Campanum vendebat Rullus. Sed idem ut illam ærarii lacunam expleret, imponi pergrande vectigal agris publicis jubebat. Hæc igitur vectigalia nova erunt. Supra: *Cognitio decemvirum privatus ſit an publicus: ſeque agro pergrande vectigal imponatur.* Similis eſt in Pompejum locus II ep. ad Attic. *Nunc vero Sampſiceramus quid dicet? Vectigal ſe nobis in monte Antilibano conſtituiſſe, agri Campani abſtuliſſe?* Hic vetus liber *explorare-tis*, id eſt, quæreretis habet. *Turneb.* *Vt vetera vectigalia venderetis, & expleretis nova*] Guilielmius conjicit, *excipeeretis*. ego *expilaretis*. Pall. hic abſunt a vulgata. nam ſec. habet, *ut vetera vectigalia ea expleretis novo.* quod idem in primo. ſed ei eſt vacuum ſpacium, poſt *novo*, litterarum trium annotatumque ad oram: *deeſt unus verſus.* Et vero talis lectio lacunaque litterarum triginta, extat in editione anni CCCCLXXXIII. *Gruterus.* Erfurt. & Francii liber: *Vt vetera vectigalia ea expleretis novo.* Locus eſt corruptus, qui hinc melioribus libris reſtitui non poteſt. Incertis conjecturis ludere, eſt lectori illudere. Sententia, quam ex his verbis colligit Turnebus, Latine perito non poterit probari. Valde blanditur Lauredani conjectura, quam recepit P. Manutius, & ſibi vindicat, imprudens credo, Gruterus. *Grævius.*

Vrbi Capuam ad certamen dignitatis opponere vis] Probo ſententiam eorum, qui, *opponeretis*, legunt, ut cum ſuperioribus, & cum inſequentibus, *venderetis*, &, *ſubjungeretis*, cohæreat. *Laur.* *Ad certamen dignitatis opponere vis*] Cum ſequatur, *venderetis* & *ſubjungeretis*, non vituperat eos Puteanus, qui legunt, *opponeretis*. Gruterus.

Sub veſtrum jus] Hæc omnia referuntur ad illum locum: Cognoſcite nunc, quæ poteſtas decemviris, & quanta detur, quam infinitam eſſe eo demonſtrat, quod non ſolum urbes, ſed nationes, non ſolum nationes, ſed provincias, non ſolum provincias, ſed regna, & orbem terrarum denique ſubjungat. eſt autem incrementum in verbis, creſcit enim oratio: & ab humilioribus ad altiora per quoſdam gradus aſcendit. *Laured.* *Sub veſtrum jus*] Veſtram poteſtatem, ditionem, auctoritatem. *Jus* enim munus eſt. lib. III de leg. *Sic enim animadverto pleroſque magiſtratus ignoratione juris ſui tantum ſapere, quantum apparitores velint.* juris eſt muneris. *Turnebus.*

Nationes] In natione multæ ſunt urbes: in magna regione, ut Gallia, multæ urbes. Eſt autem interdum natio genus hominum, ut Pompejus ait, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt. In pecore bonus fœturæ proventus bona natio dicitur. *Idem.*

Liberos populos] Παθ@ a libertatis amiſſione. *Laured.*

Subjungeretis] Tranſlatio a jumentis, quæ plauſtri jugo ſubjunguntur, unde ὑποζύγια a Græcis vocantur. *Turneb.*

Vt, cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis] Dictum ὑπερβολικῶς. neque enim erant exhauſturi omnem pecuniam, ſed quantum ad ſumptus neceſſarios faciendos ſatis fuiſſet. *Laur.*

Rede-

aerario exhauſiſſetis, ex vectigalibus redegiſſetis, ab omnibus regibus, gentibus, imperatoribus noſtris coegiſſetis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum veſtrum penderent: ut iidem partim invidioſos agros a Sullanis poſſeſſoribus, partim deſertos ac peſtilentes a veſtris neceſſariis, & a vobiſmetipſis emtos, quanti velletis, populo Romano induceretis: ut omnia municipia coloniaſque Italiae novis colonis occuparetis: ut quibuscumque in locis vobis videretur, ac quam multis videretur, colonias collocaretis: ut omnem rempubl. veſtris militibus, veſtris urbibus, veſtris praeſidiis cingeretis,

Redegiſſetis] Ex vectigalibus venditis. *Laur.* *Redegiſſetis*] *Redigere pecuniam* colligere mutuam aut debitam. Horatius: *Omnem redegi Idibus pecuniam.* Sic enim melius in veteribus libris legitur, non ut eſt in recentibus, *relegit*. Turnebus.

Coëgiſſetis] *Cogere* hic eſt redigere, unde *coactores*, qui mercenarii erant argentariorum, eorumque pecunias cogebant. Hinc a lena Plautina, quæ præſentem pecuniam ſibi dari poſcit, in diem promitti non vult, dicitur, *nihili eſt coactio.* Avus quoque Veſpaſiani coactiones argentarias fecit, ut ſcribit Tranquillus. *Idem.*

Tamen omnes vobis pecunias] Itaque eorum avaritiam importunam ſuperius vocavit. *Laured.* *Tamen omnes*] Vetus liber *tum omnes*, idque aliquanto melius. Nam præterquam illos, quos percenſuit, pecunia ſpoliabunt: tum vero nemo privatus erit, cui non poterunt extorquere calumnia nummos, circumſcriptionibus, denunciatione periculi, aut terrore publicandorum agrorum. *Turnebus.*

Deſertos ac peſtilentes] *Etenim quantulum intereſt, utrum in Maſſici radices, an in Apuliam alio ve deducamini*, dixit ſupra. & alio loco: *In Sipontina ſiccitate, aut in Salapinorum peſtilentia finibus.* Laur. *Deſertos ac peſtilentes*] *Peſtilentes*, qualem in Trinummo Plautus his verſibus deſcribit. ST. *Primum omnium olim terra cum proſcinditur, in quinto quoque ſulco moriuntur boves.* PH. Apage. ST. *Acheruntis oſtium in noſtro eſt agro: tum vinum priuſquam coactum eſt, pendet putidum.* Turnebus.

A veſtris neceſſariis] De Rullo ſuperius: *Habet*, inquit, *ſocerum virum optimum, qui tantum agri in illis reip. tenebris occupavit, quantum concupivit. huic ſubvenire vult ſuccumbenti*, &c. Laur.

A veſtris neceſſariis, a vobiſmetipſis emptos] Hac de re in argumentatione nulla eſt mentio. aut igitur ἐπεξήγησις eſt vocis illius, *a veſtris neceſſariis*, quaſi dicat, hoc eſt, vobiſmet ipſis, aut in ſuſpicionem adducit decemviros. multos legi manuſcriptos libros, in quibus eſt: *Et a vobiſmet ipſis.* Idem. Copula quoque extat in Erfurt. ac Francii libro, quam merito recipimus. *Gravius.*

Populo Romano induceretis] Quam magno velletis populo Romano inferretis. ἐπεισαγαγεῖν in hac ſignificatione dicitur interdum a Græcis. Qui *æſtimare* interpretantur Latine non admodum ſciunt. *Turneb.* Vide Manut.

Veſtris militibus] Nam militares deducebantur coloniæ eo tempore. Paterculus: *Neque facile memoriæ mandaverim, quæ, niſi militaris, poſt hoc tempus deducta ſit.* Et in M. Antonium de coloniæ deductione loquens Cicero: *Tu autem*, inquit, *inſolentia elatus, omni auſpiciorum jure turbato, Caſilinum coloniam deduxiſti, quo erat paucis annis deducta, ut vexillum videres, & aratrum circumduceres.* Idem.

retis, atque oppreſſam teneretis, ut ipſum Cn. Pompejum, cujus praeſidio ſaepiſſime populus Romanus, contra acerrimos hoſtes, & contra improbiſſimos cives victor exſtitit, proſcribere atque horum conſpectu privare poſſetis: ut nihil auro & argento violari, nihil numero & ſuffragiis declarari, nihil elata manu perfringi poſſet,

Vt ipſum Cn. Pompejum] Hæc verba uſque eo, *ereptum teneretis*, abundare putat Paulus Manutius. *Lauredanus.*

Contra acerrimos hoſtes, & contra improbiſſimos cives victor extitit] Bellum Africanum, Sertorianum, & Mithridaticum intelligit, quibus Pompejus Domitium, Carbonem, Sertorium, & Perpernam, cæteroſque cives Marianæ factionis ſocios perſecutus eſt, & Hiarbam Africæ, & Mithridatem Ponti reges ultus eſt. Quod autem ſcriptum eſt, *victor extitit:* Sunt, qui opinantur legendum, *victor evaſit*, lectionis antiquæ veſtigia ſequuti, quæ eſt, *victorem atque.* Mihi certe, ut, quod ſentio, exponam, verbum *extitit* frigidius videtur. *Idem.* Omnes editiones veteres Mediolor. Aſcenſ. Hervag. uſque ad Victorianam, ut & M S S. Erfurt. & Franc. *Improbiſſimos cives victorem, atque horum conſpectu.* Victorius edidit, quem ſequitur Lambinus, & Hervag. *improbiſſimos cives victor eſt, proſcribere.* Si ex M S S. optime. Merito Lauredanus improbat *extitit*, nec ſcio unde ea vox profecta ſit. P. Manutius recepit ex Lauredani conjectura *evaſit*, quod ſæpe fecit in his orationibus agrariis, nulla tamen mutationis mentione facta in explicatione. *Gravius.*

Proſcribere] Verbo utitur invidioſo, cum eum proſcribi dicit, cujus vectigalia vendit. Vendi enim agros Regios in Ponto & Cappadocia Pompeji virtute partos jubebat, & cui decemviri exercitum ſint ademturi. Eſt autem *proſcribere* palam & aperte ſcriptum proponere, ut cum bona alicujus proſcribantur, palam tabula ponitur, in qua id ſcripto editum eſt, Græcis προγράφειν. Turnebus.

Horum conſpectu privare] Nam ab iis ſi ignominia afficiatur, veſtro poſthac conſpectu carebit, lucem & celebritatem urbis fugiet. *Idem.*

Vt nihil auro & argento violari] Vt omnia eorum ditioni & poteſtati permiſſa ſint, quæ vel corruptela nummorum violata obtineri: vel comitiis & populi ſuffragiis, quem penes eſt jus mandandarum poteſtatum, tribui: vel vi & armis quæri poſſunt. *Violari* dicuntur, quæ integra, ſancta & incorrupta ſunt cum polluuntur. Etiam pro [illegible] Homeri imitatione a Virgilio uſurpatur:

Indum purpureo veluti violaverit oſtro
Si quis ebur.

Homerus:

Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. Idem.

Nihil numero & ſuffragiis declarari] Non eſt, ut quidam ſuſpicantur, mendoſus hic locus, ſed obſcurus. ſignificat autem, ut ego opinor, *numero & ſuffragiis*, in foro, & in campo. Nam numerus in concione valet, ſuffragia vero in campo: in foro, cum adeſt concio agente cum populo magiſtratu: in campo, ſuffragii ferendi cauſa. unde illud Livii lib. IX. in extremo: *Forum, & campum corrupit.* quod ſi ita exponemus, notulam delebimus, quæ eſt in omnibus impreſſis. *Laured.*

Nihil elata manu perfringi poteſt] Egnatianus liber habet *velata*, unus meus *vel lecta*, in impreſſis ſtellula eſt e regione appoſita, quæ corruptum locum ſignificet. Fortaſſe autem, (quanquam paulo magis quam ſoleo a veteri ſcriptura diſcedo) *Nihil vi ac manu*, recte legi poterit. ut ſemper cum uno verbo duo nomina Cicero adjunxerit, & quem-

poſſet, quod non vos oppreſſum atque ereptum teneretis: ut volitaretis interea per gentes, per regna omnia cum imperio ſummo, cum judicio infinito, cum omni pecunia: ut veniretis in caſtra Cn. Pompeji, atque ipſa caſtra, ſi commodum vobis eſſet, venderetis, ut

& quemadmodum dixit: *Auro & argento violari, numero & ſuffragiis declarari*, ſic dicat, *Vi ac manu perfringi*. ſententia certe non repugnat. *Laured.*

Elata manu] Per vim & impreſſionem perrumpi. Qui enim aut aliquem pulſare volunt, aut fores perfringere, manum efferunt. Quod ἀνατείνασθαι Græci dicunt, & ἀνατείνας τὴν χεῖρα. Turn.

Nihil elata manu, &c.] Ex veteris ſcripturæ veſtigiis obſcuris hanc olim lectionem elici poſſe putavi, *nihil vi illata, & manu*. quam nunc minus probo. teſtatur autem Lauredanus, ſic eſſe ſcriptum in quodam codice manuſcr. *nihil velata manu*: in alio, *vel lecta manu*. Sed (non enim poſſum manum tollere de tabula) quid ſi ita legamus, *vi, & allata manu?* Quid ſi, *vi, & facta manu?* Quid, ſi hoc modo? *vi, & delecta manu?* per delectam manum autem intelligentur milites delecti, id eſt, ut hodie vulgo in libris legitur, *delecti*. Veteres enim dicebant, *dilectum militum*, non delectum, ut ſæpe admonuimus: & item ante nos alii. Cl. Puteanus autem exiſtimat legi poſſe, *violenta manu*. Lambinus.

Nihil vi ac manu] Eſt a conjectura Laurędaniana. nam vulgo recepta lectio, *nihil elata*, non viſitur in olim editis, qui *nihil velata*, quod & in Pal. pr. nam ſec. *vel leta*. aliorum ſcripti *vel lecta*. unde faciebat Guilielmius, *nihil vi lecta manu*. Grut. Probo & ipſe valde Lauredani conjecturam, quam tamen malo in notis legi, quam in contextu. Nec quiſquam illam recepit niſi Gruterus. Victorius, Manutius, alii plurimorum codicum, quamvis corruptorum ſcripturam retinuerunt. Erfurt. *vellata manu*. Turnebi interpretationi non poſſum ſubſcribere, non modo quia hoc loquendi genus in hac quidem ſententia a Latina linguæ genio eſt aliena, ſed & quia me movent rationes a Lauredano allatæ. Apud Lucanum lib. 1. legitur:

Elataſque alte, quæcunque ad bella vocaret,
Promiſere manus.

Sed ibi legendum:

Elataque alte, quæcunque ad bella vocaret,
Promiſere manu.

Elatis manibus promiſere ſe ad bella ituros. Pro quo Claud. 1 in Ruffinum:

Orantes ſequitur clamor, cunctique profanas
Erexere manus, inventaque triſtia laudant.

Aſſenſum & approbationem milites & apud nonnullas gentes, populus quoque elatis manibus teſtabantur. in nummis id etiam videre licet; hoc eſt elata manu promittere. Sed *promittere manus* hic nihili eſt locutio. Aliud apud Florum eſt *extraordinariam promittere manum*, pro extraordinarium exercitum, quem ſuis ſumtibus conducebant Fabii. *Gravius.*

Oppreſſum atque ereptum teneretis] Occupatum, ut apud Plautum, *Sed ſi mecum occaſionem opprimere hanc, quæ obvenit, ſtudet*. Et Terentius: *ut in ipſo articulo oppreſſit* dixit, pro cepit, occupavit. & mox, *per oppreſſionem ut hanc mihi eripere poſtulet*, id eſt, me opprimens in ipſo articulo, ut Gallice dicere ſolemus, me ſuprenens. *Turneb.*

Cum imperio ſummo] Supra: *Cum imperio ſummo, judicioque omnium rerum vagari, ut liceat, conceditur*. Lauredanus.

Atque ipſa caſtra] Ὑπερβολικῶς ita locutus eſt. ſuperius enim non caſtra, ſed manubias imperatoris Pompeji in ejus caſtris a Rullo venditum iri dixit. *Idem.*

ut interea magiſtratus reliquos legibus omnibus ſoluti, ſine metu judiciorum, ſine periculo petere poſſetis: ut nemo ad populum Romanum vos adducere, nemo producere, non ſenatus cogere, non conſul coercere, non tribunus pl. retinere poſſit. Haec ego vos concupiiſſe pro veſtra ſtultitia atque intemperantia non miror: ſpe-

Vt interea magiſtratus reliquos] Hæc etiam ad infinitam decemvirum poteſtatem indicandam pertinent: ſed repetit, ut impreſſam populo relinquat recentem memoriam earum rerum, quæ ad movendos animos plurimum valent. *Lauredanus.*

Legibus omnibus ſoluti] Quæ de tempore & ratione petendorum & capiendorum cavent. *Solvi legibus* dicitur cui gratia & venia legibus fit. Iure autem antiquo cautum erat, ne quis legibus ſolveretur, niſi per populum. Poſtea ſenatuſconſultis etiam ſolvebantur, quibus tamen addebatur, ut ea de re ad populum ferretur. Sed poſtremo deſitum erat ferri, ac ſenatuſconſulto adjici. *Turnebus.*

Sine metu judiciorum] Nam qui reus factus eſt prohibetur petere, ut Catilina reus factus Conſulatum petere non potuit, quod intra legitimos dies profiteri non potuiſſet. At qui in magiſtratu ſunt, in judicium vocari nequeunt, neque rei fieri. *Idem.*

Petere poſſetis] Non extraordinarios, ſed quorum eſt certus ordo. Non licebat per leges eum qui in magiſtratu erat, honores petere. Candidatum enim privatum eſſe oportebat, & inter magiſtratus ſpatium interponebatur, quo privati erant, biennii ſaltem. *Idem.*

Nemo ad populum Romanum vos adducere, nemo producere] Adducere ad populum dicitur de reo, cum poſtulatur: producere ad populum, cum privatus a magiſtratu quacunque de re pro roſtris interrogatur. ut epiſt. ad Attic. lib. 11. *Tum Piſonis conſulis impulſu leviſſimus tribunus pleb. in concionem produxit Pompejum, & quaeſivit ex eo, placeret ne.* & in oratione pro domo. & alibi ita. His in verbis ὁμοιοτέλευτα, ἀναιρέσεις, ἐπαναφοραὶ ornant orationem. *Lauredanus.*

Nemo ad populum Romanum vos adducere, nemo producere] *Adducere* in diſquiſitionem vocare, in judicium adducere. Nec enim qui in magiſtratu eſt cauſſam dicit. *Producere.* Nam magiſtratus in concionem interdum ab aliis producebantur. At decemviri vel id recuſabunt, vel etiam Roma aberunt. Cicero in Piſonem ſic magiſtratus produci ſcribit: *Idem illo fere biduo productus in concionem ab eo, cui ſic æquatum præbebas conſulatum tuum, cum eſſes interrogatus, quid ſentires de conſulatu meo, gravis auctor respondes, altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, crudelitatem tibi non placere.* Turnebus.

Retinere] Apte: cum tribuni intercedant aliorum magiſtratuum actis, & ea impediant. *Idem.*

Hac ego vos concupiſſe] Cum omnia, quæ hac lege continebantur, incommoda enumeraſſet, mirari ſe negat eos hæc concupiviſſe, ſed ſperaſſe ſe conſule conſequi poſſe. Egregie cupimus enim nulla ſæpe ratione adducti, ſperamus juſta. Vnde dixit ad Q. frat. *In quo magis eſt optandum, quam ſperandum.* Nunc vero ſedata jam animi contentione mitius agit. at ſupra indignabundos querebatur, ſe tam contemptum eſſe a devemviris, ut hæc portenta ſe conſule potiſſimum cogitarent. *Laured.*

Intemperantia] Inſania, ut in Tuſculanis: *Hominis eſt intemperanter abutentis otio & litteris*, id eſt, ſtulte. Et in Academica: *Intemperantis enim arbitror ſcribere, quod occultari velit*, id eſt, ſtulti & inſani. Proinde *intemperiæ* apud Plautum furiæ ſunt: *Neſcio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenent.* Turnebus.

Nam

ſperaſſe, me conſule aſſequi poſſe demiror. Nam cum omnium conſulum gravis in republ. cuſtodienda cura ac diligentia debet eſſe, tum eorum maxime, qui non in cunabulis, ſed in campo ſunt conſules facti. nulli populo Romano pro me majores mei ſpoponderunt: mihi creditum eſt: a me petere quod debeo, me ipſum appellare debetis. Quemadmodum, cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: ſic,

Nam cum omnium conſulum] Quod dixit, mirari, ſperaſſe eos ſe hæc portenta conſequi poſſe ſe conſule, probat. quippe qui ſit, & eſſe debeat in cuſtodienda rep. diligentiſſimus. nam cum omnes alii, tum maxime, qui non generis gratia, ſed virtutis facti ſunt conſules, ſummopere pro rep. eniti ac vigilare debent. Conſules autem in cunabulis factos ſignificat eos, qui generis ſplendore, & majorum commendatione ad conſulatum pervenerunt, in campo, qui virtute. in campo enim virtus, & induſtria candidatos commendat. *Lauredanus.*

In cunabulis] *Cunæ* ſunt lecti puerorum, *incunabula* culcitulæ, in quibus reponuntur. Plautus: *Faſciis opus eſt, cunis, incunabulis.* Iuvenalis: *Et ſegmentatis dormiſſet parvula cunis*, pro cunabulis dixit.

In campo ſunt conſules facti] Qui genere & natalibus conſulatum non meritus ſit, ut nobiles & patricii: ſed qui populi ſuffragiis ſit adeptus in campo Martio, ubi comitia centuriata habentur. *Turnebus.*

Nulli populi Romani pro me majores mei ſpoponderunt] Hæc eſt aſſumptio hujus argumentationis. ſe enim non in cunabulis factum, ſed in campo conſulem addit, id eſt, non majorum ſuorum meritis, ſed ſuis eſſe conſulatum delatum. neque enim ſe habuiſſe majores, qui in republica honores ceperint, ac pro ſe ſpoponderint, ſed ſibi creditum eſſe, a ſe peti, quod debeat, oportere. debet autem unuſquiſque conſul ſingulare in rep. ſtudium. itaque de ſe ita etiam dixit in prima in Catilinam: *An invidiam poſteritatis times? præclaram vero populo Romano refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione majorum, tam mature ad ſummum imperium per omnes honorum gradus extulit.* Laured. *Nulli populo Romano pro me majores mei ſpoponderunt*] Nobilitas majorum meorum non ſpopondit me optimum Conſulem fore, ſed ejus rei ſolus ipſe promiſſor & ſponſor ſum. Spes eſt autem bonis procreatos & nobilibus, a majorum ſuorum virtute non degeneraturos. Itaque pro iis auctores generis ſpondent, majorumque virtus. Ducta tranſlatio eſt a ſtipulationibus & pactis creditarum pecuniarum, quibus & ſponſores & expromiſſores dari ſtipulamur. *Turn.*

Me ipſum appellare debetis] Appellantur debitores a creditoribus, cum ab iis pecunia flagitatur. Columella: *Quoniam vel optima nomina non appellando fieri mala fænerator Alphius dixiſſe veriſſime fertur.* Hic autem Alphius eſt, de quo ſcripſit Horatius:

Hæc ubi locutus fænerator Alphius
Iam jam futurus ruſticus. Idem.

Quemadmodum cum petebam nulli me vobis auctores generis mei commendarunt] Exornatio a contrariis. ſunt enim inter ſe oppoſita virtus, & vitium, præmium, & pœna. quanquam virtutem & præmium modeſte reticuit; quod ni feciſſet, dixiſſet: Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt, ſed virtuti meæ debita præmia tributa ſunt; ſic, ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me a vobis deprecentur, id eſt, quæ me a pœna eximant. Ita fortaſſe dixiſſet

ſic, ſi quid deliquero, nullae ſunt imagines, quae me
37 a vobis deprecentur. Quare, modo ut vita ſuppetat, quamquam ego ſum is, qui eam poſſim ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere, polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide: rempubl. vigilanti homini,

dixiſſet apertius, ſed quo minus arrogans eſſet oratio, virtutis ſuæ mentionem, & præmii omiſit. non corrupta autem, ſed præpoſtere collocata, & confuſa ſunt verba impreſſorum inſcitia: *Quæ a me vobis deprecentur.* Quorum ordine mutato ſic lego, *Quæ me a vobis deprecentur*, quod & ex ſententia ipſa, & veterum exemplarium auctoritate comprobatur. *Laured.* *Nulli me vobis auctores generis mei commendarunt*] Majorum virtus & gloria nobis eſt commendationi & gratiæ ad honorum adeptionem, eadem cum peccavimus ad veniam & pœnæ deprecationem nobis proſunt. Vt autem Cicero *auctores generis* dixit, ita quoque proauctores ea forma, qua proavos ſolemus, dixit in Suetonium: *Etiam Appium cæcum cenſorem, generis ſui proauctorem, libertinorum filios in ſenatum adlegiſſe docuit.* Turnebus.

Quæ me a vobis deprecentur] Quæ mihi a vobis veniam petant. Nam in hoc genere *deprecari*, eſt aliquem ab alio dari & concedi precibus petere. ut & in orat. ad Quirites poſt reditum: *Fratrisque mei miſerrimi atque optimi quotidianæ lachrymæ ſordeſque me a vobis deprecatæ ſunt.* Idem.

Quare, modo ut vita ſuppetat] Concludit, ſe, quemadmodum ſibi faciundum eſſe oſtendit, remp. diligenter, ac fortiter defenſurum, modo vita ſuppetat, quam etiam ab adverſariorum inſidiis cuſtodiet. Locus ad colligendam benevolentiam populi aptiſſimus. *Laur.* Erfurt. *modo ſi vita ſuppetat.*

Modo ut vita ſuppetat] Vtinam modo vita ſuppetat. Terent. *Proin tu face apud te ut ſies. P. Modo ut poſſim.* Hic tamen *ut* pro *ne non* Donatus accepit. *Turnebus.*

Quanquam ego ſum is, qui eam poſſim ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere] Sic in omnibus libris emendate impreſſis legitur. unus tamen meus manuſcriptus habet: *Quam ego ſpero ab iſtorum ſcelere, inſidiiſque defendere.* Alter *quam ego ab iſtorum ſcelere, ſummiſque inſidiis defendere.* Egnatianus, & alii, *Quanquam ego ſum is ab iſtorum ſcelere, inſidiiſque defendere.* quos cum inſpiceremus, & ſi non nihil inter ſe diſcrepare animadvertimus, duas tamen voces ab omnibus abeſſe deprehendimus, quæ in impreſſis ſunt, *eam poſſim.* quare ſic emendaremus, *Quam ego ſum is, qui ab iſtorum ſcelere, inſidiiſque defendere.* ex qua correctione, ni fallor, ſatis aptus elicitur ſenſus: nec a manuſcriptis exemplaribus valde diſceditur. eſt autem ἐπιδιόρθωσις λαμπρότης. nam (ut Hermogeni placet) ex ſententiæ, quæ gloriationem aliquam in ſe continent, ad eam formam pertinent, quam ipſe ſplendorem vocat. *Laur.* Erfurt etiam, *Quam rem, modo ſi vita ſuppetat, quã ego ſum is, ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere.* Nec aliter ſcribitur in Franc. niſi quod retineat *qua re* & *ut.* Eſt depravatio in hoc loco. Nullam commodam ſententiam præſtat emendatio Sigoniana, quæ commodiſſima eſſet, ſi ſic ſcriberetur: *Quare, ſi vita ſuppetat, modo ego ſim is, qui eam poſſim ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere.* Sic loquitur ut a ſe removeat pollicitatione ſequente omnem inanem jactantiam. *Grav.*

Bona fide] Ex animi ſententia, & ſine dolo. Bona enim fides dolo & fraudi opponitur. Hoc autem in genere jurisjurandi ſancti genus eſt, quod indicat Plautus in Captivis: Heg. *Dic bonan' fide tu mihi iſtæc verba dixiſti?* Er. *Bona.* ſequitur enim mox Er. *An tu dubium habebis etiam cum ſancte cum jurem tibi.* Poſtremo Hegio: *Si parva jurejurando eſt fides, viſe ad portum.* Turnebus.

mini, non timido, diligenti, non ignavo commiſiſtis. Ego is conſul, qui concionem metuam? qui tribunum pleb. perhorreſcam? qui ſaepe & ſine cauſa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi tribunus pleb. duci juſſiſſet? Ego nondum veſtris armis armatus, in-

Ignavo] Fortitudini contraria eſt ignavia, ut Cicero de inventione ſcribit: *Neque diligentia neque vigilantia quicquam prodeſſet, ſi fortitudo ac virtus deeſſet.* Vigilantia laudatur in Conſule, ut jocus ille Ciceronis ſatis ſignificat, *Vigilantem habemus Conſulem, qui in Conſulatu ſuo ſomnum non vidit.* Turnebus.

Ego is conſul, qui concionem metuam] Hæc & quæ ſequuntur Ciceronis non eſſe, neque ad rem pertinere Paulus Manutius exiſtimat. Quod ſi ea Ciceronis eſſe dicamus, tum alterum ex iis, quæ propoſuit, ab eo confirmari dicemus, nimirum ſe forti, ac minime timido animo remp. adminiſtraturum. Ego, inquit, timidus conſul non ſum. ſignum. etenim ſi veſtris nondum armis armatus nihil timui, multo minus veſtro præſidio inſtructus nunc timebo. Timoris autem conſularis partes perſequitur; ut concionem reclamantem timere, cui aliquando Æmilianus ita reſpondit: *Hoſtium armatorum clamorem qui non extimui, multo minus veſtrum metuam, quorum Italia noverca, non mater eſt.* Tribunos pl. perhorreſcere, id eſt, poteſtatem tribuniciam, quæ plerumque conſulari adverſatur, timere: *Sæpe, & ſine cauſa tumultuari.* quod eſt animo, & mente conturbari. Carcerem, ſi eo tribunus duci juſſerit, timere. nam hæc tribunorum pl. in conſules poteſtas fuit. itaque Brutum & Naſicam Cos. a C. Curiato trib. pl. in carcerem conjectos, quia ſibi non ſatisfeciſſent, accepimus. ſignificat deinde ſe jam tum conſulem deſignatum, antequam inito magiſtratu imperium conſulare adeptus eſſet, Servilio tribuno pl. qui jam tribunatum inierat IV. id. Decemb. reſtitiſſe. Eodem vero argumento uſus eſt in II Philippica: *Defendi remp. adoleſcens, non deſeram ſenex: contempſi Catilinæ gladios, non pertimeſcam tuos.* Laured.

Qui tribunos plebis perhorreſcam] Melius in ſcripto libro: *qui tribunum pl.* ſequitur enim *improbitati hominis reſiſtere.* Non ſum, inquis, talis Conſul, qui timeam in concionem populi venire, quo aditus tribunis popularibus magis patere, quam Conſulibus videtur, nec Rullum tribunum pertimeſco. *Turneb.* Francii quoque liber: *qui tribunum plebis perhorreſcam.*

Tumultuer] Trepidem, perturber, ut lib. I offic. *Fortis vero animi eſt & conſtantis, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur.* Turnebus.

Ne mihi in carcere habitandum ſit] Ne a tribuno in carcerem conjiciar. Eſt *habitare* interdum verſari & aſſiduum eſſe, ut lib. III. de legibus: *Theophraſtus vero inſtitutus ab Ariſtotele habitavit, ut ſcitis, in eo genere rerum.* ubi *abundavit* vulgo male legitur. *Idem.*

Duci juſſiſſet] *Duci* hic eſt a viatore in carcerem duci juſſu magiſtratus. Eſt etiam ad ſupplicium rapi. Seneca: *Ille autem Febrium duci jubebat.* Idem.

Ego nondum veſtris armis armatus] Hic integrior eſt liber MS. *Ego enim veſtris.* & paullo poſt, *non horreo.* Iterum, *nec vereor.* idque ſine interrogatione. Significat enim ſe auctoritate & inſignibus Conſulatus fretum non timuiſſe in concionem venire. Hoc qui de lege Manilia intelligunt, ſtultitiæ ſuæ ſpecimen hominibus oſtendunt. *Idem.*

Ego nondum veſtris armis armatus] Locus iſte totus eſt fractus. nam Pal. pr. *Ego cum veſtris,* ſicque editt. vett. Pal. ſec. *Ego tum veſtris, &c.* Mox ubi hodie legitur: *nunc verear ne reſpub. &c.* habet Pal. ſec. *reſiſtere, vereor ne P. R. tantis pa.* *reſiſtere: nec vereor ne R. P.* quomodo & olim editi, niſi quod primus *reſp.* Puteanus

inſignibuſque ampliſſimis ornatus, imperio, auctoritate; non horrui in hunc locum progredi, vobiſque auctoribus improbitati hominis reſiſtere: nunc verear, ne reſp. tantis munita praeſidiis, ab iſtis vinci aut opprimi poſſit? Si antea timuiſſem, hac concione, hoc populo certe non vererer. Quis enim umquam tam ſecunda concione legem agrariam ſuaſit, quam ergo diſſuaſi? ſi hoc diſſuadere eſt, ac non diſturbare ac pervertere.

Ex

mus tentabat; *nunc verear tantis munitus præſidiis, ne reſpub. ab iſtis, &c.* Gruterus. Erfurt. non agnoſcit *nondum*.

Inſignibuſque ampliſſimis ornatus] Conſulatu, cujus inſignia ſunt lictores & prætextu. *Turnebus.*

Non horrui in hunc locum procedi poſſe] Roſtra dicit, ex quibus ſolebant haberi ad populum conciones. ſic & in Pompejana: *Et his temporibus non pudebat magiſtratus populi Romani in hunc ipſum locum aſcendere, cum eum*, &c. Non ignorare autem oportet, unumquemque ſenatorem vel privatum promulgatas leges, & ſuadere, & diſſuadere potuiſſe, legumque promulgatarum prohibitionem rem uſitatam fuiſſe, ut ſuaderentur, & diſſuaderentur leges apud Romanos. hoc traditur a Livio libro quadrageſimo his verbis: *Traditum eſt, ne quis prius intercederet legi, quam privatis ſuadendi diſſuadendique leges poteſtas facta eſſet, eoque perſæpe eveniſſe, ut qui non profeſſi eſſent ſe interceſſuros, animadverſis vitiis legis ex ratione diſſuadentium intercederent, ut qui ad intercedendum veniſſent, deſiſterent victi auctoritatibus ſuadentium legem.* Laured. *Non horrui in hunc locum progredi*] Non timui in concionem venire, audacter huc proceſſi, nihil timens tribunum. Alias *horreo* legitur. *Turnebus.* *Non horrui in hunc locum progredi, vobiſque*] Mſſ. noſtri (ſic etiam Erf.) & editi ante centum & triginta annos, *non horreo in hunc locum progredi poſſe, vobiſque.* quod *poſſe* in omnibus fere adhuc impreſſis, excepta Lambiniana, ejuſque traducibus. *Gruter.*

Improbitati hominis] Rulli. Qui *hominum* hic legunt, docent ſe ad ſcriptores depravandos eſſe natos, non ad intelligendos. *Turnebus.*

Tantis munita præſidiis] Armis, inſignibus, imperio, auctoritate conſulari. *Laured.* *Nunc verear, ne reſp. tantis munita præſidiis*] Non videtur ſatis quadrare hæc antitheſis, *ego nondum veſtris armis armatus*, &c. *nunc verear, ne reſp. tantis munita*, &c. deberet enim potius hoc modo fieri oppoſitio, Cicero nondum armis inſtructus, &c. Cicero magnis præſidiis munitus, &c. Itaque ſic potius legendum videtur: *Nunc verear, ne tantis reip. munitus præſidiis, ab iſtis vinci, aut opprimi poſſim?* Quidam ſic malunt, *nunc verear, tantis munitus præſidiis, ne reſp. ab iſtis vinci, aut opprimi poſſit?* quod minus probo. *Lambinus.*

Si antea timuiſſem, hac concione, hoc populo certe non vererer] Alterum ſignum, cur ſibi non ſit timendum, affert ſtudia erga ſe popularia, quæ ex vultu ipſius populi, qui in concione ſtabat, cognoſcebantur. Sic enim in ſequenti inquit: *Video quoſdam Quirites ſtrepitu ſignificare neſcio quid, & non eoſdem vultus, quos proxima mea concione mihi præbuerunt, in hanc concionem mihi retuliſſe.* Attentam ergo, atque amicam ſibi concionem animum addere ſignificat. cum attentius ipſe legem agrariam diſſuaſerit, quam multi ſuaſerint. *Lauredanus.*

Tam ſecunda concione] Tanta concionis approbatione, tanto populi ſtudio & aſſenſu. *Turnebus.*

Si hoc diſſuadere eſt, ac non diſturbare ac pervertere] Id corrigit verbis gravioribus uſus, *Diſturbare, ac pervertere.* libri

tamen

Ex quo intelligi, Quirites, poteſt, nihil eſſe tam populare, quam id, quod ego vobis in hunc annum conſul popularis affero, pacem, tranquillitatem, otium. Quae nobis deſignatis timebatis, ea ne accidere poſſent, conſilio meo ac ratione proviſa ſunt. non modo vos eritis in otio, qui ſemper eſſe volueritis, verum etiam iſtos, quibus otioſi negotium faceſſimus, otioſiſſimos reddam. Etenim

tamen antiqui habent, *atque pervertere*, quod probo: ſententia enim fit numero plenior, & compoſitione lenior. *Lauredanus.*

Ex quo intelligi, Quirites, poteſt] Attentionis popularis cauſam eſſe ait popularis conſulis orationem, qua pacem, tranquillitatem, ocium pollicetur, quibus nihil eſſe, ut initio dixit, popularius poteſt. *Idem.* *Ex quo intelligi. Quirites, poteſt*] Cum tam ſecunda populi Romani voluntate legem diſſuaſerim, ac diſturbarim, nihil eſſe tam populo gratum, quam pacem, nullamque agrariam rogationem a populo fieri tanti, quanti otium intellexi. *Turnebus.*

Quam id ego] Legendum eſt, *Quam id quod ego.* Laured. Sic ſane Pith. Erfurt. & Franc. M S S.

Conſul popularis] Imo vero popularem ſe ſimulat, cum revera ſenatum & paucos defenderet. Ad Atticum: *Totum hunc locum, quem ego varie in meis orationibus in Ariſtocratia pingere ſoleo, de flamma, de ferro, noſti meas ληκύθους, valde graviter pertexui.* Nam Ariſtocratiam appellat ſenatus imperium, quod ipſo Conſule fuit. Quam ob cauſſam etiam, vereor, apotheoſin vocabat, quod a bonis ſteterit, & egregie remp. defenderit: *Videſne Conſulatum illum noſtrum, quem Curio ante ἀποθέωσιν vocabat, ſi hic factus erit, fabam mimum futurum.* Dicit enim Conſulatum, quo tantam promeritus laudem ſit, & in cœlo pæne collocatus, nullo loco futurum, & in nihilum rediturum, ſi Conſul fiat Afranius. *Turneb.*

Qua nobis deſignatis timebatis] Adimit metum eorum malorum, quæ ſe deſignato conſule impendebant. ne fides de foro tolleretur, judicia perturbarentur, res judicatæ infirmarentur. ſe enim conſilio ac ratione ea ne accidere poſſint providiſſe. *Laured.*

Non modo vos eritis in otio] Immoratio, qua auget magis diligentiam ſuam; cum pollicetur ſe ocium non ſolum ocii ſtudioſis, ſed etiam iis, quibus ocium ipſum diſplicet, & qui ocio civitatis perturbantur, paraturum, id eſt, tribunis pl. & reliquis in civitate turbulentis hominibus ad quodcunque facinus paratis, quibus nihil ocio publico eſſe inimicius poterat. *Idem.*

Semper eſſe volueratis] Melius liber ſcriptus, *volueretis.* Idem. Sic & Franc. & Pith. M S. quos merito ſequor.

Quibus otioſi negotium feciſſemus] Procul dubio legendum eſt, *Negotium faceſſimus*, ut Carolus Sigonius doctiſſime & ingenioſiſſime legit; nam & id ſententia poſtulat, nec dicendi ratio reſpuit: eſt enim negotium faceſſere uſitatum Ciceroni, pro, negotium præbere. unde illud ad Appium: *Cum eſt ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent.* & pro Cluentio: *Si cui hac lege negotium faceſſetur.* Laur. *Negotium feciſſemus*] Quibus otium noſtrum moleſtiæ & damno fuiſſet. Liber vetus: *quibus otioſi otium feciſſemus.* Nam otio civitatis obſoleſcunt ac ſeneſcunt, turba & tumultu poſcuntur & florent. Simile illud Terentii: *Poſtquam poëta vetus poëtam non poteſt retrahere a ſtudio & tranſdere hominem in otium.* Turneb. *Negotium faceſſimus*] Sic emendavit Sigonius, cum libri vulg. haberent, *negotium feciſſemus.* Lamb. *Quibus otioſi negotium faceſſimus*] Hæc eſt conjectura Sigonii. nam vulgo eſt, *feciſſemus.* at antiquiores edd. *quibus otioſi otium feciſſemus.* quod & in Pal. pr. quippe

ulceribus ſcatet, ideoque tam varie legitur in antiquis libris. In Erf. & Francii ſcribitur, ut in nonnullis aliis, *quibus otioſi otium feciſſemus*. iſta *otii*, *otioſi*, *otium*, *otioſiſſimos* videntur oſcitantibus librariis cauſſam præbuiſſe corrumpendi locum. Scio ut Manutius & Turnebus hæc interpretentur. non abſurde. non nego Non videtur tamen commoda & appoſita eſſe oppoſitio: *Vos, qui ſemper in otio eſſe volueritis*, & *iſti*, *quibus otioſi negotium faceſſimus*, cum potius debuiſſet dicere, *qui otium oderunt*, *otio ſunt inimici*, *otium volunt turbare*. Itaque Ciceronem ſcripſiſſe puto: *Verum etiam iſtos, qui nobis negotium faceſſunt*, aut *faceſſiſſent*, *otioſiſſimos reddam*. Græv. Pro *otioſiſſimos* Erfurt. *otioſos*.

Etenim illis honores, poteſtates, divitiæ ex tumultu, atque ex diſſenſionibus civium] Ratio cur illi tumultum, ac diſſenſionem ament, populus otium amplecti debeat. nam illi ex tumultu honores, poteſtates, divitias ex diſſenſionibus civium ſperant. populus otium omni ratione tenere debet, quia gratia ejus in ſuffragiis, libertas in legibus, honos in judiciis, res familiaris in pace conſiſtit. *Laured.*

Quorum gratia in ſuffragiis] Qui ſuffragiis veſtris ab hominibus gratiam inire poteſtis. Suffragia ſunt vocata a ſuffringendo. quod initio fractis teſtulis ferebantur. Livius: *Teſtulis datis tribuni populum ſummoverunt, ſitellaque allata eſt.* Suffragiis autem privabantur a Rullo, ut hujus orationis initio diſputatum

Honoi tus] Vic
ciu & æqu
hil affirr
quos vid
magnos t
ſcriptura
autem ea
netur; ſi
dicia, &
que qui
hæc omi
ſuffragiis
runtur,
tas; ex
æquitate
rem fam
riora, i
dia dilig
quoque g
populum
vero Qui
nete iſtan
ſuffragior
ludorum
omnium
in judicii
codex ſci
ſenſus el
ſcriptura
quæ tam
receptam
familiare
legi. *Tui*
tate magi
Pall. *hos*
mores fa

liares in pace, omni ratione otium tenere debetis. Nam ſi ii, qui propter deſidiam in otio vivunt, tamen in ſua turpi inertia capiunt voluptatem : ſub ipſo otio, quo vos fortunam regitis, ſi hunc ſtatum, quem habetis, eſſe meliorem non ignoratis, non ut quaeſitum, ſed vita partum otium tenueritis. Quod ego & concordia, quam mihi conſtitui cum collega, invitiſſimis iis ho-

mendis & tenebris. Primo omnium nullus dubito legendum eſſe *magiſtratuum*, ſi ibi huic vocabulo locus eſt, de quo tamen dubito, & propter ſententiam & propter veterum librorum vulgatorum diſcrepantiam. *Magiſtratus* enim in numero unitatis nihil Romanis ſignificat, niſi unum hominem magiſtratum gerentem, de collegio vero ſemper utuntur numero multitudinis. Pro *homos* mallem, ſi codices annuerent, legere *ſalus*. In judiciis enim hominum ſalus agitur. Qui damnantur capitis, periiſſe dicuntur : renaſci, cum reſtituuntur. Hinc toties Cicero in epiſtolis, quas ad familiares dicunt, ſcribit, aliud eſſe ſalutem oppugnari, aliud dignitatem. Salus igitur populi poſita erat in judiciis. Verum ſine libris melioribus nihil hic extrices, quod firmo ſtet talo. *Gravius.*

Omni ratione otium tenere] Pith. *omni ratione otium retinere.*

Nam etſi ii, qui propter deſidiam in otio vivunt, tamen in ſua inertia capiunt voluptatem] Quæ conſequuntur uſque eo, *Summum & firmiſſimum*, ita depravata ſunt, ut vix intelligi poſſint. apparet tamen oratorem populum ad otium amplectendum adhortari, idque ſe ex concordia, quam ſibi conſtituit cum collega ſuo C. Antonio, maxime ſperare. *Laured.* *Nam ſi ii, qui, &c.*] Sic docti quidam legendum putant, *Nam ſi ii, qui*, &c. quemadmodum edidimus. pro quibus libri vulg. habent, *Nam & ſi ii, q.* Sed quid hoc, ad tot vulnera, quæ ſunt in hac extrema oratione, plane inſanabilia ſine codicum manuſc. *ſubſidio?* ego, ut aliquid afferrem, pro, *ſub ipſo otio, ſi otio ipſo*, repoſui: pro, *actibus, acie:* ubi tamen quidam amicus meus, *aciebus*, repoſuit: pro, *revocavi*, quod eſt in libris vulgatis, ſeu, *rogavit*, quod in nonnullis manuſcr. *precavi.* Lambinus.

Sub ipſo otio] Si hunc veſtrum ſtatum ſub ipſo otio meliorem non ignoratis, quam ſub tumultu & diſſenſione, præſertim in quo imperio & dignitate floretis, ac omnibus gentibus prope imperatis. *Turnebus.*

Non ut quæſitum, ſed partum otium tenueritis] Hoc quoque tam magnum vulnus eſt, ut illi mederi me ingenue fatear non potuiſſe. ſunt tamen qui partim ex ingenio, partim auxilio veterum librorum pro, *Non ut quæſitum*, legant, *Non ignavia quæſitum, ſed vita partum.* alii illud retinentes, & de hoc hæſitantes corrigant, *Non ut quæſitum, ſed ut partum otium.* Laured. *Non ut quæſitum, ſed vita partum otium tenueretis*] Vetus liber, nec hic quidem integer eſt, cujus hæc eſt ſcriptura: *Si hunc ſtatum quem habetis, eſſe non ignoratis ante quæſitum, ſed vita partum, otium tenueritis.* Si *non ut quæſitum* legas, intelliges, non pecunia quæſitum eſſe illud otium, ut quæ ſolemus nummis comparare: id enim eſt quærere: ſed ſanguine majorum eſſe partum & vita, qui nobilibus victoriis florentiſſimum poſteris ſuis otium pepererint & conſtituerint. *Turnebus.*

Quod ego & concordia] Egnatianus liber, & meus habet, *ex concordia.* Ut talis exiſtat ſenſus. Quod ego ex concordia, quam mihi conſtitui cum collega, invitiſſimis iis hominibus, qui nos in conſulatu inimicos futuros eſſe putabant, ſpero. *Laured.*

Conſtitui cum collega] Antonio, qui Hybrida dicebatur. Plinius: *In nullo ge-*

hominibus, quos in conſulatu inimicos eſſe & animis & corporis actibus providi: omnibus proſpexi ſane & revocavi. idem tribunis pleb. denuntiavi, quid turbulenti, me conſule, conflarent. Summum & firmiſſimum eſt illud

genere aquæ facilis miſtura cum ferro, qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu ſemiferos. ad homines quoque, ut in C. Antonium Ciceronis in Conſulatu collegam, appellatione tranſlata. Nam is alienus non erat ab iis, qui rebus novis ſtudebant: ſed moderatione Ciceronis eſt factum, & indulgentia, & cuſtodia, ne reip. nocere poſſet. Poſtremo conceſſa Macedonia provincia, eum ad optimatum partes traduxit. Sed tamen provinciam nondum ei conceſſerat, cum hæc diceret, licet id quidam hic nugentur, refragante hiſtoria. *Turn.*

Invitiſſimis iis hominibus, quos &c.] Proponam Criticis & hic longe meliorem ſcripturam membranarum. Pal. pr. *invitiſſimis iis eſſe hominibus, quos vos in* Cos. *inimico eſſe & corporis jactibus providi.* ſec. *invictiſſimus eſſe hominibus quos nos in conſ. inimico eſſe & corporibus actibus providi.* atque his fere ſimilia viſuntur in editionibus exoletis. *Gruterus.* Non longe abit Erfurt. *invictiſſimis eſſe hominibus, quos vos in conſulatu inimico eſſe & corporis actibus providi.*

Quos in Conſulatu inimicos eſſe & animis, & corporis actibus providi, &c.] Hos ad ſenſus explendos multa deſiderantur. Videtur autem commemorare, quæ ipſe pro rep. compararit; hoc modo: Ego ne quid reſp. detrimenti accipere poſſet, & animi & corporis actibus providi. omnibus proſpexi ſane, & veterem defendendæ reip. rationem revocavi. idem tribunis pl. denunciavi, ne quid turbulenti me conſule conflarent. aut alia ejuſmodi, quæ ſibi quisque fingere poterit. difficile eſt autem in tantis tenebris lucem videre, & in tam depravatis rebus, quid verum ſit cognoſcere, ubi veteres libri aut deficiunt, aut ſcripturam parum probabilem habent. in quibuſdam libris, quos mihi videre contigit, ſcriptum eſt, *Proſpexi ſane, & revocavi.* in Eguatiano, *Sane & rogavi.* ut conjecturæ locus mihi non videatur, legerem tamen: *Denunciavi ne quid*, particula negandi, quæ in omnibus libris impreſſis defecerat, addita, ſic enim poſtulat ſententia, ut dubitari nullo modo poſſit, quin deſideretur. *Laured.* *Quos in Conſulatu inimicos eſſe*] Vetus liber, *quos vos in Conſulatu.* Fortaſſe, *quos video in Conſulatu.* Hæc poſtrema pars inquinata miſere eſt in omnibus libris. *Turneb.*

Et animis, &] Hoc referri debet non ad *quos in Conſulatu* (ac proinde *video* aut aliquid tale deſidero) ſed ad *& concordia*, hoc modo, *Quod otium & concordia cum collega.* Idem.

Corporis actibus] Illud *actibus* valde ſuſpectum eſt & adulterinum, neque in hoc genere *actum* dicere Cicero ſolet. Nam quod afferunt ex oratione in Salluſtium: *Quod ſi aut de mea vita, atque actibus huic concionatori reſpondero*, mendoſum eſt, ut bonorum librorum teſtimonio & auctoritate conſtat, in quibus *actis* legitur. Et libro 1. de leg. quod extat: *Sed etiam in pravis actibus inſignis eſt humani generis ſimilitudo*, irreptitium eſt & notum pro *pravitatibus*. Ego hic legendum eſſe cenſeam *& animi & corporis artibus*, id eſt omni ratione, omnibus modis. Sic Plautus dixit: *Si ægrotant in te artes animi.* Et Salluſtius: *Varias eſſe animi artes.* Idem.

Denunciavi, quid turbulenti] Forte, *ne quid turbulenti.* Idem.

Conflarent] Molirentur. *Conflatur ignis*, ut a Plinio ſcriptum eſt, *ignem conflante puero.* Et quia ignis conflati ope multa conficiuntur, ideo ad multa *conflare* transfertur. Ideo quia ignis flatur, etiam æs, aurum, argentum flari dicitur. *Idem.*

Summum & firmiſſimum eſt illud] Concludit reip. ſummam ſalutem in populi ſtudio eſſe poſitam, ſi tale ſequentibus temporibus adhibuerint, quale

illud communibus fortunis praeſidium, Quirites, ut, quales vos hodierno die maxima concione mihi pro ſalute veſtra praebuiſtis, tales reliquis temporibus reipublicae praebeatis. pro certo polliceor hoc vobis atque confirmo, me eſſe perfecturum, ut jam tandem illi, qui honori inviderunt meo, tamen vos univerſos in conſule deligendo plurimum vidiſſe fateantur.

quale hodierna die præbuerunt. *Laured.* *Summum & firmiſſimum eſt illud*] Longe firmiſſimum reip. præſidium in vobis collocatum eſt, ſi quo animo, hac maxima concione in remp. fuiſtis, eodem in futurum etiam ſitis. *Turneb.*

Tales reliquis] Poſthac, in futurum. Sic ſæpe *reliquum* uſurpatur. *Idem.*

Populo Romano præbuerunt] Malim exigua litterarum mutatione, *Reip. præbeatis.* antiqui libri *P. R.* ego, *R. P.* hoc eſt, reip. cur enim dicat, populo Romano, cum ipſe populum Romanum alloquatur? *Laured.* *Populo Romano præbeatis*] Nihil verius hac emendatione Lauredani, quam etiam merito recepit P. Manutius. Orta eſt corruptio ex perverſione notarum. In editione Mediolanenſi 1490, & P. Victorii legitur, *temporibus populi Romani*, quod quamvis tollerabilius ſit, inconcinnum tamen hic eſt, quia ipſum populum alloquitur. *Gravius.*

Pro certo polliceor hoc vobis, atque confirmo, me eſſe perfecturum, ut jam] Extrema pollicitatio brevis eſt, qua ſe diligentia effecturum eſſe oſtendit, ut qui honori invident ſuo, maxime populi Romani in ſe conſule deligendo judicium comprobent, cum incredibilem ſuam in tuenda rep. curam perſpexerint. id quod in toto deinceps conſulatu pleniſſime præſtitit. *Laured.* *Pro certo polliceor hoc vobis, &c.*] Palatinus ſec. atque Erfurd. *pro certo reperto polliceor, &c.* Gruterus.

Qui honori inviderunt meo] Salluſtius de Ciceronis Conſulatu: *Namque antea pleraque nobilitas invidia æſtuabat, & quaſi pollui Conſulatum credebat, ſi eum, quamvis egregius, novus homo adeptus foret.* Turnebus.

DE LEGE AGRARIA,

Contra P. SERVILIVM RVLLVM Tribunum plebis ad Populum.

ORATIO SEPTIMADECIMA.

1 Commodius feciſſent tribuni plebis, Quirites, ſi, quae apud vos de me deferunt, ea coram potius me praeſente dixiſſent. nam & aequitatem veſtrae diſceptationis, & conſuetudinem ſuperiorum, & jus ſuae poteſtatis retinuiſſent.

De *lege agraria*] P. Rullus cum ſe, legemque ſuam acerrime ab conſule M. Cicerone ſecundis populi Romani auribus oppugnatam eſſe ſuperiore oratione ſentiret, in concionem, ut coram cum conſule contenderet, venire non auſus, abſentem eum haud ita multo poſt apud populum criminatus eſt, ipſum gratificantem Sullanorum agrorum poſſeſſoribus agrariæ legi, & commodis plebis obſtitiſſe. Quæ cum Cicero accepiſſet, dignam rem eſſe ratus, quam in concione refelleret, ea advocata hanc orationem habuit, in qua ſe nemini, niſi reip. Rullum ſocero ſuo Valgio conſulere oſtendit. Et quoniam Ciceronem Rullus Sullanorum agrorum poſſeſſoribus proſpicere dixerat, iis autem proſpici niſi ademptis agris non poterat, oſtendit tantum abeſſe, ut Rullus Sullanos agros ſua lege poſſeſſoribus adimat, ut eos etiam confirmet, & ſanciat. Quod XL legis ſuæ capite faciebat, quod erat ejuſmodi: *Quæ poſt C. Marium, Cn. Papirium Coſſ. publice data, aſſignata, vendita, conceſſa, poſſeſſa ſunt, omnia eo jure ſint, ut quæ optimo jure privata ſint.* Atque hoc ipſum iniquum, & pernicioſum reip. ut cætera eſſe oſtendit. Tota cauſa in conjectura verſatur. quæſtio eſt, uter Sullanas poſſeſſiones defendat Cicero, an Rullus, & uter eorum commodis populi reſiſtat. Exordii loci hi ſunt. ab adverſariis, ab auditoribus. a re. adverſarios ait, commodius fuiſſe facturos, ſi quæ ad populum de ſe detulerunt, ea ſe præſente potius, quam abſente dixiſſent. eoſque nunc iterum invitat, ut in concionem prodeant a populo, quia partem ejus ex vultu immutata voluntate eſſe intelligebat, exiguam bonæ de ſe opinionis uſuram poſtulat. Rem ita proponit. Vt ſi qui crediderunt, ſe gratificantem Sullanorum agrorum poſſeſſoribus agrariæ Rulli legi obſtitiſſe, eoſdem etiam credidiſſe neceſſe ſit, eadem lege Sullanos agros adimi. Quod nullo modo a Rullo fieri, verum eoſdem maxime confirmari ſe demonſtraturum pollicetur. *Laured.* *De lege agraria*] Hanc breviſſ. orationem M. Tullius ἀποσπασμάτιον legis agrariæ appellat epiſt. 1. lib. 2. epiſt. ad Atticum: quamquam duas fuiſſe pares breves ſignificat, his verbis: *ſunt præterea duæ breves, quaſi ἀποσπασμάτια legis agrariæ.* Lambinus.

Commodius feciſſent] Locus exordii a facto adverſariorum. eſt præterea ἀξιο-

πιστία

nuiſſent. ſed quoniam adhuc praeſens certamen contentionemque fugerunt: nunc, ſi videtur eis, in meam concionem prodeant, &, quo provocati a me venire nolue-

πςία ita enim ſuæ cauſæ bonitate confidere ſe oſtendit, ut tribunos pl. ad contentionem provocet; eos contra ita ſuæ diffidere demonſtrat, ut præſens certamen fugiant, falſis criminibus ſe abſentem perſequantur. ex quo apparet, exordium hoc habere σύστασιν, καὶ διαβολὴν τῶν ἀντιδίκων. Laured. *Commodius feciſſent*] Duas conciunculas Cicero præter ſuperiores orationes de lege agraria habuerat, quarum una hæc extat altera deſideratur. Eas lib. II ad Attic. Ἀποσπασμάτια legis agrariæ vocat, tanquam quaſdam legis agrariæ particulas. Hic porro *commodius facere* eſt melius facere, ut in Verrem *commode audire*, bene audire. *quod eorum culpa ſe minus commode audire arbitrarentur*, id eſt minus bonum eſſe ſuum nomen. *Turnebus.*

Tribuni plebis] Rullum intelligit, & quoſdam ejus collegas, legis agrariæ ſubſcriptores & adſtipulatores. Id ideo dico, quia nonnulli de ſolo accipiunt Rullo, qui falluntur ac fallunt. *Idem.*

Apud me vos deferunt] Συκοφαντοῦσι. odioſo verbo, & apto ad tribunos in odium rapiendos uſus eſt. deferunt autem, non detulerunt, dixit, ut non ceſſantem eorum in criminando conſule laborem indicaret. *Laured.* *Apud vos de me deferunt*] *Deferunt*, quæ de me loquuntur. *Deferre* eſt rem ad locum aut perſonam ferre. Sic *deferri ſenatusconſultum* dicitur. Sic *in Italiam deferre* apud Maronem ſcribitur. Ex eo *deferre nomen ad triumviros* per tranſlationem dictum eſt, pro accuſare, & poſtremo *hominem deferre*, unde *delator*. Turneb. *Apud vos de me deferunt*] Editiones plane neotericæ, *detulerunt*. ſed abeunt ab eis ætatis provectiores, item mſſ. Pall. & liber Cujacii. & tamen vulgata Latina vix eſt. erit, ſi legamus, *differunt*. Grut. Erfurt. *ſi qua apud vos me deferunt.*

Coram me præſente] Alterum ex his abundare duræ auris homo dixerit. ego non abundare, ſed ſcientes, venuſteque poſitum duco. ſic enim etiam Terentius locutus eſt. *Laured.*

Nam & æquitatem veſtræ diſceptationis] Cur commodius facturi fuerint, ſi præſente conſule egiſſent, cauſas affert tres. quarum hæc una eſt, quod populum æquiorem judicem obtinuiſſent, altera, quod conſuetudinem ſuperiorem retinuiſſent. quibus verbis oſtendit, priores tribunos pl. conſueviſſe quæ in conſules dicerent, ipſis præſentibus conſulibus dicere. tertia, quod jus ſuæ poteſtatis conſervaſſent. apparet enim Rullum jus tribuniciæ poteſtatis imminuiſſe, cum tribuni antea cum conſulibus coram contendere de repub. ſoliti fuerint. *Idem.* *Æquitatem veſtræ diſceptationis*] Me coram apud vos compellare auſi non ſunt, neque rem veſtro judicio coram permittere, quod ſemper ſuperiore memoria tribuni facere ſoliti ſunt. *Turnebus.*

Ius ſuæ poteſtatis retinuiſſent] Nam prope ſuam poteſtatem imminuerunt, cum me non ſint auſi coram apud vos compellare, ſeque prope in ordinem coëgerunt ac circumſcripſerunt, cum ſuperiores tribuni diſtricte ea etiam in Conſules ſunt uſi. *Idem.*

Adhuc præſens certamen] Ad hoc tempus coram mecum apud vos certare & contendere non ſunt auſi, ſed abſentem me deferunt. *Contentio* autem non minus eſt orationis perpetuæ, quam altercationis: cum tamen hoc de altercatione quidam tantum accipiant. Cicero I offic. *Et quoniam magna vis orationis eſt eaque duplex: altera contentionis, altera ſermonis: contentio tribuatur diſceptationibus judiciorum, concionum, ſenatus.* Idem.

In meam concionem] Quam ego conſul advocavi ſic in extremo: *Veniant coram, & quoniam me in veſtram concionem vobis, &c.* Laured.

Et quo provocati a me venire noluerunt] Provocavit ſuperiore oratione, his maxime verbis: *Quod ſi commodum veſtrum ſpectat,*

luerunt, revocati ſaltem revertantur. Video quoſdam, Quirites, ſtrepitu ſignificare neſcio quid, & non eosdem vultus, quos proxima mea concione praebuerunt, in hanc concionem mihi retuliſſe. Quare a vobis, qui nihil de me crediditis, ut eam voluntatem, quam

ſpectat, veniat, & coram mecum de agri Campani diviſione diſputet. Laured.

Et quo provocati a me venire noluerunt] Provocaverat enim eos & ea oratione, quam in ſenatu habuerat, & ad concionem populi: quando tamen eam concionem habuit, quæ ſecunda extat oratione, vel non adfuerunt, vel reſpondere non ſunt auſi. *Turnebus.*

Revocati ſaltem] *Provocare* laceſſentis eſt; *revocare* ejus, qui provocatorem viciſſim vocat. Varro: *Qui nobis miniſtrarunt pueri diebus feſtis cicer viride, qui nos provocare cum audeant, nos illos revocare timemus.* Sic ex jure manu conſertum alter vocabat, alter revocabat. Ad hanc vim verbi reſpexit Cicero. Si enim provocatorem non ſequuntur in concionem, ſequantur ſaltem revocatorem, cum jam ab iis laceſſitus ſit & delatus. *Idem.*

Video quoſdam, Quirites] Intelligendum eſt ſtrepitum, & vultum nonnullorum, qui in concione aderant, hunc alterum oratori exordiendi locum præbuiſſe. hi enim tribuni pl. criminatione commoti haud ita gratos, ut ante, animos ad concionem retulerant. *Laur.*

Strepitu ſignificare] Reclamatione inſolita parum amicos animos ſuos declarare. quod ut obſcurius diceret, dixit, *Significare neſcio quid*, quaſi vero ignotum eſſet, quid ſibi inſolitus ille populi ſtrepitus vellet. *Idem.* *Strepitu ſignificare*] Hic nonnulli de acclamatione multa differunt: quaſi idem ſit acclamare, quod ſtrepere. *Turnebus.*

Eoſdem vultus] In vultu ineſt argumentum & ſignum aut benevolentiæ, aut alienationis, denique voluntatis. Eſtque quidam oris habitus, eamque partem ſignificat, quæ fronti, ſuperciliis, oculis ſubeſt. Cicero in Piſonem: *Oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus.* Vultum ab oculis & fronte ſeparavit. Idem de fato; *Qui ſe profitebatur hominum mores, naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere.* Hic rurſum vultum ab iis ſeparavit. Non me fallit tamen vultus nomine aliquando ea contineri. *Idem.* *Vultus præbuerunt.* Sic I de offic. *Appetitum rationi obedientem præbeamus.* Sic fere *obſequium præbere* apud Iuſtin. XXXVIII, 2: *Quod enim a ſe non præbitum illis obſequium?* Grævius.

Proxima mea concione] In qua ita dixit: *Si antea timuiſſem, hac concione, hoc populo certe non vererer; quis enim unquam tam ſecunda concione legem agrariam ſuaſit, quam ego diſſuaſi?* Laured.

Quare a vobis] Ex quatuor remediis, quæ adverſæ populi acclamationi adhiberi ſolere ipſe Cicero tradidit, utitur deprecatione, petit enim ab iis, qui nihil crediderunt, perpetuam erga ſe voluntatem, ab iis, qui crediderunt, exiguam bonæ de ſe opinionis uſuram. Hoc præceptum eſt in II de orat. Nam acclamationes naſci ſolitas ait, aut orationis peccato aliquo, ſi aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur. aut hominum offenſione vel invidia, quæ aut juſta eſt, aut ex criminatione, atque fama. aut ſi res diſplicet, aut ſi eſt in aliquo motu ſuæ cupiditatis, aut metus multitudo. his autem malis hæc remedia afferri poſſe ait. objurgationem, ſi eſt auctoritas, admonitionem, quaſi leviorem objurgationem, promiſſionem, ſi audierint, & deprecationem. Hoc autem loco adhibet deprecationem admiſta etiam objurgatione, & promiſſione: objurgatione, cum inconſtantiæ inſimulat nonnullos, quos leviter immutatos eſſe dicit: promiſſione, cum promittit, ſe probaturum populo ea, quæ dixerit. *Idem.*

Qui nihil de me credidiſtis] Qui fidem non habuiſtis delationi & criminationi tribunorum plebis. *Turnebus.*

Exi-

quam ſemper habuiſtis erga me, retineatis peto: a vobis autem, quos leviter immutatos eſſe ſentio, parvam exigui temporis uſuram bonae de me opinionis poſtulo, ut eam, ſi quae dixero vobis probabo, perpetuo retineatis: ſin aliter, hoc ipſo in loco depoſitam atque abjectam relinquatis. Completi ſunt animi aureſque veſtrae, Quirites, me gratificantem ſeptem tyrannis, ceteriſque Sullanarum aſſigna-

Exigui temporis uſuram] Vſum exigui temporis peto. Cicero in Catilinam: *Vnius uſuram hora gladiatori iſti ad vivendum non dediſſem.* Plautus Trinummo: *Neque adeo haſce emi mihi, nec uſura mea.* Veteres multa hac forma efferebant, ut pro curſus *curſura* Plautus Sticho: *Simulque ad curſuram meditabor me ad ludos Olympia.* Turneb.

Bona de me opinionis] Vt bonam, quam de me concepiſtis, opinionem retineatis ad exiguum tempus, dum rem peroraro, voſque docuero. *Idem.*

Si qua dixero vobis probabo] Si quæ dixero effecero ut probetis. *Idem.*

Sin aliter] Hoc cum magna fiducia dictum veritatem rei oſtendit. tranſlato uſus eſt ab onere ſumpto, quod ſi grave eſt, depoſitum abjectumque relinquitur. *Laured.*

Depoſitam atque abjectam] Nam deponimus quæ iterum ſumamus; abjicimus, quæ ſumi a nobis nunquam in poſterum volumus. *Idem.*

Completi ſunt animi, aureſque veſtra, Quirites] Tertius exordii locus a re, quam proponit. perſuaſum eſſe populum ait, ſe gratificantem Sullanarum aſſignationum poſſeſſoribus agrariam legem oppugnaſſe. neque enim aliud eſt, *completi ſunt animi aureſque veſtra, Quirites.* Niſi, perſuaſum vobis eſt. animorum enim feneſtræ ſunt aures, per quas quaſi aditum præbentes audita ad animum transferuntur. *Idem.*

Me gratificantem] Hoc eſt id, in quo fama integritatis agebatur. legem ipſum conſulem diſſuaſiſſe non reip. ſed privatorum commodo. quod ne fiat cavendum eſt. unde in ſuaſione legis Maniliæ dixit: *Quamobrem, quicquid in hac cauſa mihi ſuſceptum eſt Quirites, id omne me reip. cauſa ſuſcepiſſe confirmo: tantumque abeſt, ut aliquam bonam gratiam mihi feciſſe videar, ut multas etiam ſimultates, partim obſcuras, partim apertas, intelligam, mihi non neceſſarias, vobis non inutiles ſuſcepiſſe.* Idem.

Septem tyrannis] Indicat ſeptem homines maxime locupletes ex poſſeſſionibus Sullanæ aſſignationis, quos ὑπερβολικοὺς tyrannos vocat. *Aſſignationes* autem hoc loco agri a Sulla aſſignati dicuntur, iis, qui ipſum ſecuti contra Marium arma tulerant, ut ad Papirium, *æſtimationes*, agri a Cæſare æſtimati. *Idem.* *Septem tyrannis*] Duobus, ut reor, Lucullis, Craſſo, Metello, Hortenſio, Philippo, Catulo, qui tempore proſcriptionis Sullanæ multa prædia occuparant, quibus ne expellerentur, lege Rulli verebantur. His revera gratificabatur, & Sullanorum poſſeſſiones confirmabat inviſas plebi: quod ferente Flavio legem agrariam ſatis indicabit. Ita enim ſcribit: *Ex hac lege, ſecunda concionis voluntate omnia illa tollebam, quæ ad privatorum incommodum pertinebant: liberabam agrum eum, qui P. Mutio, L. Calphurnio Coſſ. publicus fuiſſet Sullanorum hominum poſſeſſiones confirmabant: Volaterranos & Aretinos, quorum agrum Sulla publicarat, neque diviſerat, in ſua poſſeſſione retinebam: unam rationem non rejiciebam, ut ager hac adventitia pecunia emeretur, quæ ex novis vectigalibus per quinquennium reciperetur.* Turneb.

aſſignationum poſſeſſoribus, agrariae legi & commodis veſtris obſiſtere. Haec ſi qui crediderunt, illud prius crediderint neceſſe eſt, hac lege agraria, quae promulgata ſit, adimi Sullanos agros, vobiſque dividi, aut denique minui privatorum poſſeſſiones, ut in eas vos deducamini. Si oſtendo, non modo non adimi cuiquam glebam de Sullanis agris, ſed etiam genus id agrorum, certo capite legis impudentiſſime confirmari atque ſanciri: ſi doceo, agris his, qui a Sulla ſunt dati, ſic diligenter Rullum ſua lege conſulere, ut facile appareat, eam legem non a veſtrorum commodorum patrono, ſed a Valgii genero eſſe conſcriptam: num

Aſſignationum] Sic appellat, quas Græci *κληρουχίας* dicunt, & *κλήρους*. *Κληρούχους* qui coloni ſunt verbo Romano, Cicero, quod probroſum & contumelioſum agripetas dixit, ut primo de natura Deorum: *Quod in eam pater ejus Neocles agripeta venerat*, id eſt κληροῦχος & colonus. Interdum etiam agrarios vocat Cicero ut in Antonium: *Non ſollicitabit rurſum agrarios?* ut mihi mirum eſſe videatur, cur a nonnullis ſubinde agrarii vocentur, latores & fautores legis agrariæ. Sunt igitur aſſignationes agri cuique colono aſſignati & attributi. Sulla quadraginta ſeptem legionibus agros aſſignarat. Eas actiones plebs, quæ Sullanis infenſa erat, & acta Sullæ non probabat, libenter colonis adimi voluiſſet, & illa coloniarum jura reſcindi. *Turn.* Pro quadraginta ſeptem legionibus viri docti cenſent legendum eſſe *viginti quatuor*.

Hac ſi qui crediderunt, illud prius crediderint neceſſe eſt] Ut oſtendat, ſe non pugnare pro Sullanis, proponit ſe demonſtraturum, eos non oppugnari lege Rulli. Locus eſt ab antecedentibus. qui credit agros Sullanos a me defendi, credat prius neceſſe eſt, eos hac lege Rulli adimi; quos tamen conſervari oſtendam. quo autem criminoſior oratio ſit, inquit, ſi oſtendo Rullum cavere Sullanis, ut ſocero ſuo conſulat, profecto apparebit, Rullum criminatione illa, qua in me abſentem uſus eſt, & meam veſtramque diligentiam deſpexiſſe. *Laur.*

Sullanos agros] Quos Sulla proſcripſerat & publicarat, nec tamen diviſerat: verum quidam occuparant, aut donatos poſſidebant. *Turnebus.*

Poſſeſſiones] Agros adimi, quos Sulla aſſignavit. Poſſeſſiones interdum vocantur agri late patentes, iique vel publici, vel privati. Hic agri aſſignati ſimpliciter vocantur. *Idem.*

Glebam] Particulam. Aliquando gleba eſt genus ſepulturæ per injectionem terræ. Cicero: *Injecta gleba tum & ille humatus eſt, & gleba vocatur.* A gleba etiam vocantur *glebarii* boves arationi apud Varronem. *Idem.*

Certo capite legis] Nimirum XL. *impudentiſſime*, cum aperte Valgio ſocero ſuo conſulat. *Si doceo:* Immorantis augendi cauſa, in qua repetit oratorie, & callide, conſervari agros Sullanis poſſeſſoribus. *Laured.*

Confirmari atque ſanciri] *Sanciri* id plus eſt quam *confirmari*. Eſt enim ita id eis confirmari, ut tanquam ſanctum attingere nemo auſit, & inviolatum futurum ſit. *Turnebus.* *Confirmare atque ſanciri*] Pal. ſec. & Cujac. *ſanari*. prætulerim lectionem receptam. *Grut.*

A Valgii genere eſſe conſcriptam] Id eſt, Rullum, non quatenus tribunus pl. eſt, ſed quatenus gener Valgii, hanc legem excogitaſſe, & conſcripſiſſe. *Laur.*

A Val-

num quid eſt cauſae, Quirites, quin illa criminatione,
qua in me abſentem uſus eſt, non ſolum meam, ſed
etiam veſtram diligentiam prudentiamque deſpexerit?
Caput eſt legis XL, de quo ego conſulto, Quirites, 2
neque apud vos ante feci mentionem, ne aut refrica-
re obductam jam reipubl. cicatricem viderer, aut ali-
quid alieniſſimo tempore novae diſſenſionis commovere:
ne-

A Valgii genere] Vt facile appareat ab eo conſuli Valgio, qui multos agros dominante Sulla occuparat, multos proſcribi cives curarat, aut etiam non proſcriptos poſſeſſionibus ejecerat. *Turn.*

Num quid eſt cauſa] Cauſa pro impedimento, ut in illud: *in cauſa hac ſunt.* Laured. *Num quid eſt cauſa*] *Cauſa* non eſt impedimentum. *In cauſa hac ſunt* in ep. prima ad fam. libri primi, ſignificat, in cauſa hæc ſunt acta ſeu geſta, quæ deinceps commemorat. *Num quid eſt cauſa*, vel *nulla eſt cauſa* elegans eſt idiotiſmus, quo utebantur Romani ſignificantes, nihil vetare, nihil intercedere quo minus hoc credant, faciantve. Terent. Phorm. II, I:

Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in
ſe admiſerit, &c.
Non cauſam dico, quin quod meritus
ſit ferat.

Non intercedo, nec veto, quin meritas pœnas luat. Plautus Caſ. V, 4:

Si ego unquam adeo poſthac tale admiſero,
Nulla cauſa eſt, quin pendentem me
uxor virgis verberes.

Sic hoc loco, *numquid eſt cauſa*, eſt quid obſtat, quo minus credamus: omnes debemus hoc perſuaſiſſimum habere. *Gravius.*

Non ſolum meam, ſed etiam veſtram prudentiam, diligentiamque] Virtutes, quarum alteram priore oratione ſibi vendicaverat, alteram populo tribuerat, cum dixit: *Viderunt, & vident, ſi per imprudentiam veſtram, negligentiam meam legem incognitam acceperitis.* Laur. *Diligentiam prudentiamque deſpexerit*] Nonne nos & negligentes & imprudentes exiſtimavit, & contemſit, quos tam oſcitantes fore credidit, tam hebetes & ſtultos, ut cum falſo me Sullanum eſſe criminaretur, ipſe autem Sullanas aſſignationes, Sullanoſque agros certo capite defenderet: tamen id non animadverteremus. *Turnebus.*

Caput eſt legis XL.] Affert numerum capitis legis Serviliæ, quo Sullanas poſſeſſiones confirmari ait. quod ne priore oratione commemorarit, cauſas duas fuiſſe inquit, unam, ne dolorem Sullanæ victoriæ, & crudelitatis revocaret, alteram, ne ſi id impugnaret, quo Sullanæ aſſignationes confirmabantur, novæ diſſenſionis auctor eſſet. Locus eſt benevolentiæ plenus, quo ſibi populum mirum in modum conciliat. *Laured.*

Neque apud vos feci mentionem] Id eſt, ne apud vos quidem, apud quos acta Sullana improbare licet, ne dum in Senatu, ubi non ita licet. *Idem.*

Refricare obductam cicatricem] Cicatrix dicitur, quæ ſanato vulneri obducitur, id eſt, qua vulnus operitur, obtegitur, clauditur. Ex *obductum* pro ſanato, & cui cicatrix inducta eſt, uſurpatur. Maro: & *obductum verbis vulgare dolorem.* Sic & res obducitur, id eſt, operitur. Cicero: *Corpus ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur.* Et eodem modo apud Maronem *dolor obductus*, id eſt, tectus quadam tanquam cicatrice. *Turnebus.*

Aut aliquid alieniſſimo tempore novæ diſſenſionis commovere] Id eſt, ne qualis inter Catulum, & Lepidum extitit de actis Sullæ reſcindendis, ſeditionem excitarem. quare hac etiam oratione ſuos mores orator, ſuamque modeſtiam commendat, qui conſervandæ pacis, & concordiæ cauſa nonnihil de jure publico remitteret. *Alieniſſimo*, autem inquit, *tempore*, præſertim tribunicia Rulli lege turbata rep. *Laured.*

gitti, ne ſeditionem faceres, ſi Sullanos oppugnares, nunc etiam facturus ne hoc es, ut ſeditionem facias? reſpondet, diſputabo hac de re, non quod ſeditionem declinandam eſſe non putem, præſertim mihi, qui me otii patronum futurum eſſe profeſſus ſum, ſed ut doceam, Rullum tacere debere in iis ſaltem rebus, in quibus de ſe, & de ſuis factis taceri velit. profeſſus eſt autem iis verbis: *Ex quo intelligi Quirites poteſt, nihil eſſe tam populare, quam id, quod ego vobis in hunc annum conſul popularis affero, pacem, tranquillitatem, otium.* Laured. *Hunc ſtatum*] Quo pauci & Sullani plus poterat in rep. quam plebs. *Turnebus.*

Reip. profeſſus ſum] Malim, *populo Romano*, errore ex compendioſæ ſcripturæ ſimilitudine orto, ut in ſuperiore proximo commentario demonſtratum eſt. *Laured.* *In hunc annum reipub. profeſſus ſum*] Fortaſſe *annum publice profeſſ.* inquit Guilielmius. *Grut.* Non probat conjecturam Guilielmi Iacobus Gronovius, & vulgatam defendit ex hoc Iuſtini lib. 29, cap. 4: *Aperte hoſtem ſe bis profeſſus.* Repetitionem in Tullio ſubitam non novam ait eſſe, etſi idcirco Lambinus quoque temere cogitarit.

In quibus de ſe & de ſuis factis taceri velit] Ἔμφασις. plus enim ſignificat, quam dixerit ad intelligendum: nimirum Rullum tacere debere, qui cap. 50. cavit Sullanis poſſeſſoribus, ut ſocero ſuo conſuleret. Et, *ſaltem*, dixit, cum ſignificare vellet, prudentiæ Rulli eſſe, ſi de reliquis tacendum ſibi non ducit. ea

dixit ad remp. conſtitue
nendamque: & ei quan
imperium lege ſua tribuit
noris uſurpatio, ut Pat
per centum viginti an
fuiſſet. Qui quadringent
piano ſcribunt, vitioſos
tur. Legis Valeriæ ut i
lib. 1 de legibus Cicero
credo illa, quam interr
ut dictator quem vellet
cauſſa impune poſſet occide
μεσοβασιλεὺς πενθήμερ
rex quinum dierum im
mortuis regibus in quin
tur, poſtea in quinos die
lum creandorum cauſſa
debantur. Cicero: *Eiq*
prodant Conſulum rogandor.

Omnium legum iniquiſſi
limamque legis eſſe arbitr
Σύγκρισις. Aggreditur d
quitatem capitis 40. legis
confirmabat agros a S
Locus argumenti eſt a
ductus. comparat enin
cum lege Valeria iniqui
legibus ipſis Corneliis
multo iis eſſe iniquioren
autem Valeria L. Valerii
interrex ad populum tu
quæcunque Sulla feciſſe
Legibus Corneliis L. Su
na inimicorum ſuorum
que amicis ſuis dedit, &
quiſſimam porro legem
car. augens id. quod i

que legis eſſe arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, ut omnia, quaecumque ille feciſſet, eſſent rata. nam cum ceteris in civitatibus tyrannis inſtitutis leges omnis extinguantur atque tollantur, hic reipub. tyrannum lege conſtituit. Eſt invidioſa lex, ſicut dixi: verumtamen habet excuſationem. non enim videtur hominis lex eſſe, ſed temporis. Quid ſi eſt haec multo impudentior? Nam Valeria lege, Corneliiſque legibus eri-

quiſſima lege ſit iniquior. Diſſimillimam vero legis: quia legibus aliis cavetur libertati, hac tyranno Sullæ cavebatur; quare iniqua, diſſimillimaque legis. lex enim recta eſt ratio, honeſta imperans, prohibenſque contraria. Fuit autem interrex L. Flaccus, cum conſules C. Marius C. Marii VII. conſulis F. Præneſte per Q. Lucretium, Cn. Papirius Cn. F. Carbo III. per Cn. Pompejum Sullanos duces occiſi eſſent, ac reſp. ſine conſulibus eſſet, & placuiſſet ſenatui interregem prodi, qui comitia ſubrogandis conſulibus haberet. Appianus. Significat autem Cicero legem tum a Flacco latam, qua cavit, ut omnia, quæcunque Sulla ſtatuiſſet, decreviſſet, egiſſet, firma, & rata manerent. *Laur.*

Ille feciſſet] Ac proinde etiam, ut ait Cicero, quem vellet civium indicta cauſſa impune poſſet occidere. *Turneb.*

Nam cum ceteris in civitatibus tyranni inſtitutis leges omnes extinguantur, atque tollantur] Probat Valeriæ legis iniquitatem, a contrario. ceteris in civitatibus tyranni inſtitutis ſuis leges populares tollunt. Flaccus lege ſua tyrannum conſtituit. nulla enim iniquior in libera civitate lex videtur, quam quæ tyrannum inducat; induxit autem ille, cum Sullæ factorum omnium dedit impunitatem. ἀντιμεταβολὴ. Laured.

Tyrannis inſtitutis] *Inſtitutis*, id eſt, conſtitutis ut ad Atticum: *At ego novos patronos inſtituam*: id eſt, eis conſtituam novos patronos. *Turnebus.*

Lege conſtituit] Cum deberet lege tyrannum potius tollere. Vt enim tyranni leges, ſic leges tyrannos debent tollere.

Eſt invidioſa lex, ſicut dixi: verumtamen habet excuſationem, &c.] Repetit iniquitatem Valeriæ legis. Sed ut major Serviliæ legis appareat iniquitas, excuſat Valerium, & ab eo culpam removet, & in tempus transfert: non enim alio modo, inquit, perturbata conſtitui reſpubl. putabatur poſſe, niſi victori Sullæ daretur impunitas. *Lauredanus.*

Eſt invidioſa lex] Invidioſa, odii plena, quæ in odium omnium incurrit. *Turn.*

Non videtur hominis lex eſſe, ſed temporis] Non tam eam Flacci voluntate latam apparet, quam ita poſtulantibus reip. temporibus, ut ſtatus civitatis componeretur. *Idem.*

Quid ſi eſt hac multo impudentior] Ἀντεξέτασις. impudentem iniquam vocat, ab antecedenti. qui enim carent pudore, ad omne flagitium facile adduci poſſunt. Rei porro neque ſenſum, neque animum habenti actum quendam, atque animum dat. quod enim eſt proprium hominis, legi attribuit; quod ſignificantius eſt, & rem magis auget, pluſque valet, quam ſi impudentem Rullum dixiſſet. *Laured.*

Nam Valeria lege, Corneliiſque legibus] His de legibus ſic in oratione pro Sex. Roſcio Amerino: *Bonorum Sex. Roſcii emptor eſt Chryſogonus, primum hoc videamus; ejus hominis bona qua ratione venierint, aut quomodo venire potuerunt, atque hoc non ita quaram judices, ut id dicam, eſſe indignum hominis innocentis bona veniſſe; ſi enim hac audientur, ac libere dicentur, non fuit tantus homo Sex. Roſcius in civitate, ut de eo potiſſimum conquaramur. verum ego hoc quaro: qui potuerunt iſta ipſa lege, qua de proſcriptione*

eripitur, cum datur: conjungitur impudens gratificatio cum acerba injuria: ſed tamen habet in illis legibus ſpem nonnullam ille, cui ademtus eſt: aliquem ſcrupulum, cui datus eſt. Rulli cautio eſt haec, QVAE POST C. MARIVM, CN. PAPIRIVM, CONSVLES. Quam

ne eſt, ſive Valeria eſt, ſive Cornelia; (non enim novi, nec ſcio,) verum ex ipſa lege bona Sex. Roſcii venire qui potuerunt. Scriptum enim ita dicunt eſſe, ut eorum bona veneant, qui proſcripti ſunt: quo in numero Sex. Roſcius non eſt: aut eorum, qui in adverſariorum præſidiis occiſi ſunt; dum præſidia ulla fuerunt, in Sullæ præſidiis fuit. Laured.

Eripitur, cum datur] Alii legunt cum nonnullis antiquis libris: *Eripitur cui datur.* Alii, ut ex iniqua lege bonum conſequi oſtendatur, *Cum eripitur, datur.* Ego vulgatam lectionem tueor. vult enim Cicero impudentiam Valeriæ legis & Corneliæ indicare in eo, quod cum illi darent; eriperent, neque cuiquam gratificarentur, niſi alteri acerbam injuriam facerent, atque omnino neminem locupletarent, niſi altero ſpoliato. eſt enim impudentis dare aliena, & ex alienis bonis ſeſe gratum exhibere. *Idem.* *Eripitur cum datur*] Vt cum agros proſcribebat Sulla, proſcriptos dabat. *Turneb.* *Eripitur cum datur*] Melius Pall. Cujac. edd. vett. *cui.* Grut. Sic ſane & Francii liber. Sed Erfurt. & Pithœanus: *eripitur civi datur,* Credo Ciceronem dixiſſe: *Corneliisque legibus eripitur civi, civi datur.* Aliis civibus proſcriptis eripiebantur poſſeſſiones, aliis, quia partibus Sullanis ſteterant, dabantur. Cum negligentia ſcribarum ſemel hæc vox eſſet præterita, ut ſæpe factum eſſe in priſcis libris, nemo qui eos conſuluit, ignorat, facile *civi* in *cui* & *cum* degeneravit. *Grav.*

Sed tamen habet in illis legibus ſpem nonnullam ille, cui ademptus, &c.] Levat infamiam earum legum, quod quæ legibus illis data ſint, admodum rata non ſint. nam & ſperant ſe ſua recuperaturos eſſe, quibus ager ademptus eſt, & diffidunt ſe perpetuo poſſeſſuros ii, quibus datus eſt. cur autem illi ſperent, hi non item, cauſſa eſt. quia in legibus illis nihil eſt ejuſmodi, quale eſt in lege Rulli: *Ea omnia eo jure ſint, ut quæ optimo jure privata ſint.* Qua clauſula ille ſanxit ac confirmavit ſuas Sullanorum cuique poſſeſſiones. *Lauredanus.*

Sed tamen inhibet illis legibus ſpem, &c.] Neceſſe habui revocare iſtam ſcripturam, cum non modo exſtaret in Pall. editiſque antiquitus, ſed etiam Turnebianis; ut prodidit ipſemet libro xxv. Adverſ. cap. 16. qui conſulatur. vulgo hactenus legimus, *ſed tamen habet in illis legibus.* Gruterus. Invenitur *inhibere illis legibus ſpem* etiam in Erfurt. Francii, & Pithœi libris. Putabat Turnebus *inhibere ſpem in aliqua re* dici, ut apud Plautum *inhibere imperium alicui*, pro imperium habere, & exercere in aliquem. Sed non ſuſtinui mutare vulgatam, uti nec ſuſtinuit Gruterus, quamvis id ſe feciſſe in notis prædicet, propter locutionis inſolentiam. Nam ἀνάλογον, ſi uſus non accedat, non movere nos debet ad arripiendum, quod paucorum librorum fide nititur. Vide & I. Frid. Gronovium ad Liv. 36, 28, qui merito hanc veterum librorum ſcripturam damnat. *Gravius.*

Ille cui ademptus eſt, &c. datus eſt] Mallet Puteanus, *ademptum eſt, &c. datum eſt.* Gruterus.

Aliquem ſcrupulum] Nam cui ager datus eſt, ne reſcindantur acta Sullæ metuit; qui amiſit, id ſperat futurum. *Turnebus.*

Rulli cautio eſt hæc] At Rullus, inquit, cum caveat diligentius Sullanis, quam Flaccus, eo impudentius. *Laur.*

Poſt C. Marium] Ita caverat Rullus, ne quam in rep. diſſenſionem commoveret, ſi Sullanas poſſeſſiones moveret. Itaque quod otii & concordiæ cauſſa ab eo factum erat, id Cicero in odium & invidiam adducit. *Turnebus.*

Quam

Quam procul a ſuſpicione fugit, quod eos conſules, qui adverſarii Sullae maxime fuerunt, potiſſimum nominavit? Si enim Sullam dictatorem nominaſſet, perſpicuum fore & invidioſum arbitratus eſt. Sed quem veſtrum tam tardo ingenio fore putavit, cui poſt eos conſules Sullam dictatorem fuiſſe in mentem venire non poſſet? Quid ergo ait Marianus tribunus pleb. qui nos Sullanos in invidiam rapit? QVAE POST MARIVM ET CARBONEM COSS. AGRI AEDIFICIA, LACVS, STAGNA, LOCA, POSSESSIONES, coc-

Quam procul a ſuſpicione fugit] Fraudem indicat Rulli, qui cum ſcribere debuiſſet, Quæ poſt L. Sullam dictatorem, ut nominis Sullæ invidiam evitaret, Conſules C. Marium, & Cn. Carbonem, Sullæ inimicos, nominavit, in quorum conſulatu, poſteaquam uterque eorum alter in Sicilia, alter Præneſte occiſus eſt, Sulla optimatum factionis princeps urbem victor ingreſſus eſt, & dictator factus eſt. Plutarchus in Sulla, Dionyſius, Appianus, Epitome Liviana lib. 89. *Laured.*

Invidioſum] Plenum invidiæ fore putavit, ſi aperte poſſeſſiones & aſſignationes Sullanas confirmaret. Id ergo clam & obſcure fecit, ut fraus lateret. *Turnebus.*

Quem veſtrum] Sic Pal. pr. & olim impreſſi. at ſec. & Cujac. *noſtrum*; quod minus forſan invidioſum. *Grut.*

Sullam dictatorem] Ita Sullanos agros & aſſignationes confirmabat, cum poſt eos Conſules Sulla dictator fuerit. *Turn.*

Quid ergo ait Marianus tribunus pl. qui nos Sullanos in invidiam rapit] Pergit interpretari verba legis Rulli, per ſubjectionem. *εἰρωνικῶς* vero Rullum Marianum vocat, quippe qui re Sullanus eſſet, verbo Marianus. *Laured.*

QVAE POST MARIVM ET CARBONEM COSS.] Repetit verba legis, ut vocula, *quæ*, quantam vim habeat, aperiat. ea enim interpretatur, agros, ædificia, lacus, ſtagna, loca, poſſeſſiones contineri. ita ut *ὑπερβολικῶς*, & cum riſu inferat; præter cœlum, & mare reliqua omnia ea includi. Ramus vero, agros, ædificia, verba Rullianæ legis fuiſſe exiſtimat, non Ciceronis. *Idem.*

AGROS] Vetus liber, *agri* multo meliore ſcriptura. Agros enim legi non poteſt, cum ſint verba legis Serviliæ, ut mirer a quibuſdam hoc animadverti non potuiſſe. *Turneb.* *Agri* quoque legitur in Francii libro, niſi is ipſe eſt, quem olim evolvit Turnebus. Nullam enim in his orationibus in Rullum antiqui libri diverſam ab aliis lectionem laudat Turnebus, quæ non & in hoc reperiatur. Recepi vero *agri* ſine mora, cum id poſtulet ſententia. Sed iſta quoque verba, AGRI, AEDIFICIA, LACVS, STAGNA, POSSESSIONES, majoribus litteris ſunt ſcribenda, quia verba ſunt legis. Addit Cicero jocoſe: *Cœlum & mare prætermiſit.* Quod hic Cicero ridens dixit, ſerio fertur dixiſſe olim Livius Druſus, teſte Floro III, 17: *Nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum dividere vellet aut lutum.* Grævius.

LOCA] *Locus eſt*, inquit Vlpianus, *non fundus ſed portio aliqua fundi.* Fundus autem integrum aliquid eſt. Cæterum adeo opinio noſtra & conſtitutio locum a fundo ſeparat, ut & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuerimus. Non enim magnitudo locum a fundo ſeparat, ſed noſtra affectio. *Loci appellationem non ſolum ad ruſtica, verum etiam ad urbana quoque prædia pertinere* ſcribit Labeo. *Turn.*

Cæ-

coelum & mare praetermiſit, cetera complexus eſt. PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT. a quo, Rulle? Poſt Marium & Carbonem Coss. quis aſſignavit? quis dedit? quis conceſſit, praeter Sullam? EA OMNIA EO IVRE SINT. Quo jure? labefactat videlicet neſcio quid nimium acer, nimium vehemens tribunus pleb. Sullana reſcindit.

Cœlum & mare] Iam hæc Ciceronis verba, non legis ſunt, *Cœlum, mare, terram* cum dixerant, ſummam univerſi erant complexi, cum cœlum, aërem & lucentem mundum contineat. Lucentem enim mundum in Timæo *κόσμον* vertit Cicero. Tribus his partibus omnia contineri idem oſtendit de legibus: *Idemque cum cœlum, terras, maria, rerumque omnium naturam perſpexerit.* Turn. *Poſſeſſiones, cœlum &c. publice data &c.*] Turnebus, XXV Adverſ. cap. 16. emendandum putat, *poſſeſſiones publicæ, cœlum &c.* retracta voce, quæ occupabat ordinem non ſuum. *Gruterus.*

PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA] Conſiderat hoc dicendi genus: *Quæ poſt Marium, & Carbonem Conſules publice data, aſſignata.* Quærit enim a quo data ſint, ac Sullam interpretatur. Publice data; a magiſtratu aliquo intelligit: *Ea omnia eo jure ſint.* Adhuc dubia ſententia eſt, niſi quæ ſequuntur inferantur. Propterea rogat, *Quo jure?* ut ad ſequentia audienda populus reddatur alacrior. his enim figuris hæc legis interpretatio illuſtratur, quæ per ſe parum dignitatis haberet. *Laured.* DATA] Quæ a Sulla publice data quibuſdam erant. *Turnebus.*

ASSIGNATA] Colonis per aſſignationes attributa. *Idem.*

CONCESSA SVNT] Vt nonnullis, qui agros haberent in territorio, quod publicatum fuerat, aut publicum aut alienum occuparent & poſſiderent, tamen conceſſum fuerat. *Idem.*

Poſt Marium & Carbonem Coſſ. &c.] Aſſentior hic Cl. Puteano, qui animadvertit, hoc ordine totum hunc locum legi debere, *Poſt Marium & Catonem Coſſ. quis dedit? quis aſſignavit? quis vendidit? quis conceſſit?* Credibile eſt enim, Ciceronem ſervaſſe ordinem legis Serviliæ, quam P. Servilius Rullus ferebat. Nunc autem præpoſtere ſic vulgo legitur, *quis aſſignavit? quis dedit? quis conceſſit?* & præterea omiſſum eſt membrum unum, *quis vendidit?* quod neceſſarium eſſe, ac talem verborum ordinem eſſe debere declarant verba legis, *publice data, aſſignata, vendita, conceſſa.* Lambinus.

Quis aſſignavit, quis dedit, quis conceſſit præter Sullam?] Legendum putabat Puteanus, *quis dedit, quis aſſignavit, quis vendidit,* ut ſingula Serviliæ legis verba repetantur. quod ipſum ſtatim ſecutus eſt Lambinus. *Gruterus.*

EA OMNIA EO IVRE SINT] Ea juris conditione ſint. Aliter in Verrem: *Siculi eo jure ſint*, eo jure utuntur. *Turnebus.*

Labefactat videlicet neſcio quid] *Εἰρωνικῶς*, id eſt, non ſolum non imminuit, ſed maxime ſancit jus Sullanarum poſſeſſionum, itaque particula, *videlicet*, ironiis accommodata uſus eſt, ſic & illud: *huic tu moleſtus eſſe videlicet noluiſti*, & in lib. de orat. *Bonus ego videlicet magiſter.* Laured. *Labefactat videlicet neſcio quid*] *Labefactat* commovet aliquid videlicet, & concutit, ut ſubvertat tandem poſſeſſiones Sullanas. Nam *labefactare* eſt movere, & tanquam labefacere. Pro Lig. *Ruere illa non poſſunt, ut non hæc eodem labefactata motu concidant.* Terent. *Omnes dentes labefecit mihi*, id eſt, colaphis movit. *Turnebus.*

Sullana reſcindit] Guilielmius tentabat *Sullæ acta.* Pal. noſter ſec. habet, *Sillanis reſcindit.* Gruterus.

VT

T QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT. ɪamne meliore, quam paterna & avita? meliore. At c Valeria lex non dicit: Corneliae leges non ſan- ɪnt: Sulla ipſe non poſtulat. Si iſti agri partem ali- ɪam juris, aliquam ſimilitudinem propriae poſſeſſionis, ali-

'T QVAE OPTIMO IVRE PRI- TA SINT] Hæc eſt clauſula, qua ɪime Sullanæ largitiones a Rullo firmabantur. reſpondent autem in- ſe publice data, & optimo jure pri- ɪ. *Laured.* VT QVAE OPTIMO RE PRIVATA SINT] Legen- n: *Vt qua optimo jure privata ſunt*, ɪnquam ferri poſſit *ſint*. Privata di- ɪtur quæ uniuſcujuſque ſunt. *Turneb.*

QVAE OPT. &c.] Lambinus a- ɪ, quem non ſequimur. quippe Fe- ɪauctor, formulæ magiſtratuum ad- ſolitum VTI QVEI OPTIMA GE FVERINT. *Gruterus.*

Etiamne meliore, quam paterna & a- ɪ?] Α'παγωγὴ εἰς ἄτοπον διλημμα- ɪc. Vel tyrannicum hoc legis caput , vel inane; tyrannicum, quia Sul- ɪas aſſignationes meliore eſſe jure, ɪm privatas poſſeſſiones jubet: id ɪd ne legibus quidem Valeria, Cor- ɪiaque cavebatur: inane, quod jube- haberi quod habebatur, cum tamen ɪx nemo, vel ut habeatur ut priva- ɪ, cum tamen ſit meliore conditio- , quam privatum. *Laured.*

Meliore. At hoc] Διάλογ☉. aſtute ɪem facit, ut Rullus fateatur meliore, ɪd nunquam ipſe confeſſus eſſet, ut ɪam eripiat ejus arguendi. *Idem.*

At hoc Valeria lex non dicit?] Cum ɪrrogatione Rullum dicere Sullanas ɪeſſiones meliore eſſe conditione, ɪm paternas, aut avitas coëgiſſet, ɪd legibus Valeria, & Corneliis non ɪebatur. ex eo illas leges multo Ser- ɪa ipſa modeſtiores eſſe concludit, autem ſine interrogatione legen- ɪn. *Idem.*

Si iſti agri partem aliquam juris, ali- ɪm ſimilitudinem, &c.] Valeria, & ɪneliis legibus non id juberi, de quo ɪr, ſignum affert, quod qui agros a Sulla datos poſſident, præclare ſecum agi arbitrantur, ſi agri ipſi partem ali- quam juris, aut aliquam ſimilitudinem propriæ poſſeſſionis, aut aliquam ſpem diuturnitatis attingant, quod non face- rent, ſi lege cautum eſſet. qua re labe- factat, & evertit Rulli aſſertionem, quæ erat, Sullanas aſſignationes me- liore eſſe jure oportere, quam privatas poſſeſſiones, judicio vel Sullanorum ipſorum. *Idem.* *Si iſti agri partem aliquam juris*] Aliquam juris particulam habeant, qua nitantur, qui eos poſſident, ut proprietas ac dominium aliqua ex parte ad eos pertinere videatur. *Turn.*

Propria poſſeſſionis] Nam quæ noſtra non ſunt, tamen poſſeſſione & uſu fieri noſtra queunt. Propria poſſeſſio eſt certa & firma: nec vi, nec clam, nec precario facta, & tempore legibus præ- ſcripto parta. Proprium enim perpe- tuum eſt: ut apud Virgilium: *Propria hac ſi dona fuiſſent.* &,

Connubio jungam ſtabili propriamque dicabo.

Sed aut de proprietatis jure quærebatur, aut uſu & poſſeſſionis. Qui recuperare proprietatem volebant, adverſarium ex jure manu conſertum vocabant: qui de poſſeſſione litigabant, ex interdicto contendebant. Ea diſtinxit Cicero 1 de oratore: *Multiſque praeſſem, qui aut in- terdicto tecum contenderent, aut te ex jure manu conſertum vocarent, quod in alie- nas poſſeſſiones tam temere irruiſſes.* Hoc ego adſcripſi, quia vulgo non ſatis in- telligitur. Quo in Ciceronis loco non prætermittam Iuriſconſultos olim ſoli- tos eſſe dici præeſſe illis, quibus de jure reſpondebant. Pomponius: *Omnium tamen harum & interpretandi ſcientia, & actiones apud collegium Pontificum e- rant: ex quibus conſtituebatur, quis quo- que anno praeeſſet privatis.* Idem.

Diu-

propriorum perpetua poſſeſſio eſt. Cicero pro Milone: *Quid? ea quæ tenetis privata atque veſtra, dominante homine furioſo, quod jus perpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent?* Turnebus.

Nemo eſt tam impudens iſtorum] Rectius longe Erfurt. Pithœi & Francii libri: *nemo eſt tam imprudens.* Nemo eſt tam fatuus, qui non intelligat præclare ſecum agi, ſi hoc unum horum obtineat. Impudentiæ hic nullus locus. *Grav.*

Tu vero, Rulle, quid quæris?] Interrogatione a Rullo elicit, quod dixit, Sullanas aſſignationes meliore jure eſſe Rulli lege, quam Sullæ. utitur autem argumento ἐκ διαιρέσεως. Aut ita tuliſti, ut homines quod habent haberent, aut ut meliore jure haberent. non illud. nemo enim id vetat; ergo hoc. *Lambinus.*

Ut privatum] Eodem jure, quo privata habentur. altera pars diviſionis. hoc autem ſine interrogatione ſi enuncietur, tamquam Rulli reſponſum accipiendum eſt, qui dicat: tuli, ut homines quod haberent publice datum, tanquam privatum poſſiderent. non deſunt tamen, qui cum interrogationis nota ſcribendum putent, ſed docti judicabunt. *Idem.* *Ut privatum?*] Ut habeant privatum & proprium. *Turnebus.*

Sed ita latum eſt, ut melior, &c.] Inſectatur dictum illud Rulli: *Ut privatum.* non enim in lege ſcriptum eſt, *Ut privatum* ſed, *Ut quæ optimo jure privata ſint.* quo fieri ait, ut meliore conditio-

praedia, quae optima conditione ſunt. Libera meliore jure ſunt quam ſerva. capite hoc omnia, quae ſerviebant, non ſervient. Soluta meliore in cauſa ſunt, quam obligata. eodem capite obligata omnia, ſi modo Sullana ſunt, liberantur. Immunia commodiore conditione ſint, quam illa quae penſitant. . Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vecti-

avitiſque prædiis ſerva, obligata, penſitantia ſunt, quæ ſi Sullana fuerint, ut optimo jure, id eſt, optima conditione ſint, ex ſervis libera, ex obligatis ſoluta, ex penſitantibus immunia hoc capite fient. Quæ vero ſint libera prædia, quæ ſerva docent libri juriſconſultorum. ſoluta ſunt, quæ nemini ulla juris ſpecie obligata ſunt, ita ut poſſeſſor ea cui velit relinquere, atque pro arbitrio alienare poſſit. Immunia, quæ nihil penſitant, eòrum autem, quæ penſitant, affert exemplum. Sed nota *συνωνυμίαν* verborum, libera, ſoluta, immunia, quæ non ſerviunt: ſerva, quæ ſerviunt, obligata, quæ penſitant. *Laur.*

Optimo enim jure ea profecto ſunt prædia] Optimo jure ſunt, quorum optima conditio eſt. In venditionibus & mancipationibus agrorum, in traditionibus, ſtipulationibus, teſtamentis addi hæc adjectio etiam interdum ſolebat, *Vt opt. maximuſque*, *quæ ſignificat liberum præſtari prædium*, ut Paullus ſcribit, *non etiam ut ſervitutes ei debeantur.* Turnebus.

Prædia] *Prædium*, inquit Modeſtinus, *nomen eſt generale agri*, *poſſeſſionis.* Nam ager & poſſeſſio hujus appellationis ſpecies eſt. *Idem.*

Serva] Quam quæ ſervitutem viæ, actus, & aliarum rerum debent. *Ager*, inquit Proculus, *cum ut optimus maximuſque ſit dicitur*, *liber eſſe ſignificatur.* Idem.

Quæ ſerviebant] Quæ ſervitutem debebant, quæ ſervituti obnoxia erant, quæ ſerva erant. *Servata* etiam dixit Cicero, quæ ſerva facta, ut pro Flacco: *Quam chara diis immortalibus eſſe docuit*, *quod victa*, *quod elocata*, *quod ſervata*, id eſt, ſerva facta. *Idem.* Locus in oratione pro Flacco eſt corruptus. Nam *ſervare* pro in ſervitutem redigere dixiſſe Tullium credat Iudæus Apello, non ego. *Gravius.*

Obligata] Vt verbi gratia oppignerata, quæ veteres etiam oppoſita dicebant. Quo in verbo ſic feſtive ludit Catullus:

Furi villula noſtra non ad Auſtri
Flatus oppoſita eſt, *nec ad Favoni*,
Nec ſævi Boreæ, *aut Apeliotæ*,
Verum ad millia quindecim & ducenta.

Et Iuvenalis:

Lancibus oppoſitis & matris imagine fracta.

Hoc eſt, pignori poſitis. *Turneb.*

Obligata omnia] Vet. lib. *obſignata.* Pro obſignatis tabulis obligata, ut opinor: obligata tamen loco non moves. *Idem.* *Eodem capite obligata omnia*] Turnebus d. cap. ait edi, *Eodem capite nota obſignata omnia.* & probat. at enim Pall. Cujac. item edd. vett. exhibent, *Eod. cap. ſubſignata omnia*; quod ego omnino malim. *Gruterus.*

Quæ penſitant] Quam agri vectigales, qui vectigal pendunt. *Turnebus.*

Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vectigal pendam] Prædium ſuum Tuſculanum ſignificat, quod a Tuſculanis acceperat, quibus quotannis pro uſu aquæ, quæ Crabra dicebatur, vectigal quoddam penderet. & hoc eſt, quod dicit Sullanas poſſeſſiones eſſe meliore jure, atque conditione, quod ipſæ Rulli lege nihil penderent, cæteræ penderent. *Laured.* *Ego Tuſculanis pro aqua Crabra*] *Crabra* verius puto, ut in epiſtola ad Tironem: *De Crabra quid agatur*, *etſi nunc quidem nimium eſt aqua*, *tamen velim ſcire.* Frontinus: *Præter caput Iulia tranſſluit aqua*, *quæ vocatur Crabra. Hanc Agrippa omiſit*, *ſeu quia ejus uſum improbaverat*, *ſeu quia Tuſcu-*

veƈtigal pendam, quia a municipio fundum accepi. ſi a
3 Sulla mihi datus eſſet, Rulli lege non penderem. Video vos, Quirites, ſicuti res ipſa cogit, commoveri vel legis, vel orationis impudentia: legis, quae jus melius Sullanis praediis conſtituat, quam paternis: orationis, quae ejusmodi cauſa inſimulare quemquam audeat, rationes Sullae nimium vehementer defendere. At ſi illa ſolum ſanciret, quae a Sulla eſſent data, tacerem: modo ipſe ſe Sullanum eſſe confiteretur. ſed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit: &c is,

lanis poſſeſſoribus relinquendam credebat. Ea namque eſt, quam omnes villæ tractus ejus per vicem in dies modulosque certos diſpenſatam accipiunt. Ciceroni de hac aqua aliquando lis fuit. Nam pro Cornel. Balbo ita ſcribit: *Si nos de aqua noſtra Tuſculana M. Tugionem potius, quam C. Aquilium conſulebamus.* Turnebus. Crabra aqua, quæ nunc Marrana dicitur etiam damnata dicta fuit, perperam a Kirchero traditur illam dictam fuiſſe in urbe Almonem, ut multis docet Vir Cl. & doctiſſimus Raphaël Fabrettus de aquis & aquæductibus veteris Romæ, ubi in variis locis agit de hac aqua Crabra. vide inprimis caput 268, & ſequentia. *Gravius.*

A municipio] Tuſculanum Ciceronis fuerat Catuli. Sed Catulus & Cicero eum fundum, ut a municipio acceperant. Id non eſt diſſimile noſtrorum clientellariorum & beneficiariorum prædiorum. *Turnebus.* *Quia a municipio fundum accepi*] Si libris ſtandum tam mſſ. quam caſcis editionibus, reſtituendum, *quia mancipio fundum.* videndum tamen, an illa *immunia*, quæ mancipio accepta; annotatum Guilielmio. *Gruterus.*

Video vos Quirites, ſicuti res ipſa cogit, commoveri] Quos ad voces illas, *Optimo jure*, exagitandas pertinebat, jam concludit. atque populum ad odium adducit ob legis, & legiſlatoris impudentiam; aſtute tamen non populum commoveri oportere ait, ſed eum ſe ob rei indignitatem commotum videre. fortaſſe, quod id ex vultibus populi intellexerat. *Laured.* *Video vos Quirites*] Concio mutata ſententia fremuit & ſtrepuit. Quod orator vidit, cum eam commotam eſſe dicat. *Turnebus.*

Ejuſmodi cauſſa] Id eſt, ob rem hujuſmodi, cum tueantur ipſi Sullanas poſſeſſiones, tamen id objicere cuiquam auſint, quod impudentiæ eſt maximæ. *Idem.* *Ejuſmodi cauſa*] Cujuſmodi ea eſt quam Rullus ſuſcepit, quæ cum Sullæ acta confirmet maxime, impudentiſſime Rullus eam ſuſpicionem impingit Ciceroni. hanc ſententiam elici poſſe ex his verbis non putarunt, qui ad conjecturas confugiunt. *Guilielmius.*

Inſimulare] Inſimulare proprie eſt falſum crimen in aliquem confingere, & in aliquem ſimulare. Sed pro criminari etiam & accuſare frequentatur, *Turnebus.*

At ſi illa ſolum ſanciret, quæ a Sulla eſſent data, tacere] Præparat ſe ad aliud legis verbum reprehendendum, quod eſt, *poſſeſſa.* proponit autem, non ſolum Sullanas largitiones a Rullo ſanciri, ſed alias etiam novas inſtitui. atque ita aptiſſime ad aliud diſputationis genus tranſit. *Laured.*

Donationis] Eos agros, quos Sulla non dedit, ſed quidam in illa reip. caligine occuparunt, & poſſederunt, confirmat & ſancit. Donationem appellat, quod agros illos eis ſua lege Rullus donet. *Turnebus.*

Et is,

& is, qui a me Sullanas poſſeſſiones defendi criminatur, non eas ſolum ſancit: verum ipſe novas aſſignationes inſtituit, & repentinus Sulla nobis exoritur. Nam attendite, quantas conceſſiones agrorum hic noſter objurgator uno verbo facere conetur. QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. Patior. audio. quid deinde? POSSESSA. Haec tribunus pleb. promulgare auſus eſt, ut, quod quiſque poſt Marium & Carbonem Coss. poſſidet, id eo jure teneret, quo

Et is, qui a me Sullanas poſſeſſiones defendi criminatur] Immoratio. multum autem in dicendo valet, ſi quæ nobis objecta fuerant, iiſdem obſtrictum eſſe adverſarium oſtendere potuerimus. *Laur.*

Novas aſſignationes] Quia dixit, *poſſeſſa*. Idem. *Aſſignationes*] Quod eam Sulla non accuſavit, cum lege confirmat, poſſeſſori aſſignare videtur ipſe. Aliud autem eſt *aſſignare*, aliud *dividere*. Dividuntur enim agri in centurias, aſſignantur viritim. *Turnebus.*

Et repentinus Sulla nobis exoritur] Id eſt, repente tanquam Sulla de alieno elargitur. ſic Philippica 13. *Veneficam audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit? quem ita obſides novo Annibal, aut ſi quis acutior imperator fuit: ut te ipſe obſideas.* & 14. *An vero ego, qui Catilinam hoc molientem ſuſtulerim, everterim, afflixerim, ipſe exiſterem repente Catilina?* Laured.

Nam attendite, quantas conceſſiones agrorum] Attentos reddit ad rem novam audiendam, id eſt, varias agrorum conceſſiones uno verbo *poſſeſſa*, expreſſas. *Idem.* *Conceſſiones*] Qui agros aſſignabant, quibuſdam ut ſubſecivis, quæ non aſſignabant, aliquos frui ſinebant. Sæpe enim legimus, ſubſeciva conceſſa. Sed & veteribus poſſeſſoribus interdum concedebantur, nec aſſignabantur. Sed & excepta quædam concedebantur. Ad illas conceſſiones reſpexiſſe videtur, quod illi non ut aſſignata, ſed ut conceſſa poſſideant. *Turneb.*

Quæ data, aſſignata] Repetuntur verba ſuperioris capitis quadrageſimi: in quo tamen legebatur, *quæ data, aſſignata*, quæ in aſſignationibus uſitata erant. Flaccus: *Præterea invenimus ſubſcriptiones tales, datum, aſſignatum, adſcriptum: ſic ſubjectum redditum ſuum uni aut duobus.* Sed tamen hic data erunt aſſignata, donata, non aſſignata, ſed dono data. *Idem.*

Vendita] Nam cum alia, tum etiam agri, qui Quæſtorii dicebantur, per Quæſtores vendebantur, ac limitibus inſtitutis, laterculis quinquagenum jugerum effectis, venum ibant. *Idem.*

Patior, audio] Arguta orationis conceſſio, ut, quod ſequitur, gravius & minus tolerandum videatur. *Laur.*

Poſſeſſa] Cum in lege hæc verba eſſent, *data, donata, conceſſa, vendita, poſſeſſa*. extremum tantum ex iis, *poſſeſſa*, exagitat. orſus ab indignatione, quæ poſt injuſtæ rei mentionem aptiſſime collocatur, & ad commovendum auditorem plurimum valet. *Idem.* *Poſſeſſa*] Hoc verbum ſupra non poſuerat, quod nunc adſcribit, cum de eo diſſerere velit. Ac videtur nonnullam adhibere calumniam Rullo. Nam recte poſſeſſa, ut opinor, intellexerit, etſi *recte* non addiderat. *Turnebus.*

Hoc tribunus plebis] Quem majores præſidem libertatis, cuſtodemque eſſe voluerant. ἔμφασιν habet. *Laured.*

Poſt Marium & Carbonem] Hoc eſt, Sulla dictatore, quemadmodum ipſemet ſuperius interpretatus eſt. *Idem.*

Id eo jure teneret] Cum dixerit, *poſſidet*, ſequitur, ut legendum ſit, *teneat*. Idem.

quo in numero Sex. Roſcius non eſt : aut eorum, qui in adverſariorum præſidiis occiſi ſunt ; dum præſidia ulla fuerunt, in Sullæ præſidiis fuit. Laured.

Eripitur, cum datur] Alii legunt cum nonnullis antiquis libris: *Eripitur cui datur.* Alii, ut ex iniqua lege bonum conſequi oſtendatur, *Cum eripitur, datur.* Ego vulgatam lectionem tueor. vult enim Cicero impudentiam Valeriæ legis & Corneliæ indicare in eo, quod cum illi darent; eriperent, neque cuiquam gratificarentur, niſi alteri acerbam injuriam facerent, atque omnino neminem locupletarent, niſi altero ſpoliato. eſt enim impudentis dare aliena, & ex alienis bonis ſeſe gratum exhibere. *Idem.* *Eripitur cum datur*] Vt cum agros proſcribebat Sulla, proſcriptos dabat. *Turneb.* *Eripitur cum datur*] Melius Pall. Cujac. edd. vett. *cui.* Grut. Sic ſane & Francii liber. Sed Erfurt. & Pithœanus: *eripitur civi datur.* Credo Ciceronem dixiſſe: *Corneliisque legibus eripitur civi, civi datur.* Aliis civibus proſcriptis eripiebantur poſſeſſiones, aliis, quia partibus Sullanis ſteterant, dabantur. Cum negligentia ſcribarum ſemel hæc vox eſſet præterita, ut ſæpe factum eſſe in priſcis libris, nemo qui eos conſuluit, ignorat, facile *civi* in *cui* & *cum* degeneravit. *Grav.*

Sed tamen habet in illis legibus ſpem nonnullam ille, cui ademptus, &c.] Levat infamiam earum legum, quod quæ legibus illis data ſint, admodum rata non ſint. nam & ſperant ſe ſua recuperaturos eſſe, quib

rum cuique poſſeſſio
Sed tamen inhibet illis leg
Neceſſe habui revocar
ram, cum non modo
editiſque antiquitus, ſe
bianis; ut prodidit ipſ
Adverſ. cap. 16. qui co
hactenus legimus, *ſed*
illis legibus. Gruterus.
bere illis legibus ſpem et
Francii, & Pithœi libris
nebus *inhibere ſpem in al*
apud Plautum *inhibere i*
pro imperium habere,
aliquem. Sed non ſuſtin
gatam, uti nec ſuſtin
quamvis id ſe feciſſe in
propter locutionis inſole
ἀνάλογον, ſi uſus non
movere nos debet ad arri
paucorum librorum fide
& I. Frid. Gronovium a
qui merito hanc veteri
ſcripturam damnat. *Grav*

Ille cui ademptus eſt, C
Mallet Puteanus, *adempt*
tum eſt. Gruterus.

Aliquem ſcrupulum] I
datus eſt, ne reſcindant
metuit; qui amiſit, id ſp
Turnebus.

Rubi cautio eſt hæc] A
quit, cum caveat diligen
quam Flaccus, eo impude

Poſt C. Marium] Ita ca
ne quam in rep diſſenſio
veret, ſi Sullanas poſſeſſi

Quam procul a ſuſpicione fugit, quod eos conſules, qui adverſarii Sullae maxime fuerunt, potiſſimum nominavit? Si enim Sullam dictatorem nominaſſet, perſpicuum fore & invidioſum arbitratus eſt. Sed quem veſtrum tam tardo ingenio fore putavit, cui poſt eos conſules Sullam dictatorem fuiſſe in mentem venire non poſſet? Quid ergo ait Marianus tribunus pleb. qui nos Sullanos in invidiam rapit? QVAE POST MARIVM ET CARBONEM COSS. AGRI AEDIFICIA, LACVS, STAGNA, LOCA, POSSESSIONES, coe-

Quam procul a ſuſpicione fugit] Fraudem indicat Rulli, qui cum ſcribere debuiſſet, Quæ poſt L. Sullam dictatorem, ut nominis Sullæ invidiam evitaret, Conſules C. Marium, & Cn. Carbonem, Sullæ inimicos, nominavit, in quorum conſulatu, poſteaquam uterque eorum alter in Sicilia, alter Præneſte occiſus eſt, Sulla optimatum factionis princeps urbem victor ingreſſus eſt, & dictator factus eſt. Plutarchus in Sulla, Dionyſius, Appianus, Epitome Liviana lib. 89. *Laured.*

Invidioſum] Plenum invidiæ fore putavit, ſi aperte poſſeſſiones & aſſignationes Sullanas confirmaret. Id ergo clam & obſcure fecit, ut fraus lateret. *Turnebus.*

Quem veſtrum] Sic Pal. pr. & olim impreſſi. at ſec. & Cujac. *noſtrum*; quod minus forſan invidioſum. *Grut.*

Sullam dictatorem] Ita Sullanos agros & aſſignationes confirmabat, cum poſt eos Conſules Sulla dictator fuerit. *Turn.*

Quid ergo ait Marianus tribunus pl. qui nos Sullanos in invidiam rapit] Pergit interpretari verba legis Rulli, per ſubjectionem. εἰρωνικῶς vero Rullum Marianum vocat, quippe qui re Sullanus eſſet, verbo Marianus. *Laured.*

QVAE POST MARIVM ET CARBONEM COSS.] Repetit verba legis, ut vocula, *quæ*, quantam vim habeat, aperiat. ea enim interpretatur, agros, ædificia, lacus, ſtagna, loca, poſſeſſiones contineri. ita ut ὑπερβολικῶς, & cum riſu inferat; præter cœlum, & mare reliqua omnia ea includi. Ramus vero, agros, ædificia, verba Rullianæ legis fuiſſe exiſtimat, non Ciceronis. *Idem.*

AGROS] Vetus liber, *agri* multo meliore ſcriptura. Agros enim legi non poteſt, cum ſint verba legis Serviliæ, ut mirer a quibuſdam hoc animadverti non potuiſſe. *Turneb.* *Agri* quoque legitur in Francii libro, niſi is ipſe eſt, quem olim evolvit Turnebus. Nullam enim in his orationibus in Rullum antiqui libri diverſam ab aliis lectionem laudat Turnebus, quæ non & in hoc reperiatur. Recepi vero *agri* ſine mora, cum id poſtulet ſententia. Sed iſta quoque verba, AGRI, AEDIFICIA, LACVS, STAGNA, POSSESSIONES, majoribus litteris ſunt ſcribenda, quia verba ſunt legis. Addit Cicero jocoſe: *Cælum & mare prætermiſit.* Quod hic Cicero ridens dixit, ſerio fertur dixiſſe olim Livius Druſus, teſte Floro III, 17: *Nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum diviſere vellet aut lutum.* Grævius.

LOCA] *Locus eſt*, inquit Vlpianus, *non fundus ſed portio aliqua fundi.* Fundus autem integrum aliquid eſt. Cæterum adeo opinio noſtra & conſtitutio locum a fundo ſeparat, ut & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuerimus. Non enim magnitudo locum a fundo ſeparat, ſed noſtra affectio. *Loci appellationem non ſolum ad ruſtica, verum etiam ad urbana quoque prædia pertinere* ſcribit Labeo. *Turn.*

Ca-

verba, non legis ſunt, *Cælum, mare, terram* cum dixerant, ſummam univerſi erant complexi, cum cœlum, aërem & lucentem mundum contineat. Lucentem enim mundum in Timæo *κόσμον* vertit Cicero. Tribus his partibus omnia contineri idem oſtendit de legibus: *Idemque cum cælum, terras, maria, rerumque omnium naturam perſpexerit.* Turn. *Poſſeſſiones, cælum &c. publice data &c.*] Turnebus, xxv Adverſ. cap. 16. emendandum putat, *poſſeſſiones publica, cælum &c.* retracta voce, quæ occupabat ordinem non ſuum. *Gruterus.*

PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA] Conſiderat hoc dicendi genus: *Quæ poſt Marium, & Carbonem Conſules publice data, aſſignata.* Quærit enim a quo data ſint, ac Sullam interpretatur. Publice data; a magiſtratu aliquo intelligit: *Ea omnia eo jure ſint.* Adhuc dubia ſententia eſt, niſi quæ ſequuntur inferantur. Propterea rogat, *Quo jure?* ut ad ſequentia audienda populus reddatur alacrior. his enim figuris hæc legis interpretatio illuſtratur, quæ per ſe parum dignitatis haberet. *Laured.*

DATA] Quæ a Sulla publice data quibuſdam erant. *Turnebus.*

ASSIGNATA] Colonis per aſſignationes attributa. *Idem.*

CONCESSA SVNT] Vt nonnullis, qui agros haberent in territorio, quod publicatum fuerat, aut publicum aut alienum occuparent & poſſiderent, tamen conceſſum fuerat. *Idem.*

Poſt Marium [...]

vendit
nim,
gis Se
fereba
go leg
quis co
memb
neceſſa
ordine
gis, *p*
conceſſa.
Quis
ceſſis pr
bat Put
vit, qu
legis ve
tim ſecu
EA
Ea juris
rem: *Si*
Turnebus
Labeſa
ἐσσυκὼς
minuit,
rum poſ
videlicet
eſt, ſic
videlicet
Bonus eg
Labefacta
factas co
concutit,
nes Sulla
vere, & t
Ruere illa
befactata
dentes labe

VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT. Etiamne meliore, quam paterna & avita? meliore. At hoc Valeria lex non dicit: Corneliae leges non ſanciunt: Sulla ipſe non poſtulat. Si iſti agri partem aliquam juris, aliquam ſimilitudinem propriae poſſeſſionis, ali-

VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT] Hæc eſt clauſula, qua maxime Sullanæ largitiones a Rullo confirmabantur. reſpondent autem inter ſe publice data, & optimo jure privata. *Laured.* VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT] Legendum: *Vt quæ optimo jure privata ſunt*, quanquam ferri poſſit *ſint*. Privata dicuntur quæ uniuſcujuſque ſunt. *Turneb.* VT QVAE OPT. &c.] Lambinus aliter, quem non ſequimur. quippe Feſtus auctor, formulæ magiſtratuum adjici ſolitum VTI QVEI OPTIMA LEGE FVERINT. *Gruterus.*

Etiamne meliore, quam paterna & avita?] Ἀπαγωγὴ εἰς ἄτοπον διλημματικῶς. Vel tyrannicum hoc legis caput eſt, vel inane; tyrannicum, quia Sullanas aſſignationes meliore eſſe jure, quam privatas poſſeſſiones jubet: id quod ne legibus quidem Valeria, Corneliaque cavebatur: inane, quod jubebat haberi quod habebatur, cum tamen vetet nemo, vel ut habeatur ut privatum, cum tamen ſit meliore conditione, quam privatum. *Laured.*

Meliore. At hoc] Διάλογος. aſtute autem facit, ut Rullus fateatur meliore, quod nunquam ipſe confeſſus eſſet, ut anſam eripiat ejus arguendi. *Idem.*

At hoc Valeria lex non dicit?] Cum interrogatione Rullum dicere Sullanas poſſeſſiones meliore eſſe conditione, quam paternas, aut avitas coëgiſſet, quod legibus Valeria, & Corneliis non jubebatur. ex eo illas leges multo Servilia ipſa modeſtiores eſſe concludit, eſt autem ſine interrogatione legendum. *Idem.*

Si iſti agri partem aliquam juris, aliquam ſimilitudinem, &c.] Valeria, & Corneliis legibus non id juberi, de quo dixit, ſignum affert, quod qui agros a Sulla datos poſſident, præclare ſecum agi arbitrantur, ſi agri ipſi partem aliquam juris, aut aliquam ſimilitudinem propriæ poſſeſſionis, aut aliquam ſpem diuturnitatis attingant, quod non facerent, ſi lege cautum eſſet. qua re labefactat, & evertit Rulli aſſertionem, quæ erat, Sullanas aſſignationes meliore eſſe jure oportere, quam privatas poſſeſſiones, judicio vel Sullanorum ipſorum. *Idem.* *Si iſti agri partem aliquam juris*] Aliquam juris particulam habeant, qua nitantur, qui eos poſſident, ut proprietas ac dominium aliqua ex parte ad eos pertinere videatur. *Turn.*

Propria poſſeſſionis] Nam quæ noſtra non ſunt, tamen poſſeſſione & uſu fieri noſtra queunt. Propria poſſeſſio eſt certa & firma: nec vi, nec clam, nec precario facta, & tempore legibus præſcripto parta. Proprium enim perpetuum eſt: ut apud Virgilium: *Propria hæc ſi dona fuiſſent.* &,

Connubio jungam ſtabili propriamque dicabo.

Sed aut de proprietatis jure quærebatur, aut uſu & poſſeſſionis. Qui recuperare proprietatem volebant, adverſarium ex jure manu conſertum vocabant: qui de poſſeſſione litigabant, ex interdicto contendebant. Ea diſtinxit Cicero 1 de oratore: *Multiſque praeeſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manu conſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes.* Hoc ego adſcripſi, quia vulgo non ſatis intelligitur. Quo in Ciceronis loco non prætermittam Iuriſconſultos olim ſolitos eſſe dici præeſſe illis, quibus de jure reſpondebant. Pomponius: *Omnium tamen harum & interpretandi ſcientia, & actiones apud collegium Pontificum erant: ex quibus conſtituebatur, quis quoque anno præeſſet privatis.* Idem.

Diu-

aliquam ſpem diuturnitatis attingunt, nemo eſt tam imprudens iſtorum, quin agi ſecum praeclare arbitretur. Tu vero, Rulle, quid quaeris? quod habent ut habeant? quis vetat? ut privatum? Sed ita latum eſt, ut melior tui ſoceri fundus Irpinus ſit, ſive ager Irpinus, totum enim poſſidet, quam meus paternus avituſque fundus Arpinas. id enim caves. Optimo enim jure ea ſunt profecto praedia,

Diuturnitatis] Vt diutius iis frui poſſint, cum propria non ſint: alioqui propriorum perpetua poſſeſſio eſt. Cicero pro Milone: *Quid? ea quæ tenetis privata atque veſtra, dominante homine furioſo, quod jus perpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent?* Turnebus.

Nemo eſt tam impudens iſtorum] Rectius longe Erfurt. Pithœi & Francii libri: *nemo eſt tam imprudens*. Nemo eſt tam fatuus, qui non intelligat præclare ſecum agi, ſi hoc unum horum obtineat. Impudentiæ hic nullus locus. *Grav.*

Tu vero, Rulle, quid quæris?] Interrogatione a Rullo elicit, quod dixit, Sullanas aſſignationes meliore jure eſſe Rulli lege, quam Sullæ. utitur autem argumento ἐκ διαιρέσεως. Aut ita tuliſti, ut homines quod habent haberent, aut ut meliore jure haberent. non illud. nemo enim id vetat; ergo hoc. *Lauredanus.*

Vt privatum] Eodem jure, quo privata habentur. altera pars diviſionis. hoc autem ſine interrogatione ſi enuncietur, tamquam Rulli reſponſum accipiendum eſt, qui dicat: tuli, ut homines quod haberent publice datum, tanquam privatum poſſiderent. non deſunt tamen, qui cum interrogationis nota ſcribendum putent, ſed docti judicabunt. *Idem.* *Vt privatum?*] Vt habeant privatum & proprium. *Turnebus.*

Sed ita latum eſt, ut melior, &c.] Inſectatur dictum illud Rulli: *Vt privatum*. non enim in lege ſcriptum eſt, *Vt privatum* ſed, *Vt quæ optimo jure privata ſint*. quo fieri ait, ut meliore conditione ſint fundi a Sulla aſſignati, quam patriæ, & avitæ poſſeſſiones. eſt autem πάρισον. privatum, latum: fortaſſe etiam melius legeretur, *At ita latum*: quemadmodum paulo ſuperius: *At hoc Valeria lex*. *At*, & *At enim* particula ſolet ſervire antypophoris. *Laurd.* *Sed ita latum*] Atqui ita tuliſti, ut non tantum privatum, verum etiam ut optima conditione habeant. *Turneb.* *Sed ita latum*, ſic omnes MSS. & edd. Solus Lambinus & Gruterus ex conjectura Lauredani: *at ita latum*, quod ſane & ipſe probarem, ſi libri ſubſcriberent. *Grævius.*

Vt melior tui ſoceri fundus Irpinus ſit] Id eſt, fundus, quem Valgius ſocer tuus a Sulla accepit, meliore conditione ſit, quam meus Arpinas, quem a patre, avoque accepi. Ludit autem in vocibus Irpinus, & Arpinas. *Laured.*

Sive ager Irpinus] Ἐπιδιόρθωσις. Hoc ait, ut invidiam faciat Valgio, qui non fundum Irpinum, ſed agrum totum Irpinum a Sulla acceptum poſſederit. agri vero nomen latius patet, quam fundi. Laur. Val. lib. 6. cap. 41. *Idem.* *Sive ager Irpinus*] Irpini populi appellati ſunt nomine lupi, ut ait Pompeius, quem Samnites *Irpum* vocant. Nam lupum ſecuti agros occupavere. Ceterum *fundum* cum dixiſſet, *agrum* corrigens ſubjecit, quod totum fere Irpinorum territorium, id enim hic ager ſignificat, poſſideret. *Turnebus.*

Id enim caves] Vt melior ſit, cum ais, *Optimo jure*. Laured.

Optimo enim jure ea ſunt profecta prædia] Argumento a definitione ſumpto docet, meliore conditione eſſe Sullanum agrum quam patrium, & avitum: optimo enim jure ſunt ea prædia, quæ ſunt optima conditione. optima vero conditione, quæ libera, ſoluta, & immunia ſunt. multa autem ex paternis, avi-

praedia, quae optima conditione ſunt. Libera meliore jure ſunt quam ſerva. capite hoc omnia, quae ſerviebant, non ſervient. Soluta meliore in cauſa ſunt, quam obligata. eodem capite obligata omnia, ſi modo Sullana ſunt, liberantur. Immunia commodiore conditione ſint, quam illa quae penſitant. . Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vecti-

avitiſque prædiis ſerva, obligata, penſitantia ſunt, quæ ſi Sullana fuerint, ut optimo jure, id eſt, optima conditione ſint, ex ſervis libera, ex obligatis ſoluta, ex penſitantibus immunia hoc capite fient. Quæ vero ſint libera prædia, quæ ſerva docent libri juriſconſultorum. ſoluta ſunt, quæ nemini ulla juris ſpecie obligata ſunt, ita ut poſſeſſor ea cui velit relinquere, atque pro arbitrio alienare poſſit. Immunia, quæ nihil penſitant, eorum autem, quæ penſitant, affert exemplum. Sed nota *συνωνυμίαν* verborum, libera, ſoluta, immunia, quæ non ſerviunt: ſerva, quæ ſerviunt, obligata, quæ penſitant. *Laur.*

Optimo enim jure ea profecto ſunt prædia] Optimo jure ſunt, quorum optima conditio eſt. In venditionibus & mancipationibus agrorum, in traditionibus, ſtipulationibus, teſtamentis addi hæc adjectio etiam interdum ſolebat, *Vt opt. maximuſque, quæ ſignificat liberum præſtari prædium*, ut Paullus ſcribit, *non etiam ut ſervitutes ei debeantur*. Turnebus.

Prædia] *Prædium*, inquit Modeſtinus, *nomen eſt generale agri, poſſeſſionis*. Nam ager & poſſeſſio hujus appellationis ſpecies eſt. *Idem.*

Serva] Quam quæ ſervitutem viæ, actus, & aliarum rerum debent. *Ager*, inquit Proculus, *cum ut optimus maximuſque ſit dicitur, liber eſſe ſignificatur*. Idem.

Quæ ſerviebant] Quæ ſervitutem debebant, quæ ſervituti obnoxia erant, quæ ſerva erant. *Servata* etiam dixit Cicero, quæ ſerva facta, ut pro Flacco: *Quam chara diis immortalibus eſſe docuit, quod victa, quod elocata, quod ſervata*, id eſt, ſerva facta. *Idem.* Locus in oratione pro Flacco eſt corruptus. Nam *ſervare* pro in ſervitutem redigere dixiſſe Tullium credat Iudæus Apello, non ego. *Gravius.*

Obligata] Vt verbi gratia oppignerata, quæ veteres etiam oppoſita dicebant. Quo in verbo ſic feſtive ludit Catullus:

Furi villula noſtra non ad Auſtri
Flatus oppoſita eſt, nec ad Favoni,
Nec ſævi Boreæ, aut Apeliotæ,
Verum ad millia quindecim & ducenta.

Et Iuvenalis:

Lancibus oppoſitis & matris imagine fracta.

Hoc eſt, pignori poſitis. *Turneb.*

Obligata omnia] Vet. lib. *obſignata*. Pro obſignatis tabulis obligata, ut opinor: obligata tamen loco non moves. *Idem.* *Eodem capite obligata omnia*] Turnebus d. cap. ait edi, *Eodem capite nota obſignata omnia*. & probat. at enim Pall. Cujac. item edd. vett. exhibent, *Eod. cap. ſubſignata omnia*; quod ego omnino malim. *Gruterus.*

Quæ penſitant] Quam agri vectigales, qui vectigal pendunt. *Turnebus.*

Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vectigal pendam] Prædium ſuum Tuſculanum ſignificat, quod a Tuſculanis acceperat, quibus quotannis pro uſu aquæ, quæ Crabra dicebatur, vectigal quoddam penderet. & hoc eſt, quod dicit Sullanas poſſeſſiones eſſe meliore jure, atque conditione, quod ipſæ Rulli lege nihil penderent, cæteræ penderent. *Laured.* *Ego Tuſculanis pro aqua Crabra*] *Crabra* verius puto, ut in epiſtola ad Tironem: *De Crabra quid agatur, etſi nunc quidem nimium eſt aqua, tamen velim ſcire.* Frontinus: *Præter caput Iulia tranſfluit aqua, quæ vocatur Crabra. Hanc Agrippa omiſit, ſeu quia ejus uſum improbaverat, ſeu quia Tuſcu-*

veƈtigal pendam, quia a municipio fundum accepi. ſi a
3 Sulla mihi datus eſſet, Rulli lege non penderem. Video vos, Quirites, ſicuti res ipſa cogit, commoveri vel legis, vel orationis impudentia: legis, quae jus melius Sullanis praediis conſtituat, quam paternis: orationis, quae ejusmodi cauſa inſimulare quemquam audeat, rationes Sullae nimium vehementer defendere. At ſi illa ſolum ſanciret, quae a Sulla eſſent data, tacerem: modo ipſe ſe Sullanum eſſe confiteretur. ſed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit: & is,

lanis poſſeſſoribus relinquendam credebat. Ea namque eſt, quam omnes villæ traƈtus ejus per vicem in dies modulosque certos diſpenſatam accipiunt. Ciceroni de hac aqua aliquando lis fuit. Nam pro Cornel. Balbo ita ſcribit: *Si nos de aqua noſtra Tuſculana M. Tugionem potius, quam C. Aquilium conſulebamus.* Turnebus. Crabra aqua, quæ nunc Marrana dicitur etiam damnata diƈta fuit, perperam a Kirchero traditur illam diƈtam fuiſſe in urbe Almonem, ut multis docet Vir Cl. & doƈtiſſimus Raphaël Fabrettus de aquis & aquæ duƈtibus veteris Romæ, ubi in variis locis agit de hac aqua Crabra. vide inprimis caput 268, & ſequentia. *Gravius.*

A municipio] Tuſculanum Ciceronis fuerat Catuli. Sed Catulus & Cicero eum fundum, ut a municipio acceperant. Id non eſt diſſimile noſtrorum clientellariorum & beneficiariorum prædiorum. *Turnebus.* *Quia a municipio fundum accepi*] Si libris ſtandum tam mſſ. quam calcis editionibus, reſtituendum, *quia mancipio fundum.* videndum tamen, an illa *immunia*, quæ mancipio accepta; annotatum Guilielmio. *Gruterus.*

Video vos Quirites, ſicuti res ipſa cogit, commoveri] Quos ad voces illas, *Optimo jure*, exagitandas pertinebat, jam concludit. atque populum ad odium adducit ob legis, & legiſlatoris impudentiam; aſtute tamen non populum commoveri oportere ait, ſed eum ſe ob rei indignitatem commotum videre. fortaſſe, quod id ex vultibus populi intellexerat. *Laured.* *Video vos Quirites*] Concio mutata ſententia fremuit & ſtrepuit. Quod orator vidit, cum eam commotam eſſe dicat. *Turnebus.*

Ejuſmodi cauſſa] Id eſt, ob rem hujuſmodi, cum tueantur ipſi Sullanas poſſeſſiones, tamen id objicere cuiquam auſint, quod impudentiæ eſt maximæ. *Idem.* *Ejuſmodi cauſa*] Cujusmodi ea eſt quam Rullus ſuſcepit, quæ cum Sullæ aƈta confirmet maxime, impudentiſſime Rullus eam ſuſpicionem impingit Ciceroni. hanc ſententiam elici poſſe ex his verbis non putarunt, qui ad conjeƈturas confugiunt. *Guilielmius.*

Inſimulare] Inſimulare proprie eſt falſum crimen in aliquem confingere, & in aliquem ſimulare. Sed pro criminari etiam & accuſare frequentatur, *Turnebus.*

At ſi illa ſolum ſanciret, quæ a Sulla eſſent data, tacere] Præparat ſe ad aliud legis verbum reprehendendum, quod eſt, *poſſeſſa.* proponit autem, non ſolum Sullanas largitiones a Rullo ſanciri, ſed alias etiam novas inſtitui. atque ita aptiſſime ad aliud diſputationis genus tranſit. *Laured.*

Donationis] Eos agros, quos Sulla non dedit, ſed quidam in illa reip. caligine occuparunt, & poſſederunt, confirmat & ſancit. Donationem appellat, quod agros illos eis ſua lege Rullus donet. *Turnebus.*

Et is,

& is, qui a me Sullanas poſſeſſiones defendi criminatur, non eas ſolum ſancit: verum ipſe novas aſſignationes inſtituit, & repentinus Sulla nobis exoritur. Nam attendite, quantas conceſſiones agrorum hic noſter objurgator uno verbo facere conetur. QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. Patior. audio. quid deinde? POSSESSA. Haec tribunus pleb. promulgare auſus eſt, ut, quod quiſque poſt Marium & Carbonem Coss. poſſidet, id eo jure teneret, quo

Et is, qui a me Sullanas poſſeſſiones defendi criminatur] Immoratio. multum autem in dicendo valet, ſi quæ nobis objecta fuerant, iiſdem obſtrictum eſſe adverſarium oſtendere potuerimus. *Laur.*

Novas aſſignationes] Quia dixit, *poſſeſſa.* Idem. *Aſſignationes*] Quod eam Sulla non accuſavit, cum lege confirmat, poſſeſſori aſſignare videtur ipſe. Aliud autem eſt *aſſignare*, aliud *dividere.* Dividuntur enim agri in centurias, aſſignantur viritim. *Turnebus.*

Et repentinus Sulla nobis exoritur] Id eſt, repente tanquam Sulla de alieno elargitur. ſic Philippica 13. *Veneficam audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit? quem ita obſides novo Annibal, aut ſi quis acutior imperator fuit: ut te ipſe obſideas.* & 14. *An ut ego, qui Catilinam hoc molientem ſuſtulerim, everterim, afflixerim, ipſe exiſterem repente Catilina?* Laured.

Nam attendite, quantas conceſſiones agrorum] Attentos reddit ad rem novam audiendam, id eſt, varias agrorum conceſſiones uno verbo *poſſeſſa*, expreſſas. *Idem.* *Conceſſiones*] Qui agros aſſignabant, quibuſdam ut ſubſecivis, quæ non aſſignabant, aliquos frui ſinebant. Sæpe enim legimus, ſubſeciva conceſſa. Sed & veteribus poſſeſſoribus interdum concedebantur, nec aſſignabantur. Sed & excepta quædam concedebantur. Ad illas conceſſiones reſpexiſſe videtur, quod illi non ut aſſignata, ſed ut conceſſa poſſideant. *Turneb.*

Quæ data, aſſignata] Repetuntur verba ſuperioris capitis quadrageſimi: in quo tamen legebatur, *quæ data, aſſignata*, quæ in aſſignationibus uſitata erant. Flaccus: *Præterea invenimus ſubſcriptiones tales, datum, aſſignatum, adſcriptum: ſic ſubjectum redditum ſuum uni aut duobus.* Sed tamen hic data erunt aſſignata, donata, non aſſignata, ſed dono data. *Idem.*

Vendita] Nam cum alia, tum etiam agri, qui Quæſtorii dicebantur, per Quæſtores vendebantur, ac limitibus inſtitutis, laterculis quinquagenum jugerum effectis, venum ibant. *Idem.*

Patior, audio] Arguta orationis conceſſio, ut, quod ſequitur, gravius & minus tolerandum videatur. *Laur.*

Poſſeſſa] Cum in lege hæc verba eſſent, *data, donata, conceſſa, vendita, poſſeſſa.* extremum tantum ex iis, *poſſeſſa*, exagitat. orſus ab indignatione, quæ poſt injuſtæ rei mentionem aptiſſime collocatur, & ad commovendum auditorem plurimum valet. *Idem.* *Poſſeſſa*] Hoc verbum ſupra non poſuerat, quod nunc adſcribit, cum de eo diſſerere velit. Ac videtur nonnullam adhibere calumniam Rullo. Nam recte poſſeſſa, ut opinor, intellexerit, etſi *recte* non addiderat. *Turnebus.*

Hoc tribunus plebis] Quem majores præſidem libertatis, cuſtodemque eſſe voluerant. ἔμφασιν habet. *Laured.*

Poſt Marium & Carbonem] Hoc eſt, Sulla dictatore, quemadmodum ipſemet ſuperius interpretatus eſt. *Idem.*

Id eo jure teneret] Cum dixerit, *poſſidet*, ſequitur, ut legendum ſit, *teneat.* Idem.

quo qui optimo privatum? etiamne ſi vi ejecit? etiamne ſi clam, ſi precario venit in poſſeſſionem? Ergo hac lege jus civile, cauſae poſſeſſionum, praetorum interdicta tollentur. Non mediocres res, neque parvum ſub hoc verbo

Quo optimo privatum] Melius in libro ſcripto: *quo qui optimo privatum*, ut ſupra eſt locutus, *ut quæ optimo jure privata ſunt*. Turnebus. Sic & liber Francii, niſi is eſt ipſe, quem vidit Turnebus.

Etiam ne ſi vi ejecit?] Quam injuſta ſit vox illa, *poſſeſſa*, oſtendit, quod multæ injuſtæ poſſeſſiones, ut cum vi, aut clam, aut precario quis venit in poſſeſſionem, juſtæ fiunt eo verbo, *Quæ poſt Marium, & Carbonem conſules poſſeſſa ſunt, ea omnia eo jure ſint, ut quæ optimo jure privata ſint*. De poſſeſſione porro, quod ad hunc locum attinet, ita Feſtus: *Poſſeſſio eſt, ut definit Gallus Ælius, uſus quidam ut ædificii, non ipſe fundus, aut ager. non enim poſſeſſio eſt e rebus, quæ tangi poſſunt, qui dicit, ſe poſſidere res, is vere poteſt dicere, itaque in legitimis actionibus nemo, ex iis poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit*. ut prætoriis verbis utatur: *Uti nunc poſſidetis eum fundum, quo de agitur, quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, ita poſſideatis. quo minus ita poſſideatis adverſus ea vim fieri veto*. unde etiam Terentius in Eunucho:

Hanc tu mihi, vel vi, vel clam, vel precario,
Fac tradas, mea nihil refert, dum potiar modo.

Precario autem poſſidemus, ut eſt apud juriſprudentes, quod nobis precibus petentibus utendum conceditur, quoad jus is, qui conceſſit, patitur. *Laured.*
Etiam ne ſi vi ejecit?] Exceptiones ſunt tres quæ juſtæ poſſeſſioni officiunt, de quibus interdictis prætoriis cavetur. ut in interdictis multis aliis. Sed & in eo, quod uti poſſidetis dicitur, cujus verba ſunt apud Pompejum Feſtum, quæ fere eadem etiam extant in Pandectis. *Turnebus*. In Feſto Scaligeri rectius legitur, *ut prætor his verbis utitur*, pro *prætoriis*. Dein: *quo minus ea poſſideatis*, non habentur in emendatioribus editionibus Feſti. Sed viciſſim emendatius legitur apud Lauredanum, *ex iis poſſeſſionem ſuam vocare audet*. Grævius.

Ergo hac lege jus civile] A conſequenti totius juris civilis pernicie quam perniciosa hæc lex ſit oſtendit. nam ſi violenta, clandeſtina precaria poſſeſſio optimo jure eſt, jus civile, quod maxime in cauſſis poſſeſſionum, & interdictis prætoriis continetur, labefactatur. *Laur.*
Ergo hac lege jus civile] Ius civile, quod ex legibus, plebiſſcitis, Senatuſconſ. magiſtratuum decretis, auctoritate prudentum venit. Prudentes autem juris & interpretes, quorum interpretatio etiam jus civile dicitur, de poſſeſſionibus multa diſputabant, alioqui non erant de iis legitimæ actiones, ſed Prætoriæ. *Turnebus*.

Cauſſa poſſeſſionum] Ius naturæ, & jus gentium complexus eſt. vide Inſtit. lib. ſecundo tit. primo. *Laured.* *Cauſſæ poſſeſſionum*] *Cauſſa poſſeſſionum* lites & controverſiæ poſſeſſionum. Nam ſi ſatis eſt poſſidere quomodocunque, omnes poſſeſſionum cauſſæ tollentur. Cicero: *Illa propria, hæc in cauſſa & in judicio collocata*. Turnebus.

Prætorum interdicta tollentur] Nam, ut Iuriſconſulti ſcribunt, interdicta formæ erant & conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut prohibebat. quod tunc maxime fiebat, cum de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur. *Idem*.

Non mediocris res, neque parvum ſub hoc verbo furtum Quirites latet] Aliud incommodum, quod ex illo verbo, *poſſeſſa*, proficiſcitur: quod eorum agrorum poſſeſſio confirmatur, qui lege Cornelia publicati ac nemini aſſignati, aut venditi, a paucis hominibus impu-

verbo furtum, Quirites, latet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam aſſignati, neque venditi, qui a paucis hominibus impudentiſſime poſſidentur. his cavet, hos defendit, hos privatos facit: hos, inquam, agros, quos Sulla nemini dedit, Rullus non vobis aſſignare vult, ſed eis condonare, qui poſſident. Cauſam quaero, cur ea, quae majores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hiſpaniis, Macedonia, Aſia quaeſiverunt, venire patiamini, cum ea, quae veſtra ſunt, condonari poſſeſſoribus

pudentiſſime poſſidentur. *Laurentanus.*

Non mediocris res, neque parvum ſub hoc verbo furtum] *Furtum*, non parva fraus. non exiguus dolus. Salluſtius: *Neque late, neque ſecuriſſimus, metu gentis ad furta belli peridonea.* Virgil. *Vulcani Martiſque dolos & dulcia furta.* Turneb.

Publicati, nec cuiquam aſſignati] In iis etiam Volaterrani, qui aſſignati non ſunt, quos ſe defendiſſe in epiſtolis ait: *Volaterrani Sullani temporis acerbitatem ſubterfugerunt benignitate Deorum immortalium, ſummoque ſtudio pop. Rom. a me in meo conſulatu defenſi ſunt.* Cum enim tribuni plebis legem iniquiſſimam de eorum agris promulgaſſent, facile ſenatui populoque Romano perſuaſi, ut eos cives, quibus fortuna pepercisſet, ſalvos eſſe vellent. Etiam Aretini agri publicati a Sulla non ſunt aſſignati. Sullani nonnulli, dum agri quidam a Sulla publicati donarentur, aut aſſignarentur, non expectarunt, ſed ultro invaſerunt. *Idem.*

Neque venditi] A Quæſtoribus. Qui vero ab iis agri vendebantur, Quæſtorii dicebantur. *Idem.*

Hos privatos facit] Agros, quos invaſerant Sullani. *Idem.*

Cauſam quaro, cur ea, qua majores vobis in Italia] Extremo cum indignatione locum concludit. non eſſe quærendum, cur patiantur vendi, quæ in Italia, Sicilia, Hiſpaniis, Macedonia, Aſia majores eorum pepererunt, cum ſua poſſeſſoribus condonari eadem lege videant. eſt autem argumentum a minori, in quo hæc comparantur, quæ majores quæſiverunt, &, ea, quæ veſtra ſunt. item, venire, &, condonari. nam qui patitur ſua condonari, etiam patietur a majoribus relicta venire. miro autem ordine utitur in provinciis commemorandis: nam devicta Italia Sicilia confecta provincia eſt a M. Lævino, deinde Hiſpaniæ virtute P. Scipionis in ditionem redactæ, tum Macedonia Q. Metelli, Aſia M'. Aquilii labore facta provincia eſt. *Laurentanus.*

Cauſſam quaro, cur ea] Non debetis hæc vendi permittere, cum a Rullo publica donari videatis. Nam ſi quid vendendum eſt, potius væneat quod Rullus condonat. *Turnebus.*

Cum ea, qua veſtra ſunt, condonari poſſeſſoribus] Illud, *veſtra*, refertur non ad poſſeſſionem, (nam a majoribus quæſita populi erant,) ſed ad propinquitatem. Satis etiam conſtat hanc ſententiam cum interrogatione pronunciandam eſſe. hoc enim enthymemate Cicero arguit ignavia populum, qui ſpoliari ſe ſuis rebus a Rullo videret, & tamen pateretur. itaque quadrat figura interrogationis, quæ habet vim arguendi, lenivit autem aſperitatem accuſationis in eo, quod & ſe ipſum complexus eſt, & accuſavit imprudentiæ, quod cauſam quæreret in re aperta, minimeque dubia. *Laured.* *Cum ea, qua veſtra ſunt*] *Veſtra*, quæ Sullani nullo jure occuparunt, cum ſint publica. Nam ea Sulla publicarat. *Turnebus.*

Poſſeſſoribus] Poſſeſſor enim dicitur etiam qui nullo jure tenet. *Idem.*

bus eadem lege videatis. Iam, totam legem, intelligetis, cum ad paucorum dominationem ſcripta ſit, ad Sullanæ aſſignationis rationes eſſe accommodatiſſimam. nam ſocer hujus, vir multum bonus eſt: neque ego nunc de illius bonitate, ſed de generi impudentia diſputo. ille enim, quod habet, retinere vult: neque ſe Sullanum eſſe diſſi-
4 mulat. Hic, ut ipſe habeat quod non habet, quae dubia ſunt,

Iam totam legem intelligetis, cum ad paucorum dominationem] Satis ex ſingulis XL, capitis Serviliæ legis verbis docuit, Sullanos agros non modo non adimi poſſeſſoribus, ſed etiam confirmari. nunc quid ſpectaverit Rullus, cum hæc promulgavit, aperit: nimirum, ut Valgio ſocero gratificaretur, qui multas Sullanas aſſignationes poſſidebat. *Laured.* *Ad paucorum dominationem*, qui ad decemviratum adſpirant. *Turneb.*

Ad Sullanæ aſſignationis rationes] Ad Sullanam aſſignationem accommodatiſſimam, & ab ea Sullanas aſſignationes confirmari. Hæc loquendi formula ex rationibus domeſticis ſumta eſt. Nam cum rationem conficerent domeſticam accepti & expenſi, proinde aliquid ad ſuas rationes accommodatum, aut a ſuis rationibus alienum dicere ſolebant per tranſlationem: quod quidam non intellexerunt. *Idem.* *Tum ad Sullanæ*] Iam nunc primum accedit particula *tum*, e Pal. Cujac. & vett edd. *Grut.* Non eſt ut hæc vox inſeratur, quam ſententia reſpuit & meliores libri. *Græv.*

Nam ſocer hujus, vir multum bonus eſt] Comparat inter ſe cupiditatem Valgii ſoceri, & Rulli generi, atque multo illum hoc eſſe modeſtiorem oſtendit. ſocer enim bonus eſt, at gener impudens. mihi vero propoſitum eſt, non de ſoceri bonitate dicere, ſed de impudentia generi. nam ſocer, inquit, quod habet hac lege retinere vult; gener, ut ipſe habeat, quod non habet, quæ dubia ſunt, per vos ſancire vult. ſocer adeo modeſtus eſt, ut ſe Sullanum eſſe non diſſimulet, gener adeo impudens, ut cum plus appetat, quam ipſe Sulla, quas ego Sullanas aſſignationes oppugno, eas me defendere criminatur. novo autem loquendi modo & geſtu corporis illudit Valgium, quem multum bonum, id eſt, εὐήθη vocat. *Laur.* *Vir multum bonus*] *Vir bonus* ex conſuetudine Romanorum dictum, qui de aliquo interrogati, ſi malum non putarent, aut lædere nollent, bonum reſpondebant, quod & commendantes faciebant. Cicero: *Dic de L. Manlio? virum bonum*, inquit, *egregiumque civem eſſe arbitror.* Horatius: *Et fortem credo bonumque.* Ita igitur Cicero hic, ſimulans ſe nolle eum vituperare, loquitur, cum contra ſentiat. *Turneb.*

Sed de generi impudentia diſputo] Ita correxit Manutius: cum antea legeretur, *ſed de genere:* una tantum littera immutata, hac conjectura uſus, quod de ſocero Rulli Valgio Cicero proxime dixerit. *Laured.* *Sed de generi impudentia diſputo*] Sic emendat Manutius. nam vulgo legitur, *ſed de genere impudentia diſputo.* Lamb. *De generi impudentia*] Ita recte P. Manutius. inepte prius *de genere.* Rullum enim tangit, Valgii generum. *Gruterus.*

Quod habet retinere vult] Agros, quos tenet, quos poſſidet. *Turnebus.*

Neque ſe Sullanum eſſe diſſimulat] Iſta eſt Valgii ſimplicitas, & ſtultitia, qui cum Sullanus eſſet, ſe tamen eſſe non diſſimularet. *Laured.*

Hic, ut ipſe habeat quod non habet] Hæc eſt Rulli improbitas, & iniquitas. Videtur hic deeſſe aliquid, inquit Ramus, ut, certum, aut, firmum aut ſimile aliquid. ego contra nihil deſiderari arbitror. patet ſenſus, cum hæc opponat. Retinere quod habet, habere quod non habet, cum enim cupit habere quod non habet ſibi conſulit: cum dubia per vos ſancire vult, ſocero. *Idem.*

Hic,

ſunt, per vos ſancire vult: &, cum plus appetat, quam ipſe Sulla: quibus ego rebus reſiſto, Sullanas res defendere criminor. Habet agros nonnullos, inquit, ſocer meus deſertos, atque longinquos: vendet eos mea lege, quanti volet. habet incertos, ac nullo jure poſſeſſos: confirmabuntur optimo jure. habet publicos: reddam privatos. denique eos fundos, quos in agro Caſſinati optimos & fructuoſiſſimos continuavit, cum

Hic, ut ipſe habeat quod non habet] Vt optimo jure habeat, quod habet nullo. Eum enim, qui nullo jure habet, non putat habere. Sic in hoc vocabulo ludit, quod a nonnullis intellectum non eſſe mirum eſt, qui certum aut firmum deeſſe putant. *Turnebus.*

Quam ipſe Sulla] Qui noluit quæ dedit meliore eſſe jure, quam paterna & avita, ut Rullus. *Idem.*

Reſiſto] Nolo enim ſanciri a te Sullana, quæ dubii juris ſunt. *Laured.*

Sullanas res defendere criminatur] In omnibus antiquis codicibus, quos mihi videre contigit, *criminor*, legitur, quod non temere rejiciendum eſt, &, *criminatur*, reponendum. nam criminor in patiendi ſignificatione ſumptum eſt, quod alias ſæpe factum, docet Priſcianus, & Divus Auguſtinus in libro de grammatica. *Idem.* Verbum commune hic poſſeſſionis eſt. *Turneb.*

Habet agros nonnullos, inquit, ſocer meus] Sermocinatio. Callidam rationem commemorat, quam inierat Rullus, ut ſocero ſubveniret. dixit autem, *inquit*, pro eo, quod eſt, ſic ſecum loquitur, & ratiocinatur. ἠθοποιΐα enim Rulli ſermonem imitatur. ut ſupra: *Veneat*, inquit, *Silva Scantia.* Laur.

Deſertos] Ob ſterilitatem, aut peſtilentiam, aut utrumque. *Turneb.*

Longinquos] In ultima Italia, procul Roma. Nam ſuburbani fundi in pretio erant maximo: ac proinde ita ad Quintium ſcribit: *Nemo iſtorum eſt, quin abs te munus fundi ſuburbani inſtar expectet.* Maximum & cariſſimum munus intelligens. Et in Verrem: *Quemadmodum propinquis vos veſtris prædiis maxime delectamini: ſic pop. Rom. jucunda ſuburbanitas hujuſce provinciæ.* Significans propinqua urbi prædia pluris fuiſſe. *Idem.*

Vendet eos mea lege, quanti volet] Hoc cavebat cum ſcribebat: *Ne emeretur ab invito.* unde ſupra: *Nihil eſt enim, quod non emi poſſit, ſi tantum des, quantum velit venditor. Habet incertos:* His cavebat voce illa, *poſſeſſa.* Laured.

Habet incertos] Quos vel vacuos occupavit, vel ademit privatis, nulloque jure tenet eos. Itaque *incertos* vocat, quod dubia & incerta domino ſit eorum poſſeſſio, ac ne ſibi adimantur veretur. *Incertus ager* Varroni eſt, qui *Romanus ne ſit, an Gabinus, an Hoſticus, an peregrinus ignoratur.* Turnebus.

Habet publicos] His cavet illis verbis, *Vt quæ optimo jure privata ſint.* Laured. *Habet publicos*] *Publicos*, quos occupavit. *Turnebus.*

Denique eos fundos] His cavet verbis illis, *Quæ poſt Marium, & Carbonem Conſules data, donata, conceſſa, aſſignata, &c.* Laured.

Caſinati] *Caſſinati*, corrigendum. *Id.* *In agro Caſinati*] Ager Caſſinas eſt circum oppidum Caſſinum, quod Samnitium eſt. ſic appellatum Varro cenſet a Caſco, quod vetus eſt, quaſi Caſcinium. *Turnebus.*

Optimos & fructuoſiſſimos] Legendum fortaſſe eſt, *agros optimos & fructuoſos*, ſeu, *fructuoſiſſimos.* Lambinus.

Continuavit] Multos enim fundos, quos habebat Valgius vicinos, proſcribendo continentes reddiderat. Nam Sullani plurimos in tabulas proſcriptorum retulerunt, ut Chryſogonus Roſcium Amerinum. *Turnebus.*

cum uſque eo vicinos proſcriberet, quoad oculis confirmando ex multis praediis unam fundi regionem formamque perfecerit: quos nunc cum aliquo metu tenet, ſine ulla cura poſſidebit. Et quoniam qua de cauſa, & quorum cauſa ille hoc promulgavit oſtendi: doceat ipſe, num ego quem poſſeſſorem defendam, cum agrariae legi reſiſto.

Cum uſque eo vicinos proſcriberet] Rapit in invidiam tam ſocerum, quam generum ſoceri defenſorem, Sullanæ proſcriptionis & illorum temporum acerbitatis memoriam renovando. Sulla vero non tantum proſcripſit, quos voluit, ſed iis, qui pro ſe ſteterant, idem conceſſit, ut quos vellent, occiderent, & in tabulas proſcriptorum referrent. *Laurodanus.*

Quod oculos continuando] Et hoc invidioſe dictum in Valgium. legendum eſt autem, *Quoad oculis continuando.* Sic enim conſuetudo Latini ſermonis, & grammatices regula poſtulat. *Idem.* *Quoad oculos continuando*] In eandem ſententiam, in quam illud Maronis dictum eſt, hoc extulit: *Quantum acie poſſent oculi ſervare ſequentem.* Alii libri *oculos continuando.* Vetus *oculis continuando*, quod idoneam ſententiam habet. *Turneb.* *Oculos continuando*] Nonnulli, *oculis continuando*, legi volunt. ego nihil muto. Nam continuare oculos, dixit, pro, contendere oculos, quoad longiſſime contendi, ſine adſpectus interruptione, poſſunt. *Lamb.* *Quoad oculis confirmando*] In editis vetuſte item Pall. & Cujac. legitur, *oculis confirmando*; ideoque excludere non potui: tanto quidem minus, quod vulgata, *oculos continuando*, parum hic quadraret, ob ea quæ proxime præceſſerant. Guilielmius noſtrum illud mutabat in, *oculis conformando.* ſequitur enim *unam fundi regionem formamque perfecerit.* non damno, fuit etiam quod idem legeret, *angulos conformando.* eandem ſane inſaniam cupidorum notat Horatius:

> ——— *o ſi angulus ille*
> *Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.* Gruterus.

Regionem] Invidioſe dictum, cum tantum ſpatii vicinos proſcribendo occuparit, ut cum in regione plurimi fundi ſint, regionem complexus eſſe videatur. Terentius: *Agrum in iis regionibus meliorem, nec pretii majoris nemo habet.* Plautus: *Ejus nunc regiones, limites, confinia determinabo.* Sed & *regiones dicuntur*, inquit Flaccus, *intra quarum fines ſingularum coloniarum aut municipiorum magiſtratibus jus dicendi coërcendique libera eſt poteſtas.* Turneb.

Formamque] Abſolvere formam, quam nullus intercurrens vicinus ager deformaret, ne illi neceſſe eſſet illud Horatianum exclamare:

> ——— *o ſi angulus ille*
> *Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.*

Formas autem in agris dici & Columella eſt auctor, & Aggenus, atque Flaccus. *Id.*

Quos nunc cum aliquo metu tenet] Ne labefactatis Sullæ actis ad proprium dominum agri revertantur, ipſe ſpolietur. *Laured.*

Et quoniam qua de cauſa & quorum cauſa, &c.] Invitat Rullum ad demonſtrandam cauſam, cur reſiſtat legi, cum jam a ſe demonſtratum ſit, cujus cauſa ab eo lex promulgata ſit. *Idem.* *Qua de cauſa*] Ut Sullana confirmet. *Turn.*

Quorum cauſa] Soceri ſui. *Idem.*

Ille hoc promulgavit] Scripſiſſe Tullium puto: *Ille hoc promulgarit.* Græv.

Doceat ipſe, num ego] Ἀξίωμα ἐν παραλείψει. Laured.

Poſſeſſorem] Sic ſæpe appellat, qui rem poſſident, cujus vere domini non ſunt, ut lib. de oratore: *Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, ſi potes eſſe poſſeſſor.* quanquam poſſeſſor alioqui eſt, qui jure, aut qui non jure aliquid poſſidet. *Turnebus.*

Sil-

reſiſto. Silvam Scantiam vendis. populus Romanus poſſidet: defendo. Campanum agrum dividis: vos eſtis in poſſeſſione: non cedo. Deinde Italiae, Siciliae, ceterarumque provinciarum poſſeſſiones, venales ac proſcriptas hac lege video: veſtra ſunt praedia, veſtrae poſſeſſiones. reſiſtam, atque repugnabo: neque patiar a quoquam populum Romanum de ſuis poſſeſſionibus, me conſule, demoveri: praeſertim cum vobis nihil quaeratur. Hoc enim vos in errore verſari diutius non oportet. Num quis veſtrum ad vim, ad facinus, ad caedem accommo-

Silvam Scantiam vendis] Inductione oſtendit, ſe populo Romano cavere, non privatis. *διαλεγισμὸς μ. γεωργότητος*, *καὶ χείλους*. Laured.

Reſp. poſſidet] Corrigo, *populus Romanus*, ex veterum librorum auctoritate, & ex ipſa ſententia: nam & ibidem poſt. *Idem*. Sic & veriſſime liber Francii, *populus Romanus*, quod merito recepi. *Gravius*.

Defendo] Enumerat, quæ defendat, in quibus omnibus nullus Sullanus poſſeſſor defenditur. Hic autem *defendere*, eſt contradicere, prohibere, reſiſtere. *Turn.*

Campanum agrum dividis] Qui eſt circum Capuam, Capuæ territorium. non enim tam late patet, quam Campania. *Idem*.

Vos eſtis in poſſeſſione] De populo Romano, non de rep. nec eſt ulla fere mutatio cum, reſp. ſcribatur, R. P. populus vero Romanus, P. R. ut ſupra docuimus. Quæ autem de ſilva Scantia, agro Campano, Italiæ, ac Siciliæ poſſeſſionibus dicuntur, ſatis ex prioribus orationibus lucis habent. *Lauredanus*. *Vos eſtis in poſſeſſione*] Vos poſſidetis. ut pro Cæcinna: *In poſſeſſione bonorum cum eſſet, & ſextulam ſuam nimium exaggeraret*. Turnebus.

Non cedo] Reſpicere fortaſſe potuit ad ea, quæ ceduntur in jure. *Idem*.

Poſſeſſiones] Populi Romani agri late patentes, ſive publici ut hic, ſive privati, poſſeſſiones plerumque dicuntur. *Idem*.

Dimoveri] Melius *demoveri*, ut deturbari, dejici, depelli de poſſeſſione. Animadverti autem ſæpe *dimoveri* pro *demoveri* ſcribi ſolere. Deduci etiam eodem modo de poſſeſſione dicitur: quod ſollemnitate quadam juris fiebat, cum is, qui in poſſeſſione erat, ab adverſario, qui poſſeſſionem petebat, de fundo, de quo agebatur, deducebatur, ut pro Cæcinna ſcribitur. *Idem*.

Præſertim cum vobis nihil quæratur] Id eſt non bonis, ſed perditis hominibus. *Laured.* *Præſertim cum vobis nihil quæratur*] Præſertim cum vobis agros daturi & aſſignaturi non ſint, ſed hominibus facinoroſis & editioſis. *Turnebus*.

Hoc enim vos errore verſari] Vt aſſignationes ſperetis. *Idem*. *Hoc enim vos errore verſari diutius non oportet*] Sine præpoſitione edidi, ex auctoritate Pall. Cujac. imo & veterrimæ edit. vulgata hactenus *in errore*. minus recte; certe non neceſſario. nam *verſari*, eſt ludificari & irrideri; ut oſtendit jampridem in Plautinis Quæſtionibus Guilielmius noſter. *Gruterus*. Verum eſt *in* quoque non extare in Francii & Pithœi codicibus. Sed procul dubio excidit ea particula, quam cum Victorio, Manutio, Lambino aliiſque retinui. Nam licet *verſari* nonnunquam accipiatur pro ludificari, & *verſari* apud Ciceronem dicuntur illi, qui dubii æſtuant, & neſciunt, quo ſe vertant. *Verſari* tamen *errore* nuſquam legitur, ſed ſemper & toties *verſari in errore*. Grævius.

Num quis veſtrum ad vim, ad facinus] Probat quod dixit; Nihil vobis quæri-

 tur,

tur, cum iis quæratur, qui ad vim, ad facinus, ad cædem parati ſint, e quorum numero vos non eſtis. Gratificatur autem populo, cum ſe bene de eo ſentire oſtendit. *Laured.*

Atqui ei generi hominum] Ergo non vobis: *Campanus ager, & præclara illa:* repetit periculum imminens a colonia Capua. *Idem.*

Campanus ager] Ejus ſpe plebs Romana valde capiebatur, & eum ſibi dividi optabat, cui ejus rei ſpem adimit Cicero. *Turnebus.*

Exercitus contra vos] Id eſt, integrum populum. *Laured.*

Contra libertatem veſtram] Colonos illos bellum Romæ Capua illaturos ſupra ſignificavit. *Idem.* *Contra libertatem veſtram*] Libertate nihil charius eſt liberis populis, ac proinde populo Romano ejus amittendæ metum injicit. *Turnebus.*

Contra Cn. Pompejum conſtituitur] Principem civitatis. Sunt autem loca, & argumenta ſuperiorum orationum firmiſſima, & in quibus plurimum erat ponderis, hic iterum brevius repetita. *Laured.* *Contra Cn. Pompeium conſtituitur*] *Pompejum*, qui cariſſimus erat populo Romano, optimatibus tamen formidoloſus, tum inviſus. *Turnebus.*

Hominum audaciſſimorum] Ad cædem, facinora, ſeditionem promtiſſi-

PRO
C. RABIRIO
Perduellionis reo ad QVIRITES.
ORATIO OCTAVADECIMA.

ARGVMENTVM P. MANVTII.

T. Attius Labienus tribunus pl. diem dixit C. Rabirio, & perduellionis crimen intendit, quod L. Appulejum Saturninum tribunum pl. interfeciſſet. defenderunt eum Q. Hortenſius, & conſul Cicero. Acta primum cauſſa eſt apud duumviros ex antiquo more: quos fuiſſe C. Caeſarem, & L. Caeſarem, auctor eſt Dio lib. XXXVII. *deinde, reo condemnato, & ad populum provocante, in campo Martio, comitiis centuriatis. de quo judicatum non eſſe propter militare ſignum a Metello Celere praetore de Ianiculo ablatum; quod cum accideret, diſſolvi comitia vetere inſtituto neceſſe erat; nec voluiſſe iterum Labienum habere comitia; & ea ratione Rabirium ſervatum eſſe, Dio narrat eodem libro.*

ARGVMENTVM A. TVRNEBI.

Hujus orationis argumentum non aliunde mihi melius explicaturus eſſe videor, quam ſi ex Dionis hiſtoria rem totam perſcribam. ita enim facillime & atrocitas criminis, & genus cauſae perſpici poterit. neque fere quicquam latebit, quod ad orationis explicationem pertineat. Titus ergo Labienus C. Rabirium ob Saturni caedem cum accuſaſſet, magnam civitati perturbationem attulit. nam Saturninus triginta ſex annis ante caeſus fuerat, & quae in bello, quod cum eo ſuſceptum eſt, conſules fecerant, ex Senatus auctoritate omnia geſſerant. Itaque ſenatus auctoritas illo judicio non leviter tentabatur; ex quo totus civitatis ſtatus convelle-

vellebatur & perturbabatur. Ac Rabirius quidem caedem ſe feciſſe pernegabat, verum Tribuni modis omnibus ſenatus amplitudinem & dignitatem convellere nitebantur, & ſibi poteſtatem omnia pro animi arbitrio & libidine agendi praemuniebant. Ita enim futurum erat, ut iis, qui ſimilia tentare vellent, impune concederetur ſenatus decreta, quaeque tot ante annis acta fuiſſent, in diſquiſitionem vocare. Ergo cum pro eo ac debebat Senatus id indigne ferebat, tum vero ſenatorem pop. Rom. innoxium aetateque provectum ſupplicio affectum iri optimates dolebant: ſed tamen modis omnibus angebantur, quod civitatis dignitas in crimen & invidiam vocaretur, reſque publica improbiſſimis hominibus permitteretur. Ergo turbulenta factionum ſtudia contentioneſque partium de judicio exarſerunt: his ne concilium cogeretur pugnantibus; illis conſeſſum judicum poſtulantibus. Quod ubi per Caeſaris factionem & aliorum nonnullorum vicit, ac judicandi cauſa convenere (is enim cum L. Caeſare judicabat nec ſimplex crimen erat, ſed Rabirius perduellionis poſtulabatur) eum ſententiis ſuis condemnarunt: quanquam non a populo more & inſtituto Romano creati, ſed, quod non licebat, a praetore ſorte ducti. Rabirius ergo provocavit: ſed tamen apud populum etiam damnatus fuiſſet, niſi Metellus Celer augur & praetor rem impediſſet. Nam cum multitudo nec eum audiret, nec quod contra morem patriae legeſque judicium factum eſſet, vellet attendere, propere Ianiculum petit, priuſquam quicquam ſuffragio Quirites ſciſcerent: ſignumque militare detrahit, ut nihil jam eis decernere liceret. Sic detracto vexillo concio ſoluta eſt, Rabiriuſque liberatus. Etſi enim Labieno licebat reum repetere, non tamen fecit. Hactenus ex Dione. Hanc igitur orationem trigeſimo ſexto anno poſt caedem Saturnini habuit pop. Rom. Cicero conſul, aut comitiis centuriatis (non enim de capite hominis ullis aliis quam centuriatis agi licebat) aut potius certe in concione aliqua quae comitia anteceſſit. Cum autem in Piſonem Cicero ſcribit ſe in Rabirio per-

perduellionis reo quadraginta annis ante ſe conſulem, interpoſitam ſenatus auctoritatem ſuſtinuiſſe, non eſt, ut inquit Aſconius, in eo ſubtilis annorum computatio facta, verum ſummatim tempus comprehenſum: ut perinde acceperit, ac ſi dixiſſet, prope quadraginta annis. Iam ante damnatus a duumviris fuerat Rabirius, Iulio Caeſare & Lucio Caeſare a quibus ad populum provocarat. Acerbitatem judicis Iulii Caeſaris a quo cupidiſſime condemnatus fuerat, Rabirio ad populum provocanti etiam ſalutarem fuiſſe ſcribit Tranquillus. Perduellionis eſt poſtulatus Rabirius: quod ſacroſanctum tribunum interfeciſſe diceretur. Eſt autem perduellio genus laeſae Majeſtatis omnium atrociſſimum & graviſſimum: quo qui tenentur, ne morte quidem, cum decedunt in reatu, crimine liberantur, cum in aliis generibus laeſae Majeſtatis liberari ſoleant.

ETSI, Quirites, non eſt meae conſuetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de cauſa quemque defendam, propterea quod cum omnibus civibus in eorum periculis ſemper ſatis juſtam mihi cauſam neceſſitudinis eſſe duxi: 1

ETSI, *Quirites, non eſt mea conſuetudinis*] Iuſtiſſimas ſibi proponit cauſas eſſe defendendi Rabirii. Amicitiæ vetuſtas, dignitas, humanitas, perpetua vitæ conſuetudo, ſalus reipub. officium conſulare ad defenſionem merito impellere debent: quæ omnia in hac cauſa ſunt: igitur merito defendi a Cicerone Rabirius debet. *Turnebus.*

Quirites] In Campo Martio ad populum hæc oratio habita eſt comitiis centuriatis, aut in concione quæ comitia anteceſſit. *Idem.* *Quirites*] Hoc vocabulo utebantur oratores in Comitiis vel tributis vel centuriatis, in quibus judex populus ſuffragia ferebat. *Hottomannus.*

Quemque defendam] Multos enim defendebat, ejuſque labor in civium defenſionibus verſabatur, accuſationes fere non attingebat. *Turnebus.*

Periculis] Hoc verbum uſque eo uſitatum erat in judiciis, ut etiam pro inſtrumentis cauſarum, hoc eſt litteris, tabulis & quibuſvis ſcripturis uſurparetur. Vnde Cic. Verr. IV. *Pericula magiſtratuum dixit committi ſcribis.* Hottom. Aliud longe eſt periculum, cum notat *τὸν κίνδυνον*, aliud cum notat columnam, cui aliquid eſt inſcriptum, libellum, tabellam. Et ſicut ſunt voces diverſæ notionis, ſic & diverſæ originis. vide Salmaſ. de modo uſurarum, cap. 15.

Neceſſitudinis] Sunt enim defendendi quibuſcum amicitia conjuncti ſumus: neceſſitudo, amicitia & conjunctio eſt, quæ neceſſitatem quandam officii requirit. *Turnebus.*

duxi: tamen in hac defenſione capitis, famae, fortunarumque omnium C. Rabirii, proponenda ratio videtur eſſe officii mei: propterea quod, quae juſtiſſima mihi cauſa ad hunc defendendum eſſe viſa eſt, eadem vobis ad abſolvendum debet videri. Nam me cum amicitiae vetuſtas, tum dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum meae vitae perpetua conſuetudo, ad C. Rabirium defendendum eſt adhortata: tum vero, ut id ſtudioſiſſime facerem, ſalus reip. conſulare officium, conſulatus denique ipſe, mihi una vobiſcum cum ſalute reipub. commendatus, coegit. Non enim C. Rabirium culpa delicti, non invidia, vitaeque turpitudo, non

Capitis, fama, fortunarum] Perduellionis damnati virgis cæſi & unco per urbis vias tracti, ad extremum cruci, ſervorum inſtar, ſuffigebantur. *Hottomannus.*

Ratio officii mei] Quæ mihi cauſa ſit hujus defenſionis. *Turnebus.*

Propterea quod] Non eſt hæc ratiocinationis propoſitio, quæ deſideratur, ſed interjecta cauſa, cur reddere rationem officii ſui velit. *Idem.*

Tum dignitas hominis] Erat enim ſenator Rabirius. auctor Dion. *Idem.*

Humanitatis] Quæ ad ſublevandam hominum calamitatem nos impellere ſolet. *Idem.*

Conſuetudo] Qui ſemper reos defendere ſoleo, nullum fere accuſare. *Idem.* *Mea vita perpetua conſuetudo*] Semper Cicero defendere ſolitus eſt. Vnicum C. Verrem, qui Prætor Siciliam expilarat, accuſavit. *Maxima autem & gloria pariter & gratia defenſionibus, eoque major ſi quando accidit ut ei ſubveniatur qui potentis alicujus opibus circumveniri urgerique videatur,* inquit Cic. de offic. II. *Hottom.*

Salus reip.] Quæ agitur in hac cauſa. homines enim improbi & in populari ratione ſeditioſi auctoritatem ſenatus convellere, qua nititur ſalus civitatis, conantur. Reſpexit autem ad eam ſenatus auctoritatem, quæ in tumultu Saturnini interpoſita fuerat. *Turnebus.*

Conſulare officium] Officium enim conſulis eſt tueri conſulare imperium, quo Saturninus interfectus fuerat. *Idem.*

Conſulatus denique ipſe] Cujus mihi jus defendendum eſt, ne quid ei decedat. Ei enim aliquando ſumma poteſtas permittitur animadvertendi in facinoroſos. *Idem.* *Conſulatus denique ipſe*] Egit hanc cauſam Cicero Conſul, egit & aliquanto poſt L. Murenæ cauſam: prætor A. Cluentium defendit. Ædilis deſignatus Verrem accuſavit. Notanda conſuetudo, ut quamvis ſummis magiſtratibus fungentes tamen privatorum cauſas agerent. *Hottom.*

Non enim C. Rabirium culpa delicti] Rabirius non ſuo, ſed de reip. nomine in diſcrimen capitis vocatur, quod conſuli paruerit ad arma vocanti, & remp. ſalvam eſſe voluerit. *Turneb.*

Non invidia] Odium civium in eum conceptum. *Idem.* *Non invidia vitaque turpitudo*] Pal. pr. non agnoſcit vocem *turpitudo*, neque exſtat in octavo aut ullis antiquitus editis. habet autem pr. *non invidia vitiaque, non denique.* oct. *non invidia vitaque.* quod & in editione primogenia. nam ſequens, *vita, non denique, &c.* ceterum ſciat lector mihi tantum eſſe ad manum Palatinos duos, primum & octavum. *Gruterus.* Sane in Francii libro legitur quoque tantum *invidia vita*, in editione 1479, aut in octa-

non denique veteres, juſtae, graveſque inimicitiae civium in diſcrimen capitis vocaverunt: ſed ut illud ſummum auxilium majeſtatis atque imperii, quod nobis a majoribus eſt traditum, de repub. tolleretur: ut nihil poſthac auctoritas ſenatus, nihil conſulare imperium, nihil conſenſio bonorum contra peſtem ac perniciem civitatis valeret: idcirco in his rebus evertendis unius hominis ſenectus, infirmitas, ſolitudoque tentata eſt. Quamobrem, ſi eſt boni conſulis, cum cuncta

au-

octavo Palatino, *non invidia vitaque.* unde poſtea *turpitudine* eſt adjectum, qui talem vocem deſiderare copulam male adſcriptam putavit.

Iuſta graveſque inimicitia] Nam Labienus ejus accuſator injuſta de cauſa Rabirio inimicus erat, quaſi Saturninum ipſius patruum interfeciſſet. *Hott.*

Summum auxilium] Senatuſconſultum illud ſignificat, quod extremis reip. temporibus fieri ſolebat, ut viderent conſules, ne quid reſpub. detrimenti caperet. *Ea*, inquit Salluſtius, *poteſtas per ſenatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coërcere, omnibus modis ſocios atque cives, domi militiaque imperium atque judicium ſummum habere.* tale ſenatuſconſultum factum erat, C. Mario & L. Valerio Coss. contra Saturninum, *ut operam darent. Coſſ. uti imperium majeſtaſque pop. Rom. conſervaretur.* Turnebus.

Majeſtatis] Majeſtatis pop. Rom. conſervandæ, quæ continetur amplitudine & dignitate civitatis, conſervandique ejus imperii. *Idem.*

A majoribus eſt traditum] *Nam more Rom.* ut Salluſtius ait, *per ſenatum magiſtratui ea poteſtas permitti ſolebat.* ita id traditum a majoribus dicit, non nuper inventum. Illam tamen ſenatus auctoritatem in Gracchum primum uſurpatam eſſe auctores ſcribunt. *Idem.*

Tolleretur] Ab hominibus ſeditioſis. *Idem.*

Auctoritas ſenatus] Senatuſconſultum, ut viderent Coss. ne quid reſp. detrimenti caperet. *Idem.*

Conſulare imperium] Nam ex illo ſe- ſenatuſconſulto ſummum imperium & judicium conſul habebat, & ad arma evocare poterat. *Gravius.*

Conſenſio bonorum] Bonos appellare ſolet ſenatum, quique ejus ſectam ſequuntur. cum bonis in opprimendo Saturnino conſenſit Rabirius imperium conſulare ſecutus. *Turn.* *Conſenſu bonorum*] Significat conſenſionem eorum qui Conſulum imperio armati Saturninum e Capitollo egredientem oppreſſerunt. *Hottom.*

Contra peſtem ac perniciem] Contra peſtiferos & conſceleratos cives. *Turnebus.*

Senectus] Senex erat Rabirius. auctor Dion. *Idem.* *Senectus*] Annis ab hinc XXXVI Saturninum interfecerat. Si jam tum Senator erat, annum nunc agit ſexageſimum ſextum. nam Senatoria ætas annorum fuit XXX. Sed ſolitudinis verbum addidit oratorie ad inflectendos populi animos, ad miſerationem quaſi afflicti & innocentis rei, cum tamen a Principibus civitatis defenderetur. Nam ſolitudo dicitur eorum qui ab omnibus derelicti ſunt. *Hottom.*

Solitudoque] Solitudinem dixit, quod prope ab omnibus deſertum magna popularium factione opprimebatur. *Turnebus.*

Si eſt boni Conſulis] Conſulis partes ſunt, ubi extremis conflictatur periculis reſp. imperio ſuo uti, nihilque antiquius ducere reip. ſalute: quod tum fecere Marius & Valerius. Eſt enim, ut Cicero ait lib. 3. de legibus, *ſuprema Coſ. lex reip. ſalus.* Turnebus.

Au-

auxilia reip. labefactari convellique videat, ferre opem
patriae, ſuccurrere ſaluti fortuniſque communibus, im-
plorare civium fidem, ſuam ſalutem poſteriorem ſalute
communi ducere: eſt etiam bonorum, & fortium ci-
vium, quales vos omnibus reip. temporibus exſtitiſtis,
intercludere omnes ſeditionum vias, munire praeſidia
reipubl. ſummum in conſulibus imperium, ſummum in
ſenatu conſilium putare: ea qui ſecutus ſit, laude po-
tius & honore, quam poena & ſupplicio dignum ju-
dicare. Quamobrem labor in hoc defendendo praeci-
pue meus eſt: ſtudium vero conſervandi hominis com-
2 mune mihi vobiſcum eſſe debebit. Sic enim exiſtimare
debetis, Quirites, poſt hominum memoriam rem nullam
ma-

Auxilia] Ab hominibus ſeditioſis, ut tum a Saturnino. *Turnebus.*

Fidem] Auxilium civium, ad arma cives vocare adverſus ſceleratos: quod tum Marius fecit. *Idem.*

Suam ſalutem] Callide ſuſpicionem injicit inſidiarum a Labieno accuſatore. *Hottom.*

Intercludere] Obſiſtere turbulentis & ſeditioſis: ductum a re militari, cum ante præſidiis viæ occupantur, ne hoſtibus aditus pateat. *Turnebus.*

Seditionum vias] Qualis illa ſeditio fuit, quam Saturninus tribunus pl. ſeditioſus ac turbulentus annis abhinc ſex & triginta excitavit. *Hottom.*

Munire præſidia] Non ſolum ſic vocantur cohortes locum aliquem tuentes, verum etiam locus ipſe munitus. *Turn.*

Imperium] Vt in ſontes animadvertere poſſint. *Idem.* *Summum in Coſſ. imperium*] Fuere quidem Conſules cum ſummo imperio ſi reliquos magiſtratus ſpectemus, ſed ſumma imperii vis fuit penes populum: quia reſp. R. ex tribus generibus temperata erat, plurimumque omnium *democratia* valebat. Fuit quidem in Conſulibus *Monarchiæ ſpecies*, in ſenatu *Ariſtocratia*, ſed penes populum ſumma vis imperii manebat. nam ut Dionyſ. Halic. ſcribit lib. IV. *Vetus lex fuit, ut populus magiſtratus crearet, leges juberet, bellum aut pacem decerneret. Sed ubi S. C. ultimæ neceſſitatis factum erat, univerſa populi poteſtas ad Coſſ. transferebatur.* Cic. in ea poſt redit. in Senatu: *Majores noſtri cum Regum poteſtatem non tuliſſent, ita magiſtratus annuos creaverunt, ut conſilium ſenatus reip. præponerent ſempiternum. Hujus ordinis auctoritate uti magiſtratus, & quaſi miniſtros graviſſimi conſilii eſſe voluerunt.* Hott. *Summum in conſulibus imperium*] Intermiſcuit Lambinus *eſſe*, ſed præter mſſ. aut edd. vett. *Gruterus.*

Summum in ſenatu conſilium] Vt eam poteſtatem decreto ſuo permittere conſuli poſſit. *Turnebus.*

Ea qui] Vt Rabirius fecit. *Idem.*

Quamobrem labor] Non eſt iteratio complexionis, ut quiſpiam fortaſſe putaret, ſed concluſio alia ſingularis, quæ ex univerſa elicitur. Modo enim de conſule agebat, nunc de ſe conſule: modo de bonis civibus, nunc de his civibus, eſtque tanquam hypotheſis ex theſi. *Idem.*

Poſt hominum memoriam] Poſt homines natos, poſt hominum ætatem. *Id.* *Poſt hominum memoriam*] Id eſt, hac omnium memoria, vel quantum hujus ætatis homines meminiſſe poſſunt. Vetus locutio eſt illarum ſimillima, *Poſt homines natos, poſt urbem conditam, poſt ſacra conſtituta.* Hottom.

Præ-

majorem, magis periculoſam, magis ab omnibus vobis providendam, neque a tribuno pleb. ſuſceptam, neque a conſule defenſam, neque ad populum Romanum eſſe delatam. Agitur enim nihil aliud in hac cauſa, Quirites, quam ut nullum ſit poſthac in repub. publicum conſilium, nulla bonorum conſenſio contra improborum furorem & audaciam: nullum extremis reipub. temporibus perfugium & praeſidium ſalutis. Quae cum ita ſint, primum, quod in tanta dimicatione capitis, famae, fortunarumque omnium fieri neceſſe eſt, ab Iove optimo maximo ceteriſque diis deabuſque immortalibus, quorum ope & auxilio, multo magis haec reſpub. quam ratione hominum & conſilio gubernatur, pacem ac veniam peto: precorque

Providendam] Sic Terentius, *Quaſi non aſtu providentur*, dixit. *Turneb.*

Publicum conſilium] Ne valeat ſenatus auctoritas. *Idem.*

Bonorum] Optimatum, & ſenatum ſequentium. *Idem.*

Improborum] Seditioſorum & turbulentorum. *Idem.*

Perfugium] Quod in majeſtate populi conſervanda poſitum eſt. *Idem.*

Dimicatione capitis] Periculo. *Idem.*

Dimicatione capitis] Quod ſuperius dixerat, *periculo capitis*. *Capitale judicium* dicebatur, quo damnatus vel civitatem vel libertatem amittebat. ſed nunc proprie & Latine dicitur quia perduellionis & parricidii damnatis vita adimebatur, alio crimine damnatis vita concedebatur. *Hottom.*

Ab Iove] Veteres ſæpenumero deos præfari ſolebant, ut docet Maro, ut bonis omnibus & precibus exordirentur, idque in concionibus facere ſolebant, ut ex oratione pro Muræna poteſt intelligi: ne quis id Græcorum imitatione factum putet. *Turnebus.*

Optimo] Beneficentiſſimo. *Idem.*

Maximo] Maximas opes poteſtatem habente. *Idem.* *Optimo Maximo*] Cic. 1 de nat. Deor. *Iupiter ante optimus, id eſt, beneficentiſſimus, quam maximus dicebatur, quia majus eſt certeque gratius omnibus prodeſſe, quam opes maximas habere.* Hottom.

Pacem ac veniam peto] Antequam aliquid a diis petamus, votis noſtris veniam petimus, ut placati & propitii ſint. Pax enim propitiorum eſt numinum. Plautus:

> *Sunt hic omnia, quæ ad Deum pacem*
> *oportet adeſſe.*

Veniam petit, qui deo jam propitio ſibi licere aliquid cupit. Plautus in *Trinummo*:

> *Quia res quædam eſt, quam volo ego*
> *me abs te exorare.*
> *P. Quid id eſt? veniam jam dare*
> *geſtio.* Turnebus.

Pacem ac veniam peto] Formula precationis Pontificialis, ut Servius teſtatur, *Pax* petitur a Diis ut ſint placati, *venia* ut ſint propitii. Virgil. lib. 1.

> *Orantes veniam templum clamore petebant.*

Plautus in Trinummo: *Larem corona noſtrum decorari volo. Uxor venerare, ut nobis hæc habitatio bona, fauſta, felix, fortunataque eveniat.* Qui placare volebant Deos, limina templorum oſculaban-

que ab iis, ut hodiernum diem, & ad hujus ſalutem conſervandam, & ad rempub. conſtituendam illuxiſſe patiantur. Deinde vos, Quirites, quorum poteſtas proxime ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obſecro, quoniam uno tempore vita C. Rabirii hominis miſerrimi atque innocentiſſimi, ſalus reip. veſtris manibus ſuffragiiſque permittitur, adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam, in reip. ſalute ſapientiam, quam ſoletis. Nunc quoniam T. Labiene, diligentiae meae temporis anguſtiis obſtitiſti, meque ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis, in ſemihoræ cu[...]

[illegible]

bantur, interdum poſte caput tundebant. Tibullus lib. 1. eleg. 2.

Non ego ſi merui dubitem procumbere templis
Et dare ſacratis oſcula liminibus.
Non ego tellurem pedibus perrepere ſupplex
Et miſerum ſancto tundere poſte caput.

Cic. pro Fontejo: *Illi in bellis gerendis a Diis immortalibus pacem ac veniam petunt.* Livius lib. 1: *Unam opem ægris corporibus relictam ſi pax & venia a Diis immortalibus impetrata eſſent.* Hottom.

Conſtituendam] Conſervandam, ſtabiliendam, cujus ſtatus labefacta ſenatus auctoritate a nonnullis popularibus hominibus convellitur. *Turnebus.*

Quorum poteſtas proxime] Vos enim ſecundum deos hunc ſervare poteſtis. *Id.* Franc. MS. *Quorum poteſtas maxime ad Deorum immortalium numen accedit.* nec hoc male. *Gravius.*

Ad Deorum immortalium numen] Sic in ea poſt red. ad Quir. *Vobis qui apud me Deorum immortalium numen ac vim tenetis.* Hottom.

Veſtris manibus ſuffragiiſque] Tabella ſuffragium in judicio quoque perduellionis ferebatur, id eſt, manu, non voce. Cicero lib. 3. de legibus, *Uno in genere relinqui videbatur vocis ſuffragium, quod ipſe Caſſius exceperat, perduellionis: dedit huic quoque judicio Cælius tabellam.* Turneb. *Veſtris manibus ſuffragiiſque*] Caſſia lex tabellaria, dicitur a Cicerone vindex tacita libertatis, principium juſtiſſimæ libertatis. Permiſit enim populus ut in judiciis omnibus perduellione excepta, non voce ut antea, ſed per tabellam ſuffragium ferret. atque ita quod ſentiret libere declararet. Poſtea lata lex Cornelia eſt, quæ idem quoque in perduellionis judicio permiſit. *Hottom.*

Nunc quoniam T. Labiene diligentia mea] Hic trib. pleb. Cicerone conſule diem dixit Rabirio. hic eſt, qui poſtea militavit in Gallia auſpiciis Cæſaris. *Turnebus.*

Temporis anguſtiis obſtitiſti] Irrogata mulcta a magiſtratu reus apud populum trinum nundinum accuſabatur, prodicta die qua judicium futurum eſſet. In mulctæ autem irrogatione Labienus reo ſemihoram ad defenſionem præſcripſerat. Ergo inſtituto Romano ante judicium, quod comitiis centuriatis futurum erat, habita hæc oratio eſt, ut jam dubitare nullo modo debeamus. *Idem.*

Spatio defenſionis] A ſpatio circi ductum eſt: mox enim curriculum ſubjicit, qui locus eſt in quo decurrunt bigæ & quadrigæ: quanquam Budæus circulum legit. *Idem.*

Semihora] Dies naturalis eſt tempus ab exoriente ſole ad occaſum ſolem: Nox tempus ab Occidente ſole uſque ad Orientem. Dies civilis eſt tempus uno

cœli

curriculum coegiſti, parebitur &, quod iniquiſſimum eſt, accuſatoris conditioni: &, quod miſerrimum, inimici poteſtati. Quamquam in hac praeſcriptione ſemihorae, patroni mihi partes reliquiſti, conſulis ademiſti: propterea quod ad defendendum propemodum ſatis erit mihi hoc temporis, verum ad conquerendum parum. Niſi forte de locis religioſis ac de lucis, quos

cœli ambitu peractum, diem & noctem naturalem continens. Hunc Romani mediis noctibus definiebant. Ita ſemper æqualis apud illos fuit a media nocte ad mediam inſequentem. Dies itemque nox naturalis diviſa eſt antiquiſſimis temporibus in partes æquales duodenas, quas horas appellarunt: unde accidebat ut æſtivorum dierum horæ longiores eſſent, noctium vero contractiores, viciſſimque hybernorum dierum breviores, noctium vero longiores, ſolo excepto æquinoctio, in quo æquales ſunt horæ quales XXIV. civilem diem complent. Civilium enim dierum ſemper XXIV horæ fuerunt a media nocte ad mediam inſequentem. Agell. libro III. capite XII. Macrob. Satur. I. cap. III. & Cenſorin. de die nat. *Hottom.*

In ſemihora curriculum] Iampridem reponendum cenſui, *circulum*, tranſlatæ ab agitatoribus qui ex campo in gyrum equos in verſuras adigunt. *Idem.*
In ſemihora curriculum coëgiſti] Liber unus manuſcr. habet, *in ſemihora circulum.* quod magis probo. *Lambinus.*
In ſemihora curriculum] Lambinus, *circulum*, quod & in editionum omnium principe. ſed ſequens tamen retinet alterum, viſiturque in utroque Pall. neque video cur debeat exterminari cauſa indicta. *Grut.* *Circulum* legendum cenſuerat etiam Budæus, merito rejectus a Turnebo.

Accuſatoris conditioni] Nam in irrogatione mulctæ adſcripſerat ſemihoram perorandæ rei cauſæ. ergo illam tulit conditionem reo accuſator. Pro Cælio, *Quare iſta conditio judices reſpuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat.* Turnebus.

Poteſtati] Tribuno inimico. *Idem.*

Quanquam in hac præſcriptione] Non tam injuriam facis Rabirio, quam mihi conſuli. ſatis enim mihi temporis datum eſt ad ejus cauſam orandam, ad conquerendum non ſatis. *Idem.*

Patroni] Defenſoris. *Idem.*

Conſulis] Ad conquerendum imminui imperium conſulare. *Idem.*

Satis erit hoc mihi temporis] Meliore ordine & auribus gratiore Francii liber: *ſatis erit mihi hoc temporis.* Mox idem liber: *ad conquirendum verum parum.* quod non probo, quia & ſententia loci, & conſuetudo Latine loquentium hanc ſcripturam reſpuit. *Grav.*

Locis religioſis ac de lucis] Etſi locus religioſus efficitur in quem mortuus infertur, tamen hic latius patere puto: cum in urbe religioſa loca eſſent, ſepulchra non eſſent. Itaque quanquam ſacrum eſt, quod proprie deo conſecratum eſt, ſanctus murus, religioſum ſepulchrum, tamen iſta confunduntur a *Cicerone de Aruſp. reſponſis*. Quin etiam ſuam domum conatum eſſe Clodium religioſam facere dicit. Fortaſſe in Saturnini tumultu & lucos, qui Romæ erant, violaſſe viſus erat Rabirius, & loca quædam ſacra: aut in agris id feciſſe. *Turneb.* *De locis religioſis ac lucis*] *In lucis erant*, ut ait Plinius, *numinum templa, priſcoque ritu Deo præcellentem arborem dicabant, nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulacra quam lucos & in iis ſilentia ipſa adoramus.* Cicero de legibus II ſcribit, moris fuiſſe ut in fundi villæque conſpectu lucus eſſet, in eoque larum religio, quos certis diebus Domini & famuli colebant. *Hottom.*
Ac de lucis, quos] Vetus liber habet, *ac delubris.* Lambinus. *Niſi forte de lo-*

quos ab hoc violatos eſſe dixiſti, pluribus verbis tibi reſpondendum putas. Quo in crimine nihil eſt umquam abs te dictum, niſi a C. Macro objectum eſſe crimen id C. Rabirio. In quo ego demiror, meminiſſe te, quid objecerit C. Rabirio Macer inimicus: oblitum eſſe, quid
3 aequi & jurati judices judicarint. An de peculatu facto, an de tabulario incenſo, longa oratio eſt exprimenda? quo

cis religioſis ac de lucis, quos ab hoc violatos eſſe dixiſti] Ita Manutius, neque male. At Victorius, & eum ſecutus Lambinus, habet *delubris:* quibus ut lentius aſſentiar, facit illud *quos:* & quod, & ſi luci quidem ſint loca religioſa, non tamen ita plane, ut delubra. *F. Urſinus.* *Ac de lucis*] Pall. aut cuſi vetuſti, non habent illud *delubris* Lambinianum, ſed ſervant vulgatum. *Gruterus.*

Niſi a C. Macro] Hujus in Bruto meminit, quem patronum propemodum elegantiſſimum fuiſſe ſcribit, in inveniendis componendiſque rebus accuratum. hic & in publicis cauſis obtinebat nonnullum locum. in privatis tamen illuſtriorem. Apparet ab hoc aliquando accuſatum de violatis locis ſacris fuiſſe Rabirium, nec condemnatum. fuit hic C. Licinius Macer vir prætorius Calvi oratoris pater, biennio fere ante quam hæc dicerentur mortuus prætore Cicerone. *Turneb.* Totus hic locus in Francii libro ſic ſcribitur: *Quo in crimine nihil eſſet unquam a te dictum, niſi a C. Macro objectum eſſet crimen id. C. Rabirio,* non male, nec tamen vulgatis præferendum cenſeo. *Gravius.*

Iurati judices] Iudices enim in leges jurabant, quæſtor non jurabat. *Turneb.* *Iurati judices*] Moris erat ut judices, antequam tabellam ferrent jurarent ſe ex animi ſui ſententia judicaturos. Prætor qui eos cogebat, non jurabat, quoniam quo die magiſtratum inierat in leges juraverat. *Hottom.*

Iudicarint] Non eſſe violatos lucos, nec loca ſacra a Rabirio. *Turneb.*

An de peculatu facto] Apparet in illo tumultu illaque perturbatione Apulejæ ſeditionis factum peculatum direpto ærario fuiſſe: cui crimini affinis viſus ſit nonnullis Rabirius: quanquam alius etiam peculatus ſignificari fortaſſe poſſit, ut auri Toloſani illa tempeſtate. Cicero lib. 3. de natura Deorum: *Cognoſce alias quæſtiones, auri Toloſani, conjurationis Iugurthinæ.* Idem. *An de peculatu facto*] *Peculatus* eſt crimen pecuniæ publicæ expilatæ. *Hottom.* *An de peculatu facto*] Vox, *facto*, videtur adventitia. reperitur tamen in vetere cod. In eodem eſt, *exprimenda*, infra, ubi libri vulgati habent, *expromenda.* Lambinus.

An de tabulario] Locus erat ubi acta & tabulæ publicæ reponebantur. Cum id igitur objiceretur Rabirio, nondum patefactum erat a quo incenſum eſſet; quod Q. Soſius ſe feciſſe poſtea confeſſus eſt. Cicero lib. 3. de natura Deorum. Sed exeamus e theatro, veniamus in forum: ſeſſum ite precor. quid? ut judicetur, qui tabularium incenderit. Quod facinus occultius? at ſe Q. Soſius ſplendidus eques Romanus ex agro Piceno feciſſe confeſſus eſt. *Turnebus.* *An de tabulario*] Locus in quo tabulæ publicæ recondebantur. Livius XLIII: *Cenſores ex templo in atrium libertatis adſcenderunt, & ibi ſignatis tabulis publicis, clauſoque tabulario, & dimiſſis publicis ſervis.* Tacitus lib. XIII: *Princeps curam tabularum publicarum a Quæſtoribus ad præfectos tranſtulit.* Hottom.

Expromenda] Explicanda & exponenda: legi poteſt etiam, *exprimenda*, Turnebus. *Oratio eſt exprimenda*] Libri noſtri ſcripti aut olim editi, nihil variant. Manutius aliique maluerunt *expromenda.* Gruterus.

C. Cur-

quo in crimine propinquus C. Rabirii judicio clariſſimo C. Curtius pro virtute ſua eſt honeſtiſſime liberatus: ipſe vero Rabirius non modo in judicium horum criminum, ſed ne in tenuiſſimam quidem ſuſpicionem verbo eſt umquam vocatus. An de ſororis filio diligentius reſpondendum eſt? quem ab hoc necatum eſſe dixiſti, cum ad judicii moram familiaris funeris excuſatio quaereretur. Quid enim eſt tam veriſimile, quam cariorem huic ſororis maritum, quam ſororis filium fuiſſe? atque ita cariorem, ut alter vita crudeliſſime privaretur, cum alteri ad prolationem judicii biduum quaereretur? An de ſervis alienis contra legem Fabiam retentis, aut de civibus Romanis contra legem Porciam ver-

C. Curtius] Videretur ex oratione pro Rabirio Poſthumo, legendum eſſe *Curius*. Is enim eſſe videtur, cujus filium Rabirius adoptavit, Rabirium Poſthumum. *Curtium* tamen non muto. *Turn.* *C. Curtius*] Legendum, *Curius*. nam C. Curius Rabiriam hujus ſororem in matrimonio habuit, ex qua Curius natus eſt qui ab hoc Rabirio avunculo ſuo adoptatus dictus eſt, C. Rabirius Curianus. *Hottom.* *C. Curtius*] Secuti ſumus dictos libros, defenditque Turnebus lib. x. Adverſ. cap. 23. maluit tamen Hottomannus *Curius*, qui adeatur lib. VI. obſervat. cap. 8. *Gruterus.*

Pro virtute] Vt ejus merebatur virtus. *Turnebus.*

In judicium vocarit] Ordo accuſationis hic fuit. Poſtulabatur aliquis, legibus interrogabatur, reus fiebat, in judicium vocabatur, accuſabatur. Sed diem dicere Tribunorum pl. erat proprium qui ad populum accuſabant: quod privatis hominibus non licuit. *Hottom.*

Necatum] Ne maritus ſororis Rabirii Curtius de peculatu, ut reor, cauſam diceret, ad probationem judicii filium ſororis a Rabirio necatum objiciebant. Qui autem funus familiare ducit, juſtave mortuo facit, nec in jus, nec in judicium vocatur. Sed veriſimile non eſt bidui cauſa tantum facinus eſſe perpetratum: nec probabile eſt chariorem ei maritum ſororis quam filium fuiſſe. *Turnebus.*

Familiaris funeris] Prætoris edictum fuit, ne in jus vocare liceret qui funus familiare duceret, juſtave mortuo faceret. l. 2. D. de in jus voc. *Hottom.*

Alter] Filius ſororis. *Turnebus.*

Alteri] Marito ſororis. *Idem.*

Legem Fabiam] Recte exiſtimat, ut arbitror, Alciatus hanc eſſe legem, quæ Flavia a juriſconſultis corrupte vocatur, cum Fabia ſcribi debeat: qua tenetur qui ingenuum aut libertinum hominem invitum celaverit, vinctum habuerit: qui ſervum alienum retinuerit, vel perſuaſerit ut a domino fugeret. *Idem.* *Legem Fabiam*] Ne quis ſervum alienum invito vel inſciente domino celaret, vinctum haberet, emeret ſciens dolo malo l. pen. & ult. D. ad leg. Fab. de plagiar. *Hottom.*

Legem Porciam] Ante legem Porciam verberabantur necabanturque cives Romani rerum capitalium damnati: hocque ſupplicium more majorum erat. Tranquillus in Nerone, *Legitque ſe hoſtem a ſenatu judicatum, & quæri ut puniatur more majorum: interrogavitque quale eſſet id genus pœnæ, & cum comperiſſet, nudi hominis cervicem inſeri furcæ,*

 corpus

verberatis, aut necatis, plura dicenda ſunt; cum [illegible] ſtudio C. Rabirius totius Apuliae, ſingulari volun[illegible] Campaniae vicinitatis ornetur? cumque ad ejus propu[illegible]ſandum periculum non modo homines, ſed prope re[illegible]giones ipſae concurrerint: aliquanto etiam latius [illegible]tatae, quam ipſius vicinitatis nomen ac termini po[illegible]ſtulabant? Nam quid ego ad id longam oratio[illegible] comparem, quod eſt in eadem multae irrogatio[illegible] prae-

corpus virgis ad necem cadi, conterritus, duos pugiones, quos ſecum extulerat, arripuit. Ne hoc ſupplicium de civibus Romanis ſumeretur, ne verberarentur, necarenturve cautum erat lege Porcia, quæ permittebat damnatis exilium. Salluſtius, *Tunc lex Porcia aliaque leges parata ſunt, quibus legibus exilium damnatis permiſſum eſt.* Ergo ſive verberavit in magiſtratu Rabirius, in legem commiſit: ſive id privatus fecit, multo magis. *Turnebus.* *Lex Porcia*] *Porcia lex* memorabilis a M. Porcio Catone lata eſt, ne quis magiſtratus civem Rom. virgis cæderet, necaretve: cum antea nudatorum cervix insereretur furcæ, corpus virgis ad necem cæderetur. Itaque pœna damnatorum poſtea fuit, vel bonorum multatio, vel omnium publicatio, vel aqua & igni interdictio: nulla enim lex civem exſulio multabat, ſed interdicto uſu earum rerum quibus vita conſtabat, vi ipſa exſulii neceſſitas impoſita damnatis intelligebatur. *Hottom.*

Apulia] Vbi propter ſaltus remque pecuariam magnæ ſervorum erant familiæ. in ſaltibus autem Apuliæ fere greges hybernabant, ut ſcribit Varro. Illic ſaltus & paſtiones, ut opinor, habebat Rabirius. Cic. de paſtoribus Apuliæ: *Cui ad ſollicitandos paſtores Apuliam attributam eſſe erat indicatum.* Turneb.

Campania] Erat, ut ex hoc loco intelligi poteſt, Rabirius Campanus, & ut opinor, Neapolitanus. fundos certe in Campania habebat, domum etiam Neapoli. Cicero ad Atticum: *Domum Rabirianam Neapoli, quam tu dimenſam & exadificatam animo habebas, Fontejus emit.* In Campania etiam ad agricul[illegible] quibus magnæ familiæ ſervorum [illegible]. Illic etiam quod liberos verberaſſet & necaſſet, objiciebatur. *Idem.* *Campaniæ vicinitatis*] Reſtat illud in [illegible] utroque & olim impreſſis, probatque apprime Gulielmius, dictum ut [illegible] *mulier Gallia*, alia aliis. *Grut.*

Ornetur] Olim ſæpe publice [illegible]tebantur, qui illuſtres reos laudarent: eas laudationes poſtea lege ſuſtulit in conſulatu Pompejus, ut Plutarchus ſcribit. *Turnebus.*

Sed regiones ipſa convenerint] Optime Francii liber: *concurrerint.* quem faventibus Muſis ſequor. *Gravius.*

Latius excitata] Vltra vicinitatis terminos ſuis excitati ſedibus ad laudandum Rabirium convenerunt: quod argumentum eſt eum hominibus chariſſimum fuiſſe. *Turnebus.*

Multa irrogatione] Multam irrogare non eſt privati actoris, ſed magiſtratus, ut tribuni. Cicero lib. 3. de legibus, *Cum magiſtratus judicaſſit, irrogaſſitve, per populum multa pœna certatio eſto.* Horum autem judiciorum ratio & forma ſic a Cic. pro domo ſua explicatur, ut ter ante magiſtratus accuſet intermiſſa die, quam multam irroget, aut judicet, quarta ſit accuſatio trinundinum projecta die, qua judicium ſit futurum. Ita hoc ex loco pro certo affirmari poteſt ante comitia centuriata habitam hanc orationem, qua de re initio dubitabamus. *Idem.* *Multa irrogatione*] Multarum ratio hæc fuit: Magiſtratus reo ad populum diem dicebat: ter eum accuſabat: poſt ei multam irrogabat, id eſt rogabat populum ut certa bonorum parte

praeſcriptum, hunc nec ſuae, nec alienae pudicitiae peperciſſe? Quin etiam ſuſpicor, eo mihi ſemihoram a Labieno praeſtitutam eſſe, ut ne plura de pudicitia dicerem. Ergo ad haec crimina, quae patroni diligentiam deſiderant, intelligis mihi ſemihoram iſtam nimium longam fuiſſe. Illam alteram partem de nece Saturnini nimis exiguam atque anguſtam eſſe voluiſti: quae non oratoris ingenium, ſed conſulis auxilium implorat & flagitat. Nam de perduellionis judicio, quod a me ſublatum eſſe criminari ſoles, meum crimen eſt, non Rabirii. Quod utinam, Quirites, ego id aut primus, aut ſolus ex hac repub. ſuſtuliſſem: utinam quod

parte multaretur. Hæc inrogatio trinundinum ut cæteræ leges durabat: poſt per trinundinum quarto reus accuſabatur. ſi defenderetur, ea multæ inrogatio dicebatur: ſi damnabatur, multæ judicatio. *Hottom.*

Præſcriptum] Anteſcriptum: quibus nominibus ſubjecerit ſe pœnam capitis irrogare Rabirio. Ante enim crimina ſcribimus, deinde pœnam ſubjicimus. *Turneb.* *In eadem multa irrogatione ſcriptum*] Idem liber ſic habet, *præſcriptum*, id eſt, ante ſcriptum: & ita legit Turnebus: & ita edi juſſimus. nam vulgati habept, *perſcriptum*. Lamb. *Multa irrogatione præſcriptum*] Ita & Pall. noſtri, non ut vulgo *perſcriptum*, quod & Turnebo diſplicuit. *Gruterus.* Cur ergo tollerat in editione ſua *perſcriptum?* Recte utique *præſcriptum*, quod & Francii liber, edit. Victorii, & antiquior Mediolanenſis probant. *Græv.*

Hunc nec ſua] Paſſum eſſe muliebria. eos enim impudicos vocare ſolebant. *Turnebus.*

Nec aliena] Maribus ſtuprum intuliſſe. Hæc crimina lege Statinia prohibebantur vindicabanturque. *Idem.*

Præſtitutam] Præſcriptam. *Idem.*

De pudicitia] Eo ſcilicet nomine male Labienus audierat. *Idem.*

Ut ne plura de pudicitia dicerem] Francii liber: *Ut plura de pudicitia ne dicerem.* Sic & alibi Cicero. *Grævius.*

Nimium longam] Cum a me jam momento temporis & verbo uno refutata ſint. *Turnebus.*

Conſulis auxilium] Cum Marii conſulis factum imperiumque conſulare, cujus juſſu Saturninus eſt interfectus, a me conſule defendi debeat. *Idem.*

De perduellionis] Pleraque nobilitas enixiſſime contenderat, ne judicium iſtud de perduellione exerceretur, ut ſcribit Dion. Qua in re ſtudium etiam ſuum, ut opinor, conſul apertiſſime profeſſus erat. Ita tribunus in invidiam conſulem vocat, quod judicium illud ſuſtulerit, quo libertas populi juſque ſacroſanctæ Tribun. poteſtatis confirmatur. *Idem.* *Perduellionis*] *Perduelles ab antiquis dicebantur qui a nobis hoſtes.* l. 234. De verb. ſignif. *qui hoſtili animo in Remp. armati ſunt.* l. ult. D. ad leg. Iul. majeſt. Cum quis jus libertatis populi Romani violaſſet: veluti, ſi quis regnum adfectaſſet, ſi Trib. pl. qui ſacroſanctus erat pulſaſſet, ſi civem Rom. virgis cæcidiſſet ſecurive percuſſiſſet, aut ullo ſervili ſupplicio adfeciſſet. *Hottom.*

Primus] Perduellionis condemnati intra vel extra pomœrium virgis cædebantur, & infelici arbori ſuſpendebantur: quod cum aliis legibus ſublatum erat, tum etiam lege Porcia, qua verberari necarive civem non licebat. *Turnebus.*

quod ille crimen eſſe vult, proprium teſtimonium [illegible] laudis eſſet. Quid enim optari poteſt, quod ego [illegible] lem, quam me in conſulatu meo carnificem de foro, crucem de campo ſuſtuliſſe? ſed iſta laus primum eſt majorum noſtrorum, Quirites, qui, expulſis regibus nullum in libero populo veſtigium crudelitatis regiae retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui veſtram libertatem non acerbitate ſuppliciorum infeſtam, ſed lenitate legum munitam eſſe voluerunt.

4 Quamobrem uter noſtrum tandem, Labiene, popularis eſt? tune, qui civibus Romanis in concione ipſa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere: qui in campo Martio, comitiis centuriatis,

Proprium] Non mihi cum aliis commune, qui multo ante id ſuſtulerant. *Turnebus.*

Carnificem de foro] In foro primum in quæſtione perduellionis judicium exercebat: deinde ſi provocabat reus, ter ante in concione accuſabatur: poſtremo comitiis centuriatis ex provocatione apud populum diſceptabatur. *Idem.*

Crudelitatis regiæ] Hujus enim de perduellione judicii & ſupplicii auctor Tullus Hoſtilius rex fuit, auctor Livius. *Idem.*

Multorum virorum fortium] Qui leges tulerunt, ne de civibus Rom. ſupplicium ſumeretur, ut Porcius Cato, Sempronius Gracchus. *Idem.*

Acerbitate ſuppliciorum infeſtam] Acerbitati ſuppliciorum obnoxiam. Paſſive dixit, ut pro Plancio: *Si hujus ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior.* Idem.

Popularis eſt?] Homines populares populo Romano chariſſimi & jucundiſſimi erant. Ergo, ut gratiam & benevolentiam populi ſibi conciliet, ſua quam Labieni facta magis popularia oſtendit. *Idem.* *Popularis eſt?*] Romæ alii *optimates* dicebantur principes civitatis qui Senatus potentiam quibus poterant modis amplificabant: alii *populares* qui plebis libertatem adverſus principum opes [illegible]. Horum [illegible] principes ſemper Tribuni pl. [illegible] *Hottom.*

Concione] Ut in campo Martio. *Turnebus.*

In campo Martio] Exactis Regibus ager Tarquinorum qui inter urbem & Tyberim fuit, conſecratus Marti *Martius* deinde *campus* fuit. In eo centuriata ſemper habita ſunt comitia, quia nonniſi imperato exercitu haberi non poſſent: idque præſidii cauſa dum populus erat in ſuffragiis ferendis occupatus. Agell. lib. XV. cap. XLIX. Liv. lib. XLIX. *Majores veſtri ne vos quidem niſi cum vexillo in arce poſito comitiorum cauſa exercitus edictus eſſet*, &c. In eo etiam luſitare adoleſcentes ſolebant unde illud offic. 1. *Suppeditat autem campus noſter honeſta exempla ludendi.* Hottom.

Comitiis centuriatis] Non enim de capite hominis Romani aliis comitiis, quam centuriatis cum populo agi licebat. *Comitia* autem *centuriata*, ut Gellius ait, *intra pomærium fieri nefas erat, quia exercitum imperari extra urbem oportebat, cum intra urbem imperari jus non ſit. propterea enim in campo Martio centuriata habebantur, exercituſque præſidii cauſa imperabatur, quia populus eſſet in ferendis ſuffragiis occupatus.* Turneb.

An-

auſpicato in loco, crucem ad civium ſupplicium defigi & conſtitui jubes: an ego, qui funeſtari concionem contagione carnifices veto? qui expiandum forum populi Romani ab illis nefarii ſceleris veſtigiis eſſe dico? qui caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum integrum jus libertatis defendo ſervari oportere? Popularis vero tribunus plebis, cuſtos defenſorque juris & libertatis. Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amo-

Auſpicato in loco] Comitia auſpicato habebantur adhibitis auguribus. crux auſpicatum locum funeſtatura erat. *Turneb.* *Auſpicato in loco*] Lex fuit vetus, *Iove fulgente tonante agi cum populo nefas eſto.* Itaque neque tributa, neque centuriata comitia ſine auſpice nec niſi in loco inaugurato haberi licebat, hoc eſt ab auguribus ad eam dicato & conſecrato: ut Liv. lib. III. *Hottom.*

Defigi atque conſtitui] Notat Pithœus in veteri libro legi *deſtitui*, quod omnino præfero vulgato. Fraudi fuit huic loco, quod neſcierunt librarii, aut ſcioli *deſtituere* eſſe defigere. Gracchus apud Gellium: *Palus in foro diſtitutus eſt, veſtimenta detracta ſunt, virgis caſus eſt.* Sed hanc hujus vocis notionem dudum pluribus exemplis illuſtrarunt Cujacius in obſervationibus, & Hottomannus ad Verrinas. *Grævius.*

Funeſtari concionem contagione carnificis] Violari, pollui, incæſtari. funus enim ſolet familiam funeſtare: unde ſumptum eſt verbum: familiaque expiabatur, quæ funeſta fuerat. *Turneb.*

Expiandum forum] Funeſta enim piaculis expiantur. *Idem.*

Ab illis nefarii ſceleris veſtigiis] A contagione carnificis, & crucis expiandum. *Idem.*

Caſtam concionem] Caſtum eſt, quod violatum non eſt, quod purum eſt. *Idem.*

Sanctum campum] Martium campum ſanctum & inviolatum. *Idem.*

Integrum jus libertatis] Nam in eo etiam libertatis jus vel maximum erat, ne carnifex civem attingeret: ne civis verberaretur. *Idem.*

Popularis vero Tribunis plebis, cuſtos defenſorque juris & libertatis] Quæ civem verberari vetat, tollitque ſupplicium illud quod more majorum de condemnatis rei capitalis ſumebatur. *Idem.* *Cuſtos libertatis*] Regibus exactis cum patricii & nobiles nimia ſua potentia in tenuiores cives abuterentur, plebs armata in montem ſacrum, qui tria ab urbe paſſ. millia diſtat, ſeceſſit. Ibi a Senatu impetravit, primum ut quinque, deinde ut alii totidem libertatis ſuæ cuſtodes defenſoreſque crearentur, qui *Trib. pl.* dicti ſunt. Hiſtoria nota eſt ex Livio & aliis. *Hottom.*

Virgas, flagella, carnificem] Notandum diſcrimen inter *virgas* & *flagella*: inter *lictorem* & *carnificem*. Omnes *lictores* in urbe domicilium habebant, & virgarum faſces Conſulibus & Prætoribus præferebant. *Carnifex* extra urbem habitabat, ne civitatem funeſtaret. Idem evocabatur ſi quis perduellionis damnatus eſſet, ſi quis vel ſervus vel ex infima plebe a Triumviris capitalibus damnatus eſſet: nolam & flagellum geſtabat, præſertim cum in damnatum animadverſurus eſſet, ut Zonaras teſtatur: nolam, ut omnes ab ipſius contagione caverent: flagellum, quod damnatum cædebat. *Sunt autem flagella ſumma arborum partes*, ut Servius definit. Virgis autem lictores utebantur ex arbore betulla. *Betulla*, inquit Plinius, *terribilis magiſtratuum Virgis.* Faſces autem ex bacillis & virgis conſtrictis faſces

 con-

amovit: hic miſericors flagella retulit. Porcia lex libertatem civium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum injuſſu veſtro judicaretur: hic popularis a duumviris, injuſſu veſtro, non judicari de cive Romano, ſed indicta cauſa civem Romanum capitis condemnari coegit. Tu mihi etiam legis Porciae, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cujusquam denique hominis popularis mentionem facis, qui non modo ſuppliciis inuſitatis, ſed etiam verborum inaudita crudelitate violare libertatem hujus populi, tentare manſuetudinem, commutare diſciplinam conatus es? Namque haec tua, quae te hominem clementem popularemque delectant, i lictor, colliga manus: quae

conſtabant ſecuri inſerta ut ejus acies exſtaret. Eas magiſtratus, ſi quando cum populo ageret, ſtatim populo lictores ſubmittere jubebat, cum Reges eas ſemper erectas geſtare permitterent. *Hottom.*

Lictori eripuit] Ne lictor civem vinciret & verberaret, cavit. *Turneb.*

Carnifici] Carnifici etiam ſuſpendendos tradidiſti: cujus inviſiſſimum Romanis erat nomen. *Idem.*

C. Gracchus] Legem Semproniam ſignificat, qua ſine juſſu populi Romani judicari de capite civis non licebat. has duas leges ſic appellat in Verrem, *O lex Porcia, legeſque Semproniæ.* Idem. *C. Gracchus*] Significat legem Semproniam a C. Sempronio Graccho latam. Leges enim ex familiæ nomine appellabantur. *Hottom.*

A duumviris injuſſu veſtro] Prætor enim duumviros forte dixerat in Rabirium ſine juſſu populi: cum, ut ſcribit Dion, eos a populo creari oporteret, & illis a populo judicium mandari. *Turnebus.* *Duumviris*] De hoc Regum inſtituto dictum eſt lib. II. Obſerv. cap. VIII. *Duumviri* hi ſunt, quos vulgus appellat *Commiſſarios*, quibus commiſſa eſt cura aliqua a Repub. *Hottom.*

Indicta cauſa] Nam cauſam dicere non videtur, in quem judicium contra leges exercetur, ut in Rabirium, non creatis a populo duumviris. Sic hoc loco indicta cauſa mihi accipe. *Turnebus.*

Inuſitatis] Iampridem enim deſitum erat & deſuetum ſic animadvertere in cives. *Idem.*

Inaudita] Propter hæc verba dicit, *I lictor, colliga manus, caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito.* Idem.

Libertatem] Genus enim hoc pœnæ nimis ſervile eſt, & lege Porcia libertas populi ab ea immunis eſt. *Idem.*

Tentare manſuetudinem] Experiri ecquid manſuetiſſimi homines tantam crudelitatem eſſetis approbaturi. *Idem.*

Namque hac tua, quæ te hominem] Inepte multa hic interjicit Lambinus, ac nolentibus mſſ. noſtris, vetuſtſeque cuſis. *Gruterus.* Poteſt ferri copula, ſed rectius ea non legitur in Francii libro. *Grævius.*

I lictor, colliga manus] Valgius Ruffus ex hoc loco lictorem a ligando dictum eſſe probabat, ut eſſet ex viatorum collegio, qui ligaret, vinciretque. Apud Gellium, *Lictor colliga manus:* legitur abſque *I*, ut & apud Livium libro I. *Turneb.* *I lictor, colliga manus*]

Lex

quae non modo hujus libertatis manſuetudiniſque non ſunt, ſed ne Romuli quidem, aut Numae Pompilii: ſed Tarquinii, ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina: quae tu, homo lenis ac popularis, libentiſſime commemoras. CAPVT OBNVBITO, ARBORI INFELICI SVSPENDITO. Quae verba, Quirites, jampridem in hac repub. non ſolum tenebris ve-

Lex horrendi carminis erat, inquit Livius. *Duumviri perduellionem judicanto. ſi a duumviris judicatum erit, provocatione certato. ſi vincent. caput obnubito, infelici arbori reſte ſuſpendito: verberato vel intra pomærium vel extra pomærium.* Hac lege duumviri creati. cum condemnaſſent, tum alter ex his, *P. Horati te perduellionem judicio, inquit. Lictor colliga manus, &c.* Inde lictorum nomen, uti Agellius teſtatur. Eſt autem *Infelix arbor* quæ fructum non fert, & in Deorum inferorum tutela eſt, ut Macrobius & Plinius ſcripſerunt. Livius lib. II. *Conſules ſpoliari hominem & virgas expediri jubent.* Idem lib. III. *Lictores voca, virgas & ſecures expedi.* Lib. IIX. *Tunc Papirius ſpoliari magiſtrum equitum, & virgas ac ſecures expediri juſſit.* Hottom.

Tarquinii] Non ſunt hæc carmina regis clementis, ſed truculenti ſævique tyranni. *Turnebus.*

Carmina] Sic Livius, *Lex horrendi carminis erat.* rurſum, *Qua longo effata carmine non eſt opera referre.* Ita enim certa verborum formula ſignificatur, certaque verborum conceptio. *Idem.*

Caput obnubito] Condemnatis rerum capitalium in atrociſſimis facinoribus, ut perduellione & parricidio, caput obtegebatur, quo ſignificabant illos luce indignos Cic. *Et damnato ſtatim folliculo lupino os obvolutum eſt.* Idem.

Caput obnubito] Moris erat ut carnifices & lictores capita damnatorum involverent. Cic. Verr. VII. *Quid de illis dicemus qui capitibus involutis in piratarum numero producebantur, ut ſecuri ferirentur.* Et mox: *Capitibus involutis cives Rom. ad necem producere inſtituit.* Quin etiam deſperati ſibi caput involvebant. Horat. Sat. III. lib. II.

Nam male in re geſta cum vellem mittere operto
Me capite in flumen.

Plaut. Moſtell.

Fuge atque operi caput. Hottom.

Caput obnubito: arbori, &c.] Hunc locum profert Nonius in voce, *ſuſpenſum.* quæ ſit autem arbor infelix, multi docuerunt. paullo poſt, ubi vulgo legitur, *ejus patrui mors*, &c. vetus codex non habet, *ejus*: non videtur tamen ea vox ſupervacanea: ut nec inferius, ibi, *ejus fratris*, &c. Lambinus.

Arbori infelici] Idem eſt apud Livium carmen, quod ex Regum commentariis ſumptum eſt, *Si vincent, caput obnubito; Infelici arbori reſte ſuſpendito.* Cato, inquit Verrius, felices arbores dixit, quæ fructum ferunt, infelices, quæ non ferunt. Plinius, *Infelices exiſtimantur, damnataque religione, quæ neque ſeruntur unquam, neque fructum ferunt Tarquinius Priſcus in Oſtentario*, ut Macrobius refert, *ſcribit arbores quæ inferum deorum avertentiumque in tutela ſunt, infelices nominari, alaternum, ficum atram, quæque baccam nigram nigroſque fructus ferunt: item aquifolium, pirum ſylvaticam, bruſcum, rubum, lenteſque quibus prodigia portentaque mala comburi jubere oporteat.* arborem autem infelicem hic intellige crucem. *Turnebus.*

Arbori] Dativus eſt, qua forma diceres, *ſuſpende tibi de collo*: vel *ſuſpende tibi.* Idem.

Tenebris] Iſta enim nobis inaudita & inuſitata ſunt. *Idem.*

Luc.

vetuſtatis, verum etiam luce libertatis oppreſſa ſunt.
5 An vero, ſi actio iſta popularis eſſet, &, ſi ullam partem aequitatis haberet aut juris, C. Gracchus eam reliquiſſet? Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris: & tibi acerbior ejus patrui mors eſt, quem numquam vidiſti, quam illi ejus fratris, qui cum concordiſſime vixerat: & ſimilis viri tu ulciſceris patrui mortem, atque ille perſequeretur fratris ſui, ſi iſta ratione agere voluiſſet? & par deſiderium ſui reliquit apud populum Romanum Labienus iſte, patruus veſter, quiſquis fuit, ac Ti. Gracchus reliquerat? An pietas tua major, quam Gracchi? an animus? an conſilium? an opes? an auctoritas? an eloquentia? quae ſi in illo minima fuiſſent, tamen prae tuis facultatibus maxima putarentur. Cum vero his rebus omnibus C. Gracchus omnes vicerit: quantum intervallum tandem inter te atque illum interjectum putas?

Luce libertatis] Quæ munita eſt adverſus hæc ſupplicia lege Porcia & Sempronia. *Turnebus.*

An vero, ſi actio iſta popularis eſſet] An non Scipionem Naſicam perduellionis poſtulaſſet C. Gracchus, qui maxime popularis fuit, cum ejus frater trib. plebis cæſus eſſet, ſi quæſtionem iſtam perduellionis legitimam putaſſet? *Idem.*

Patrui tui] T. Labieni. ſignificat a Labieno non tam tribuni mortem quam patrui hoc judicio vindicari. *Id.*

Patrui tui] Saturninus e Capitolio egreſſus cum ducibus factionis, in his T. Labieno, venit, ibique fuſtibus & ſaxis a populo trucidatus eſt, & in ipſa morte laceratus. Plin. junior ſcribit, *Caput Saturnini a Rabirio Senatore per quadrivia in ludibrium circumlatum.* Hottom.

Patrui mors] Habent ſic libri noſtri; quamvis neget Lambinus abeſſe ſuis *ejus.* Gruterus.

Ejus fratris] Duo fuerunt Gracchi eloquentiſſimi, Tiberius & Cajus Sempronii. Vterque Trib. pl. fuit, uterque ſeditioſus ac turbulentus & Senatui infeſtus, uterque in ſeditione populi interfectus. Tiberius cum iterum Tribunus pl. creari vellet auctore P. Naſica in Capitolio a primatibus occiſus eſt, ictus primum fragmentis ſubſelliorum. & inter alios, qui in eadem ſeditione interierunt, inſepultus eſt in flumen projectus. Cajus autem ſeditioſo tribunatu acto cum Aventinum montem armata multitudine occupaſſet a L. Opimio Cos. ex S. C. vocato ad arma populo pulſus atque interemtus eſt. Livius lib. LVIII, & LXI. *Hottom.*

Et ſimilis viri] Gracchorum laudes populus libenter audiebat. *Turneb.*

An eloquentia?] De eloquentia Gracchi ſcribit Cic. in Bruto. *Idem.*

Quantum intervallum tandem inter te atque illum interjectum putas] Tollas *intervallum*, tollas *interjectum*, nihil diſceſſerit de auctoris ſententia. *Gruterus.* Francii liber: *Quantum intervallum tandem inter te atque illum injectum eſſe putas.*

Acer-

tas? Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quam in ejus concione carnifex conſiſteret: quem non modo foro, ſed etiam coelo hoc ac ſpiritu cenſoriae leges, atque urbis domicilio carere voluerunt. Hic ſe popularem dicere audet, me alienum a commodis veſtris: cum iſte omnes & ſuppliciorum & verborum acerbitates non ex memoria veſtra ac patrum veſtrorum, ſed ex annalium monumentis atque ex regum commentariis conquiſierit: ego omnibus meis

Acerbiſſima morte] Sic mors appellatur immatura, quæ ante confectam ætatem evenit: ſumptum a fructibus. *Turnebus.*

Non modo foro] In quo cauſæ aguntur, & judicia exercentur, etiam cum populo agebatur, ut in templo Caſtoris. *Idem.*

Cœlo hoc] Aëre. Lucretius *in hoc cœlo qui dicitur aër*: ſic Athenis tenue cœlum dicit Cicero de Fato. *Idem.*

Cenſoriæ leges] Cenſoriæ leges erant de populi ætate, ſobole, familiis, pecunia cenſenda, de urbis templis, viis, aquis, ærario populi, paſcuis, vectigalibus tuendis: de populo in tribus centuriaſque deſcribendo. iiſdem ergo cenſoriis legibus in urbe carnifici domicilium habere, nefas erat. Itaque more priſco in urbe ſupplicium de ſontibus non ſumebatur. hinc illud Plauti verbum, *Extra portam Metiam currendum eſt prius. C. Quid eo? P. Lanios inde arceſſam duo cum tintinnabulis. Eadem duo greges virgarum inde ulmearum adegero.* loquitur enim de carnifice. & in Caſina, *Illo edepol videre te ardentem extra portam Metiam.* Nam Tacitus lib. 2. Annalium ait, ſumptum eſſe more priſco extra Eſquilinam portam de nocentibus ſupplicium. Iam in capitis ſuppliciis, quæ tum irrogabantur peregrinis & ſervis, non civibus, carnifice non lictore utebantur. *Idem.*

Urbis domicilio] Notandus locus, ex quo intelligitur primum carnificem intra urbem domicilium non habuiſſe, ut paullo ante diximus: deinde cenſorum notionem & judicium fuiſſe, quibus habitare in urbe vel liceret vel non liceret. *Hottom.*

Alienum a commodis veſtris] Non popularem. qui enim a commodo pupuli alienus eſt, non eſt popularis. *Turn.*

Et ſuppliciorum & verborum acerbitates] Haud aliter editio prima & Pal. octavus; locutuſque ita ſupra. Pal. tamen pr. & aliquot olim editi *& verberum* quod non diſplicebat Guilielmio; verum abſque cauſa. *Gruterus.*

Non ex memoria veſtra] Non ex veſtra patrumque ætate, qua iſta & invita & inaudita fuerunt. *Turnebus.*

Annalium] Cic. de orat. II. *Annales* appellari ſcribit *res ſingulorum annorum litteris mandatas. Commentarios* autem regum ſignificat tabulas, in quibus acta regum perſcripta erant, & quæ in tabulario publico adſervabantur. *Hott.*

Atque ex regum commentariis] A quibus inſtitutum judicium perduellionis & ſupplicium fuerat. Regum autem commentarii, ut Numæ, & Tulli Hoſtilii hujus judicii auctoris ætate Ciceronis extabant. Ne quis autem, quando duumviri hic judicarunt, eoſdem exiſtimet duumviros, & triumviros capitales. Nam triumvir ordinarium magiſtratum gerebat. Duumviri Romæ in magiſtratibus ordinariis non erant; ſed in perduellionis cauſa creari, qui judices eſſent, duo ſolebant. Alios eſſe ſic declarat Cicero, *Planeque duorum virorum judicium, aut trium virorum capitalium, aut decem virorum litibus judicandis duo nunquam.* Turnebus.

Quam

meis opibus, omnibus conſiliis, omnibus dictis atque factis repugnarim & reſtiterim crudelitati? Niſi forte hanc conditionem vobis eſſe vultis, quam ſervi, ſi libertatis ſpem propoſitam non haberent, ferre nullo modo poſſent. Miſera eſt ignominia judiciorum publicorum, miſera multatio bonorum, miſerum exſilium: ſed tamen in omni calamitate retinetur aliquod veſtigium libertatis. mors denique ſi proponitur, in libertate moriamur. carnifex vero, & obductio capitis, & nomen ipſum crucis, abſit non modo a corpore civium Romanorum, ſed etiam a cogitatione, oculis, auribus. harum

enim

Quam ſervi] Servi verbera non ferrent, niſi ſpem libertatis aliquam haberent, ut liberis ſervile iſtud ſupplicium irrogari non debeat. *Turnebus.*

Miſera eſt ignominia judiciorum publicorum] Pœnæ quas memorat de legibus & moribus tum comparatæ erant, verberare necareque non licebat. *Idem.*

Iudiciorum] Quæ a quæſitoribus exercentur: ut quæſitor erat peculatus, ambitus, falſi, adulterii. Iudicia publica ſunt cauſæ criminales, ut vulgo loquimur. *Idem.*

Aliquod veſtigium libertatis] In ignominia, bonorum amiſſione, exilio, ſpecies libertatis retinetur: verberatio, capitis obductio, ſuſpendium, nullum veſtigium libertatis relinquit. *Idem.*

Mors denique] Quæ civibus Romanis non proponebatur, cum lex Porcia damnatis exilium indulgeret. *Idem.*

Obductio capitis] Obtectio capitis. nam caput perduellionis damnatis ex regum decretis obnubebatur, ut & parricidis. *Idem.* *Obductio*] Placet aliorum conjectura, ut *obnuptio* legatur, ex illis verbis: *Caput obnubito.* Hottom. *Et obnuptio capitis*] Sic putat legendum Muretus: egoque ei aſſentior. credibile eſt enim, alterum illud, quod eſt in libris fere omnibus, *obductio*, natum eſſe ex annotatione, & interpretatione nominis, *obnuptio.* Qui autem lectionem vulgatam tuentur, & mordicus retinent, facile declarant, ſe, ut nomine appellantur, ita re eſſe bardos, & ſtolidos. Item Muretus paullo poſt, ubi libri vulgati, & manuſcr. omnes habent, *conditio*, ſeu potius, *condicio*, legendum exiſtimat, *condictio. condictio* autem, eſt denuntiatio, a condicendo, quod denuntiare ſignificat. ego autem ſupra, ubi eſt in vulg. codicibus & *verborum acerbitates*, *verberum* olim reponendum putaram: nunc, *verborum*, retineo. Sic ſupra dixit, *verborum inaudita crudelitate.* verba crudelia autem & acerba ſunt hæc, *i lictor: colliga manus*, &c. Lambinus. *Carnifex vero & obductio capitis*] *Obnuptio* Pantagathus, quomodo poſtea emendavit Muretus. *F. Vrſinus.* *Et obductio capitum*] Exſtat hæc ſcriptura in omnium membranis & libris impreſſis, niſi eis quibus præſedit Lambinus, qui admiſit *obnuptio* placitum Mureto lib. 11x. cap. 9. male. nam *obductio*, non ita protritum eſt vulgo, ut pædagogi lucernam oleat. accedit hoc quoque, quod ut cetera carminis ſuis verbis iteravit Tullius, & pro *lictore* carnificem; pro *arbore infelice*, crucem dixit; ita obductionem capitis videatur appellaſſe, quod iſthic erat, *caput obnubito.* hæc Guilielmius. *Gruterus.*

Crucis] Quem arborem infelicem ſupra priſco & inauſpicato nomine vocavit. *Turnebus.*

A corpore] Ne ſuſpendantur cives Romani. *Idem.*

A cogitatione] Cives Romani crucem ne cogitent, videant, audiant. *Idem.*

Per-

enim omnium rerum, non ſolum eventus atque perpeſſio, ſed etiam conditio, exſpectatio, mentio ipſa denique, indigna cive Romano atque homine libero eſt. An vero ſervos noſtros horum ſuppliciorum omnium metu dominorum benignitas una vindicta liberabit: nos a verberibus, ab unco, a crucis denique terrore, neque res geſtae, neque acta aetas, neque noſtri honores vindicabunt? Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profiteor, & prae

Perpeſſio] Ipſum ſupplicium quod ſuffertur: *paſſionem* dicere Cicero non ſolet, *perpeſſionem* ſolet. *Turnebus.*

Conditio] Crucem cogitantis, & hominibus proponentis. *Idem.* *Conditio*] Sic legendum hoc ſenſu: Ea conditione quiſquam vivat, ut in eum cadere ſervilis ſupplicii cruciatus poſſit. *Hottom.* *Sed etiam conditio*] Muretus conjicit, *condictio.* aſſentior. nam *condictio* cogitationem, exſpectatio oculos, mentio aures excruciat. *Gruterus.* Magis aſſentiendum cenſeo Turnebo, quam Mureto. *Condictio* hic locum plane non habet. *Status condictusſque cum hoste dies* Ciceroni notus eſt, & *condicere ad cenam.* ſed *condicere* ſimpliciter pro denunciare, & *condictio* pro denuntiatio & Ciceroni & omnibus melioris ætatis ſcriptoribus ignoratur. Adde τὸ *condictio* reſpuere veteres omnes codices. *Gravius.*

Expectatio] Oculis tale ſpectaculum expectantis. *Turnebus.*

Mentio] Auribus hominum nomen crucis ingerentis. *Idem.*

Vna vindicta] Manumiſſione, ut illud, *Vindicta poſtquam meus a prætore ceſſit:* ſpeciem autem poſuit pro genere. *Idem.* *Vna vindicta*] Hæc erat virga quam Prætor aut lictor manumittendi ſervi capiti imponens hac verba pronunciabat: *Hunc hominem liberum eſſe ajo.* ſimul dominus hæc dicebat, *Abito quo voles, nihil te moror.* Plaut. in Sticho: *In hunc diem nihil te moror, abi quo lubet.* Liv. x. *Tu vero abeas neque te quiſquam moretur.* Hottom.

Liberabit] Nam qui vindicta, cenſu, teſtamento, juſta manumiſſione liberi fiebant, cives Romani erant, in quos lege Porcia verberibus aut capite animadverti non licebat: qui aliis generibus manumittebantur, aut deditiorum numero erant, aut Latini Iuliani, non cives Romani. *Turnebus.* *Vna vindicta liberabit*] Recepit iſtud Manutius pater, & nepos. non male, pro quo vulgata *liberavit.* ſcitur enim quæ ſit cognatio inter duas illas litteras. *Gruterus.*

Ab unco] Qui impingebantur gutturi eorum qui ad ſupplicium trahebantur. Iuvenalis:

Qua ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum media ſulcum deducit arena.

Propertius:

Et bene cum fixum mento diſcuſſeris uncum,
Nil erit hoc, roſtro te premet anſa ſuo.

Ita fuſtis incurvus vocabatur. *Turnebus.* *Ab unco*] Quorundam criminum damnatis uncus in mentum impingebatur, atque ita per urbis vias tracti in Tyberim dejiciebantur. Sueton. *Nemo punitorum non in Gemonias abjectus uncoque tractus in Tyberim.* Ovid. in Ibin:

Perque vias urbis populo plaudente traheris,
Inſixusque tuis dentibus uncus erit.

Hottom.

Neque res geſta] Id propter Rabirium dicit, qui ſenator erat, honores geſſerat, aliquid adminiſtrarat, ætatem ſenex confecerat. *Turnebus.*

Profiteor] Pro Cecinna, *Atque ita libenter confitetur, ut non ſolum fateri, verumetiam profiteri videatur.* Profiteor igitur, prædico, proloquor. *Idem.*

Non

& prae me fero, te ex illa crudeli, importuna, non tribunitia actione, ſed regia, meo conſilio, virtute, auctoritate eſſe depulſum. Qua tu in actione, quamquam omnia exempla majorum, omnes leges, omnem auctoritatem ſenatus, omnes religiones atque auſpiciorum publica jura neglexiſti: tamen a me haec in hoc tam exiguo meo tempore non audies. liberum tempus nobis dabitur ad iſtam diſceptationem. nunc de Saturnini crimine, ac de clariſſime patrui tui morte dicemus.

6 Arguis occiſum eſſe a C. Rabirio L. Saturninum: & id C. Rabirius multorum teſtimoniis, Q. Hortenſio copioſiſſime defendente, antea falſum eſſe docuit. Ego autem, ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem hoc crimen, agnoſcerem, confiterer. Vtinam hanc mihi facultatem cauſa concederet, ut poſſem hoc praedicare, C. Rabirii manu L. Saturninum, hoſtem populi Romani interfectum. Nihil me clamor iſte commovet, ſed

Non tribunitia] Non populari. *Turnebus.*

Regia] Tyrannica, a regibus inventa. *Idem.*

Qua tu in actione] In accuſatione Rabirii. *Idem.*

Exempla majorum] Non enim ſic quiſquam apud majores egit. *Idem.*

Leges] Porciam & Semproniam. *Idem.*

Auctoritatem ſenatus] Qui olim judicarat hoſtem Saturninum, majeſtatemque imperii conſervandi permiſerat conſulibus, & nunc tuam actionem non probat. *Idem.*

Auſpiciorum publica jura] Servatum erat de cœlo, ut reor, aut obnunciatum Labieno cum auſpicia mala eſſent: quæ res tamen ejus actioni moram non attulit. *Idem.* Francii liber non agnoſcit *publica.* Poterat abeſſe non incommode. *Gravius.*

Liberum tempus nobis] Non ut nunc anguſtis ſpatiis & iniquis incluſum. Ob auſpicia contempta legeſque violatas ei accuſationem minari videtur. *Turn.*

Nunc de Saturnini crimine, ac de clariſſimi patrui tui morte dicemus] Quod crimen Rabirio objicitur: cum tamen a Scæva ſervo Q. Cratonis interfectus Saturninus fuerit. *Idem.*

Clariſſimi patrui] Suſpicor ironiam eſſe. Sæpe autem, ut reor, ſic patruum ſuum Labienus appellarat. *Idem.*

Et id C. Rabirius] Legendum cenſeo, *Ad id.* Idem.

Q. Hortenſio] Hortenſius cauſam Rabirii apud duumviros judices egerat. Non enim probo eos, qui ante conſulem eum ad populum cauſam egiſſe cenſent. *Idem.*

Si mihi eſſet integrum] Niſi jam ante oſtendiſſet Hortenſius a Rabirio non eſſe interfectum. *Idem.*

Suſciperem] Faterer interfectum a Rabirio. *Idem.*

Facultatem] Vtinam mihi liceret, utinam fere poſſem prædicare. *Idem.*

Hoſtem populi Romani] Hoſtem enim ſenatus judicarat. *Idem.*

Nihil me clamor iſte] Oborta acclamatio eſt populi, cui pro poteſtate magiſtratus

ſed conſolatur, cum indicat eſſe quoſdam cives imperitos, ſed non multos. numquam, mihi credite, populus Romanus, hic, qui ſilet, conſulem me feciſſet, ſi veſtro clamore perturbatum iri arbitraretur. Quanto jam levior eſt acclamatio! quin continetis vocem, indicem ſtultitiae veſtrae, teſtem paucitatis? Libenter, inquam, confiterer, ſi vere poſſem, aut etiam ſi mihi eſſet integrum, C. Rabirii manu L. Saturninum eſſe occiſum: & id facinus pulcherrimum eſſe arbitrarer: ſed, quoniam id facere non poſſum, confitebor id, quod ad laudem minus valebit, ad crimen non minus. Confiteor, interficiendi Saturnini cauſa C. Rabirium arma cepiſſe. Quid eſt, Labiene? quam a me graviorem confeſſionem, aut quod in hunc majus crimen exſpectas? Niſi vero intereſſe aliquid putas inter eum, qui hominem

giſtratus quem gerebat, fortiter & magna fiducia reſiſtit, ultroque objurgat. *Turnebus.* *Nihil me clamor iſte*] Apparet populum vocem illam indigne tuliſſe, *Saturninum hoſtem populi Romani appellari.* Moris fuit in concionibus, ſi quid magiſtratus diceret, quod populo placeret, ut id acclamationibus exciperent, ſi quid diſpliceret, admurmurarent & obſtreperent. Sic in Agrar. III. *Video quoſdam Quirites, ſtrepitu ſignificare neſcio quid.* Hottom.

Qui ſilet] Qui non occlamat. *Turnebus.*

Quanto jam levior eſt acclamatio] Iterum eſt acclamatum, ſed levius quam antea & exilius, ergo gravius objurgat & compeſcit. *Idem.*

Continetis vocem] Fabius, compeſcitis, lib. 3. *Idem.*

Si vere poſſem] Si ſine mendacio poſſem. *Idem.*

Si mihi eſſet integrum] Niſi ante negatum eſſet ab Hortenſio. *Idem.*

Manu] Sæpe ſic hoc vocabulum addunt. paulo ante, *C. Rabirii manu L. Saturninum hoſtem populi Romani interfectum.* Pro Milone, *Cum ſua manu ſororem eſſe interfectam fateretur.* Idem.

Et id facinus pulcherrimum] Sic Tacitus 1 ann. cap. 7: *Cum occiſus dictator Cæſar aliis peſſimum, aliis pulcherrimum facinus videretur.* Grævius.

Ad laudem] Decus Rabirii. *Turneb.*

Interficiendi] Nam lege Cornelia de Sicariis, non tantum tenetur qui hominem interfecit, ſed etiam qui hominis interficiendi cauſſa cum telo fuit. *Idem.*

Quod in hunc majus crimen expectas?] Liber Francii: *quod in hunc majus crimen expectabis?* Grævius.

Niſi vero] Cum utrumque legibus æque vindicetur. *Turnebus.*

Intereſſe aliquid] Ius civile ita comparatum fuit, ut conſilium delinquendi æque ut delictum ipſum vindicaretur. Cic. pro Mil. *Quaſi exitus rerum non hominum conſilia legibus vindicentur. Lex non minus eum qui hominis occidendi cauſa cum telo fuerit, quam eum qui occiderit, punit* l. aut facta, 17. §. eventus, D. de pœna. Idem traditur in l. 7. C. de ſicar. *In maleficiis voluntas ſpectatur non exitus.* l. 14. D. de ſicar. Hinc Paullus lib. Sent. 5. tit. 23. *Qui hominem occiderit, aliquando abſolvitur, & qui non occidit, damnatur. Conſilium enim cujuſque non factum puniendum eſt.* Hottom.

nem occidit, & eum, qui cum telo occidendi hominis cauſa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit, arma ſumta eſſe contra Saturninum ſine ſcelere non poſſunt. ſi arma jure ſumta concedis, interfectum jure concedas neceſſe eſt.

Paucula quaedam deeſſe videntur.

7 Fit S.C. ut C. Marius, L. Valerius conſules, adhiberent tribunos plebis & praetores, quos eis videretur: operamque darent, ut imperium populi Romani majeſtaſque conſervaretur. Adhibent omnes tribunos plebis praeter Saturninum, praetores praeter Glauciam: qui

Qui cum telo] Nemini civi Rom. licuit cum telo intra urbem, cum gladio, cum cultro eſſe. Plaut. in Aulular. ubi Euclio Congrionem coquum increpat: *Ad tres viros*, inquit, *jam deferam tuum nomen.* C. *quamobrem?* E. *quia cultrum habes.* C. *coquum decet.* Hottom.

Interfectum jure concedas neceſſe eſt: Fit S. C. ut C. Marius] Pantagathus nihil hic putabat deeſſe. *F. Vrſinus.* *Interfectum jure concedas neceſſe eſt*] In vetuſte impreſſis tantum eſt *inter.* ut & in Pall. qui ambo annotant integram deficere paginam in codice vetuſto, medioque ejus collocatas habet binas has voces, *nobis dabit.* Gruter. In Francii libro trium quatuorve verſuum intervallum vacuum erat poſt hæc verba.

Fit S. C. ut C. Marius, L. Valerius Conſules] Arma jure ſumpta in Saturninum probat ſenatuſconſulti auctoritate, quo ſumma poteſtas conſulibus permiſſa eſt, ut viderent ne quid Reſpub. detrimenti caperet. cujus decreti auctoritatem primum ſenatus uſurpaverat in C. Gracchum. ita tribuni jus iſtud ſenatui non eſſe concedendum cenſebant. *Turnebus.* *Fit S. C.*] Hæc fuit graviſſimi S. C. ſententia, quod in atrocioribus negotiis atque extremis reip. periculis fieri ſolebat: *Viderent Coſſ. ne quid &c. darent operam &c. curarent &c.* Eo S. C. dicebatur reſp. Coss. commendari, permitti, ut eam defenderent Cic. Phil. v. *Conſulibus totam remp. commendandam cenſuit, itaque permitti, ut remp. defendant, provideantque ne quid reſp. detrimenti capiat.* Idem Phil. VIII. *De ea re ita cenſuerunt uti Opimius Coſ. remp. defenderet.* Hottomannus.

Vt imperium populi Romani] Cic. in Catilinam, *Simili S. C. C. Mario & L. Valerio Coſſ. permiſſa eſt Reſp.* & cætera. Eſt igitur imperium & majeſtatem populi Romani conſervare, ejus amplitudinem, ejus rempub. conſervare, ne quid detrimenti capiat. *Turnebus.*

Majeſtaſque conſervaretur] Cicero pro L. Balbo: *Majeſtatem populi Romani conſervato.* Pith.

Præter Glauciam] Legendum eſt; *omnes prætores præter Glauciam.* Nam C. Servilius Glaucia tum prætor erat, homo ſimillimus Athenienſis Hyperboli. *Turnebus.* *Omnes prætores, præter Glauciam*] Sic legendum cenſet Adr. Turnebus. & recte. natum autem erratum eſt ex antiqua ſcriptura, quæ talis erat, *omnes pr. præter Glauciam.* nam *pr.* quod valet, *prætores*, omiſſum eſt ab indocto aliquo, & tamen plus nimio ſibi tribuente ſcriptore, cum exiſtimaret redundare. *Lamb.* *Adhibent omnes Tribunos plebis præter Saturninum, præter Glauciam*] Ita Manutius edidit, & Victorius, ut potuerunt ex fide corruptorum codicum: at Turnebus optime, & Ant. Auguſtinus, *omnes prætores præter Glau-*

qui rempub. ſalvam eſſe vellent, arma capere, & ſe ſequi jubent. Parent omnes. ex aedificiis armamentariiſque publicis arma populo Romano, C. Mario conſule diſtribuente, dantur. Hic jam, ut omittam cetera, de teipſo, Labiene, quaero: cum Saturninus capitolium teneret armatus, eſſet una C. Glaucia, C. Sauſejus, etiam ille ex compedibus atque ergaſtulo Gracchus: addam, quoniam ita vis, eodem Q. Labienum, pa-

Glauciam, correxerunt. Atque hæc lectio Octavio quoque Pantagatho in mentem venit ex eo loco, qui eſt in I. in Catilinam: *Num unum diem poſtea L. Saturninum Tribunum pl. & C. Servilium praetorem pœna remorata eſt.* F. Vrſin. *Tribunos plebis prater Saturninum, praetores prater Glauciam*] Libri ſcripti deſtituuntur illo *praetores*, forte quod expreſſum eſſet litteris binis. requiri tamen, ratio clamat. itaque ſecutus ſum Manutianam. nam Lambinus præterea adſumſit, *omnes*, volente Turnebo. *Grut.*

Qui remp. ſalvam eſſe vellent] Hac voce in magnis periculis ad audendum, cum properato opus erat, multitudinem incitabant conſules, quod ſpatium delectus habendi non erat. Cic. poſt reditum in Senatu, *Quid magnificentius, quid praeclarius mihi accidere potuit, quam quod illo petente vos decreviſtis, ut cuncti ex omni Italia, qui remp. ſalvam vellent, ad me unum hominem fractum & prope diſſipatum reſtituendum & defendendum venirent? ut qua voce ter omnino poſt Romam conditam conſul uſus eſſet pro univerſa republ. apud eos ſolum qui ejus vocem exaudire poſſent*, &c. Eadem voce in Gracchum Naſica fuerat uſus. *Turnebus.* *Qui remp. ſalvam eſſe vellent*] *Qui exercitum ducturus erat, ibat in Capitolium*, inquit Servius: *inde vexilla duo ſumebat, unum quo equites, alterum quo pedites evocabat, his verbis, Qui vult remp. ſalvam eſſe, me ſequatur.* Cic. pro C. Cornelio, apud Aſcon. *At enim extremi ac difficillimi temporis vocem illam C. Corneli Conſulem mittere coëgiſti, Qui remp. ſalvam eſſe vellent, ut ii ad legem accipiendam adeſſent.* Livius XXII. *Audendum atque agendum non conſultandum in tanto malo eſſe. Irent ſecum extemplo armati, qui remp. ſalvam vellent.* Cicero Tuſcul. IV. de Scipione loquens: *Iratus fuiſſe videtur Tiberio Graccho, tum cum Conſulem languentem reliquit, atque ipſe privatus ut ſi eſſet Conſul, qui remp. ſalvam eſſe vellet, ſe ſequi juſſit.* Hottom.

Armamentariis] Ὁπλοθῆκαι armamentaria vocantur a Latinis, armamentorum & armorum repoſitoria. *Turnebus.*

Capitolium] Nam foro pulſus Saturninus, Capitolium occuparat cum ſua factione. *Idem.*

Glaucia] Quem conſulem facere tentarat, & C. Memmium conſulatus competitorem ideo interfecerat. *Idem.*

Gracchus] Is L. Equitius erat, qui pro Gracchi filio ſe gerebat: eum Saturninus in locum competitoris tribunatus comitiis palam occiſi ſubrogare tentarat: is ſervus fuerat nequiſſimus in compedibus & ergaſtulo habitus: deinde manumiſſus libertinæ conditionis erat. *Idem.* *Ex compedibus Gracchus*] L. Saturninus quendam libertini ordinis ſubornavit, qui ſe Ti. Gracchi filium fingeret. ad hoc teſtimonium Sempronia Gracchorum ſoror inducta, nec precibus nec minis adduci potuit, ut dedecus familiæ agnoſceret. artibus tamen ſuis effecit ut Tribunus pleb. crearetur, quo in magiſtratu una cum Saturnino interfectus eſt. Valer. Maxim. auctor lib. de vir. illuſtr. & Cic. multis locis. *Hotomannus.*

Quoniam ita vis] Quando in illo numero fuiſſe patruum vis tuum, quod nemo tamen ſcit propter hominis obſcuritatem. *Turnebus.*

patruum tuum: in foro autem C. Marius, & L. Valerius Flaccus, Coss. poſt cunctus ſenatus, atque ille ſenatus, quem etiam vos ipſi, qui hos Patres conſcriptos, qui nunc ſunt, in invidiam vocatis, quo facilius de hoc ſenatu detrahere poſſitis, laudare conſueviſtis: cum equeſter ordo: at quorum equitum Rom. dii immortales! patrum noſtrorum, atque ejus aetatis, quae tum magnam partem reip. atque omnem dignitatem judiciorum tenebat: cum omnes omnium ordinum homines, qui in ſalute reipub. ſalutem ſuam repoſitam eſſe arbitrabantur, arma cepiſſent: quid tandem C. Rabirio faciendum fuit? De te ipſo, inquam, Labiene, quaero: cum ad arma conſules ex S. C. vocaviſſent: cum armatus M. Aemilius, princeps ſenatus, in comitio conſtitiſſet: qui, cum ingredi vix poſſet, non ad inſequendum ſibi tarditatem pedum, ſed ad fugien-

Poſt cunctus ſenatus] Fantagathus, *Poſt eos cunctus ſenatus*. F. Vrſinus.

Vos ipſi] Homines populares infeſti ſenatui. *Turnebus*.

Patres conſcriptos] Hunc ſenatum. *Idem*.

Atque ejus aetatis, quae tum] Legendum videtur, *qui tum*, &c. *tenebant*. quorum equitum? inquit. *ejus aetatis equitum, qui tum magnam partem*, &c. Lambinus.

Omnem dignitatem judiciorum] Equeſter ordo incorruptiſſime quinquaginta prope annos lege Sempronia judicavit. Cicero in Verrem auctor. *Turnebus*. *Omnem dignitatem judiciorum*] Soli Senatores perquamdiu judicia Romae exercuerunt, poſtea lege C. Gracchi translata ſunt in Equites. tum Sulla victor rurſus ea Senatoribus reſtituit. poſtremo C. Aur. Cotta Praetor legem tulit, ut inter ordines tres communicarent, *Senatorum equitum, & tribunorum aerarii*. Hottom.

Omnium ordinum] Verbi gratia, trib. aerarii, ſcribae, fabri, publicani, equites. *Turnebus*.

Cum ad arma conſules ex S. C. vocaviſſent] Marius & Valerius. *Idem*.

M. Aemilius] Scaurus. *Idem*.

Princeps ſenatus] A cenſoribus princeps ſenatus legebatur, qui ex iis qui viverent primus cenſor fuiſſet, aut virtute maxima ſine controverſia praeditus eſſet. Hujus maxima erat in ſenatu auctoritas & dignitas: diuque obtinuit, ut primus ſententiam rogaretur. *Idem*. *Princeps ſenatus*] Vnus e ſenatoribus qui e cenſoriis natu major erat, & multis praeclaris rebus gloriam atque auctoritatem adeptus fuerat, *Princeps ſenatus* dicebatur, ac primus in ſenatu ſententiam rogabat. Liv. & Plutarch. *Hottom*.

Comitio] Sic locus vocabatur in foro, ubi praetor urbanus jus dicebat, unde homines comitiales Plauto litigioſi ſunt:

Nam iſtorum nullus nefaſtus eſt, comitiales ſunt meri.
Ibi habitant: ibi eos conſpicias quam praetorem ſaepius. Turneb.

Cum ingredi vix poſſet] Propter adverſam valetudinem pedum. *Idem*.

Q. Sca-

giendum impedimento fore putabat: cum denique Q. Scaevola, confectus ſenectute, perditus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis, haſtili nixus, & animi vim & infirmitatem corporis oſtenderet: cum L. Metellus, Ser. Galba, C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnesque, qui tum erant, conſulares, pro ſalute communi arma cepiſſent: cum omnes praetores, cuncta nobilitas, ac juventus accurreret, Cn. & L. Domitii, L. Craſſus, Q. Mutius, C. Claudius, M. Druſus: cum omnes Octavii, Metelli, Iulii, Caſſii, Catones, Pompeji: cum L. Philippus, L. Scipio, cum M. Lepidus, cum D. Brutus, cum hic ipſe P. Servilius, quo tu imperatore, Labiene, me-

Q. Scævola] Cicero ad Atticum, *Multo ego ſatius hic mihi cavendum putavi in Scævola, qui & valetudine, & ætate erat ea, qua eſſe meminiſti.* Turneb.

Confectus ſenectute] Valde ſenex. *Idem.*

Præpeditus morbo] Valetudinarius enim erat. *Idem.* Hoc verbum *præpeditus* nimis leve videtur, ſi reſpicias præcedentes & ſequentes voces. Rectius codex Francii cum tribus Manutii: *perditus morbo.* ut pro Muræna: *Morbo confectus, lachrymis & mærore perditus.* Græv.

Membris omnibus captus] Vt oculis captus a Marone dicitur. ſumptum mutuo a Græcis, apud quos mente capti φρενόληπτοι dicuntur. cujus autem captum aliquod membrum tenetur, is eo uti non poteſt libere, inde translatum. *Turnebus.*

Ac debilis] Dicitur debilis cujus membra ſunt inhabilia, ſive quod fracta luxatave ſint, ſive aliam ob infirmitatem. Mecænas apud Senecam ep. 101:

Debilem facito manu
Debilem pede, coxa,
Tuber adſtrue gibberum.

Senec. 1 controv. 3: *Exierant adulteri inter patrem debilem & filium ſtupentem.* Debilis pater dicitur qui manus in bello amiſerat. Lactantius de mortibus perſecutorum non ita pridem publicatus a Cl. Baluſio: *Cum clementiam ſpecie tenus profiteretur, occidi ſervos Dei vetuit, debilitari juſſit. Ideoque confeſſoribus effodiebantur oculi, amputabantur manus, pedes detruncabantur, nares & auriculæ deſecabantur.* Vides quid ſit debilis, & debilitare. *Grævius.*

Haſtili] Sic vocatur fuſtis haſtæ. *Turnebus.*

L. Metellus] Q. Metellus non aderat. exulabat enim. *Idem.*

Ser. Galba] Sergius Galba orator, cujus meminit in Bruto Cicero ut & reliquorum fere omnium. *Idem.*

C. & L. Domitius] Bene monet Pighius in Faſtis ad annum V. C. DCLII. legendum *Cn. & L. Domitii.* Gruterus. Repoſui *Cn.* ut in Francii codice legi. Quin & ſic jam ante repoſuerat Manutius, qui & *Domitii* ſcripſit pro *Domitius.* Grævius.

L. Craſſus] Orator, qui in oratoriis libris apud Ciceronem loquitur. *Turnebus.*

Q. Mutius] Scævola P. filius alius a ſuperiore. Superior enim augur, hic pontifex fuit. *Idem.*

P. Servilius] Iſauricus. *Idem.*

Quo tu imperatore] P. Servilius in Cilicia bellum geſſit, deque ea triumphavit captis tribus magnis ejus regionis urbibus, Coryco, Olympo, Phaſelide. *Idem.*

meruiſti: cum hic Q. Catulus, admodum tum adoleſcens, cum hic C. Curio, cum denique omnes clariſſimi viri cum conſulibus eſſent: quid tandem C. Rabirium facere convenit? utrum incluſum atque abditum latere in occulto, atque ignaviam ſuam tenebrarum ac parietum cuſtodiis tegere: an in capitolium pergere, atque ibi ſe cum tuo patruo & ceteris, ad mortem propter vitae turpitudinem confugientibus, congregare? an cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scaevola, cum bonis denique omnibus coire non modo ſa-
8 lutis, verum etiam periculi ſocietatem? Tu denique, Labiene, quid faceres tali in re ac tempore? cum ignaviae ratio te in fugam atque in latebras impelleret: improbitas, & furor L. Saturnini in capitolium arceſſeret, conſules ad patriae ſalutem ac libertatem vocarent: quam tandem auctoritatem, quam vocem, cujus ſectam ſequi, cujus imperio parere potiſſimum velles? Patruus, inquit, meus, cum Saturnino fuit. Quid? pater qui cum? quid?

Meruiſti] Militaris ætas fuit ab anno ætatis XVII. quo *Iuniores* dicebantur ad annum XLVI. quo *Seniores* dici incipiebant. *Nulli autem*, ut Polyb. & Plutarch. ſcribunt, *magiſtratum gerere licuit, niſi qui annos decem militaſſet, & ſtipendium meruiſſet.* Vnde *merere* & *mereri ſtipendium* dicebantur. Veterani erant emeriti, qui annos viginti meruerant. *Hottomannus.*

Qu. Catulus] Superioris, ut opinor, filius. *Turnebus.*

C. Curio] Pater. *Idem.*

Ignaviam] Suam timiditatem. ignavia fortitudini contraria eſt. *Idem.*

Turpitudinem] Propter probra & dedecora ſceleratæ & improbæ vitæ. *Idem.*

Cum bonis] Cum optimatibus. *Idem.*

Societatem] Sic ſæpe loquitur Cicero, receptuſque hic loquendi modus erat ex cognatione ſignificationis. ut enim *coire coitionem*, & *vivere vitam* dicimus, ſic *coire ſocietatem*, pro, ſocietatem inire. *Idem.* *Coire ſocietatem ſalutis*] Communi ſtudio non modo ſuæ ſaluti conſulere, verumetiam imminens a ſedibus periculum propulſare. Cum *periculum* nominat, ſignificat magnam populi Romani multitudinem arma duce Saturnino ſumpſiſſe. *Hottom.*

Arceſſeret] Vocaret. *Turnebus.*

Quam tandem auctoritatem] Quem auctorem ſequereris, Saturninumne, an conſulem, an ignaviam? *Idem.*

Cujus ſectam ſequi] Secta via quædam eſt & ratio, quam quis ſequitur, poſtea ad philoſophorum accommodatum diſciplinas eſt. *Idem.* *Sectam ſequi* alicujus ſæpe ſine ullo crimine eſt alicujus partes ſequi. Liv. XXXVI: *Patres rogationem ad populum ferri juſſerunt: vellent juberentne cum Antiocho Rege, quique ſectam ejus ſecuti eſſent, bellum iniri.* qui a partibus ejus ſtarent. exempla paſſim alibi obvia. *Gravius.*

Pater qui cum?] Tuus pater fuitne cum Saturnino? *Turnebus.*

Equi-

quid? propinqui veſtri, equites Romani? quid? omnis praefectura, regio, vicinitas veſtra? quid? ager Picenus univerſus, utrum tribunitium furorem, an conſularem auctoritatem ſecutus eſt? Equidem hoc affirmo, quod tu nunc de tuo patruo praedicas, neminem umquam adhuc de ſeſe eſſe confeſſum. nemo eſt, inquam, inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus, qui ſe in Capitolio fuiſſe cum Saturnino fateretur. At fuit veſter patruus. Fuerit: & fuerit nulla deſperatione rerum ſuarum, nullis domeſticis vulneribus coactus: induxerit eum L. Saturnini familiaritas, ut amicitiam patriae praeponeret. idcircone oportuit C. Ra-

Equites Romani] Ex equeſtri familia erat Labienus, ut opinor. *Turneb.*

Præfectura] Arbitror eum fuiſſe ex Reatina præfectura. Ea enim vicina Piceno eſt. *Præfecturæ vocantur*, inquit Verrius, *in quibus jus dicebatur, & nundinæ agebantur, ac quædam Reſpubl. erat, nec tamen magiſtratus ſuos habebant: ſed in eas præfecti quotannis qui jus dicerent ab urbe mittebantur.* Nos prævotias appellamus. *Idem.* *Præfectura*] *Præfecturæ* dicebantur quædam regiones in Italia, quibus propter defectionem & perfidiam ſuæ leges ſuique magiſtratus adempti fuerant. Itaque Roma mittebantur in eas quotannis præfecti, qui in iis jus dicerent. Feſtus earum duo genera conſtituit. unum earum in quas ſolebant quatuor ſexve mitti, qui populi Romani ſuffragiis creati erant. alterum earum in quas Prætor urbanus quotannis mittere ſolebat, qui jus dicerent. Falſum eſt ergo, quod nonnulli ſcribunt, præfecturas jus civitatis habuiſſe, Livius lib. XXVI. *Habitari tantum tanquam urbem Capuam frequentarique placuit. corpus nullum civitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe. ſine publico conſilio, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam ad conſenſum inhabilem fore. Præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis miſſuros.* Idem Cic. Agrar. II. *Hott.*

Ager Picenus] Tum enim illinc multi Romam convenerant ad comitia. Nam comitiorum tempore interfectus fuit Saturninus. *Turnebus.*

Simulatione] Aſſimulatione, ſpecie. *Idem.*

Relictus] Deſertus, deſtitutus. *Idem.*

Veſter patruus] Labienus enim alios fratres habebat, ideo dixit, *veſter*. *Idem.*

Deſperatione] Homines enim deſperati tumultum & ſeditionem quærunt, & bonos oderunt. Fuerit, inquit, ei nulla domeſtica cauſſa, cur rebus novis ſtuderet. ſignificat ei rem familiarem arctam domi fuiſſe. *Idem.*

Domeſticis vulneribus] Nullo vulnere rei familiaris: qui bona non perdiderit: qui patrimonium non comederit, quæ res a bonorum ſecta diſtrahit. Cicero pro Seſtio, *Omnes optimates ſunt, qui neque nocentes ſunt, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti.* Eſto igitur ut ii ſint, quam tu nationem appellaſti, & qui integri ſunt, & ſani, & bene de rebus domeſticis conſtituti. *Id.* *Domeſticis vulneribus*] Significat vulnera rei familiaris, hoc eſt æs alienum, ut deſperatione rei familiaris ad res novas, ad conturbandum reip. ſtatum perfugerit. *Hottom.*

Induxerit] Impulerit. *Turneb.*

C. Rabirium deſciſcere a republica? non comparere? illa armata multitudine bonorum? conſulum voci atque imperio non obedire? Atqui videmus, haec in rerum natura tria fuiſſe: ut aut cum Saturnino eſſet, aut cum bonis, aut lateret. Latere mortis erat inſtar turpiſſimae: cum Saturnino eſſe furoris & ſceleris: virtus & honeſtas, & pudor cum conſulibus eſſe cogebat. Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentiſſimus fuiſſet ſi oppugnaſſet, turpiſſimus, ſi reliquiſſet?
9 At C. Decianus, de quo tu ſaepe commemoras, quia, cum hominem omnibus inſignem notis turpitudinis P. Furium accuſaret ſummo ſtudio bonorum omnium, queri eſt auſus in concione de morte Saturnini, condemnatus eſt: & Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi ſuae, condemnatus eſt.

Sta-

Non comparere] Non cerni, non conſpici. *Turnebus.*

Conſulum voci] Ad arma vocantium qui Rempub. ſalvam vellent. *Idem.*

Aut cum bonis] Cum ſenatu & optimatibus, qui popularibus opponuntur. *Idem.*

Inſtar] Similitudinem & imaginem ſignificat, ut apud Maronem, *Quantum inſtar in ipſo eſt:* id eſt, quam ſimilis eſt. Tranquillus, *Cujus etiam inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicavit.* Refertur etiam ad parem magnitudinem: *Inſtar montis equum.* Idem.

Et pudor] Qui a turpibus deterret, ad honeſta vocat, & officia conſervat, ex quo pudoris ſæpe veteres meminerunt. *Idem.*

Cum iis] Conſulibus & bonis. *Idem.*

Amentiſſimus] Amentiæ & furoris erat Saturninum ſequi, bonos oppugnare. *Idem.*

At C. Decianus] *Hic P. Furium inquinatiſſima vita*, ut ſcribit Valerius VIII, I. *hominem cum pro roſtris accuſaret, quia in quadam parte actionis de morte L. Saturnini queri auſus fuerat, nec reum condemnavit, & inſuper ei pœnas adjectas pependit.* Idem.

Commemoras] Nam ſpectatæ integritatis erat Decianus, cui necem Saturnini non placuiſſe commemorat Labienus. *Idem.*

In concione] Pro roſtris apud populum. *Idem.*

Sex. Titius] Sex. Titius homo fuit, inquit Cicero, ſatis loquax ſane, & ſatis acutus: ſed tam ſolutus & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi nomen Titius eſſet. *Hic*, ut inquit Valerius, *cum eſſet innocens, & lege agraria apud populum gratioſus, quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragiis eum tota concio oppreſſit.* Idem.

Imaginem] Imagines ex cera ſuorum gentilium nobiles domi habebant: hic etiam Saturnini, quem nulla propinquitate contingebat. *Idem.* *Imaginem*] Ambroſ. Off. I. *Si tyranni aliquis habeat imaginem, nonne obnoxius eſt damnationi? Memini legiſſe me quoſdam capitali judicio damnatos, quia Bruti & Caſſii interfectorum Cæſaris imagines adſervaſſent.* Hottomannus.

Condemnatus] Vocatus eſt eo nomine in judicium, condemnatuſque eſt ab equitibus Romanis. *Turnebus.*

Sta-

Statuerunt equites Romani illo judicio, improbum civem eſſe, & non retinendum in civitate, qui hominis hoſtilem in modum ſeditioſi imagine aut mortem ejus honeſtaret, aut deſideria imperitorum miſericordia commoveret, aut ſuam ſignificaret imitandae improbitatis voluntatem. Itaque mihi mirum videtur, unde hanc tu, Labiene, imaginem, quam habes, inveneris. nam Sex. Titio damnato, qui iſtam habere auderet, inventus eſt nemo. Quod tu ſi audiſſes, aut ſi per aetatem ſcire potuiſſes, numquam profecto iſtam imaginem, quae domi poſita, peſtem atque exſilium Sex. Titio attuliſſet, in roſtra atque in concionem attuliſſes, nec tuas umquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titii afflictam navem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Sed in his rebus omnibus imprudentia laberis. cauſam enim ſuſcepiſti antiquiorem memoria tua: quae cauſa ante mortua eſt, quam tu natus eſſes.

Statuerunt equites Romani] Penes quos tum judicia erant. Titium tamen Valerius a concione oppreſſum fuiſſe dicit. *Turnebus.*

Non retinendum] Lege Porcia damnati in exilium ibant. *Idem.*

Hoſtilem in modum] Hoſtis & perduellis more. *Idem.*

Honeſtaret] Ornaret. *Idem.*

Imperitorum] Vulgi. *Idem.*

Significaret] Oſtenderet ſe ejus facta imitari velle. *Idem.*

Imaginem] Imaginem L. Saturnini Labienus in concione protulerat. *Idem.*

In roſtra] Superioribus concionibus, cum de judicio ageretur, imaginem attulerat, ut concitaret populum in Rabirium. *Idem.* *In roſtra*] Naves Antiatum partim in navalia Romæ ſubductæ partim incenſæ, roſtriſque earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit. *Roſtra* id templum appellatum. Liv. lib. VIII. qui locum illum, ut Cicero perſæpe *templum* vocat, quia veteres loca omnia auſpicata, inaugurata, auguriis conſtituta *templa* vocabant. Ex illo ſuggeſtu, quod in foro fuiſſe diximus, conciones haberi ſolebant a magiſtratibus ad populum comitiis tributis, legeſque eodem ex loco ferebantur. *Hottom.*

Tuas rationes] Forte *rates*. Sunt rates ligna colligata, vel navigium temere conditum. Tuſcul. 1: *Tanquam in rate in mari immerſi noſtra verſatur oratio.* Plato εἰς σχεδίας. Pithœus.

Scopulos appuliſſes] Ab iis ductum qui ad ſcopulum naufragium faciunt. Tale eſt illud ex veteri poëta apud Ciceronem lib. 3. de Oratore: *Neque me patior iterum ad unum ſcopulum & telum claſſem Achivum offendere.* Turnebus.

Imprudentia] Ignorantia. *Idem.*

Memoria tua] Ætate tua. *Idem.*

Quam tu natus eſſes] Significat Labienum juvenem etiamnum fuiſſe. Tribunatus quidem pl. anno ætatis XXX gerebatur. Quæſtura XXVII, Prætura XL, Conſulatus XLIII. Id legibus conſtitutum erat, quæ propterea vocabantur *annales*. Hottom.

eſſes. qua in cauſa tute profecto fuiſſes, ſi per aetatem eſſe potuiſſes, eam cauſam in judicium vocas. An non intelligis, primum quos homines, & quales viros mortuos ſummi ſceleris arguas? deinde quot ex iis, qui vivunt, eodem crimine in ſummum capitis periculum arceſſas? Nam ſi C. Rabirius fraudem capitalem admiſit, quod arma contra L. Saturninum tulit: huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi aetas illa, qua tum fuit: Q. vero Catulum, patrem hujus, in quo ſumma ſapientia, eximia virtus, ſingularis humanitas fuit: M. Scaurum, illa gravitate, illo conſilio, illa prudentia, duos Mutios, L. Craſſum, M. Antonium, qui tum extra urbem cum praeſidio fuit: quorum

Qua in cauſſa] In qua Rabirius fuit. Cum bonis, inquit, fuiſſes contra Saturninum: partes bonorum ſecutus fuiſſes. *Turnebus.*

An non intelligis, primum quos homines] Nam in mortuos judicium non datur, cum etiam qui in reatu decedunt, integro ſint ſtatu. *Idem.*

Summi ſceleris] Perduellionis. Eorum enim eadem eſt quæ Rabirii cauſa. *Idem.*

Capitis periculum] Mortem. *Idem.*

Arceſſas?] Voces. *Idem.* *In periculum capitis arceſſas?*] Vetus locutio eſt pro *accuſare*, vocare in judicium, ubi reus de capite & fortunis ſuis periclitetur. *Hottom.*

Fraudem capitalem] Capitale crimen, quod capite ſit luendum. *Turneb.* *Fraudem capitalem*] Vlp. interpretatur, tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit. *Veteres enim*, inquit, *fraudem pro pœna ponere ſolebant* l. 23. §. 2. D. de ædil. edict. Sed *fraudis* verbum video a veteribus tribus modis uſurpatum. primum pro *dolo*, idque frequenter apud Iuriſconſultos. unde *fraus vulpecula* apud Ciceronem, deinde pro *culpa*, velut pro formula, *Ne illi fraudi ſit*, id eſt, Ne illi culpa imputetur. Poſtremo pro pœna, velut in formula, *Se fraude eſto*, id eſt ſine pœna. *Hottom.*

Deprecationem] Depulſionem. *Turnebus.*

Ætas] Erat enim tum admodum juvenis: quæ quidem ætas excuſationem meretur. *Idem.* *Ætas illa*] Significat C. Rabirium admodum adoleſcentem illo tempore fuiſſe quo Saturninum interfecit. *Equitem* tamen in fine orationis appellat. ergo annis XVII majorem: nam illo militare ſolebant. Sed mire de ætate dicit, cum ætas nulla criminis excuſationem adferat, niſi quæ a pubertate abſit. l. 3. D. de reg. jur. Agell. lib. XI. cap. XVIII. *Hottom.*

Qu. vero Catulum] Hic multo ante quam iſta diceret Cicero, ſuperſtes jam non erat a Mario mori coactus. Sed ejus filius Qu. Catulus tum vivebat, a quo pater patriæ Cicero vocatus eſt, oppreſſa conjuratione. utriuſque ſupra meminit. *Turnebus.*

M. Scaurum] Principem ſenatus. *Idem.*

Duos Mutios] Q. Mutium Scævolam augurem Lælii generum, & Qu. Mutium Scævolam pontificem P. filium. utriuſque ſupra meminit. *Idem.*

L. Craſſum] Oratorem. *Idem.*

M. Antonium] Conſules in urbe cum armis erant: extra urbem M. Antonius tum, ut opinor, prætor cum præſidio, ſi quid foris moveretur. *Idem.*

Equi-

rum in hac civitate longe maxima conſilia atque ingenia fuerunt: ceteros pari dignitate praeditos, cuſtodes gubernatoreſque reipublicae, quemadmodum mortuos defendemus? Quid de illis honeſtiſſimis viris atque optimis civibus, equitibus Romanis dicemus, qui tum una cum ſenatu ſalutem reipublicae defenderunt? quid de tribunis aerariis, ceterorumque ordinum omnium hominibus, qui tum arma pro communi libertate ceperunt? Sed quid ego de iis omnibus, qui conſulari imperio paruerunt, loquor? de ipſorum Coss. fama quid futurum eſt? L. Flaccum, hominem cum ſemper in republica, tum in magiſtratibus gerendis, in ſacerdotio caeremoniiſque, quibus praeerat, diligentiſſimum, nefarii ſceleris ac parricidii mortuum condemnabimus? adjungemus ad hanc labem ignominiamque mortis etiam C. Marii nomen? C. Marium, quem vere patrem patriae, parentem, inquam, veſtrae libertatis,

Equitibus Romanis] Egregia tum erat opinio de virtute equitum Romanorum ex judiciorum integritate. *Turnebus.*

Tribunis ærariis] Trib. ærariorum ordo Romæ erat, qui ad judicia tandem pervenit. *Trib. ærarii erant, quibus attributa*, inquit Varro, *pecunia erat, ut eam militi redderent.* eis pecuniam attribuebant Quæſtores urbani. *Idem.* *Tribunis ærarii*] *Ærarium*, locus in foro, in æde Saturni, in quo publicæ pecuniæ deponebantur. Ejus procuratio Quæſtoribus urbanis & Tribunis ærarii mandabatur. Illi pecuniam publicam expenſam & acceptam in tabulas referebant: his pecunia, quam militibus in ſtipendium darent, attribuebatur. Hæc Varro & Aſconius. *Hottom.*

L. Flaccum] L. Valerius Flaccus Marii in conſulatu collega, flamen erat, ut reor. Sacerdotes autem religioſique mortales, ne quid ſceleratum ſuſcipiant, quod ſacra violet, quodque ſacris piacularibus expiandum ſit, etiam atque etiam cavent. *Turnebus.*

Nefarii ſceleris] Scelera autem expianda ſunt. Cicero lib. 2. de legib. *Nam illud vitioſum Athenis, quod Cylonio ſcelere expiato.* Idem.

Parricidii] Perduellionis. parricidii nomen ad amplificationem uſurpare ſolent, ut Cicero de Clodio, *Quid? de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida.* Idem. *Parricidii*] Scribendum cum uno *r*. *Paricida* eſt idem qui homicida, qui parem hoc eſt civem Rom. interfecit. At *Parricida* cum gemino *r*. is eſt qui patrem aut propinquos interfecit. *Hottom.* Male. *Parricidium* proprie eſt patricidium, poſtea etiam homicidium, & transfertur ad alia, ut parricidæ dicantur quoque perduelles, qui in patriam, aut principem conſpirarunt. Hinc *parricidale bellum* Floro dicitur civile. *Gravius.*

Ignominiamque mortis] Marius enim mortuus tanto ſcelere ſuſcepto ignominioſus erit. *Turnebus.*

Patrem patriæ] Primus pater patriæ Cicero vocatus eſt; hic ita municipem ſuum Marium vocat, quod confecto bello

tatis, atque hujuſce reipublicae poſſumus dicere, ſceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus? Etenim, ſi C. Rabirio, quod iit ad arma, crucem T. Labienus in campo Martio defigendam putavit, quod tandem excogitabitur in eum ſupplicium, qui vocavit? Ac, ſi fides Saturnino data eſt, quod abs te ſaepiſſime dicitur, non eam C. Rabirius, ſed C. Marius dedit: idemque violavit, ſi in fide non ſtetit. Quae fides, Labiene, qui potuit ſine ſenatuſconſulto dari? Adeone hoſpes hujuſce urbis, adeone ignarus es diſciplinae, conſuetudiniſque noſtrae, ut haec neſcias? ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magiſtratum gerere videare? Quid

bello Cimbrico Rempub. maximo periculo liberaſſet. Conſervatorem patriæ vocat lib. 2. legum. *Turn.* Hunc Cicero *patrem patriæ* hoc loco eo lubentius appellat, ut populo gratum faceret, pro quo Marius contra Senatum & nobilitatem pugnarat. vel etiam quod Cimbros & Teutones, qui fuſo Q. Catulo Cos. in Italiam irrumpebant, prælio ſuperavit: pro qua victoria duo illi triumphi decreti ſunt, ſed uno contentus fuit. *Hottom.*

Deſigendam] Defigere humi figere eſt, ſic *deſtitutis palis* dicitur a Varrone. Eſt & defigere ex eo inauſpicatum verbum. Cicero lib. 2. de legibus, *Quæque augur injuſta, nefaſta, vitioſa, dira defixeris.* Turnebus. In hoc ultimo loco *defigere* eſt tranſlatum a magorum defixionibus. Magi enim dicuntur illos defigere, quibus incantationibus ſuis noceri credebant, ut non poſſent agere, ad quæ agenda naturalem habebant facultatem Senec. VI de benef. 35: *Exſecraris enim illum, & caput dira imprecatione defigis.* Grævius.

Si fides Saturnino data eſt] Cum abruptis fiſtulis obſideretur in Capitolio Saturninus, ſenatui per legatos pœnitentiæ fidem fecit: ab arceque digreſſus cum ducibus factionis in curiam receptus eſt. Quidam tradunt ei fidem a Mario conſule datam, quod invidioſe erat a Labieno ſæpius dictum: ſed nullum genus fœderis cum eo contrahi poterat ſine ſenatus auctoritate, quem ſenatus hoſtem judicarat. Pacis, fidei publicæ, induciarum cura ad ſenatum pertinebat. *Turnebus.* *Si fides Saturnino data eſt*] Conſules fidem publicam Glauciæ & Saturnino dederant, fore ut cum eis non vi ſed jure ageretur. *Hottomannus.*

Sine S. C.] Credo fidem publicam ordinario jure ſine S. C. dari non potuiſſe. ſed cum reſpub. per S. C. ultimæ neceſſitatis conſulum fidei ac poteſtati permiſſa eſſet, credo etiam dandæ fidei publicæ poteſtatem iiſdem permiſſam fuiſſe. ergo hæc oratorie dicuntur potius quam vere. *Idem.*

Conſuetudiniſque noſtra] MS. Franc. *conſuetudiniſque noſtræ civitatis.*

Peregrinari] Hoſpites enim & peregrini ignari fere ſunt diſciplinæ & legum ejus populi, apud quem peregrinantur. *Turnebus.*

Magiſtratum gerere] Plutarch. in problem. ſcribit, *Tribunatum pl. magiſtratum non fuiſſe*, cum Tribuni neque purpuram haberent neque lictores, neque in ſella curuli ſedentes jus dicerent, neque poteſtatem creato Dictatore deponerent more omnium magiſtratuum. Cic. tamen *tribunatum pl.* ſexcentis locis *magiſtratum* appellat. *Hottom.*

Quid

Quid jam iſta C. Mario, inquit, nocere poſſunt, quoniam ſenſu & vita caret? Itane vero? Tantis in laboribus C. Marius periculiſque vixiſſet, ſi nihil longius, quam vitae termini poſtulabant, ſpe atque animo de ſe & gloria ſua cogitaſſet? At credo, cum innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet, atque obſidione rempublicam liberaſſet, omnia ſua ſecum una moritura arbitrabatur. Non eſt ita, Quirites: neque quiſquam noſtrum in reipublicae periculis cum laude ac virtute verſatur, quin ſpe poſteritatis fructuque ducatur. Itaque cum multis aliis de cauſis virorum bonorum mentes divinae mihi atque aeternae videntur eſſe, tum maxime quod optimi & ſapientiſſimi cujuſque animus ita praeſentit in poſterum, ut nihil, niſi ſempiternum ſpectare videatur. Quapropter equidem & C. Marii, & ceterorum virorum ſapientiſſimorum, ac fortiſſimorum civium, mentes, quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem & ſanctimoniam demigraſſe,

Quid jam iſta] Quod illa tempeſtate multos eſſe ſciebat, qui nec dedecus, nec ignominiam ad mortuos pertinere cenſerent omni ſenſu, ut credebant plerique, orbatos. Percrebuerat enim tum ſententia Epicuri, cui ſe dociles multi ex libris Amafanii præſtiterant, animos mortales eſſe. Ab illa opinione dixit Cæſar apud Salluſtium, *In luctu & miſeriis mortem ærumnarum requiem, non cruciatum: eam cuncta mortalium mala diſſolvere: ultra neque curæ neque gaudio locum eſſe.* Turnebus.

Vita caret] Quia extincto animo deletoque toto animante, nihil Marius ignominiam iſtam ſentiet. *Idem.*

Vitæ termini] Hujus vitæ, quam in corpore degimus. Tractatur idem argumentum in Tuſculana prima, *Quid in hac repub. tot tantoſque viros ob rempub. interfectos cogitaſſe arbitramur? iiſdemne ut finibus nomen ſuum, quibus vita terminaretur.* Idem.

Hoſtium copias] Infinitas fuiſſe Teutonorum & Cimbrorum copias in campis Raudiis in Italia deletas a Mario hiſtorici ſcribunt. *Idem.*

Obſidione] Obſeſſa enim ab illa immani multitudine videbatur reſpub. cum in medio imperio verſarentur hoſtes tam prope ab urbe. *Idem.* Obſidio dicitur etiam de magnis anguſtiis, cum quis in magno periculo verſatur tanquam obſeſſus, aut quaſi captivus habetur. Cic. v ad fam. epiſt. 6: *Nec putant ei nummos deeſſe, qui ex obſidione fæneratores exemerit.* Vide quæ ibi notamus. *Grævius.*

Præſentit in poſterum] Poſteritatis quadam præſenſione & ſpe ducitur. Cicero Tuſcul. prima, *Sed neſcio quomodo inhæret in mentibus quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorum, idque in maximis ingeniis altiſſimiſque animis & exiſtit maxime, & apparet facillime.* Idem locus apud Ciceronem eſt pro Archia poëta. *Turneb.*

Ad deorum religionem] Propemodum conſecrat animos fortium civium, idque

graſſe, teſtor, me pro illorum fama, gloria, mem
ria, non ſecus, ac pro patriis fanis atque delubris pr
pugnandum putare: ac, ſi pro illorum laude mihi
ma capienda eſſent, non minus ſtrenue caperem, qu
illi pro communi ſalute ceperunt. Etenim, Quirite
exiguum nobis vitae curriculum natura circumſcripſi
11 immenſum gloriae. Quare ſi eos, qui jam de vita d
ceſſerunt, ornabimus, juſtiorem nobis mortis conditi
nem relinquemus. Sed ſi illos, Labiene, quos jam
dere non poſſumus, negligis, ne his quidem, qu
vides, conſuli putas oportere? Neminem eſſe dico
iis omnibus, qui illo die Romae fuerint, quem
diem in judicium vocas, pubeſque tum fuerit, qu
arma ceperit, quin conſules ſecutus ſit. omnes ii, qu
rum tu ex aetate conjecturam facere potes quid tu
fecerint, abs te rei capitis C. Rabirii nomine citant
At occidit Saturninum Rabirius. Vtinam feciſſet. n
ſu

que ex Romanorum opinione. colebant enim Romani non ſolum eos deos qui cœlites habiti erant, verum etiam eos quos in cœlo merita locarant. quod quidem indicat, inquit Cicero, *omnium animos immortales eſſe, ſed fortium bonorumque divinos.* Sed ſi ad deorum religionem demigrarunt, & in numero cœlitum repoſiti ſunt, ſcelus profecto nefarium fuerit, eorum famam, gloriam memoriamque violare. *Turn.* *Ad deorum religionem*] Lego *ad deorum regionem*, &c. hoc eſt, ad deorum locum, & ſedem. Sic pro Cluentio, *actum eſſe præcipitem in ſceleratorum ſedem, atque regionem.* Lambinus. *Ad deorum religionem*] Lambinus ſcribit ſe legere *regionem.* legat ſane, dummodo nobis relinquat alterum. *Gruterus.* Bene Gruterus. Quid fiet *ſanctimonia* ſi *religio* immutandum? Conjunguntur *religio* & *ſanctimonia* hæc tanquam συνώνυμα. *Ex hominum vita ad deorum religionem & ſanctimoniam demigrare*, eſt poſt hanc vitam deorum numero adſcribi, ut tanquam Deus habearis, & ſancte ac religioſe colaris, Deum fieri. *Grav*

Juſtiorem nobis mortis conditionem re quemus] Meliore conditione moriem nec mortui ignominiæ obnoxii erim utcunque enim in aliorum manes c ſuluerimus, exemplum poſteri ſequ tur. quod ſi manes lædere ſcelus eſſe xerimus, noſtræ memoriæ nominic conſulemus. *Turnebus.*

Non poſſumus] Scil. mortuos. *Idem*

Ne his quidem] Qui adhuc vivunt, demque crimini affines ſunt. *Idem.*

Pubeſque tum fuerit] Ad pubertat pervenerit, armaque ferre potuerit. S tim enim a pubertate militabant p mum, deinde Gracchus primis ſtip diis annum decimum ſeptimum d niit, ante quam ætatem nemo milit cogeretur. *Idem.*

Ex ætate] Quos conjicere potes tu fuiſſe puberes, & captis armis conſu ſecutos eſſe. *Idem.*

At occidit] Tuetur Rabirium infic tione Cicero, præclaram tamen eſſe fa confeſſionem ait, ſi fateri integru eſſet. *Idem.*

S

ſupplicium deprecarer, ſed praemium poſtularem. Etenim, ſi Scevae, ſervo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data eſt: quod equiti Rom. praemium dari par fuiſſet? &, ſi C. Marius, quod fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur Iovis Optimi Maximi templis ac ſedibus, praecidi imperarat, quod in clivo Capitolino improborum civium

Deſunt, ut videre eſt, non pauca.

Sceva] Servos ad pileum vocarat Saturninus, a ſervo tamen interfectus eſt, cui ex ſenatuſc. data libertas eſt. *Turn.*

Sceva] Liv. epit. LXIX. indicat, *manu Scævæ ſervi interfectum*: ſed Rabirii manu conſtabat interemptum Saturninum adjutore Scæva. *Hottom.*

Quod fiſtulas] Eo facinore videbatur Marius in Iovem Opt. Max. commiſiſſe: nemo tamen fuit qui illum impie feciſſe exiſtimarit, ut propemodum propter ſceleratos cives, qui clivum Capitolinum occuparant, deorum templa temerare licuerit. Hæc autem periodus abſolutam ſententiam non habet. *Turneb.*

Quod fiſtulas] Florus lib. III. Tubos quibus aqua in Capitolium ducebatur præciſos ſcribit. Plutarchus in Mario. Appian. civil. I. *Saturninus aquæ penuria coactus deditionem fecit.* Hottom.

Improborum civiū] Pall. ambo adſcriptum habent, deficere hic a fine chartas duas, a neſcio quo exſectas. *Gruterus.*

IN
L. CATILINAM I.
Habita in Senatu.
ORATIO NONADECIMA.

ARGUMENTUM P. MANUTII.

L. Sergius Catilina, patricii generis, civili bello Sullanarum partium, adminiſtrata poſt praeturam Africa, accuſatus eſt primum a P. Clodio repetundarum, ut ait Aſconius. accuſatus autem M. Aemilio Lepido, L. Volcatio Tullo Coſ. quod in oratione contra competitores Cicero docet his verbis: Te vero, Catilina, conſulatum petere, aut cogitare, non prodigium, atque portentum eſt? a quibus enim petis? a principibus civitatis? qui tibi, cum L. Volcatius conſul in conſilio fuiſſet, ne petendi quidem poteſtatem eſſe voluerunt: *ubi Paedianus:* Catilina, cum de provincia Africa decederet, & legati Afri quaeſti de eo in ſenatu graviter eſſent, profeſſus eſt ſe petere conſulatum. L. Volcatius Tullus conſilium publicum habuit, an rationem Catilinae habere deberet. nam quaerebatur repetundarum. Catilina ob eam cauſſam deſtitit a petitione. *His teſtimoniis duae res probantur, una, accuſatum eſſe Lepido & Tullo Coſ. altera, accuſatum eſſe ante comitia conſularia. Nec tamen eo anno peracta cauſſa eſt. nam eum Torquato & Cotta Coſ. id eſt anno ſequenti, reum de repetundis invenio in oratione pro Sulla.* Parens tuus, Torquate, *ait Cicero,* conſul reo de pecuniis repetundis Catilinae fuit advocatus. *Partem igitur ejus anni, quo Lepidus & Tullus conſulatum, Cicero praeturam geſſit, Catilina in Africa fuit, & eodem anno, conſularium comitiorum cauſſa, id eſt ante Quinctilem menſem, in urbem rediit: ut ſtatim repetundarum cri-*

crimine ab Afris in judicium vocatus eſt. quamquam Cicero in Oratione pro Coelio, cauſſae ſerviens, totum annum, quo ipſe praetor fuit, eum abſuiſſe, oſtendit his verbis: Fuit aſſiduus mecum praetore me. non noverat Catilinam: Africam tum praetor ille obtinebat. Secutus eſt annus: cauſſam de pecuniis repetundis Catilina dixit. deinceps fuit annus, quo ego conſulatum petivi. *Quibus verbis tres anni continui deſignantur, primum is, quo Cicero praeturam geſſit, id eſt, Lepido & Tullo Coſ. deinde, quo cauſſam de pecuniis repetundis Catilina dixit, id eſt Torquato & Cotta Coſ. poſtremo, quo Cicero conſulatum petivit, id eſt, Caeſare & Figulo Coſ. Primum igitur id conſtat, accuſari coeptum eſſe repetundarum Lepido & Tullo Coſ. deinde non eodem anno, ſed ſequenti, Torquato & Cotta Coſ. cauſſam dixiſſe. Addo illud, abſolutum eſſe P. Clodio accuſatore praevaricante. de quo ſic in ea de Haruſp. reſp.* A Catilina pecuniam accepit, ut turpiſſime praevaricaretur. *Quod Pedianus confirmat. Iterum autem accuſatus eſt inter ſicarios a L. Paullo, Caeſare & Figulo Coſ. quod a Salluſtio, Pediano, Dione traditur. quamquam in Pediano,* L. Lucullus, *mendoſe legitur, pro,* L. Paullus: *quem Salluſtius, teſtis eorum temporum, nominat. Vtroque indicio abſolutum eſſe, cognoſcitur ex epiſt.* 14. *lib.* 1. *ad Attic. in qua eſt:* Bis abſolutum eſſe Lentulum, bis Catilinam. *Vt argumentum illud omittatur, quod niſi abſolutus eſſet, petere conſulatum Cicerone & Antonio Coſ. non cogitaſſet. Haec de accuſationibus: nunc de conſulatus petitionibus, poſtremo de illius conjurationibus agemus. quae niſi ſeparatim ſingula oſtenderentur; fore ſum ſuſpicatus, ne lectori laborem, & difficultatem ordo hiſtoriae confuſus afferret, ut mihi ſaepe attulit: qui nunc, ut meo labore labor aliis adimatur, quantum licet, operam do. Petere conſulatum Catilina voluit, quo anno ex Africa rediit, conſulatum gerentibus Lepido & Tullo: ſed ejus rationem non eſſe habitam, jam oſtendimus. Eo anno petendi poteſtate excluſus, petiit anno ſequenti, Cotta &*

Torquato Coſ. & repulſam tulit. petiitque iterum Caeſare & Figulo Coſ. nec obtinuit. utramque petitionem ſignificat Cicero in oratione pro Coelio: Tot, *inquit*, annos verſatur in foro ſine ſuſpicione, ſine infamia, ſtuduit Catilinae iterum petenti. *De ſecunda autem & petitione, & repulſa perſpicuum ſit ex his Aſconii verbis*: Poſt effecta comitia conſularia, & Catilinae repulſam, fecit eum reum inter ſicarios L. Paullus. *Videtur & Cicerone conſule aut petiiſſe, aut petere voluiſſe: quod prima declarat in eum Ciceronis ratio.* Cum proximis comitiis conſularibus, *inquit*, me conſulem in campo, & competitores tuos interficere voluiſti; compreſſi tuos nefarios conatus amicorum praeſidio & copiis. *Eodem pertinent illa Salluſtii:* Poſtquam dies comitiorum venit; & Catilinae neque petitio, neque inſidiae, quas conſuli fecerat, proſpere ceſſere: conſtituit bellum facere, & extrema omnia experiri. *Remotum a petitione, conſilio potiſſimum Ciceronis conſulis, lib.* XXXVII *demonſtrat Dio. Sed contra Plutarchus in Cicerone, nec obſcure Cicero ipſe pro Murena eum petiiſſe dicit. Quod ad conjurationes attinet, conjuravit primum cum Cn. Piſone, L. Vargantejo, P. Autronio: quo anno conſules fuere Lepidus & Tullus: unde illa in oratione pro Sulla*: Scilicet is ſum, qui exiſtimem, Cn. Piſonem, & Catilinam, & Varguntejum, & Autronium nihil audacter ipſos per ſeſe ſine P. Sulla facere potuiſſe. de quo etiam ſi quis dubitaſſet antea, num id, quod tu arguis, cogitaſſet, interfecto patre tuo conſule deſcendere Kalend. Ian. cum lictoribus? *Si cogitavit Sulla cum Piſone, Catilina, Varguntejo, Autronio deſcendere cum lictoribus, interfecto Torquato conſule: nimirum ſuperioribus conſulibus Lepido & Tullo inita de conſulum caede conſilia fuerant. Ejuſdem annus conjurationis e Salluſtio cognoſcitur.* Erat, *inquit*, eodem tempore Cn. Piſo, adoleſcens nobilis, ſummae audaciae, egens, factioſus: quem ad perturbandam remp. inopia atque mali mores ſtimulabant. *cum hoc Catilina & Autronius, circiter*

citer

citer nonas Dec. conſilio communicato, parabant in Capitolio Kal. Ian. L. Torquatum, & L. Cottam Coſ. interficere; ipſi, faſcibus correptis, Piſonem cum exercitu ad obtinendas duas Hiſpanias mittere: ea re cognita, rurſus in nonas Febr. conſilium caedis tranſtulerunt. quod ni Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſociis dare, eo die poſt conditam urbem Romam peſſimum facinus patratum foret. quia nondum frequentes armati convenerant, ea res conſilium diremit. Pedianus autem eandem rem exponit his verbis: Fuit opinio, Catilinam, & Cn. Piſonem, adoleſcentem perditum, conjuraſſe ad caedem ſenatus faciendam ante annum, quam haec dicta ſunt, Cotta, & Torquato Coſ. eamque caedem ideo non eſſe factam, quod prius, quam parati eſſent, conjuratis ſignum dediſſet Catilina. *Altera conjuratio fuit Caeſare & Figulo Coſ. petentibus conſulatum Cicerone, Antonio, ipſo Catilina. cujus rumor quidam cum in vulgus emanaſſet, accendit hominum ſtudia, ut ait Salluſtius, ad conſulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Haec igitur ſecunda conjuratio, occultis conſiliis agitata, erupit denique in conſulatum Ciceronis. qui cum totam rem, indicante per Fulviam Q. Curio conjurato, cognoviſſet, & ſedentem tamen in ſenatu Catilinam vidiſſet, ira commotus, acerbiſſime in eum hac prima oratione eſt invectus, & eum urbe egredi, ſecumque ſuos juſſit educere: ac tantum profecit, ut Catilina perterritus profugerit. quod eſt primae orationis argumentum. In ſecunda oratione, de Catilina ejecto gloriatur, relictos ab eo ſignificat nobiles viros, qui non ſolum in foro volitent, ſed etiam in ſenatum veniant: quattuor hominum genera commemorat, qui reip. occultum bellum indixerint, & diſſimulantes, egrediente Catilina, Romae remanſerint. contra quorum inſidias, Quirites monet, ut ſua tecta cuſtodiis vigiliiſque defendant: ipſis, ut exeant, ſi velint, permittit: minatur, ſi cujus factum conatumve contra patriam deprehenderit: ſeveritatem cum clementia pollicetur. Quirites hortatur, ut venerentur deos immortales, opem ab iis in praeſenti periculo ſupplices*

petant. Tertia, captos eſſe conjurationis principes, & ſublatum jam imminentis periculi metum, re, quemadmodum geſta erat, explicata, ſignificat. Tum habere bonum animum Quirites jubet; quod geſtum ſit, acceptum diis immortalibus refert: rogat ut, cum ipſe, ne iis hominum audaciſſimorum ſceleratae nefariaeque mentes nocere poſſent, ſua vigilantia providerit, ipſi viciſſim, ne quando ſibi noceant, curam ſuſcipiant. Concluſio, Iovem ut venerentur, & ut ſua tecta vigiliis cuſtodiiſque defendant. In quarta nonis Dec. habita (ut epiſt. 1. lib. 2. ad Attic.) de ſupplicio conjuratorum refert, & ſimul, ipſe quid ſentiat, oſtendit. diſputat de ſententiis duabus una D. Iunii Silani, qui, tamquam conſul deſignatus, omnium primus de more rogatus erat, ut mors conjuratis poena eſſet: altera C. Caeſaris, aedilis cur. ut aeternis tenebris vinculiſque mandarentur, bona eorum publicarentur, vitam tamen retinerent. utramque ſententiam laudat: quam tamen Silanus dixerat, ſequendam cenſet. Memoriam ſui conſulatus a ſenatu poſtulat: ſi quid ſibi acciderit, parvum filium commendat: hortatur, ut de conjuratorum ducibus, cum agatur in eo ſalus civitatis, univerſaeque reip. diligenter fortiterque decernat: ſuum & in conſulatu, & in omni vita praeſidium auxiliumque pollicetur. Nunc, ut puto, non male opera poſita videbitur, ſi, quo quaeque die habita oratio ſit, oſtendam. Prima habita eſt VIII. *id. Nov. non obſcuris argumentis. in ipſa enim oratione ſunt haec:* Recognoſce tandem mecum noctem illam ſuperiorem: jam intelliges, multo me vigilare acrius ad ſalutem, quam te ad perniciem reip. Dico te priori nocte veniſſe inter Falcarios, in M. Laecae domum, conveniſſe eodem complures ejuſdem amentiae ſceleriſque ſocios. *Et paullo poſt:* Fuiſti igitur apud Laecam ea nocte, Catilina: diſtribuiſti partes Italiae: ſtatuiſti, quo quemque proficiſci placeret: delegiſti, quos Romae relinqueres, quos tecum educeres: deſcripſiſti urbis partes ad incendia: confirmaſti, te ipſum jam eſſe exiturum: dixiſti, paullulum tibi

tibi eſſe etiam tum morae, quod ego viverem. reperti ſunt duo equites Romani, qui te iſta cura liberarent, & ſeſe illa ipſa nocte paullo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. *Quae ſit haec nox, quam is dies conſecutus eſt, quo Cicero ſenatum habuit, & in Catilinam haec dixit, docet oratio pro Sulla his verbis:* Quid tandem de illa nocte dicit, cum inter Falcarios ad M. Laecam, nocte ea, quae conſecuta eſt poſterum diem nonarum Nov. me conſule, Catilinae denunciatione convenit? quae nox omnium temporum conjurationis acerrima fuit atque acerbiſſima. tum Catilinae dies exeundi, tum ceteris manendi condicio, tum deſcriptio totam per urbem caedis atque incendiorum conſtituta eſt: tunc tuus pater, Corneli, illam ſibi officioſam provinciam depopoſcit, ut cum prima luce conſulem ſalutatum veniret, intromiſſus me in meo lectulo trucidaret. *Hic Cicero, qua nocte in M. Laecae domum Catilina venit, dicit tum fuiſſe, quae conſecuta eſt poſterum diem nonarum Nov. id eſt quae fuit inter nonas, &* IIX. *id. Nov. ex quo patet habitam eſſe primam in Catilinam orationem* IIX. *id. Nov. cum in ea ſit:* Dico te priori nocte veniſſe inter Falcarios, in M. Laecae domum. *Secunda oratio poſtridie habita videtur: quod ex iis verbis, quae ſunt in ea, liceat intelligere:* Omnia, *inquit*, ſuperioris noctis conſilia ad me delata eſſe ſentiunt. patefeci in ſenatu heſterno die: Catilina ipſe pertimuit, profugit. *Tertia multis interjectis diebus, habita eo die, quo Lentulus, ejuſque ſocii, Allobrogum indicio comprehenſi, & in ſenatum introducti ſunt: ſententiaeque de iis dictae a principibus, ut in cuſtodiam traderentur. quem diem non video cur non putem pridie non. Dec. fuiſſe: cum quartam orationem nonis Dec. habitam eſſe, conſtet ex epiſt.* 1. *lib.* 2. *ad Attic. veriſimile autem non videatur tanta res cum ageretur, moram ullam interjectam, ſed primo illo die, quo Lentulus, & alii conjurati ſimul comprehenſi ſunt, factum eſſe S. C. ut in cuſtodiam traderentur; ſequenti autem die alterum S. C. ut ſupplicio*

afficerentur. quo die, dictis a Silano & Caeſare ſententiis, quartam orationem Cicero habuit, qua ſenatum ad ſeveritatem eſt hortatus: & ſenatus, uti Cato cenſuerat, decrevit, ut de iis, qui traditi in cuſtodiam erant, ſupplicium ſumeretur. Prima igitur oratio (ut ſuperiora breviter colligantur) in ſenatu IIX. *id. Nov. ſecunda ad Quirites, poſtridie, tertia ad eoſdem pridie non. Dec. quarta in ſenatu nonis Dec. habita eſt.*

ARGVMENTVM MVRETI.

Saepe jam M. Tullius, antequam hancce orationem haberet, verba in ſenatu de Catilinae conjuratione fecerat: ut vel ex eo perſpicuum eſt, quod duodeviginti diebus ante, conſulibus Reſpubl. ſenatuſconſulto permiſſa erat. quod ego ipſum admonere ſupervacaneum putaſſem; (eſt enim ſane quam apertum) niſi animadvertiſſem, multos magnoſque viros, non e recentioribus modo, ſed etiam ex antiquis; quod, quid quoque tempore actum fuiſſet, non ſatis attente conſideraſſent, in errores quoſdam minime, ut arbitror, negligendos, in harum rerum explicatione incidiſſe. Mihi quidem ita videtur: Ciceroni imprimis ipſi maximam eſſe hiſce in rebus habendam fidem: ut; ſicubi ab eo caeteri diſſenſerint; homines eos fuiſſe, idcircoque labi potuiſſe, arbitremur: ſecundum Ciceronem autem Salluſtio, qui iiſdem temporibus fuit: cum Aſconio, qui ab eorum aetate non ita multum abfuit: Graecos autem, Plutarchum, Appianum, Dionem magno eſſe adhibito judicio legendos. Nam, ut hinc ordiamur, cum conjurati, Catilinae denunciatione, in M. Porcii Leccae domum conveniſſent, repertique eſſent duo, qui ſe Ciceronem in lectulo ſuo interfecturos pollicerentur; tum demum ait Salluſtius, rem ad ſenatum a Cicerone relatam; ſenatumque decreviſſe, ut darent operam conſules, ne quid reſp. detrimenti caperet. *at id manifeſto falſum eſt. ſiquidem, quae nox conſecuta eſt poſterum diem Nonar. Novemb. ea nocte coitionem illam in M. Porcii domum factam eſſe, conſtat*

conſtat ex oratione pro Sulla. jam autem ſedecim, minimum, dies erant, cum illa ſenatus auctoritas interceſſerat, ut ex hac ipſa oratione liquido cognoſci poteſt. Illud quoque non minus falſum eſt, quod idem Salluſtius prodidit, cum aut hanc orationem Cicero, aut aliam quampiam habuiſſet, certe quidem aliquot diebus poſt commiſſam conſulibus remp. Catilinam in eam vocem denique erupiſſe, ut diceret, ſi quod incendium in fortunas ſuas excitatum eſſet, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum, id enim jampridem, id eſt, aliquot diebus ante comitia conſularia, Catoni judicium minitanti ac denuncianti Catilina reſponderat. quod ipſe Cicero in oratione pro Muraena teſtatum reliquit. Quod ſi Salluſtium ipſum, & accuratum cumprimis hominem, & illorum temporum aequalem, tamen alicubi lapſum videmus: exacuenda profecto nobis ingenii acies eſt: neque ut quicque a quoque veterum proditum fuerit, ita protinus recipiendum eſt: ſed conferenda alia cum aliis, & ad Ciceronis praecipue auctoritatem, tanquam ad Lydium lapidem, ſingula diligenter examinanda. Nunc ad rem. Dicta eſt haec oratio a Cicerone conſule, ſenatum habente in templo Iovis Statoris, VI*.id. Novemb. ut infra probabitur. qua quidem oratione oſtendit, patefacta jam eſſe omnibus ſcelerata Catilinae adverſus rempubl. conſilia: ipſique ſuadet, vel potius imperat, ut ex urbe exeat, quo & civitatem liberet metu, & ipſe ſe liberius hoſtem P.R. profiteri queat. Genus igitur cauſae judiciale non eſt, ut falſo Coelius Curio putat. non enim in ſenatu judicia exercebantur, ſed ne deliberativum quidem eſt. quid ita? quia enim non deliberat Cicero, neque ſententiam dicit, neque aut ſuadet quicquam ſenatui, aut diſſuadet: ſed Catilinam increpat, objurgat, exagitat: jubet denique, ut cum reip. ſalute, ſua vero peſte ac pernicie ex urbe proficiſcatur. Quid igitur? fatendum profecto eſt, non omnes Ciceronis orationes, nedum omnia quae ab oratore tractantur, ad tria illa pervulgata cauſarum genera poſſe revocari. Ipſe autem orationis χαρακτὴρ*

plenus eſt δεινότητος, γοργότητος, σφοδρότητος, μεγαλοπρεπείας. *itaque quaecunque illo genere a veteribus prodita ſunt, ea hic mirabiliter obſervata reperiemus.*

1 QVouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra? quamdiu etiam furor iſte tuus nos eludet? quem ad finem ſeſe effrenata jactabit audacia? nihilne te nocturnum praeſidium palatii, nihil urbis vigiliae, nihil

QVouſque tandem] Non putarat, ut videtur Cicero, Catilinam eo die in ſenatu affuturum. ſed cum eum, præter ſpem, adeſſe vidiſſet, ſubita indignatione commotus, in hæc verba prorupit. *Muretus.*

Quouſque tandem] Sapienter admodum conſiderat hanc partem Quintilianus lib. 9. cap. 2. cujus hæc verba ſunt. Simplex eſt, ſic rogare:

Sed vos qui tandem, quibus aut veniſtis ab oris?

Figuratum autem, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi. *Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat?* &, *Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra?* &, *Patere tua conſilia non ſentis?* & totus denique hic locus quanto magis ardet, quam, ſi diceretur: *Diu abuteris patientia noſtra:* &, *Patent tua conſilia.* Hermogenes quoque apoſtrophen, & interrogationem adverſarii, περὶ τὴν σφοδρότητα valde commendat. σχῆμα δὲ σφοδρὸν, inquit, τὸ κατ' ἀποστροφήν. οἷον, ποῦ σοι Κατίλινον Αἰσχίνη. καὶ σὺ ἐπεξήνεις αὐτῶν. καὶ ἡ ἐρώτησις δὲ ἡ τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ, ἀποστροφή ἐστι, καὶ ἔχει πρὸς τῇ σφοδρότητι καὶ ἐλεγκτικόν τι. Idem ille, quem ſupr. nominavi, Quintilianus libro 8. congeriem verborum ac ſententiarum idem ſignificantium ad amplificationem pertinere ait. ejus autem vix uſquam pulchrius aut illuſtrius exemplum reperias. neque non illud ad granditatem ac vehementiam pertinet, quod ἁπλαῖς fere περιόδοις, aut etiam inciſis, quæ Græci κόμματα nominant, utitur. ſed & numerum ſi quis conſideret, videbit, nullum adhiberi potuiſſe aptiorem. Atque id, diſcentium gratia, in aliquot membris minutatim conſideremus. QVOVS, QVE TAN DABV: jambi tres ſunt. qui pes quantopere ſit ad inſectationem accommodatus, vel nomen ipſum indicio fuerit. ſequuntur duo pæones προκαταρκτικοὶ, TERE CATI, LINA PATI: quem pedem, totumque adeo pæonicum dicendi genus, Ariſtoteles, Demetrius, Hermogenes, ceterique dicendi magiſtri ſummopere commendant. eos excipit finis choliambi, ENTIA NOSTRA: qua clauſula ſæpe etiam in inferioribus uſus eſt: ut, horum omnium ora, VVLTVSQVE MOVERVNT: &, HIC TAMEN VIVIT: &, TELA VITEMVS. pæones autem tum προκαταρκτικοὶ, tum καταληκτικοὶ, tum dactyli, tum dochimi ita ſparſi ſunt per totam orationem, ut ſublimem quendam, & plenum dignitatis efficiant ſonum. Sed jam ad alia veniamus. *Idem.*

Abutere] Abutitur aliena patientia, qui ea non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam utitur. *Idem.*

Patientia noſtra?] Et ſenatus, & conſulum: ſed conſulum magis. Sed tamen ſenatus quoque nimiam patientiam notat: quod non ſatis ſevere decreviſſet, nihilque aliud, quam committendam conſulibus rempub. cenſuiſſet. qua de re ita ipſe in Murenæ defenſione: *Congemuit ſenatus frequens, neque tamen ſatis ſevere pro rei indignitate decrevit. nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant: partim, quia timebant.* Idem.

Elu-

nihil timor populi, nihil concurſus bonorum omnium, nihil

Eludet?] Quaſi afflictis, proſtratiſque nobis inſultabit. Verbum gladiatorium. illud quoque annotandum, quod de furore & audacia, quaſi de re quapiam animata, locutus eſt. recte enim admonet Fabius, miram ex eo ſublimitatem oriri, cum rebus ſenſu carentibus actum quendam & animos damus. *Muretus.* *Quamdiu etiam furor iſte tuus nos eludet?*] Ita iſthæc collocant Guilielmiani, Fabric. Colon S. Victor. item edd. vett. ſed tamen, ſi credendum binis Palatinis, ſecundo ac ſexto, abjicietur *etiam*, reſcribeturque, *quamdiu furor iſte tuus nos eludet?* nam voculam illam eſſe a mala manu, arguit Pal. nonus in quo aliter collocatur, ſic nempe: *quam etiam diu furor iſte tuus nos.* decimus ſolum *quam diu nos etiam furor iſte tuus eludet.* quomodo fere vulgo editur. *Gruterus.*

Quem ad finem] Similis prope eſt exclamatio Theſei apud Euripidem in Hippolyto:

Φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός.
Τί τέρμα τόλμης, καὶ θράσους γενήσεται. Muretus.

Seſe effrenata] In uno libro vetere, *effrenata ſeſe:* ſed illud magis placet. illam enim ipſam κακοφωνίαν, quæ fit ἐκ τῆς τῶν φωνηέντων συγκρούσεως, ad vehementiam pertinere, Demetrius, & alii prodiderunt. eodem etiam pertinet tralatum illud epitheton, *effranata.* Idem.

Effranata jactabit audacia?] Vide, ut litteram A. quæ, ut ait præter ceteros Halicarnaſſeus lib. de compoſitione, plurimum habet ſoni, iccircoque grandem admodum orationem efficit, crebram adhibeat. & ut hujus loci ſublimitatem magis intelligas; conferto eos, in quibus orationis ſonum Cicero ipſe de induſtria deprimit. qualis eſt paulo poſt: *Cupio P. C. me eſſe clementem: cupio in tantis reipublicæ periculis non diſſolutum videri.* illa vero etiam ſubtiliora, ac tenuiora: *Parvum atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.* Idem.

Iactabit audacia?] Spondeus, & dochimus: Vltima enim pro longa habetur. Miror autem, qua ratione motus Petrus Ramus, homo & ingenioſus, & eruditus, dixerit, diſputari hoc loco caput deliberationis de morte Catilinæ, eamque ſententiam fuiſſe Catonis, Luculli, & quorundam aliorum optimatum. numquam enim profecto ad ſenatum de interficiendo Catilina relatum eſt: ac ne de aliis quidem conjuratis, niſi cum jam Catilina ex urbe profectus eſſet. *Idem.*

Nihilne te] Hanc orationis conformationem Demetrius epanaphoran vocat, cum ab eadem voce plura ſeu membra, ſeu inciſa incipiunt. congerit autem M. Tullius ea omnia, quæ Catilinam commovere debuerant: quibus eum nihil commotum eſſe miratur. In veteribus libris, ſublata particula, *ne*, legitur, *Nihil te nocturnum*, &c. Idem.

Nocturnum præſidium palatii] Periculoſis temporibus præſidium palatio imponi ſolebat: quod illud qui occupaſſet, urbem facile in poteſtate habiturus videbatur. *Idem.*

Nihil urbis vigiliæ] Decreverat enim ſenatus, ut per totam urbem vigiliæ haberentur, iiſque minores magiſtratus præeſſent. Salluſtius. *Idem.*

Nihil timor populi] Nam & tumultum ſenatus decreverat, ut eſt apud Dionem, & Cicero ipſe, ut Plutarchus, Appianus, Dio, ipſemet denique in Murenæ defenſione narrat, ut ad indicandam periculi magnitudinem, comitiorum die loricatus in campum deſcenderit. *Idem.*

Nihil conſenſus bonorum] Ita legit Quintilianus. in duobus tamen veteribus libris ſcriptum video, *concurſus.* Idem. *Nihil concurſus bonorum omnium*] Guilielmius admiſerat iſtud, ſecutus conſenſum librorum Fabr. Col. S. Victor. Erfurd. quibus accedunt non ſolum Pall. quatuor, ſed omnis editio vetuſtior. ſuppoſitum eſt, *conſenſus*, non e libris, verum ex Quintiliano: qui quam ſæpe aliquid citet parum religioſe, notum eſt eis qui verſati in bonis auctoribus. *Gruterus.*

nihil hic munitiſſimus habendi ſenatus locus, nihil horum ora vultuſque moverunt? patere tua conſilia non ſentis? conſtrictam jam horum omnium conſcientia teneri conjurationem tuam non vides? quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid

Nihil hic munitiſſimus] Templum Iovis Statoris dicit. *Muretus.*

Nihil horum omnium] Cum omnes te ingredientem averſati, eam partem ſubſelliorum, ad quam tu acceſſeras, reliquerunt. *Idem.*

Vultuſque moverunt] Duisburgenſis bibliothecæ codex, *vultuſque movent.* Dein idem: *Conſtrictam jam horum omnium ſcientia.* utrumque non male. *Græv.*

Patere tua conſilia] Enumeravit ſigna omnia, quibus id facile colligi poſſet. ſubeſt autem vis argumenti a conſequentibus, hoc modo: Niſi tua conſilia paterent omnibus, non impoſitum eſſet palatio præſidium, non haberentur per totam urbem vigiliæ, non conſpirarent omnes boni, non hi te omnes, tanquam hoſtem, averſarentur:

Fiunt autem hæc omnia:

Tua igitur conſilia omnibus patent.

Muretus.

Conſtrictam jam omnium] Quaſi de immani quadam & rabioſa fera locutus eſt. *Idem.*

Quid proxima, quid ſuperiore] Ἀναδίπλωσις, ἀσυνδετον, & in verbis ὁμοιοτέλευτον. Idem.

Quos convocaveris] Eorum nomina e Salluſtio peti poſſunt. ſed decrevi hoc loco congerere, & ſub uno aſpectu ponere nomina eorum omnium, quos ego quidem ab antiquis ſcriptoribus repererim, tanquam conjurationis participes, nominatos. Sunt autem hi. I. L. Sergius Catilina, prætorius. II. C. Manlius. III. M. Porcius Lecca, ſenator. IV. C. Marcellus. V. P. Cornelius Lentulus Sura, prætor. VI. P. Autronius. VII. P. Cornelius Ser. F. Sulla: quem tamen Cicero integra oratione purgat. VIII. Ser. Sulla, Publii, quem modo nominavimus, frater. IX. L. Calpurnius Beſtia, trib. pleb. Scio, hunc ab Appiano L. Seſtium vocari, ita enim ſcribit: Λεύκιον δὲ Σήστιον τὸν δήμαρχον ἐκκλησίαν εὐθὺς ὑπὸ κήρυκι συναγαγεῖν, καὶ κατηγορεῖν τοῦ Κικέρωνος, ὡς ἀεὶ δειλοῦ, καὶ πολεμοποιοῦ, καὶ τὴν πόλιν ἐν οὐδενὶ δέοντι διαταράττοντος. ac ne quis alium quempiam eſſe ſuſpicetur, Salluſtii in eandem ſententiam verba apponam. *L. Beſtia trib. pleb. concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique graviſſimi invidiam optimo conſuli imponeret.* Sed cum, Beſtia, Calpurniorum cognomen fuerit, puto, mutatis duabus literulis, corrigendum eſſe Appiani locum, ut pro, Σήστιον, legatur, Βηστίαν. X. C. Cornelius, eques Rom. cujus filius poſtea P. Sullam accuſavit. XI. L. Varguntejus, ſenator. XII. Q. Annius, ſenator. XIII. M. Fulvius Nobilior. XIV. Q. Curius, homo quæſtorius, aleator notiſſimus, in quem eſt ille verſiculus, *Et talis Curius pereruditus.* Aſconius. apud Appianum corrupte legitur, Κόϊντος Σπούριος, pro, Κόϊντος Κούριος. *Hic rem detexit Fulviæ: Fulvia Ciceroni.* Salluſtius. Quapropter ipſi Curio conſtituta erant indicii præmia: ſed Cæſar, ne ei darentur, effecit. Suetonius. Quod autem Salluſtius numerat eum inter illos, qui erant ordinis ſenatorii: alii, ut Appianus, narrant, eum, ob vitæ turpitudinem, a cenſoribus ſenatu motum fuiſſe. XV. M. Claudius Marcellus. XVI. C. Cornelius Cethegus, quem Appianus prætorem fuiſſe dicit, ſed falſo, ut puto. XVII. C. Caſſius Longinus, ſenator. XVIII. M. ſive, ut Salluſtius eum vocat, Q. Cæparius Tarracinenſis. XIX. A. Fulvius ſenator. hic vel a patre ſuo, vel certe ipſius juſſu, interfectus eſt. Salluſtius, Dio, Valerius. XX. T. Vulturcius Crotonienſis huic, & legatis Allobrogum data ſunt indicii præmia. Salluſtius. XXI. Q. Manlius Chilo. XXII. P. Vmbrenus, homo libertinus. XXIII. Tongillus, ſive, ut eſt

quid conſilii ceperis, quem noſtrum ignorare arbitraris? O tempora, o mores! Senatus haec intelligit, conſul videt:

eſt in veteribus libris, Tongilius. XXIV. Publicius. XXV. Munatius. XXVI. P. Gabinius Capito. XXVII. L. Statilius. XXVIII. P. Furius. XXIX. P. Sitius Nucerius. XXX. C. Flaminius. XXXI. Septimius Camers. XXXII. Marcium quendam Plutarchus nominat. XXXIII. L. Vectius, qui multos indicavit, & impune habuit. Dio. XXXIV. C. Iulius, qui a Catilina in Apuliam miſſus eſt. Salluſtius. XXXV. Sempronia, ſcelerata mulier, D. Bruti uxor. XXXVI. M. Aulanius, tribunus militum C. Antonii. Cicero pro Sextio. XXXVII. C. Antonius, conſul ſuſpectus fuit. XXXVIII. M. Licinius Craſſus ſuſpectus fuit. XXXIX. C. Iulius Cæſar ſuſpectus fuit. Suetonius, Plutarchus, Appianus. XL. Cn. Calpurnius Piſo prioris tantum conjurationis particeps fuit. nam antequam iniretur poſterior, ipſe interfectus fuerat in Hiſpania. Salluſtius, Aſconius, Suetonius. *Idem.*

Senatus hoc intelligit] Omnes veteres libri, *Senatus hac intelligit.* atque ita emendandum eſt. Illud autem majori animadverſione dignum, eſſe hic integrum ſenarium jambicum,

Senatus hac intelligit: conſul videt:

& quidem aliquanto meliorem eo, quem ex oratione in Piſonem annotavit Fabius:

Pro dii immortales, hic quis illuxit dies?

At jambicos quidem vel ſexcentos e Ciceronis ſcriptis poſſit aliquis minimo negotio colligere. neque fortaſſe mirandum. magnam enim partem, ut ipſe ait, ex jambis noſtra conſtat oratio. ὁ δ' ἴαμβος, ait Demetrius, τῇ τῶν πολλῶν λέξει ὅμοιος, πολλοὶ γοῦν μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν, οὐκ εἰδότες. Ariſtoteles autem lib. 3. de arte dicendi, ὁ ἴαμβος, inquit, αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν. διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. idem etiam confirmat ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς. ideoque Flaccus vocat jambum alternis aptum ſermonibus. Quid quod heroicos quoque non paucos in Cicerone, aliiſque antiquis ſcriptoribus reperias? atque adeo haud ab re fuerit, aliquot indicare, *ne cui forte hoc audentius, quam verius, protuliſſe videamur.* Orationis pro Archia principium eſt: *Si quid eſt in me ingenii judices, quod ſentio quam ſit exiguum: aut ſi qua exercitatio dicendi,*

In qua me non inficior mediocriter eſſe
Verſatum,

nonne videtur poëtam poëtice velle defendere? at hic quidem, quod in media periodo eſt, minus fortaſſe ſentiatur. quid hic ex oratione ad Quirites poſt reditum? *Denique omnes, qui veſtris maximis beneficiis, honoribuſque ſunt ornati, producti ad vos ab eodem, non ſolum ad me conſervandum vos cohortati ſunt, ſed etiam rerum mearum geſtarum*

Auctores, teſtes, laudatoreſque fuerunt.

& pro Plancio: *Victoria noſtra graves adverſarios paratos,*

Interitus nullos ultores eſſe videbam.

& lib. 1 Academicarum quæſtionum:

——— *qua*
Cum ſunt dicta, in conſpectu conſedimus omnes.

& 4 Tuſculanarum: *Illud animorum, corporumque diſſimile eſt, quod animi valentes*

Morbo tentari non poſſunt: corpora poſſunt. & 5.

Hoc loco multa ab Epicureis diſputantur:
Itaque voluptates ſingillatim extenuantur.

Sed nihil admirabilius, quam integrum diſtichon, quod lib. de oratore annotavi. Ita enim loquitur Craſſus: *Ac mihi quidem veteres illi majus quiddam animo complexi, plus multo etiam vidiſſe videntur, Quam quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt*, &c. ponam etiam aliquot exempla ex aliis ſcriptoribus: ne quis eos hac in parte Cicerone fuiſſe diligentiores putet. Salluſtius, *Alii autem equites illos,*

Cnæji Pompeji veteres fidoſque clientes,

voluntate ejus Piſonem aggreſſos. Livius lib. 7.

Pugna-

det: hic tamen vivit. Vivit? immo etiam in ſenatum venit: fit publici conſilii particeps: notat & deſignat oculis ad caedem unumquemque noſtrum. Nos autem viri fortes ſatisfacere reipublicae videmur, ſi iſtius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci juſſu

Pugnatum haud procul
Porta Collina eſt, totius viribus urbis.
Idem eodem libro: *Ipſe ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit*
Sedulo, ut adverſus montes conſiſteret hoſtis.
At hoc quidem rarum in Livio non eſt. Quid plura? M. Cato, cum oratione ſimpliciſſima de agris judicium faceret, heroicum effugere non potuit. ejus verba ſunt: *Vinea eſt prima, ſi vino multo ſiet, ſecundo loco hortus irriguus: tertio ſalictum: quarto oletum: quinto pratum: ſexto campus frumentarius: ſeptimo ſilva cadua:*
Octavo arbuſtum: nono glandaria ſilva.
Vereor, ne paulo quam pro re longior fuerim. ſed tamen, quod omnes artis rhethoricæ magiſtri tantopere clamant, vitioſiſſimum eſſe, verſum in oratione ſoluta facere, ſemel mihi faciendum putavi, ut prolatis exemplis oſtenderem, ne ipſos quidem, qui hoc præcipiunt, perpetuo id praſtare potuiſſe. *Muretus.*

Hic tamen vivit] Proponit hæc tanquam repugnantia: ſenatui, & conſulibus aperta eſſe nefaria Catilinæ conſilia, & ipſum tamen vivere. Siquidem oportebat, eum a ſenatu hoſtem judicari, deinde a conſule comprehendi: tum more majorum de eo ſupplicium ſumi. at orator, omiſſis iis, quæ in medio erant, μάλα ἐνθυμηματικῶς a primo ad ultimum tranſiliit. *Idem.*

Vivit?] Reprehendit ſeipſum, quod non ſatis dixerit; qui vivere modo cum dixerit. itaque addit alia graviora. *Idem.*

In ſenatum venit] Erat enim prætorius. *Idem.* *Vivit? imo vero etiam in Senatum venit*] Pal. ſec. non agnoſcit *etiam.* ſext. id habet, ſed excluſit *vero.* & meo judicio alterutrum abeſſe poterat, ſi non utrumque. nam ſane Pal. nonus ſcribit *imo vero et*, quod & in edd. antiquis: adeo ut ex variante lectione liqueat ferme de mendacio. *Gruterus.* Delevi *vero* adſtipnlante Duisburgenſi. *Grav.*

Fit publici conſilii particeps] Quid autem vel indignius, vel exitioſius, quam conſilia quæ capiuntur ad conſervandam rempub. cum iis ipſis, qui de ea opprimenda cogitant, communicari! *Muretus.*

Notat & deſignat oculis] Videt hic multos improbos, & ſibi conſiliorum ſocietate conjunctos. videt multis partibus plures bonos, ac fortes cives, & amantes reip. diſtinguit igitur alios ab aliis obtutu: & noſtrum, qui remp. ſalvam cupimus, unumquemque oculis deſignat ad cædem: non ſecus atque ii, qui ſacrificare cogitant, deſignare oculis ſolent e toto grege pecudes ad ſacrificia deſtinatas. *Idem.*

Nos autem viri fortes] Εἰρωνεία. non enim in cautione, ſed in animi magnitudine, ac præſentia poſita eſt fortitudo. *Idem.*

Ad mortem te] Proponit id, quod probare vult: oportuiſſe videlicet jampridem conſulis juſſu interfectum eſſe Catilinam. tum explicat exempla, quibus id efficitur. poſtremo ad propoſitum ſe refert, atque concludit: idque iis verbis: *Quo ex S. C. confeſtim interfectum eſſe te Catilina convenit.* Idem.

Duci] Hoc verbo proprie utebantur in condemnatis, in addictis, in iis, quibus a magiſtratu manus injecta eſſet. Terentius: *Ducent damnatum domum.* Cicero in Rullum: *Ego is conſul, qui concionem metuam? qui trib. pleb. perhorreſcam? ſæpe & ſine cauſa tumultuer? qui timeam, ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi trib. pleb. duci juſſiſſet?* Et in XII tabulis: *Aſt qui ei endo jure im addicit, ſecum ducito.* & notum eſt verbum illud uſitatum in auctionibus, *ducatis licet.* Sic libro ſecundo accuſationis: *Si petit, ducas.* non enim approbo ſententiam Hottomanni, qui exponit hoc de in jus ducendo. Nam id exagitat in Verre Cicero,

juſſu conſulis jampridem oportebat: in te conferri peſtem iſtam, quam tu in nos omnis jamdiu machinaris. An vero vir ampliſſimus, P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum, mediocriter labefactantem ſtatum reipublicae privatus interfecit: Catilinam vero, or-

ro, quod cum debitores, qui ſolvendo non erant, a creditoribus domum duci ſolerent, Verris juſſu interdum petitores a debitoribus ducerentur. quin & genus illud loquendi, quo uxorem domum ducere aliquis dicitur, a coëmptione ortum puto. *Muretus.*

Iuſſu conſulis] Sed poteratne conſul imperare, ut quiſquam ad mortem duceretur? poterat, ubi ei ex S. C. commiſſa erat Reſp. *Idem.* *Iuſſu conſulis*] Minus invidiæ haberet oratio, ſi legeretur *conſulum.* Gruterus.

Iampridem] Statim ut S. C. illud factum eſt. *Muretus.*

Machinaris] Nulla hic, quod quidam ajunt, eſt metaphora ab architectis. imo vero hæc ipſa eſt propria ſignificatio verbi *μηχανᾶσθαι*. Idem.

An vero vir ampliſſimus] Argumentum a minore: in quo, ut erudite annotat Fabius, non ſolum totum toti, ſed etiam partes partibus comparantur. Nam Catilina Graccho, ſtatus Reipub. orbi terrarum, mediocris, labefactatio cædi, & incendiis, & vaſtationi, privatus conſulibus comparatur. Hiſtoriam autem diffuſe narrant Vellejus, Plutarchus, Appianus. *Idem.*

P. Scipio] P. Cornelius Scipio Naſica Serapio, ejus, qui optimus vir a ſenatu judicatus erat, nepos, ejus, qui cenſor porticus in Capitolio fecerat, filius; pronepos autem Cn. Scipionis, celeberrimi viri, P. Africani patrui, ipſius autem Tiberii conſobrinus. Paterculus. *Idem.*

Pontifex Maximus] Primus omnium, virtutis cauſa abſens Pontifex M. factus. *Idem.*

Privatus interfecit] Video, interpretes conturbari, quod idem & Pontifex M. & privatus eſſe dicatur, in eo autem nulla repugnantia eſt. Pontificatus enim magiſtratus non eſt. quare nihil prohibet eundem & pontificem maximum eſſe, & privatum. niſi forte quis putet, omnes honores, qui a populo mandantur, eſſe magiſtratus quod longe abeſt a vero. nam pontificatum magiſtratum non eſſe, vel hinc licet intelligas, quod niſi morte non finiebatur. at magiſtratus nullus erat hujuſmodi. nam in Sulla, & Cæſare, dictatoribus perpetuis, alia quædam ratio eſt. Item duos magiſtratus ſimul gerere poterat nemo. at nihil vetabat, qui pontifex maximus eſſet, eum vel prætorem, vel conſulem fieri, vel alium ejuſmodi honorem capere. Ramus aliter explicare conatus eſt. ita enim ſcribit; Privatum eſſe, & cum imperio eſſe, contraria ſunt: at ſacerdotes tum imperium non habuere. Primum, quod ait, ſacerdotes tum non habuiſſe imperium; cur illud, tum, addiderit, neſcio. numquam enim ſacerdotes imperium habuerunt. niſi forte reſpexit ad religionis noſtræ pontifices: quod non puto. Deinde quod illa, tanquam contraria, opponit, privatum eſſe, & cum imperio eſſe; mea quidem ſententia, fallitur. valdeque miror, etiam Fr. Hottomannum, Iuriſconſultum, in explicatione prioris actionis in Verrem idem tradidiſſe. Ego vero multos reperio, & qui privati, eſſent tamen cum imperio: & qui imperium non haberent, neque tamen eſſent privati. Cn. Pompejus, quo tempore contra Sertorium miſſus eſt, privatus erat: ut Cicero aperte teſtatur undecima Philippica, & tamen cum imperio conſulari. at contra cenſores privati, opinor, non erant; qui tamen imperium non habebant, ne tribuni plebis quidem. itaque non pro imperio ſummovebant populum, ſed blande, hoc modo: *Si vobis videtur, decedite Quirites.* Verius igitur erat illud, privatos eſſe, quicumque magiſtratum non gerunt. *Idem.*

No

orbem terrae caede atque incendiis vaſtare cupientem nos conſules perferemus? nam illa nimis antiqua praetereo, quod Q. Servilius Ahala Sp. Melium novis rebus ſtudentem manu ſua occidit. Fuit, fuit iſta quondam in hac repub. virtus, ut viri fortes acrioribus ſuppliciis civem pernicioſum, quam acerbiſſimum hoſtem coercerent. Habemus ſenatuſconſultum in te, Catilina, vehemens & grave: non deeſt reipublicae conſilium, neque auctoritas hujus ordinis: nos, nos,
2 dico aperte, conſules deſumus. Decrevit quondam ſenatus, ut L. Opimius conſul videret, nequid reſpub. detrimenti caperet. nox nulla interceſſit; interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Grac-

Nos conſules perferemus?] Pal. ſext. *perferre?* non ita inepte; ne quid aliud dicam. *Gruterus.*

Nam illa] Figuram hanc præteritionem vocant. hiſtoria ex Livio petenda eſt. *Muretus.*

Q. Servilius] C. Servilius, e Livio, & vetuſtis libris. *Idem.* *Quodque Servilius Ahala Sp. Melium*] Scribendum eſt, *quod C. Servilius*, &c. *Caji* enim prænomine affectus fuit Servilius is, qui Sp. Melium regnum affectantem interfecit. *F. Vrſinus.* *Q. Servilius Ahala*] Pighius lib. III. Faſt. Rom. docet reſtituendum *C. Serv.* nos ſecuti ſumus exemplaria ſcripta, in quibus alterum; niſi quod ſextus ejus loco haberet *é* cum virgula ſuperjacente. *Gruter.* Vides occupaſſe Muretum, quæ Pighius obſervavit.

Novis rebus ſtudentem] Quod Græci uno verbo dicunt, νεωτερίζοντα. Muretus.

Manu ſua] Ἐμφατικῶς. ut, *Vocemque his auribus hauſi.* Idem.

Occidit] Vetus liber, *interfecit.* Idem. Sic & Duisb.

Fuit, fuit] Ἀναδίπλωσις. ut, *Occidi, occidi, judices.* &, *Nos, nos, dico aperte.* & Demoſthenes, οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Idem.

Habemus enim S. C.] Suſpicabar, particulam *enim* delendam eſſe. nunc eam video abeſſe a veteribus libris. Quæ autem eſſet hujus S. C. vis, Salluſtius docet. *Idem.* *Habemus enim S. C.*] Pal. ſec. *Habemus vero.* alterum tamen remanet in ceteris noſtris, item Guilielmianis, excepto Fabriciano infimæ vetuſtatis. Muretus tamen affirmat, veteribus ſuis abfuiſſe. *Gruterus.* Abeſt ſine ab illo codice, quem evolvit Pithœus, ut & a Francii & Duisb. MS. In Pithœano quoque non legitur *in te.* Et ſic Ciceronem ſcripſiſſe cenſeo: *Habemus S. C. Catilina, vehemens & grave.* Grævius.

Decrevit quondam] Aliud exemplum: quod pete ex iis, quos ſupra nominavi, Vellejo, Plutarcho, Appiano. etiam ex Cicerone VIII Philippica. *Muretus.* *Decrevit quondam ſenatus, ut L. Opimium*] Duisb. *Decrevit quondam ſenatus noxios cives interfici, ut L. Opimius.*

Quondam] Vndecim annis poſt interfectum Ti. Gracchum. *Muretus.*

L. Opimius] A quo vina Opimiana dicta ſunt. Plinius. Vellejus. erat autem privatim inimicus C. Graccho: unde factum illius minor ſecuta eſt auctoritas. ipſius autem S. C. quo de hic agitur, verba in VIII adverſus Antonium ſcripta ſunt: *Quod L. Opimius conſul verba fecit de Repub.* D. E. R. I. C. ut *L. Opimius conſul Remp. defenderet.* Idem.

Seditionum ſuſpiciones] Artificioſa extenuatio. non enim erant ſuſpiciones, ſed

C. Gracchus, clariſſimo patre, avo, majoribus: occiſus eſt cum liberis M. Fulvius conſularis. Simili ſenatuſconſulto, C. Mario, & L. Valerio Coss. eſt permiſſa reſp. num unum diem poſtea L. Saturninum tribunum pl. & C. Ser-

ſed plane ſeditiones, & quidem turbulentiſſimæ. Sic ſupra de Tiberio. *ſtatum Reipub. mediocriter labefactare cupientem.* Muretus.

Gracchus clariſſimo patre, avo, majoribus] Hanc emendationem diu eſt quod venditant Carrio libro 1. Antiq. Lect. cap. 17. Modius Epiſtola v Novantiqq. habuitque item in ſchedis ſuis Guilielmius; annotatumque ita omnino legi in V. quo puto deſignari exemplar S. Victoris prope Pariſios. vulgata; *patre natus, avis, majoribus.* Gruterus. Confirmat *avo* Grævii primus & ſecundus.

M. Fulvius] M. Fulvius Flaccus, quem C. Gracchus in locum Tiberii fratris III virum nominaverat, ſociumque regalis potentiæ aſſumpſerat. *Muretus.*

Cum liberis] Quorum alter dimicans cecidit, alter in carcere interfectus eſt. *Idem.*

Simili S. C. C. Mario] Hiſtoriam narrant Cicero pro Rabirio perduellionis reo, & octava in Antonium, Livius libro 69. Vellejus poſteriori volumine, Plutarchus in Mario, Appianus lib. 1. Alii. *Idem.*

Permiſſa eſt reſp.] Duisb. *Permiſſa eſt reip. poteſtas.*

L. Saturninum trib. pl. & C. Servilium mors a reipub. pœna remorata eſt?] Locus hic ſine dubio corruptus eſt, ideoque, ut fit, aliter ab aliis citatur, Budæus in Pandectas legit, *Mors ac reip. pœna remorata eſt?* in quodam libro vetere ſcriptum eſt, *Morſta reipub.* quæ me ſcriptura in eam opinionem adduxerat, ut putarem legendum, *monſtra reip.* ac fortaſſis ne nunc quidem eam conjecturam rejicerem, niſi alia ſe poſtea, quæ mihi viſa eſt firmior, obtuliſſet. De tribus antiquis libris, qui olim Dominici Grimani Cardinalis fuere, nunc in hac civitate, una cum multis aliis optimis & pulcherrimis libris, a collegio ſodalium divi Antonii, honeſtiſſimorum, atque omni humanitate præditorum hominum, ad publicam utilitatem expoſiti, ſtudioſe aſſervantur: de tribus igitur illis in eo, qui optimus eſt, locus hic ita legitur: *Num unum diem poſtea L. Saturninum trib. pl. & C. Servilium præt. reip. pœna remorata eſt?* quod ego ut vidi, qui Servilium illis temporibus prætorem fuiſſe meminiſſem, viderem que etiam, ad nomen Saturnini additum eſſe nomen magiſtratus, in quo ille tum fuiſſet: dubium non habui, quin illud, *prætorem*, omnino recipiendum foret. Recordabar loci ex octava Philippica, qui me magis etiam in ſententia confirmabat. ita enim ibi ſcribitur: *C. Mario L. Valerio Conſulibus ſenatus remp. defendendam dedit. L. Saturninus trib. pl. Glaucia prætor eſt occiſus.* Quoniam autem ſcio, ſæpe commiſſum eſſe a librariis veteribus, ut has notas *R. P.* & *P. R.* quarum altera *rempublicam*, altera *populum Romanum* indicabant, inter ſe confunderent, earumque alteram pro altera ponerent: plane ſtatui, totum hunc locum ita legi debere: *Num unum diem poſtea L. Saturninum trib. pl. & C. Servilium, prætorem populi Romani, pœna remorata eſt?* Vocem, *mors*, additam puto ab aliquo, qui declarare vellet, quod pœnæ genus illos conſecutum fuiſſet. Ut autem prætor reip. nunquam, ita prætor populi Romani ſæpe a Cicerone dicitur: ut in illo nobili loco e quinto Accuſationis: *Stetit ſoleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari muliercula nixus, in littore.* Hac tamen de mea opinione eruditorum, & ingenioſorum hominum judicium facio. nam non injuria forte ſuſpicetur aliquis, ſimpliciter legendum, *C. Servilium prætorem:* ut ſine cauſa litteras P. R. a librariis geminatas fuiſſe opinentur hoc modo, P. R. P. R. Ille quoque locus a Rabiriana: *Omnes tribunos pl. præter Saturninum, præter Glauciam:* ita emendandus vide-

C. Servilium praetorem, mors ac reip. poena remorata eſt? At nos viceſimum jam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis. habemus enim hujuſmodi ſenatuſconſultum, verumtamen incluſum in tabulis, tanquam in vagina reconditum: quo ex ſenatuſconſulto con-

videtur: *Omnes tribunos pl. præter Saturninum pratt. præter Glauciam:* ut jampridem admonuit, qui nuper magno ſtudioſorum mœrore Bononiæ exceſſit e vita, vir optimus, & de litteris optime meritus, Sebaſtianus Corradus. *Muret.* *Num unum d. p. l. Saturnini tr. pl. &c. Servilii, prætoris, mortem, ac pœnam, dignitas eorum remorata eſt?*] Alii aliter: ego ſic hunc locum, a veſtigiis antiquæ ſcripturæ non longe diſcedens, reſtitui. hic quoque mendum ex ignoratione moris antiqui ſcribendi natum eſt, qui talis erat: *C. Servilius pr.* id eſt, *C. Servilius prætor.* Ex, *pr.* enim, nunc factum eſt a ſcriptoribus indoctis, *populus Romanus*, nunc, *reſp.* nunc aliud, quod illis in mentem veniebat. Sententia plana eſt. hoc enim ſignificat Cicero, num poſtea L. Saturninus, tribunus pleb. & Q. Servilius prætor, uno duntaxat die tardius ſupplicio extremo affecti, & interfecti ſunt, propterea quod erant illa dignitate præditi? proinde quaſi dicat, non. ſed eo ipſo die, quo ſenatus C. Mario, & L. Valerio Coſſ. mandavit, ut viderent, ne quid reſp. detrimenti caperet, interfecti ſunt, & pœnas dederunt. Hæc eſt vera hujus loci & lectio, & ſententia: quod qui non videt, in his litteris parum videt. Admonendus autem eſt lector, in his orationibus Catilinar. multa ex veteribus codicibus, quos poſt primam editionem noſtram nacti ſumus, hac editione emendaſſe, præter ea, quæ a Mureto emendata ſunt. Atque harum noſtrarum recentiorum emendationum pleraſque e regione contextus verborum Ciceronis locandas curavimus. *Lamb.* *C. Servilium prætorem mors ac reipub. pœna remorata eſt?*] Eſt a quatuor Palatinis, item Gemblacenſi & Colon. imo non aliter vetuſtius cuſi. recentiores enim, *C. Servilium mors ac reip. pœna*, &c. Lambini emendatio longiſſime abit a libris. *Grut.* Plane hanc lectionem ſtabilit meus primus & ſecundus. In utroque, ut & Duisb. ſcribitur: *L. Saturninum TR. pl. & C. Servilium PR. mors ac rei. p. pœna remorata eſt?* Sed in Francii: *Pœna r. p. remorata eſt?* Pœna reipublicæ eſt, quæ infligitur a rep.

At nos viceſimum] Idem ille, quem dixi, perbonus liber, *At vero nos.* quod plenius, & ſonantius videtur. *Muret.*

Viceſimum jam diem] Rotundare numerum voluit. Erat enim hic tantum duodeviceſimus dies poſt factum S. C. ut notat Aſconius. Sic in Piſonem pro triginta ſex annis, quadraginta dixit. ſic centumviri dicebantur, cum eſſent centum & quinque. ſic Euripides & Virgilius Græcos mille navibus ad oppugnandam Trojam veniſſe dicunt, quas Homerus CIↃ C LXXXVI. Dio CIↃ CC. ſcholiaſtes Euripidis, mille centum & ſeptuaginta fuiſſe affirmat. *Idem.*

Hebeſcere aciem] Quaſi de gladio dixit. eſt autem metaphora. *Idem.*

Hujuſmodi] Veteres libri, *ejuſmodi.* Idem. Meus ſecundus & Francii *hujuſcemodi.* Grævius.

Verumtamen incluſum] Iidem libri, *verum incluſum.* utrumque melius. *Muretus.*

Tanquam gladium in vagina reconditum] Hæc jam non metaphora eſt, ſed *allegoria.* In veteribus libris non eſt vox, *gladium:* neque dubium eſt, quin ab aliquo inepto inculcata fuerit. itaque deleatur. *Idem.* *Tanquam gladium in vagina reconditum*] Teſtatur Muretus vocem, *gladium*, non reperiri in tribus libris manuſcr. neque nos in noſtris reperimus. *Lambin.* *Tanquam in vagina*] Palatinus nullus habuit præterea *gladium*, imo ne editio quidem CCCC LXXXIII. ſervat tamen omnium prima. ſed

confeſtim te interfectum eſſe, Catilina, convenit. Vivis & vivis non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam. Cupio, P. C. me eſſe clementem: cupio in tantis reipubl. periculis me non diſſolutum videri: ſed jam me ipſe inertiae nequitiaeque condemno. Caſtra

ſed nec eſt in Mureti, Lambinive codd. ſcriptis; imo nec H. aut V. vocem eam admiſere. itaque delendam putavi cum Guilielmio ac Manutio Nepote. *Gruter.* Vox *gladium* nec conſpicitur in duobus meis, nec in Francii M S S.

Confeſtim] Iidem libri, *ſtatim.* at hoc parvi refert. *Muretus.*

Interfectum eſſe te Catilina convenit] Vereor, ne aliquid in his verbis inſit vitii. primum, quod, ſeu verbum, *convenit*, media correpta legas, non convenient tempora, quod etiam Silvius vidit: ſeu producta, ut ipſe vult, quæram, ecquis inquam, qui aliquem modo Latinæ linguæ ſenſum haberet, ita locutus fuerit, ut diceret, convenit ſtatim id feciſſe, pro eo quod eſt, ſtatim id feciſſe oportuit. Ego vero, ἀπρέχεσαι εἰπεῖν, utroris modo, nedum indignum Cicerone, ſed etiam plane barbarum eſſe loquendi genus cenſeo. ut ſi quis dicat, *Multum laborem capere convenit eos, qui de gloria comparanda cogitant:* quidvis eum facere potius, quam Latine loqui putem. meus quidem hic ſenſus eſt. ſi qui aliter opinabuntur, ii ſi, prolatis exemplis, erroris me coarguerint; non committam, ut etiam pertinaciæ coarguere poſſint. Eſt omnino quidam locus apud Terentium in heautontimorumeno. qui fallere homines minus perſpicaces queat. ibi enim ſenex ille ſeipſum puniens ita loquitur: *Non convenit, qui illum ad laborem impulerim, Nunc me ipſum fugere.* ſed ibi alia ratio eſt. comparantur enim duo ibi inter ſe, hæc, impuliſſe filium ad laborem, & ipſum laborem fugere: quorum alterum alteri convenire, atque conſentaneum negat. Moveor etiam, quod in uno libro vetere, pro, *convenit*, ſcriptum video, *cum venit.* qua le ſcriptura quam conjecturam fecerim, dicam: non quod ea mihi plane probetur: ſed ut alius quiſpiam, ea reprehenſa, meliorem aliquam proferat. venit igitur mihi in mentem cogitare, ſi forte ita legendum ſit: *Quod quidem ſenatusconſultum confeſtim interfectum te eſſe Catilina cum velit; vivis: & vivis, non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam.* Idem.

Vivis, & vivis, non ad deponendam] Et repetitione verbi, vivis, quaſi amentata validius contorquetur oratio: & illud quoque ad vehementiam aptiſſimum, quod ſtatim verbum par pari contrarium contrario reddidit. *Idem.*

Cupio P. C.] Nunc demum ad patres orationem convertit, ideoque multo leniore, ac remiſſiore dicendi genere utitur. *Idem.*

Cupio P. C. me eſſe clementem] Hoc dicit ad deprecandam, amoliendamque a ſe opinionem crudelitatis, ad quam ſuperior oratio vergere videbatur. Cupio, inquit, eam moderationem tenere, ut neque crudelitatis famam ſubeam, (quod fieret, ſi ſtatim ad extrema remedia decurrerem) neque rurſus in tanto, ac tam atroci reipubl. periculo diſſolutus, ac negligens habear. ſed plane, dum crudelitatis opinionem refugiens, diem ex die duco, neque me ſatis pro rei magnitudine ſevere gero, fit, ut ipſi mihi mea hæc non jam clementia, ſed inertia prorſus, ac nequitia videatur. *Idem.*

In tantis reip. periculis non diſſolutum videri] Meus primus, Franc. Duisburg. & quos vidit Lambinus, *Cupio in tantis reip. periculis me non diſſolutum videri.* efficacius. Mox Duisburg. & alii: *Iam me ipſe inertiæ.* pro vulgato *me ipſum.* GræVius.

Inertiæ nequitiaque condemno] Hæc duo conjunxit etiam inferius: *Non eſt vehementius ſeveritatis ac fortitudinis invidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimeſcenda.* *Inertia* autem hic non ſtultitiam ſignificat,

Caſtra ſunt in Italia contra remp. in Etruriae faucibus collocata: creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus: eorum autem imperatorem caſtrorum, ducemque hoſtium intra moenia, atque adeo in ſenatu videtis, inteſtinam aliquam quotidie perniciem reipub. molientem. Si te jam, Catilina, comprehendi, ſi te interfici juſſero, credo, erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes boni ſerius a me, quam quiſquam crudelius factum eſſe dicat. Verum ego hoc, quod jampridem factum eſſe oportuit, certa de cauſa nondum adducor ut faciam. tum denique interficiere, cum

cat, ut quidam exponit, ſed diſſolutionem, ac remiſſionem animi ἀδρανίαν ἤτοι ῥᾳθυμίαν. Iners enim eſt, qui nihil agit, qui non movetur. Ovidius: *Nec quicquam, niſi pondus iners.* Itaque in ſequenti oratione, inertiſſimos homines fortiſſimis viris oppoſuit. Atque idem propemodum, hoc quidem loco, valet nequitia. eſt enim nequam, qui nulli rei utilis eſt: & ejuſmodi habitus nequitia. neque viſa hic metaphora eſt a libidine, quod quidam putarunt. *Muretus.*

In Etruria faucibus] Fæſulis. fauces autem dicit ingreſſum: ut alibi, *fauces macelli.* Idem.

In ſenatu videmus] Alii, *videtis:* atque ita in veteribus libris legitur. *Idem.*

Atque adeo in ſenatu videmus] Haud aliter Palatini. at Hitt. & V. *videtis*, quod placuit Guilielmio, ut eo magis arguatur Ciceronis ignavia, quod ſenatores vident & taciti reprehendunt. *Gruterus.* Meus ſecundus, Franc. & Pith. præ ſe ferunt etiam *videtis*, quod merito Muretus & Gruterus laudant. *Grævius.*

Si te jam Catilina comprehendi] Verſus Phaleucius. *Muretus.*

Si interfici] Hoc dicit. Si te jam interfecero; non eſt, cur verear, ne quisquam me ob eam rem crudelitatis accuſet. nondum tamen id faciam: ſed expectabo, dum ſcelus tuum ita omnibus cognitum, patefactumque ſit, ut ne tui quidem ſimilium, qui te defendere audeat, quiſquam reperiatur. *Idem.* Recepi ex Francii codice: *ſi te interfici.* Majore enim emphaſi hæc vox hic reperitur. *Grævius.*

Credo] Ironiæ nota. *Muretus.*

Ne non hoc] Veteres libri, *ne hoc.* ſed particula, in qua eſt negandi vis, & a Quintiliano citante hunc locum ponitur, & ad ſententiam neceſſaria videtur. *Idem.*

Factum eſſe dicant] *Dicat*, ex veteribus libris, & ex Fabio. *Idem.* Sic & omnes quatuor, quos ego evolvi, veteres codices, & merito ſecutus eſt Manutius & Lambinus. *Grævius.*

Verum ego hoc] Libri vett. *Verumtamen ego hoc.* Muretus.

Certa de cauſa] Eam cauſam copioſe explicat in oratione, quæ proxime hanc ſequitur. *Idem.*

Tum denique interficiam te] Nihil ab hac diſſentiunt Pall. ſed Lipſius lib. III, Var. Lect. cap. 22. Modius Epiſt. v. prodidere, reſtare in ſcriptis ſuis, *interficiere*, reperitque in Col. Guilielmius, videturque modeſtius ac gravitate conſulari dignius. *Grut.* Meus quoque primus: *Tum denique interficere.* Statim ſubolebat antequam aut ſecundum meum aut Gruteri notus inſpexeram, legendum eſſe: *tum denique interficiere*, quomodo poſtea in meo ſecundo ab eadem manu, quæ librum ſcripſit, emendatum reperi. Hoc ſine mora ſum amplexus. Nam

cum jam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui
ſimilis inveniri poterit, qui id non jure factum eſſe fa-
teatur. Quamdiu quiſquam erit, qui te defendere au-
deat, vives: & vives ita, ut nunc vivis, multis meis &
firmis praeſidiis obſeſſus, ne commovere te contra remp.
poſſis. multorum te etiam oculi & aures non ſentientem,
ſicut adhuc fecerunt, ſpeculabuntur atque cuſtodient.
Etenim quid eſt, Catilina, quod jam amplius exſpectes, 3
ſi neque nox tenebris obſcurare coetus nefarios, nec
privata domus parietibus continere voces conjurationis
tuae poteſt? ſi illuſtrantur, ſi erumpunt omnia? Muta
jam iſtam mentem: mihi crede: obliviſcere caedis atque
incendiorum. teneris undique: luce ſunt clariora nobis
tua conſilia omnia: quae etiam licet mecum recognoſcas.
Meminiſtine, me ante diem XII Kalendas Novembris
di-

Nam non Conſul ipſe dicet: *te interficiam*, ſed, ut paullo ante *interfici jubebo*. *Interficiere* vero ab illo, qui juſſu noſtro te interficiet, huic loco longe eſt accommodatius. *Gravius.*

Cum jam nemo] Vitavit obſcœnitatem ſoni, de qua in oratore præcipit interpoſita vocula, *jam*. Muretus.

Etenim quid eſt Catilina] [illegible] ad enarranda ea, quæ de Catilina compererat. *Idem.*

Obſcurare cœtus nefarios] Zinzerlingus noſter promulſidis cap. 43. eruit e Turingico codice *cœptus nef.* declinatione quarta; & ita quoque Pall. noſtri quatuor: ſed plus roboris eſt in vulgato. neque ſequendi libri veteres, niſi ubi & ratio urget. *Gruterus.* Meus uterque ut & Francii: *obſcurare cœptus nefarios*, æque ut Thuringicus. quod non eſt temere damnandum; ſic & iidem tres libri, nec non Pithœanus, rectius: *voces conjurationis*, quam quod in editis eſt, *vocem conjurationis*. Id enim Cicero ſignificat, non continetur parietibus, quod de conjuratione loquimini, quos ſermones de illis habeatis. *Gravius.*

Si illuſtrantur, ſi erumpunt] *Illuſtrantur*, ad noctis tenebras retulit, *erumpunt*, ad privatæ domus parietes. *Mur.*

Si illuſtrantur, ſi erumpunt] Nonius ad verbum, *luſtrare*, legit hic, *luſtrantur*, & *luſtrare*, interpretatur patefacere. Sed Diomedes lib. 1, cap. 4. & Cariſius libro 2. ad particulam, *ſi*, ita legunt, ut edidimus: & ut eſt ſcriptum in libris omnibus, *illuſtrantur*, vel certe, ne mentiar, *inluſtrantur*. Lambin. *Si illuſtrantur*] Nonius *luſtrantur*. alterum tamen reſtat in mſſ. noſtris. Modius d. Epiſtola V conjicit, *eluſtrantur*, non abſurde. *Gruterus.*

Muta jam iſtam mentem] Non cohortatur eum ad ſanitatem: quod ſe fruſtra facturum ſentiebat: ſed ait, nihil eſſe, quod in urbe manens, de cæde atque incendiis cogitet: quare aliud ei conſilium eſſe capiendum, & in Manliana caſtra exeundum. *Muretus.*

Quæ etiam mecum] Quidam veteres libri, *quæ jam mecum*. Idem.

Meminiſtine, me ante diem XII *Kalendas Novembris*] Ante diem XII Kal. Nov. & XII Kal. Nov. utraque oratione idem dies indicatur. idemque in cæteris perpetuo tenendum. *Idem.*

Ante diem XII *Kalendas Novembris*] Magnam nobis lucem hic locus afferet

dicere in ſenatu, fore in armis certo die, qui dies futurus eſſet in ante diem VI Kal. Novembris, C. Manlium, au-

ad hanc hiſtoriam ſubtiliter intelligendam: quam profecto & Salluſtius, & cæteri mirabiliter confuderunt. Ac primum ſciendum eſt, in hunc diem primo edicta fuiſſe comitia conſularia. ſed cum pridie ejus diei Cicero Catilinæ conſilia ad ſenatum detuliſſet, factum eſt S. C. ne poſtero die comitia haberentur: ut de iis rebus in ſenatu agi poſſet. nam aliter comitiali die ſenatus haberi non poterat. poſtridie igitur, id eſt, ut ait Plutarchus, ipſo comitiorum die, Cicero frequenti ſenatu Catilinam excitavit, atque eum de iis rebus juſſit, ſi quid vellet, quæ ad ſe allatæ eſſent, dicere. tum ille dixit, duo corpora eſſe reip. unum debile infirmo capite, alterum firmum ſine capite: huic, cum ita meritum eſſet, caput ſe vivo non defuturum. His auditis, decrevit ſenatus, ut viderent conſules, ne quid reſp. detrimenti caperet. Hæc ſumpta ſunt e Mureniana. Iam igitur cum Aſcon. dicat, diem, quo hæc habita oratio eſt, a commiſſa conſulibus rep. duodeviceſimum fuiſſe: profecto ſi quis rationem dierum ineat, videbit, eam ut nos diximus, habitam VI Id. Novemb. hac autem in parte aliorum errata perſequi piget. *Idem.* *Me ante diem* XII *Kalendas Novembris*] Colon. liber, *me inante diem*, ἀρχαϊκῶς. ſic Propertius: *Hic dominam exemplo ponat inante meam.* laudant Modius ac Guilielmius, noſtri Pall. hic nihil diſcrepant a vulgatis: ſed infra ſtatim omnes habent, *in ante diem* IIX *Kalendas Novemb.* niſi quod ſext. *in ante diem* V *Kalendas Novemb.* adeo ut dictio ea hic quoque admittenda videatur. *Gruterus.*

Fore in armis] Collectio in Etruria exercitu. *Muretus.* Quatuor MSS. quos vidi, & ſic quoque veteres editiones: *fore in armis certo die* Grævius.

Ante diem VI *Kal. Novembris*] Ex Salluſtio conſtat, nonniſi ante diem VI Kal. Novembrium arma cepiſſe C. Mallium. Ille ipſe numerus, qui apud Salluſtium extat, etiam apud Ciceronem reponendus eſt, quod ex Priſciano obſervavi, qui duobus locis aperte Ciceronem primo Invectivarum nominans, ita enim veteres Grammatici has orationes vocabant, affert ex eo, *Ante diem ſextum Kal. Novembrium*, interpretaturque ante diem ſextum, id eſt, in diem ſextum. Atque hæc apud Priſcianum non per numerorum notas, ſed uti ego poſui, plane & ordine perſcripta ſunt. Vt mihi quidem cauſſa nulla dubitandi videatur, quin ex hiſtoriæ veritate, & ex Priſciani certa auctoritate locus hic, ita ut dixi, apud Ciceronem ſit emendandus. *I. Lipſius.* *Ante diem* VI *Kalendas Novemb.*] Quod diſcreparent Palatini, & hanc diem Manlio adſtrueret Salluſtius, auctorique noſtro etiam adſcriberet Priſcianus, ejeci vulgatum prius IIX *Kalend. Novemb.* hujus rei indicium debeo præceptori meo Iuſto Lipſio, qui conſulatur lib. II Var. lect. cap 3. *Gruterus.*

C. Manlium] Scripſi hic C. Mallium, non quomodo vulgati, C. Manlium. Putavi me tuto hac in re & ſine reprehenſione librorum veterum conſentientem auctoritatem ſequi poſſe, in quibus conſtanter hoc nomen & apud Salluſtium, & in his ipſis orationibus apud Ciceronem ita perſcriptum extat. Ego quidem uſus aliquando ſum antiquiſſimo libro, qui aſſervatur apud Gemblacenſes, quem certa opinio eſt, & res ipſa docet, ſcriptum eſſe Sigisberti docti viri manu, qui in eo loco ante ſexcentos plus minus annos claruit, in quo non aliter hoc nomen ſcriptum deprehendi. *I. Lipſius.* *C. Manlium*] Lipſius d. loco legit e mſſ. ſuis *Mallium*, ſed noſtri & Guilielmiani alterum tuentur, præter unicum Gemblacenſem, ut annotavit Guilielmius. *Gruterus.* C. Manlium tamen omnes ceteri libri, Grævii uterque, Francii, Pithœanus, Duisburgenſis retinent, quamvis & Manutius jam olim viderit *Mallium* ſcribendum.

Dix

audaciae ſatellitem atque adminiſtrum tuae? num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verum, id quod multo magis eſt admirandum, dies? Dixi ego idem in ſenatu, caedem te optimatum contuliſſe in ante diem v Kalendas Novembris. tum cum multi principes civitatis Roma non tam ſui conſervandi, quam tuorum conſiliorum reprimendorum cauſa profugerunt. Num infitiari potes, illo ipſo die te meis praeſidiis, mea diligentia circumcluſum commovere te contra remp. non potuiſſe, cum tu diſceſſu ceterorum, noſtra tamen, qui remanſiſſemus, caede contentum te eſſe dicebas? Quid? cum tu te Praeneſte Kalendis ipſis Novembribus occupaturum nocturno impetu eſſe confideres: ſenſiſtine illam coloniam meo juſſu, meis praeſidiis, cuſtodiis, vigiliiſque eſſe munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam; ſed etiam videam, planeque

Dixi ego idem] Aliquot, ut opinor, diebus interjectis. *Muretus.*

In ante diem v *Kal. Novemb*] In quem diem, ut conjicio, dilata fuerant comitia. *Idem.*

Cum multi principes civitatis] Vnum ex iis fuiſſe ſuſpicor M. Craſſum. cum enim Catilina, miſſis litteris admonuerat, ut ex urbe diſcederet: magnam enim cædem fore. quas litteras, una cum aliis eodem argumento ad alios ſcriptis, Craſſius M. Marcello, & Scipione Metello comitatus, intempeſta jam nocte ad Ciceronem attulit: ut & illum admoneret inſtantis periculi, & ſe ſuſpicione exolveret, in quam propter Catilinæ familiaritatem venerat. Eas omnes Cicero poſtridie in ſenatu recitavit. Auctor Plutarchus, qui in eo fallitur, quod tum demum mandatam conſulibus remp. putat. *Idem.*

Non tam ſui conſervandi] Non tam propter ſuam, quam propter reip. ſalutem. *Idem.*

Quid cum te Præneſte] Hac de re nihil, quod quidem meminerim, ab hiſtoricis proditum eſt. *Idem.* *Quid cum tute Præneſte, &c.*] Multum vetuſtatis huic periodo acceſſit, revocata vocula *tu* e Pall. duobus & Hittorp. ac V. *Gruterus.* Adſtruunt *tute*, quatuor libri veteres, quos verſavi. *Grævius.*

Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas] Quaſi per gradus hæc ad id, quod ſummum eſt, progreditur oratio. magnum eſt enim, quicquid agat Catilina ſcire Ciceronem: majus, quicquid moliatur: longe maximum vero, quicquid cogitet. *Muretus.*

Quod ego non modo audiam, ſed etiam videam] Pro eo quod eſt: Nihil agis, non modo quod ego non audiam, ſed quod non etiam videam. ſic pro Cœlio: *Hac genera virtutum non ſolum in moribus noſtris, ſed vix jam in libris reperiuntur.* & pro Roſcio Amerino: *Qui tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt.* Idem. *Quod ego non modo audiam*] Videtur legendum, *non modo non audiam*, quamvis reclament omnes libri & vulgati, & manuſcr. *Lambinus.* *Non modo*

4 neque ſentiam. Recognoſce mecum tandem noctem illam ſuperiorem. jam intelliges multo me vigilare acrius ad ſalutem, quam te ad perniciem reipub. Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios, non agam obſcure, in M. Laecae domum: conveniſſe eodem complures ejuſdem amentiae ſceleriſque ſocios. num negare audes? quid taces? convincam, ſi negas. video enim eſſe hic in ſenatu quoſdam, qui tecum una fuerunt. O dii immortales! ubinam gentium ſumus? in qua urbe vivimus? quam rempub. habemus? Hic, hic ſunt noſtro in numero, P. C. in hoc orbis terrae ſanctiſſimo graviſſimoque conſilio, qui de meo noſtrumque omnium interitu, qui de

non audiam, ſed etiam non videam] Obtemperavi ſcriptis libris Cujacii, quorum meminit lib. XII Obſervat. cap. 32. *Gruterus.* Omnes mei libri reſpuunt *non*, utroque loco. Libri Cujaciani hoc loco non fuerunt emendati, aut potius nimis emendati ſciolorum manu, qui neſciebant *non modo* infinitis in locis poni pro *non modo non*, ut Græcis οὐχ' ὅτι, μὴ ὅτι. Exempla complura congeſſit Muretus Variarum lectionum lib. X, cap. 7. Hinc non auſi ſumus ab optimorum librorum ſcriptura recedere. *Grævius.*

Noctem illam ſuperiorem] Non ita, ut opinor, locutus eſſet, ſi proximam noctem indicare voluiſſet. *Muretus.*

Dico te priori nocte] Annota genus loquendi uſitatum iis, qui ad ſenatum aliquid deferrent. Sic & in oratione in toga candida: *Dico P. C. ſuperiore nocte cujuſdam hominis nobilis, & valde in hoc largitionis quæſtu noti & cogniti domum Catilinam & Antonium cum ſequeſtribus ſuis conveniſſe.* Idem.

Inter falcarios] Alii quomodo exponant obſcurum non eſt. ego vicum fuiſſe urbis puto, qui hoc nomine diceretur: in quo M. Leccæ domus ſita eſſet. huic autem loco germaniſſimus eſt alius in oratione pro Sulla. obſervandus interim ordo Ciceronis: qui primo rem, ut eſt, proponit: deinde confirmat, ex Catilinæ ſilentio: tum demum ad amplificationem progreditur artificioſe. amplificatio enim, niſi explicata, & confirmata re, locum habere non poteſt. *Idem.* *Inter falcarios*] Priſcianus lib. 8 interpretatur, in locum, ubi habitant falcarii. *Lambinus.*

In M. Lecca domum] Scribendum *M. Laca* ex auctoritate argentei denarii, in quo M. hic PORCIVS LAECA deſcriptus eſt. *F. Vrſinus.* Vti F. Vrſinus ſcribendum hoc nomen ſciſcit, ſic ſcribitur in meo primo vetuſtiſſimo codice, in ſecundo *Leca.* Grævius.

Si negas] Veteres libri, *Si negabis.* & paulo poſt, *qui tecum una fuerunt.* Muretus.

Quam remp. habemus?] In libris veteribus, contrario ordine: *In qua urbe vivimus? quam rempub. habemus?* Idem. Iſte ordo invenitur etiam in Pithœi, meo ſecundo, & Francii libris. procul dubio verius. Nam rectius *ubinam gentium ſumus?* ſequitur, *in qua urbe vivimus?* dum vero de rep. loquitur. *Grævius*

Qui de meo, noſtrumque omnium] Iidem libri, *qui de noſtrum omnium interitu.* Muretus. Sic & meus primus; ſed ſecundus, & Pith. *qui de noſtro omnium.* quod non contemſerim. *Grævius.*

De

de hujus urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. hoſce ego video conſul, & de rep. ſententiam rogo: &, quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuiſti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina: diſtribuiſti partes Italiae: ſtatuiſti quo quemque proficiſci placeret: delegiſti quos Romae relinqueres, quos tecum educeres: deſcripſiſti urbis partes ad incendia: confirmaſti, te ipſum jam eſſe exiturum: dixiſti paullulum tibi eſſe etiam nunc morae, quod ego viverem. Reperti ſunt duo equites Romani, qui

De hujus urbis, atque adeo orbis] Παρήχησις. Muretus.

De rep. ſententiam rogo] Franc. MS. *de republica, Patres, ſententiam rogo.*

Fuiſti igitur apud Lecam] Hæc omnia ſubtilius cognoſci poſſunt e Salluſtio, & ex oratione pro Sulla. *Muretus.* Græv. ſecundus: *Fuiſti igitur apud Lecam illa nocte o Catilina.*

Tibi eſſe etiam tum mora] Meus uterque & Francii, & Duisburg. recte: *tibi eſſe etiam nunc mora.* Grævius.

Reperti ſunt duo equites Romani] Magna in his duobus nominandis ſcriptorum diſſenſio. Salluſtius C. Cornelium, equitem Rom. & L. Varguntejum ſenatorem nominat: in quo diſſentit a Cicerone, qui utrumque equitem fuiſſe ait. nam de C. quidem Cornelio omnis dubitatio tollitur ex oratione pro Sulla. Dio duos dicit: ſed neutrum nomine appellat. Plutarchus Marcium, & Cethegum vocat: de quorum priore nihil alibi reperio: ſed Plutarchum falli conſtat: cum aperte Cicero C. Cornelium unum ex iis fuiſſe affirmet. quanquam enim Cethego quoque idem & prænomen, & nomen fuit: tamen hunc C. Cornelium, de quo hic agitur, facile probari poteſt, non eſſe C. Cornelium Cethegum. Quid ita? quod Cethegus quidem in carcere ſtrangulatus eſt. At hic adhuc vivebat, quo tempore Cicero P. Sullam, ipſius filio accuſante, defendit. Omnium autem fœdiſſime labitur Appianus: tribus enim manifeſtis erroribus, in hac re tradenda, ſeipſum involvit. primum in tempore: ait enim hoc conſilium initum eſſe, cum jam Catilina ex urbe diſceſſiſſet. deinde in his duobus nominandis: ait enim fuiſſe P. Lentulum, & Cethegum. non dixiſſet autem Cicero duos equites, ſi ex iis unus P. Lentulus prætor fuiſſet. illud vero palmarium, quod Cethegum quoque prætorem fuiſſe tradit. ut, ſi hunc ſequare, neuter eorum eques Rom. fuerit: nedum uterque, ut Cicero dicit. non fuiſſe autem Cethegum prætorem, ex eo intelligitur, quod quæ religio ſervata eſt in Lentulo, ut magiſtratu cogeretur abdicare ſe, antequam ei cervices frangerentur, eandem profecto ſenatus in Cethego retinuiſſet. quod ubi lectum, aut cui unquam vel fando auditum eſt? ac vereor interdum, ne mea in ejuſmodi ſcriptoribus reprehendendis ab aliquo culpetur audacia. Quod ſi id obtrectandi ſtudio facerem, egometipſe me temeritatis impudentiæque damnarem. nunc cum inveſtigandæ atque eruendæ veritatis deſiderio incenſus faciam, pro qua ſummus philoſophorum, non alienæ tantum, ſed ſua etiam cuique, ſi res ferat, evertenda eſſe placita pronunciavit: neminem puto æquum rerum æſtimatorem fore, qui mihi non id laudi potius, quam vitio aſcribat. etenim ſive eos merito accuſo: quis me propterea vituperandum duxerit? ſive injuria: prodeat aliquis, qui eadem opera & culpa illos, & errore me liberet. nam quemadmodum ait Æſchines, privatorum ini-

qui te iſta cura liberarent, & ſeſe illa ipſa nocte paullo ante lucem me meo in lectulo interfecturos pollicerentur. Haec ego omnia, vix dum etiam coetu veſtro dimiſſo, comperi: domum meam majoribus praeſidiis munivi atque firmavi: excluſi eos, quos tu mane ad me ſalutatum miſeras, cum illi ipſi veniſſent; quos ego jam multis ac ſummis viris ad me id temporis venturos eſſe praedixeram.
5 Quae cum ita ſint, Catilina, perge quo coepiſti: egredere aliquando ex urbe: patent portae: proficiſcere. nimium diu te imperatorem tua illa Manliana caſtra deſiderant. educ tecum etiam omnis tuos: ſi minus, quam plurimos. purga urbem. magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus interſit. nobiſcum verſari jam diutius non potes: non feram, non patiar, non ſinam. Magna diis immortalibus eſt habenda, atque huic ipſi Iovi Statori, antiquiſſimo cuſtodi hujus urbis gratia, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tamque infeſtam reipublicae peſtem

inimicitiis multa in repub. corrigi: ita in litteris quoque plurima litteratorum hominum, non inimicitiis quidem, ſed modeſtis, & ab omni contumelia remotis diſſenſionibus corriguntur. *Muret.*

Vix dum etiam cœtu veſtro dimiſſo] Fulvia enim media nocte ipſamet ad Ciceronem profecta, hoc ei indicavit. Plutarchus, Salluſtius. *Idem.*

Excluſi eos] Illi autem excluſi ita clamarunt pro foribus, ut rem prope proderent. Plutarchus. *Idem.*

Multis ac ſummis viris] Sic Pall. aliorumque mſſ. nam recentius cuſis aberant, *ac ſummis*, etiam Manutianis. *Gruterus.*

Quæ cum ita ſint] Argumentationis ſumma eſt. Si omnia tua conſilia nota ſunt, exire debes. Sunt autem nota. tibi igitur eſt exeundum. annota autem, ut hæc tota pars tum brevibus membris, tum inciſis, tum etiam iis, quæ inciſis breviora ſunt, contineatur: quod dicendi genus ad imperandum, & ad perterrefaciendum aptum eſſe, tradit Demetrius. *Muretus.*

Egredere aliquando ex urbe] Duisburg. *Exi, egredere aliquando ex urbe.*

Magno me metu liberabis] Libri veteres habent, *liberaberis*, ego *liberaveris* corrigo. *Lambinus.*

Magna diis immortalibus] Hoc & ad pietatis ſignificationem injicit, & ad quandam orationis dignitatem. *Muret.*

Atque huic ipſi Iovi] Non quod hic ipſe Iupiter non ſit in numero deorum immortalium: ſed eum a cæteris, honoris cauſa, ſeparat. Sic apud Ariſtophanem, ὦ Ζεῦ ϗ θεοί. & apud Homerum, Τρῶάς τε ϗ Ἕκτορα νηυσὶ πελάσσαι. & apud Virgilium, *Reliquias Danaum, atque immitis Achilli.* Idem.

Statori] Hujus appellationis cauſam e Livio & Plutarcho petes. *Idem.* Ordinem verborum ſic conſtitui, ut in utroque meo optimo & Francii libro illum reperi, qui vulgato rectius ſe habet. *Grævius.*

peſtem toties jam effugimus. Non eſt ſaepius in uno homine ſumma ſalus periclitanda reipublicae. Quamdiu mihi, conſuli deſignato, Catilina, inſidiatus es, non publico me praeſidio, ſed privata diligentia defendi. cum proximis comitiis conſularibus me conſulem in campo, & competitores tuos interficere voluiſti, compreſſi conatus tuos nefarios amicorum praeſidio & copiis, nullo tumultu publice concitato: denique, quotieſcumque me petiſti, per me tibi obſtiti: quamquam

Non eſt ſæpius in uno homine] Non Ciceronem, ſed Catilinam ſignificari puto. *Muretus.*

Salus ſumma periclitanda reip.] Harum dictionum utramlibet ſuſtuleris, orationem, meo quidem animo, elegantiorem effeceris. ſunt tamen ambæ in veteribus libris. *Idem.* *Salus ſumma reip. pericl.*] Vel ſic legendum, vel, *ſalus reip. periclitanda:* vel, *ſalus ſumma rei peric.* ita autem Latini loquuntur, *ſumma res*, uſitatius & melius, quam *ſumma rei:* quod poſterius tamen paſſim in codicibus pro illo priore ſuppoſitum eſt. *Lambinus.* *Non eſt ſæpius in uno homine ſalus ſumma periclitanda reipub.*] Tò ſalus haud dubium magiſtri eſſe gloſſema monuere dudum alii, idemque in mentem quoque nuper venit Zinzerlingo noſtro, qui adeatur Promulſidis capite XLIIX. *Grut.* Nihil eſt hic interpolandum. Quatuor libri veteres, inter quos duo mei ſunt veterrimi, ſtant pro vulgata. Nam ſic & inferius in tertia invectiva veteres libri, teſte Cujacio XII obſerv. cap. 32: *Senatum conſuli de ſumma reip. ſalute.* & in IV, *De ſumma ſalute populi Rom.* Eſt enim *ſumma ſalus reip. res*, in qua vertitur univerſa ſalus reipublicæ ſeu a qua pendet. In Cœlium: *Nulla ſalus reip. major eſt, quam eos, qui alterum accuſant, non minus de laude, de honore, de fama ſua pertimeſcere.* Et I in Ver. *Neque enim ſalus ulla reip. major hoc tempore reperiri poterit.* Hæc duo loca debeo magno doctori meo Ioanni Friderico Gronovio, qui hunc locum pluribus aſſerit contra correctores in notis ad Liv. XXVI, cap. 10. quem ibi conſules. Numeroſius autem meus primus: *ſumma ſalus.* Grævius.

Quam diu mihi] Diſſimilia pericula diſſimile præſidium requirunt. quamdiu me privatim petiſti, inſidias tuas a meo capite privato præſidio depuli. nunc aperte univerſam remp. petis. quare alia ratione coërcendus es. *Muretus.*

Conſuli deſignato] Kal. enim Ian. interficere me meditabare. *Idem.* Francii liber: *quam diu & jam mihi Conſuli deſignato.*

Proximis comitiis] Habitis a me: quibus deſignati ſunt Silanus, & Murena. *Muretus.*

Et competitores tuos] Quod, te rejecto, incubuiſſe ad eos populi voluntatem videbas. *Idem.*

Interficere] Lib. vet. occidere. *Idem.* Repugnant mei libri omnes, in quibus conſtanter *interficere.* Mox iidem: *compreſſi conatus tuos nefarios.*

Amicorum præſidio] Deſcendi, inquit, in campum cum firmiſſimo præſidio fortiſſimorum virorum, & cum illa lata, inſignique lorica, non quæ me tegeret: etenim ſciebam Catilinam non latus aut ventrem, ſed caput, & collum ſolere petere, verum, ut omnes boni animadverterent, &, cum in metu & periculo conſulem viderent, id quod eſt factum, ad opem præſidiumque meum concurrerent. Idem narrant Dio & Plutarchus. *Muretus.*

Me petiſti] Verbum gladiatorium, unde illud, *Non te peto, piſcem peto.* Idem.

quam videbam, perniciem meam cum magna calamitate reip. eſſe conjunctam. nunc jam aperte rempubl. univerſam petis: templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam ad exitium ac vaſtitatem vocas. Quare, quoniam id, quod eſt primum, & quod hujus imperii diſciplinaeque majorum proprium eſt, facere nondum audeo: faciam id, quod eſt ad ſeveritatem lenius, & ad communem ſalutem utilius. Nam, ſi te interfici juſſero, reſidebit in repub. reliqua conjuratorum manus. ſin tu, quod te jamdudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & pernicioſa ſentina reip. Quid eſt, Catilina? num dubitas id me imperante facere, quod jam tua ſponte faciebas? Exire ex urbe jubet conſul hoſtem. interrogas me, num

Remp. univerſam petis] Duæ ſunt amplificandi rationes contrariæ. una, cum poſita re quapiam tota, partes illius enumerando perſequimur: ut hic, cum remp. dixiſſet. addidit templa deorum immortalium, tecta urbis, & cætera: cui ſimillimus locus eſt principio orationis tertiæ: altera, cum a partibus ad totum progredimur: ut in Piſonem: *Oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus.* Muret.

Quare quoniam id] Locus hic in libris manuſcriptis, paulo aliter quam in impreſſis legitur. nempe hoc modo: *Quare, quoniam id quod eſt primum, quod hujus imperii, diſciplinaque majorum proprium eſt, facere nondum audeo.* utra lectio melior ſit alii judicent. *Idem.* *Id quod primum atque hujus imperii*] Manuſcripti codicis lectio magis placet, *id quod eſſe primum & quod hujus imperii*, &c. poteſt etiam legi, *id quod primum & quod hujus*, &c. F. Vrſinus. Meus uterque, ut & Francii ac Duisb. *Quare quoniam id, quod eſt primum, & quod eſt hujus imperii diſciplinaque proprium, facere nondum audeo.* quod utique longe præferendum vulgatis. Præterea in meo ſecundo hæc verba *punire impios* adduntur hoc modo: *Quare quoniam id, quod eſt primum, punire impios, & quod eſt hujus*, &c. ſed cento eſt magiſtri. *Grævius.*

Id quod eſt primum] Vt te interfici jubeam. eſt enim hoc primum, id eſt, potiſſimum & præſentiſſimum remedium. *Muretus.*

Facere nondum audeo] Particulam *dum* addidi ſuaſu Pall. & aliorum mſſ. *Grut.* Conſentiunt mei omnes. *Græv.*

Lenius, ad communem ſalutem utilius] Scripti noſtri, (noſtros cum dico tam Pall. ſentio, quam Guilielmianos) *lenius, & ad*, &c. ut non temere ſuſpicemur fuiſſe *ſet*, pro *ſed*. quod adhuc in multis marmoribus. *Gruter.* Addunt copulam omnes quoque a me inſpecti codices. *Grævius.*

Exhaurietur] Metaphora a navi. eſt autem exhauriendi verbum valde proprium in ſentina; ut e ſecunda agraria conſtat. *Muretus.*

Exhaurietur ex urbe tuorum comitum] Veteres libri hoc amplius: *Exhaurietur ex urbe, tuo diſceſſu, tuorum comitum*, &c. quæ verba cur repudianda ſint, non video. *Id.* In nullo codicum, quos ego verſavi, *tuo diſceſſu* deprehendi. *Græv.*

Conſul hoſtem] Vbi res tantum narranda eſt, propria nomina aptiora ſunt: ut, *Diſce-*

num in exſilium? non jubeo: ſed ſi me conſulis, ſuadeo.
Quid eſt enim, Catilina, quod te jam in 6
hac urbe delectare poſſit? in qua nemo eſt, extra iſtam conjurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo, qui te non oderit? Quae nota domeſticae turpitudinis non inuſta vitae tuae eſt? quod privatarum rerum dedecus non haeret infamiae? quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium a toto corpore abfuit? cui tu adoleſcentulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes, non aut ad audaciam ferrum, aut ad

Diſcedit a Melino Cluentia. at, ubi permovendi animi, tunc accommodatiora ſunt ea, quæ apponuntur ad nomen: ut, *Nubit genero ſocrus*, quanto vehementius, quam ſi diceretur, *Nubit Melino Saſſia:* &, *Exire ex urbe conſul hoſtem jubet*, quanto fortius, quam ſi diceretur, *Exire ex urbe Cicero Catilinam jubet?* Muretus.

Non jubeo] Ne poterat quidem. nulla enim lex erat apud veteres Romanos, quæ ullum maleficium exilio multaret, ſed in exilium ibant, qui legis multam ſufferre in civitate nolebant. Cicero pro Cæcina. *Idem.*

Quid eſt enim Catilina] Quaſi depoſita conſulis perſona, ſuaſoris perſonam ſuſcipit: ut, quod poſtea dicet, videatur, non odio, ſed miſericordia Catilinæ commoveri. ſuadet igitur, ut ex urbe exeat: quod vita ei ſuavis eſſe non poſſit, ubi oderit omnes, odio ſit omnibus, ubi infamia flagret, ubi ære alieno ſit obrutus, ubi nefaria ipſius de diſperditione reip. conſilia omnibus nota ſint. at hæc ſimulata ſuaſio longe amariſſimam Catilinæ inſectationem continet. *Idem.*

Qui non oderit] Eſt enim, ut dicitur, parens odii metus. *Idem.* Grævii ſecundus, *qui te non oderit.* & ſic Manut. & Victor. edd. In recentioribus omittitur, ut & in meo primo.

Quæ nota] Patet, metaphoram eſſe ab iis notis, quæ pecudibus, aut mancipiis inuruntur. in veteribus tamen libris legitur, *Quæ nota domeſtica turpitudinis in iſta vita tua non ineſt?* Muretus.

Quod privatarum rerum dedecus non hæret in fama?] Sic reſtitui, & ita ſine dubio legendum, *non*, ut vulgo, *non hæret infamia?* plane mendoſe, & ſine ulla ſententia. ſupra proxime dixit de vita, *quæ nota domeſtica turpitudinis non inuſta vita tua eſt?* nunc de fama, *quod privatarum rerum dedecus non hæret in fama?* Lambinus. *Quod privatarum rerum dedecus non hæret infamia?*] Ita habet Manutianus liber, & Victorianus: quod & ſi ferri poteſt, Ant. tamen Auguſtini lectio magis placet, *in fama*, quam lectionem retinuit Lambinus. *F. Urſinus.* *Quod privatarum rerum dedecus non hæret infamia?*] Forſan *non inhæret tuæ famæ?* nam Pal. pr. cum haberet, *non habet infamia*; ſuperſcripſit, *hæret tua.* præterea F. & H. diſerte præferunt *inhæret infamia.* Turnebo lib. xxx, cap. 15. acquieſcit Lambiniano, *non hæret in fama?* Gruter. Grævii ſecundus & Pithœanus: *Quod privatorum dedecus non inhæret infamiæ?* Pithœanus tamen pro *inhæret* ſcribit *hæt*. Non videtur Gruteri emendatio inepta eſſe. *Gravius.*

Quæ libido ab oculis] Illi enim ad libidinem duces ſunt: ut alibi diximus. Catilinæ autem flagitia ita nota ſunt omnibus, ut explicanda non ſunt. *Muretus.*

Ad

ad libidinem facem praetuliſti? Quid vero? nuper, cum morte ſuperioris uxoris, novis nuptiis domum vacuefeciſſes, nonne etiam alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti? quod ego praetermitto, & facile patior ſileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut extitiſſe, aut non vindicata eſſe videatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnis impendere tibi proximis idibus ſenties. ad illa venio, quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domeſticam tuam difficultatem ac turpitudinem, ſed

Ad libidinem facem prætuliſti] Facem quidam exponit ſcorta. inepte. facem enim proprie dicit: quod noctu ire ad amicas ſolerent. unde eſt divinum illud epigramma Valerii Æditui ad puerum, qui eunti ad amicam, præferebat facem:

Quid faculam præfers Phileros, qua nil opu' nobis?
Ibimus, hac lucet pectore flamma ſatis.
Iſtam nam potis eſt vis ſæva extinguere venti,
Aut imber cœlo candidu' præcipitans:
At contra hunc ignem Veneris, ſi non Venus ipſa,
Nulla eſt, quæ poſſit vis alia opprimere.

Valerius de ſervo Antonii: *Quod ab eo, cum ad ſtuprum iret, laternam prælatam contenderent.* Muretus.

Domum vacuam feciſſes] Suſpicioſe ſignificat, eam ab ipſo necatam. *Idem.* *Domum vacuam feciſſes, &c.*] Libri veteres habent, *vacuefeciſſes:* unde ſuſpicor legendum, *vacefeciſſes.* Lambinus. *Novis nuptiis domum vacuam feciſſes*] Carrio lib. 1 Antiq. Lect. cap. 18. reponendum monuit ex mſſ. ſuis, *vacue feciſſes*; & ita ſane eſt in Pal. nono; item V. H. F. probabatque item Guilielmius noſter. *Gruterus.* Meus uterque ut & Francii & Pith. *vacuefeciſſes.* Et ſic inferius cap. 7. *quod adventu tuo iſta ſubſellia vacuefacta*, ſic meus primus & Francii una voce *vacuefacta.* Pro quo dixit Lucretius metri cauſſa *vacefacere*, ut *vacuum* dixere pro *vacuum*, quod notavit Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam. *Grævius.*

Alio incredibili ſcelere] Vel quod filium occiderit; ut eſt apud Salluſtium: vel quod filiam ſuam, ex adulterio ſuſceptam, in matrimonium duxerit: quod ei objicit Cicero in oratione, quam habuit in toga candida. Plutarchus eum, præter parricidium fratris, ait, filiæ ſuæ virgini vitium obtuliſſe. *Muretus.*

Proximis idibus] Cur tandem idibus? Intelligendum eſt, quo tempore facta hæc conjuratio eſt, magnum in urbe æs alienum fuiſſe. cum igitur Catilina tabulas novas polliceretur, multi hac ſpe ducti ad conjurationem ſeſe adjungebant. huic malo Cicero ſingulari quadam providentia occurrit. propoſuit enim tabulas auctionarias: id eſt, quibus eorum, qui ære alieno obruti erant, bona venalia proſcriberentur; ut, ſi diſſolvere ipſi, quæ debebant, nollent, ex auctione conficeretur, unde creditoribus fieret ſatis. ita fraudandi ſpe ſublata, ſolvendi neceſſitas conſecuta eſt. has tabulas ſignificat ſe propoſiturum Idib. Novemb. ideoque tunc ſenſurum Catilinam, ſibi fortunarum ſuarum ruinam imminere. tantum enim æris alieni contraxerat, ut eum fortunis omnibus exui neceſſe eſſet. *Idem.* Sed vide Manut. & P. Pith. Adverſar. ſubſec. lib. 11, 4.

Difficultatem] Ἀπορίαν, ἀμηχανίαν. Muretus.

Sed

ſed ad ſummam rempublicam, atque ad omnium noſtrum vitam ſalutemque pertinent. Poteſtne tibi haec lux, Catilina, aut hujus caeli ſpiritus eſſe jucundus, cum ſcias, horum eſſe neminem, qui neſciat, te pridie Kalendas Ian. Lepido & Tullo, Coss. ſtetiſſe in comitio cum telo? manum conſulum & principum civitatis interficiendorum cauſa paraviſſe? ſceleri ac furori tuo non mentem aliquam, aut timorem tuum, ſed fortunam P. R. obſtitiſſe? Ac jam illa omitto. neque

Sed ad ſummam reipublica] Meus primus optimus & Pithoei rectiſſime ſcribit, *ſed ad ſummam remp. Summa reſp.* eſt res quæ pertinet ad ſalutem totius reip. Plautus in Mercatore:

Nam ſi iſthuc jus eſt ſenectæ ætate ſcortari ſenes,
Vbi loci res ſumma eſt noſtra publica.

Vid. Gronov. ad Liv. 26, 10. *Grav.*

Poteſtne tibi hujus vitæ hæc lux] Multo melius in antiquis libris: quorum alii habent, *Poteſtne tibi hujus vitæ lux:* alii, *Poteſtne tibi hæc lux Catilina, aut hujus cæli*, &c. Muretus. Illorum librorum ſcriptura, quæ ultimo loco ponitur a Mureto, ſtabilitur & ab utroque meo, & a Pithoeano, in quibus *hujus vitæ* non habetur. Procul dubio *hujus vitæ* eſt cento magiſtri. *Lux* enim ſæpiſſime pro vita. Tuſcul. 1: *Omnes denique miſeros qui hac luce careant.* qui obierint. & lib. 11: *Fore aliquando finem hujus lucis, & amiſſionem omnium vitæ commodorum.* Grævius.

Pridie Kalendas Ianuar.] M. Aimilio Lepido, L. Volcatio Tullo Coss. cum P. Autronius, & P. Cornelius Sulla Coss. deſignati, ambitus pœnas dediſſent; inque illorum locum L. Aurelius Cotta, L. Manilius Torquatus ſuffecti eſſent: Catilina, qui, repetundarum reus a P. Clodio Pulchro factus conſulatum petere prohibitus eſſet, indignatione & odio in remp. accenſus, cum Autronio & Sulla, (certe quidem cum Autronio) aliiſque nobilibus viris, conſilium iniit interficiendi ad Kal. Ian. novos conſules, reſtituendique conſulatus iis, qui abdicare coacti erant, occupatamque remp. pro ſua libidine moderandi. id conſilium initum eſt circa Nonas Decemb. ejus rei cauſa. pridie Kal. Ian. Catilinam Cicero ait in Comitio ſtetiſſe cum telo: tum, ut opinor, cum abeuntes magiſtratu conſules ad populum e roſtris ex more verba facerent. Poſtridie, cum M. Craſſus, qui & ipſe conjuraverat, mutato, ut creditur, conſilio, non affuiſſet: ideoque C. Iulius Cæſar, ipſe quoque ejus conjurationis particeps ſignum, quod convenerat, non dediſſet, (erat autem ſignum, ut togam de humero dejiceret) res ulterius progreſſa non eſt: ſed dilata in nonas Febr. Tum quoque aliquod amicum P. R. numen effecit, ut Catilina, priuſquam armati conveniſſent, ſignum daret. id P. R. ſaluti fuit. Hæc e Salluſtio, Aſcanio, Suetonioque collegi. *Muretus.*

In comitio] Comitium locus erat propter ſenatum, quo coire equitibus & populo Romano licebat. Aſconius. *Idem.*

Fortunam reip. obſtitiſſe] Libri veteres, *Fortunam P. R.* idque verius videtur. ita enim Cicero ſæpiſſime locutus eſt. Fortunam veteres. ut puto, nihil aliud quam divinam voluntatem vocabant. Signum autem ejus rei eſt, quod Alcman eam juſtitiæ ſororem, providentiæ autem filiam eſſe dixit. etſi hoc alio transferri poſſe video: ut dicamus, juſtis ac providis hominibus omnia proſpere ſuccedere. Sed profecto non ea, quæ ratione ac conſilio proviſa adminiſtra-

ſtrataque eſſent, ad fortunam referebant, imo ea potius, quorum cauſæ ignorarentur, quæque quaſi divinitus cecidiſſe viderentur. quod & ab Ariſtotele lib. 2 de principiis, tradita fortunæ definitio oſtendit. itaque rationem poëtæ, id eſt humanam prudentiam fortunæ opponunt Horatius; *Vt nemo quam ſibi ſortem ſeu ratio dederit, ſeu ſors objecerit.* itidemque Deo. Ovidius: *At tu ſeu ratio te noſtris appulit oris, Sive deus; regni commoda carpe mei.* cumque dæmonis nomen apud veteres Græcos idem valeret, quod Dei: ita ut Plato ſupremum illum Deum, qui hanc univerſitatem rerum architectatus eſt, dæmona appellet: eodem iidem nomine fortunam intelligebant: unde fortunatos eudæmonas, infortunatos cacodæmonas nominabant. Fortunam igitur, & perfectam ſapientiam, & mentem, atque animum mundi, & fatum, & Deum cum dicerent, nominibus modo variatis, unam eandemque rem indicabant. de ſapientibus loquor. vulgarium enim, & ſtultorum ſcio longe aliam fuiſſe ſententiam. itaque recte apud Homerum Διὸς βουλὴ, id eſt, Iovis conſilium, exponitur fatum, & recte hæc duo a Virgilio conjuncta ſunt:

Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.

Atque hac de re ita vir eruditiſſimus M. Varro apud Ciceronem loquens inducitur: *Partes autem mundi eſſe omnia, quæ inſint in eo: quæ natura ſentiente teneantur, in qua ratio perfecta inſit, quæ ſit eadem ſempiterna. nihil enim valentius eſſe, a quo intereat. Quam vim animam eſſe dicunt mundi, eandemque eſſe mentem, ſapientiamque perfectam, quem Deum appellant, omniumque rerum, quæ ſunt ei ſubjecta, quaſi providentiam quandam, procurantem cœleſtia maxime, deinde in terris ea quæ pertinent ad homines: quam interdum neceſſitatem appellant; quia nihil aliter poſſit, atque ab ea conſtitutum ſit, intervenire: quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni, nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improviſa, nec opinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum.* Hæc non tantum eruditiſſima, ſed etiam ſanctiſſima verba Varronis ſi quis attente conſideraverit, facile perſpiciet, ſapientum hominum, qui antiquis temporibus floruerunt, eam, quam dixi, de fortuna fuiſſe ſententiam. Ergo ita pingebant eam, ut globum pedibus ipſius ſubjicerent, quo ſignificarent, totam hanc globoſam mundi molem Deo ſubjectam eſſe. in ejuſdem altera manu gubernaculum ponebant, in altera copiæ cornu; quod a Pindaro acceptum, Plutarchus, Dio Chryſoſtomus, & Lactantius prodiderunt: nimirum indicantes, omnium eſſe rerum gubernatorem Deum, eundemque bonorum omnium largitorem; ut Heſiodus loquitur, δωτῆρες ἐάων. Atque hoc ſenſu recte dictum videri poteſt a Salluſtio, fortunam in omni re dominari: recte a Cicerone, magnam fortunæ eſſe vim in utramque partem, nos enim, & cum proſpero flatu ejus utimur, ad optatos exitus pervenire; & cum illa reflavit, affligi. neque vero ita hæc intellexiſſe aut Ciceronem. aut Salluſtium exiſtimo, ſed, ut ſæpe fit, ſapientius, quam ſentiebant, locutos. Demoſthenes autem, non orator modo ſummus, verumetiam philoſophus, omnem prorſus rerum humanarum rectionem ac gubernationem fortunæ tribuit: Μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστι τὰ τῶν ἀνθρώπων. Quid autem fortunæ nomine intelligat, ipſe paulo poſt docet. cum enim dixiſſet, ſi quis ſibi optionem daret, malle ſe Athenienſium fortunam, quam Philippi: cauſam ſubjiciens, cur eo ſit animo, ait plura videre ſe in Athenienſibus, quæ ad conciliandam deorum benevolentiam valeant, quam in Philippo: Πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ὑμῖν ἐνούσας, ἢ ἐκείνῳ. Ecquid videtur aperte profiteri, ſe fortunæ proſperitatem in divina benevolentia ponere? Quod ſi, quiſquis eſt qui verſiculum illum fecit, τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία, quem Cicero ita interpretatus eſt, *Vitam regit fortuna, non ſapientia;* eum, inquam, quicunque fecit, ſi ita intellexit, ut ego intelligo, næ merito illum Theophraſtus in Calliſthene commendavit: ipſumque Theophraſtum injuria & Plutarchus, & alii inceſſendum

eo nomine, atque exagitandum putarunt. hoc enim dicere voluit, res humanas non humana, ſed divina providentia, gubernari: omneſque hominum deliberationes inanes eſſe atque irritas, niſi eis voluntas divina comitetur. Quid enim? nonne quotidie videmus, quæ ſapientiſſime cogitata viderentur, peſſime cedere? quod ſi calidiſſima exercitatiſſimorum hominum conſilia eventus plerumque deſerit: tamen ne pertinaces erimus, & in humana prudentia momenti aliquid poſitum eſſe dicemus? commovere nos deberet vel illa ſepulcralis ſapientiſſimæ Cypriorum reginæ inſcriptio:

Σοφὴ μὲν ἤμην, ἀλλὰ πάντ᾽ ἐκ εὐτυχής.

Sapientem ſe fuiſſe prædicat, ſed infortunatam, filiæ enim turpitudinem, & filiorum mortem acerbiſſimam viderat: ipſaque ſe, malis victa, inuſitato mortis genere peremerat. Timotheum Athenienſem (quem alii Cononis filium, Vlpianus rhetor Cononis patrem facit) & multis victoriis, & ſtatua in foro poſita inſignem, pictor quidam effinxerat dormientem, & retia tenentem manu, aſtabat dormienti fortuna, quæ caſtella, urbeſque plurimas in ea retia demitteret. ægre tuliſſe picturam illam Timotheus fertur, & gloriatus eſſe, illas victorias, non fortunæ beneficio, ſed ſua ſibi virtute partas. quæris, quid conſecutum ſit? ne unam quidem eſt, poſtea quam illam vocem edidit, victoriam conſecutus. Voluit videlicet Deus hominis arrogantiam compeſcere. & oſtendere ejuſmodi res a ſua munificentia, non ab humana virtute ſapientiave proficiſci: nam & ob hoc ipſum quæ fortuna, eadem alio vocabulo Nemeſis dicitur. Video autem, quæri poſſe, ſi fortuna, ut nos dicimus, eadem & divina providentia eſt, qui factum ſit, ut eam multi omnibus conviciis inſecuti ſint, & cæcam, injuſtam, inconſtantem, ac volubilem vocaverint. cui quæſtioni non difficiliter occurri poteſt. Etenim nemo eſt, qui neſciat, optimis plerumque viris maximas in vita difficultates ac moleſtias objici: exilia, vincula, egeſtatem, morbos, orbitatem, contemptum, odia, illorum proprium quaſi patrimonium eſſe. at contra improbiſſimos ac nefarios homines ſæpenumero affluere divitiis, florere honoribus, abundare iis omnibus, quæ ſuavem vitam efficiunt, inter clientum adulatorumque turmas, ſine ullo prope moleſtiæ morſu, totum vitæ ſpatium conficere videmus. hinc illæ in fortunam querelæ hominum neſcientium ea omnia divino conſilio fieri, & habere veriſſimas cauſas partim ſubtiliter explicatas a theologis, partim etiam in arcanis divinitatis abditas ac retruſas. non igitur cæca fortuna: Dei enim oculus, ut dicitur, videt omnia: ſed cæci potius ipſi, qui non viderent, Deum dare bonis, ac fortibus viris non ocioſam deſidere virtutem, ſed ubi ſe exerceat. Quid enim attinuerat munire fide, armare fortitudine, ac patientia Regulum, ſi in viola ei, aut in roſa mo:iendum fuiſſet? Quorſus Herculi invictum illum corporis & animi robur, ſi in umbra ei fuiſſet, atque in ocio conſeneſcendum? Mollia, planaque itinera dedignatur virtus, ardua, ſalebroſa, atque aſpera concupiſcit. Exerceri ſuos Deus omni acerbitatum genere vult, ut habeat, quod in eis remuneretur. neque enim eſſe aut præmium ſine victoria, aut victoria ſine certamine, aut certamen ſine adverſario poteſt. malis autem interdum opes, honores, imperia permittit, ut hoc ipſo argumento intelligant boni, non eſſe in his rebus poſitam virtutis mercedem: longeque præſtantiora eſſe ab illo ſuis laboribus præmia conſtituta. Quod autem inconſtantem eam, & volubilem dicunt: magis etiam indicat, eam nihil aliud, quam Dei voluntatem, eſſe: quæ non ipſa quidem mutabilis eſt: ſed aſſidua rerum humanarum mutatione, ac viciſſitudine condocefacit nos, ne quid in eis firmum, aut ſtabile putemus.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει,
Ῥεῖα δ᾽ ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Video, plus hac de re verborum factum eſſe, quam inſtitutæ ſcriptionis ratio poſtu-

neque enim ſunt aut obſcura, aut non multa commiſſa poſtea, quoties tu me deſignatum, quoties conſulem interficere conatus es? quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari non poſſe viderentur, parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore effugi. Nihil

poſtulabat. ſed me paulo provectum a portu longius, in altum poſtea ſubitus quidam diſputationis æſtus abduxit. quod ſi hoc quaſi diverticulum lectoribus non inamœnum fuerit, cur excuſare me debeam, non eſt. cui minus placere a principio cœperit, ei liberum erit paginas aliquot tranſilire. Omnino, ſcribenti ad te, LEONARDE MOCENICE, exurgendum aliquando altius, & ex illo philoſophiæ, cujus tu præcipue ſtudio caperis, locupletiſſimo penu ſplendidius aliquid depromendum fuit. *Muretus.*

Fortunam P. R.] De qua extat perelegans Plutarchi libellus. *Idem.* *Sed fortunam reip. obſtitiſſe*] *P. R.* eſt in veteribus libris, pro *reip.* quam ego veram hujus loci lectionem puto: ſic enim alibi Cicero locutus eſt. & in argenteo denario Q. SICINII, fortunæ, ut opinor, imagini titulus adſcriptus eſt FORT. P. R. hoc eſt (ut ego interpretor) *Fortuna populi Romani.* F. Vrſinus. Non notis ſcripta hæc ſunt in meo primo, ſed integre *Fortunam populi Romani.* quod merito cum Fulvio & Mureto amplector. *Grævius.*

Aut non multa poſt commiſſa] Libri veteres, *aut non multa poſtea commiſſa:* atque ita emendandum eſt. duabus enim de cauſis illa omittere ſe dicit; quod & nota ſint, & multa alia poſtea Catilina commiſerit. *Muretus.* *Aut non multo poſtea*] Sic reſtituit Muretus ex auctoritate librorum antiquorum. Nam vulgo legitur, *aut non multo poſt commiſſa.* Et, ne tempus in ea re lectori ſignificanda conſumam, ſemel dico, omnes locos in his orationibus reſtitutos, præter eos, qui aliud nomen præſcriptum habebunt, a Mureto ex auctoritate veterum codicum eſſe reſtitutos. *Lambinus.* *Multa* tamen rectius legitur apud Muretum, ac in meo primo & ſecundo, in quibus clarior quoque eſt verborum ordo. Sic enim in illis ſcribitur: *aut non multa commiſſa poſtea.* Grævius.

Quoties tu me deſignatum] Libri veteres, *Quoties tu me deſignatum, quoties conſulem interficere conatus es?* melius omnino, quam quomodo impreſſum eſt. *Muretus.*

Quoties conſulem interficere voluiſti? quot] Ita habent vulgati codices: manuſcriptus autem qui apud me eſt, longe melius *interficere voluiſti vel conatus es.* plus enim eſt conari, quam velle. *F. Vrſin.* *Interficere conatus es?*] Modius iſtud potius habuit Epiſt. v. & vero exſtat a prima manu in Hitt. a ſecunda in Pal. ſec. ac V. neque aliter editio princeps. vulgo *voluiſti?* Gruterus. *Interficere conatus es* præ ſe fert etiam meus ſecundus & Pithœanus. *Grævius.*

Petitiones] Ἐμβολάς verbum gladiatorium, ut ante dixi. *Muretus.*

Corpore effugi] Duobus modis vitare petitionem adverſarii licet: ut aut objectu & oppoſitu alicujus rei, ictum repellas, aut declinatione corporis, irritum reddas. hoc poſterius vocabant, *corpore effugere.* Idem. *Parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore effugi?*] In verbo, *effugi*, reperi lituram in libris veteribus. Ex quo exiſtimabam olim (& maneo in ſententia) legendum, *evaſi*, idque ex obſcuris antiquæ ſcripturæ veſtigiis. alii dicunt, ſe in libris antiquis reperiſſe, *exceſſi*, pro, *effugi.* quibus, ego vix credo. nam, cum ſim uſus codicibus antiquiſſ. nullum tamen hujus verbi vel tenuiſſimum indicium animadverti. Cetera hujus loci ſic vellem legi, *parva quadam declinatione, ut ajunt, corporis.* ſed movet me Virgilius, qui ſic loquitur lib. 6 Æneid. *Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit.* Quare vel ſic legendum, *parva quadam declinatione, & (ut ajunt) corpore evaſi.* vel ſic *p. q. d. &, ut*

l agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi lateeat in tempore, neque tamen velle ac conari deſiſtis. :ies jam tibi extorta eſt iſta ſica de manibus? quoties excidit caſu aliquo, & elapſa eſt? tamen ea carere ıs non potes: quae quidem quibus abs te initiata ſacris

ſunt, c. cxii. quo modo loquuntur ıs, & Virgilius. Qua de re plura nentariis Lucretianis. *Lambinus.*

effugi] Nihil varietatis reperi in aut Guilielmius in ſuis. Giſanius teſtatur ad Lucretium in *Exire*, n ſuo, *corp. exceſſi:* quomodo ocum laudat Servius IX Æneidos. erplacet. gladiatorum enim vert. Lambino nemo auſcultabit qui nimicitias ejus cum altero illo. s.

l agis, nihil aſſequeris] *Aſſequi* eſt eiv. quod plane hoc loco non iit. itaque legendum ſuſpicor, *is, nihil ſequeris, nihil moliris.* eſt, *nihil ſequeris*, nihil tibi propo*ſueret.* Non probo. Propoſuerat ique Catilina Ciceronis cædem: quod ſibi propoſuerat non aſſeque- *Nihil agis, nihil aſſequeris*, eſt quæ agitas ſunt irrita, omnia euæ moliris tempeſtive ſcio. *Gra-*

d mihi latere valeat in tempore] Ego ocum reſtituo, conjectura ductus, *ibi patere non ſoleat.* Nam vulgata, *quod mihi latere valeat*, ὑπονοό- eſt, nec poteſt ferri. ſic ſupra s eſt: *patere tua conſilia non ſentis?* vero multo tolerabilior eſt ea, eperitur in quodam codice manuſ. *e latere valeat*, &c. Nam, *valeat*, *poſſit*, non eſt uſitatum Ciceroni. quoque reperi, *quod me latere queat.* ego puto rectam eſſe. illud autem um, quod ſequitur in aliis libris, *pore*, non eſt in illo libro. *Lamb.*

mihi latere valeat in tempore] Pal. & nonus & v. horum verborum m habent veſtigium. & vero ſunt : alicujus additamentum. nam & editio ſolum habet, *quod me la-aleat*, ſine illo, *in tempore.* Mo-tamen mire digladiatur contra Ful-vium noſtrum pro illo ſuo, *quod me latere poſſit in tempore:* quod etiam in Col. reperit Guilielmius. *Gruterus.* In meo primo omnia verba hæc etiam non leguntur. In ſecundo vero & Francii ac Pith. & Duisb. *quod me latere poſſit.* Sed a ceteris libris, in quibus rectiſſime ſcribitur *mihi latere* minime eſt diſcedendum. Nam ſic Latinæ linguæ genius & conſuetudo poſtulat, ut dicatur, & dixerint quoque *latet mihi.* Sicut enim dixerunt, *hac res patet mihi*, ſic etiam dixerunt, *hac res latet mihi.* Ἑλληνισμὸς eſt, cum dicant, hæc res latet me λανθάνει με, ut olim docuit doctus ille Fr. Sanctius in Minerva lib. II, cap. 4. quem vide. *In tempore* eſt tempeſtive, mature, minimeque delendum. Terent. *In tempore venire rerum omnium eſt primum.* Pro quo Comici ſæpe dicunt per ellipſin *tempori*, & *tempore.* Mox meus ſecundus rectius, *neque tamen velle ac conari.* Voluntas præcedit conatum. *Gravius.*

Quoties jam, quoties jam tibi extorta eſt] Elegantius videtur, quomodo ſcriptum eſt in antiquis libris: *Quoties tibi jam, quoties jam extorta eſt ſica iſta de manibus?* ut ſit ſimilis repetitio illi Demoſthenicæ, οὐ γάρ, οὐκ ἔστιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c. *Muretus.* *Quoties jam tibi extorta*] Vulgo repetitur, *Quoties jam, quoties jam tibi.* ſed ſic nulli ſcripti noſtri, nullæ edd. veteres: neque aliquid in eo ſubodoror elegantiæ. *Gruter.* Nec in meis libris quicquam repetitur, nec in Pithœi. In ſequentibus ſic Duisb. *quoties excidit caſu, & elapſa eſt?* Græv.

Quibus abs te initiata ſacris] Sententia eſt. ita te geris, ut voviſſe videaris alicui Deo, te ſicam illam in conſulis corpore defixurum. hac enim Cottam primo, & Torquatum, deinde me conſulem ſæpe jam e medio tollere conatus es. *Muretus.*

cris ac devota ſit, neſcio, quod eam neceſſe putas eſſe
7 conſulis in corpore defigere. Nunc vero, quae eſt iſta tua vita? ſic enim jam tecum loquar, non ut odio permotus eſſe videar, quo debeo, ſed ut miſericordia, quae tibi nulla debetur. Veniſti paullo ante in ſenatum. quis te ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac neceſſariis ſalutavit? Si hoc poſt hominum memoriam contigit nemini, vocis exſpectas contumeliam, cum ſis graviſſimo judicio taciturnitatis oppreſſus? Quid, quod adventu tuo iſta ſubſellia vacuefacta ſunt? quod omnes conſulares, qui tibi perſaepe ad caedem conſtituti fuerunt, ſimulatque aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? Servi mehercle mei

ſi me

Veniſti paulo ante in ſenatum] Veniſſe eum in ſenatum, ait Salluſtius, aut diſſimulandi cauſa, aut ſui expurgandi, ſicuti jurgio laceſſitus foret. quibus in verbis, ſæpe cogitavi, quid ſibi vellet illa vox, *jurgio*. nunc in libro manuſcripto, quem mihi Franciſcus Capellius, patriciis Venetus, honeſtiſſimus adoleſcens, dono dedit, non valde illo quidem bono, ſed tamen, *cuicuimodi eſt*, in eo ſcriptum video: *Sicut jurio laceſſitus foret:* unde conjicio, pro, *jurgio*, legendum, *injuria*. Muretus.

Subſellia vacua facta ſunt] Lib. veteres habent *vacuefacta ſunt:* ut ſupra. *Lamb.* *Subſellia vacua facta ſunt*] F. H. V. item Pal. nonus, nec non Carrionis ac Lambini mſſ. *vacuefacta ſunt*, ut ſupra. *Grut.* Primus meus optimus adſtruit *vacuefacta*.

Quid, quod omnes conſulares] Particula, *quid*, in veteribus libris hoc loco non repetitur. neque ſane repeti debet. tale quiddam infra quoque notabimus. *Muretus.* *Quod omnes conſulares*] Antea præmittebatur; *quid quod*. ſed ea non invenitur in mſſ. noſtris aliorumve. *Grut.* In Francii libro tamen legitur, ſed a ceteris abeſt.

Ad cadem conſtituti fuerunt] MS. *ad cadem conſtituti fuerant*.

Simulatque adſediſti] Colon. Baſilicanus, *ſubſediſti*. nec refugit Guilielmius. etſi enim proprie inſidiatorum, qualis hic Catilina, non nimis abhorret a Senatore. nam a ſubſidere *ſubſellia*. unde Pompejus Senatum *longum ſubſellium* nominabat. *Gruterus.* In Grævii ſecundo ſcribitur quoque *ſubſediſti*.

Servi mehercle mei] Magnum atque excellens hujus loci artificium eſt. confert enim ſe cum Catilina, ita ut ſe quidem ingenuæ cujuſdam humanitatis, Catilinam vero ſuperbæ cujuſdam, & non tolerandæ plenum crudelitatis oſtendat. deinde quod ſervos cum civibus comparat, profiteturque pluris a ſe ſervos ſuos fieri, quam a Catilina cives, mirifice ad ſtruendum odium valet. neceſſe eſt enim, ut exardeſcat auditor, & in eum indignatione incitatus feratur, a quo ſe minoris fieri audit, quam ab alio ſervos. neque non illud, DOMVM MEAM, magna cum vehementia dictum eſt. Domum, inquit, eam, cujus ipſe dominus ſum; in quam non modo ſervis, ſed nulli omnino homini, extra me unum, quicquam juris eſt; ſervorum cauſa relinquerem: tu urbem, quo civium animos expleas, relinquendam non dubitabis? *Muretus.*

Servi mehercle mei] Argumentum ex minori, id eſt, ex minus veriſimili.

vix

ſi me iſto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? &, ſi me meis civibus injuria ſuſpectum tam graviter atque offenſum viderem; carere me aſpectu civium, quam infeſtis omnium oculis conſpici mallem. tu cum conſcientia ſcelerum tuorum agnoſcas odium omnium juſtum, & jam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes ſenſuſque vulneras, eorum adſpectum praeſentiamque vitare? Si te parentes timerent atque odiſſent tui, neque eos ulla ratione placare poſſes, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. nunc te patria; quae communis eſt omnium noſtrum parens, odit ac metuit: & jamdiu de te nihil judicat,

vix enim credibile eſt, quenquam tantum tribuere ſervis ſuis, ut propter eos ſuam ſibi domum relinquendam putet. quod tamen hic tanquam verum ponitur. Si igitur id quod minus credibile videtur eſt: deberet eſſe & id, quod majori probabilitate nititur. *Muretus.*

Si me iſto pacto metuerent] Libri veteres, *metuerent atque odiſſent:* & paulo poſt: *Tu tibi urbem relinquendam non arbitraris?* de quo alii judicent. *Idem.* Francii etiam: ſi me *iſto pacto metuerent atque odiſſent*, ut paullo poſt: *Si te parentes timerent atque odiſſent*. In ſequentibus *relinquendam* itidem repetit idem codex.

Et ſi me meis civibus] Alterum argumentum indidem ductum, unde ſuperius: Ego inquit, ſi vel injuria odio me eſſe civibus ſcirem, urbem relinquerem. quid te facere oportet, qui juſtiſſimum in te omnium odium agnoſcis? *Muretus.*

Injuria ſpectatum tam graviter, atque offenſum] Libri veteres, *atque infenſum*, neque dubium eſt, quin ita ſcribi debeat. *Idem.* *Atque offenſum viderem*] Libros veteres habere, *atque infenſum*, teſtatur Muretus. ego tamen in uno hanc receptam reperi: in alio *offenſum*. Quapropter nihil muto, præſertim cum *offenſus*, idem interdum valeat, quod *infenſus*. Cicero lib. 1 ad Attic. *Alienatus, & offenſus animus*. Plancus ad Cic. lib. 10 epiſt. *Aut hominem offenſum mihi, conjunctum cum rep. non ſublevaſſem.* Lamb. *Injuria ſpectatum tam graviter, atque offenſum viderem*] Muretus probat e ſuis *infenſum*. male. videndum potius an non *ſpectatum* mutandum in *ſuſpectum*, quod eſt in Pal. ſec. ſexto, decimo, F. V. nam Pal. nonus neutram vocem agnoſcit. *Gruterus.* *Suſpectum* omnes mei libri & editiones meliores præ ſe ferunt. *Offenſum* recte tuetur Lambinus. Noli hic Muretum audire. Mei etiam omnes libri repugnant. *Offenſus* a ſæpius eſt infenſus. Cic. pro Cluent. *Quem ſibi offenſiorem ſciebat*. Suet. Iul. 19: *Omnibus officiis Cn. Pompejum aſſectatus eſt, offenſum patribus*. Grævius.

Si te parentes] Hoc a pari ductum videri poteſt. Par ratio eſt parentum & patriæ. At ſi te parentes metuerent atque odiſſent, ſecederes. idem igitur facere debes, cum te metuat atque oderit patria. *Muretus.*

Et jam diu te nihil judicat] Ego ſic reſtitui, cum ita legatur in libris pleriſque vulg. *& jam diu de te*, &c. Nam hic ordo, atque hæc veiborum ſententia eſt, & jam diu judicat, te nihil, niſi de patricidio ſuo cogitare. *Lambinus.* Mei omnes vulgatam tuentur. Nihil tamen

 cer-

dicat, niſi de parricidio ſuo cogitare. hujus tu neque auctoritatem verebere, neque judicium ſequere, neque vim pertimeſces? Quae tecum, Catilina, ſic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullum aliquot jam annis facinus extitit niſi per te: nullum flagitium ſine te: tibi uni multorum civium neces, tibi

certius eſſe exiſtimo correctione Lambini. Error ortus ex repetitione τῶ *te*, quorum primum poſt tranſiit in *de*. Hanc emendationem recepit Manutius, quod ego invitis omnibus libris antiquis facere non ſuſtinui. *Grævius.*

Quæ tecum, Catilina, ſic agit] Longe pulcherrimum exemplum προσωποποιΐας, quam vel conformationem, vel perſonæ fictionem Latine vocare poſſumus. Porro & hoc, & alterum, quod in hac ipſa oratione reperiemus, & illud Appii Cæci in oratione pro Cœlio, puto ad imitationem Platonis efficta eſſe, qui hoc modo leges in Critone, veteres Athenienſes pro patria mortuos in Menexeno loquentes introduxerat. *Muret.* Meus uterque & Franc. *Quæ tecum Catilina ſic ait.* Sed vulgata non eſt loco movenda. *Agere cum aliquo* ſæpe eſt cum aliquo loqui. v ad famil. epiſt. 2: *Egi cum Claudia uxore tua, & cum veſtra ſorore Mutia, ut eum ab illa injuria deterrerent.* Grævius.

Nullum jam tot annos] Quod duo membra ab eadem voce incipiunt, anaphora eſt. quod totidem in eandem vocem deſinunt, epanaphora. quod variatur caſibus oratio, per *te*, ſine *te*, *tibi uni*, *tu non ſolum*, polyptoton. in illis autem, *negligendas*, *evertendas*, *perfringendas*, homœoptoton. hæc annoto ſubinvitus, ut iis ſatisfaciam, qui, explicare artificium nihil putant eſſe aliud, quam figuras indicare. atque hæc ſemel attigiſſe ſatis eſt: ſi enim quoties aliqua figura occurrit, toties eam nominare velimus, nihil aliud agendum fuerit. *Mur.* *Nullum aliquot jam annis facinus*] Melius ſic mſſ. noſtri quam ut hactenus lectum; *Nullum jam tot annos facinus.* quod tamen non eſt in exoletis editionibus. Supra etiam reſcripſi, *de te nihil judicat*; volentibus iiſdem membranis. *Gruterus.*

Multorum civium neces] Multos admodum cives Sullanis temporibus Catilina interfecerat: ut teſtatur Dio lib. 37. & Aſconius exponens orationem in toga candida. ubi ex eis nominat Q. Cæcilium M. Volumnium, L. Tantaſium: M. etiam Marii Gratidiani, ſummæ popularis hominis, qui ob id bis prætor fuit, caput abſciſſum, per urbem ſua manu tulerat. ſed præſtat, his de rebus omnibus, Q. Ciceronis in commentario de petitione conſulatus verba recitare: *Hunc negliges quidem,* (de Catilina loquitur) *natum in patris egeſtate, educatum in ſororis ſtupris; corroboratum in cæde civium: cujus primus ad remp. aditus in equitibus Rom. occidendis fuit. nam illis, quos meminimus, Gallis, qui tum Titiniorum, ac Vanniorum, ac Tanuſiorum capita demebant, Sulla unum Catilinam præfecerat. in quibus ille hominem optimum, Q. Cæcilium, ſororis ſuæ virum, equitem Rom. nullarum partium, cum ſemper natura, tum etiam ætate jam quietum, ſuis manibus occidit. Quid ego nunc dicam, petere eum tecum conſulatum, qui hominem cariſſimum populo Romano M. Marium inſpectante populo Romano virgis per totam urbem ceciderit, ad buſtum egerit, ibi omni cruciatu lacerarit, vivo, ſtanti, collum gladio ſua dextera ſecuerit, cum ſiniſtra capillum ejus a vertice teneret: caput ſua manu tulerit, cum inter digitos ejus rivi ſanguinis fluerent? qui poſtea cum hiſtrionibus, & cum gladiatoribus ita vixit, ut alteros libidinis, alteros facineris adjutores haberet: qui nullum in locum tam ſanctum, & tam religioſum acceſſit, in quo non, etſi in aliis culpa non eſſet, tamen ex ſua nequitia dedecoris ſuſpicionem relinqueret: qui ex curia Curios, & Annios, ab atriis Sapalas, & Carvilios, ex equeſtri ordine Pompilios, &*

* Cives

tibi vexatio direptioque ſociorum impunita fuit ac libera: tu non ſolum ad negligendas leges ac quaeſtiones, verum etiam ad evertendas perfringendasque valuiſti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen ut potui tuli. nunc vero me totam eſſe in metu propter te unum. quidquid increpuerit, Catilinam timeri: nullum videri contra me conſilium iniri poſſe, quod a tuo ſcelere abhorreat; non eſt ferendum. Quamobrem diſcede, atque hunc mihi timorem eripe: ſi eſt verus ne opprimar; ſin falſus, ut tandem aliquando timere deſinam.
Haec ſi tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne im- 8
petrare debeat, etiam ſi vim adhibere non poſſit? Quid?

* *Cneos ſibi amiciſſimos compararit: qui tantum habet audacia, tantum nequitia, tantum denique in libidine artis, & efficacitatis, ut parentum prope in gremiis praetextatos liberos conſtupraris.* Hæc, & alia multa Quintus. Fratrem etiam interfecit, ut ait Plutarchus, interfecit quoque filium, ut antea diximus. Sed quæ de horrendo ſupplicii genere, quo Marius Gratidianus peremptus eſt, apud Iulium Firmicum leguntur, ea, quando non ita pervulgata ſunt, haud ab re fuerit apponere. *Pratorio*, ait Firmicus, *viro, minori ſcilicet Mario, qui judicio omnium bene meritus de republ. videbatur, Sullana juſſione, eliſa ſunt prius crura: deinde dejecta de ſtatu corporis brachia, humerum tenus diſſoluta ceciderunt: tertio amputata lingua vocem reliquit in faucibus, ad poſtremum omni corporis parte mutilata oculi, qui fuerunt ſpectatores & ſuperſtites, eguntur: & in tam anguſto corpore, a nefario patria carnifice, tot ſunt inventa ſupplicia: & vix anima tantis vulneribus erogata eſt: cum hinc inde membris fluentibus, minutatim ſpiritus carperetur.* Muret.

Tibi vexatio, direptioque ſociorum] Africam dicit: quam Catilina miſeris modis divexaverat. vide Aſconium. *Idem.*

Tu non ſolum ad negligendas leges] Negligit leges, ac quæſtiones, qui earum metu a peccando non continetur. eaſdem perfringit, qui cum in judicium adductus, manifeſto teneatur, aliqua tamen via elabitur. Catilina autem primum accuſatus fuerat repetundarum, Lepido & Tullo Coss. atque abſolutus per prævaricationem accuſatoris P. Clodii: deinde etiam cædis, conſulibus Cæſare & Figulo, ut eſt apud Dionem, & tunc quoque abſolutus. Hoc quoque ipſo tempore interrogatus erat lege Plautia ab L. Paullo. Salluſtius. *Idem.*

Evertendas] Veteres libri, *evincendas.* Idem. *Ad evincendas perfringendaſque*] Habent iſtud Pall. item Mureti nec non aliorum mſſ. firmantque vetuſte editi, niſi quod ii *ad devincendas.* vulgatur tamen paſſim *ad evertendas.* imo ubi præcedit; *non ſolum ad negligendas leges*, &c. eſt in Fabr. & Hitt. *ad vertendas leges:* Guilielmius putabat verum eſſe, *ad evertendas.* ut *evertat* leges ac quæſtiones, qui efficit ne lege lata de maleficiis ſuis quæratur: *evincat*, qui lege jam lata & quæſtione conſtituta vim judiciorum perfringit. *Gruterus.*

Tamen ut potui tuli] Francii non male: *pertuli ut potui.*

Si verus, ne opprimar] Hoc orationis genus Hermogenes σχῆμα διλήμματον vocat. *Muretus.* Omnes mei: *ſi eſt verus* quos ſequor. *Gravius.*

Quid? quod tu te ipſe in cuſtodiam dediſti? quid? quod vitandae ſuſpicionis cauſa apud M. Lepidum te habitare velle dixiſti? a quo non receptus etiam ad me venire auſus es: atque ut domi meae te aſſervarem rogaſti. cum a me quoque id reſponſum tuliſſes, me nullo modo poſſe iiſdem parietibus tuto eſſe tecum, qui magno in periculo eſſem, quod iiſdem moenibus contineremur, ad Qu. Metellum praetorem veniſti; a quo repudiatus, ad ſodalem tuum, virum optimum, M. Marcellum demigraſti: quem tu videlicet & ad cuſtodiendum te diligentiſſimum, & ad ſuſpicandum ſagaciſſimum, & ad vindicandum fortiſſimum fore putaſti. Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abeſſe debere, qui ſe ipſum jam dignum cuſtodia judicaverit? Quae cum ita ſint, Catilina; dubitas, ſi emori aequo animo

Quid? quod tu te ipſe in cuſtodiam] Hac de re ita Dio libro 37. Καὶ τῷ Κικέρωνι αὐτῷ τηρεῖν ἑαυτὸν, ὅπως δὴ μὴ φύγῃ τι, παρεδίδου. μὴ προσδεξαμένου δ' ἐκείνου τὴν φρουρὰν αὐτοῦ, παρὰ τῷ Μετέλλῳ τῷ στρατηγῷ τὴν δίαιταν ἑκουσίως ἐποιεῖτο, ἵν' ὡς ἥκιστα ὑποπτευθῇ νεωτερίζειν τι, μέχρις ἂν ἐν τῇ αὐτόθι συνωμοτῶν ἰσχυρόντι προσλάβῃ. Hæc Dio: quem errare, ex hoc loco aperte cognoſcitur: non enim apud Metellum prætorem, ſed apud Marcellum diverſatus eſt Catilina. *Muretus.*

Quid? quod vitandæ ſuſpicionis] Franc. *quod vitandæ ſuſpicionis*, ut in capite præcedenti: *quod omnes conſulares*, ubi quoque vulgatæ *quid* addunt.

Apud M. Lepidum] Qui conſulatum cum Volcatio geſſerat. *Muretus.*

Id reſponſum] Libri veteres, *id reſponſi*. Idem.

Ad Q. Metellum prætorem] Q. Cæcilium Metellum Celerem dicit: qui, biennio de more interjecto, conſulatum poſtea cum L. Afranio geſſit. *Idem.*

Virum optimum], Ironiam eſſe, annotat Fabius lib. 9. & ſane, quomodo idem Catilinæ ſodalis, & vir optimus eſſe potuiſſet? *Idem.*

M. Marcellum] Conſtat, non eſſe eundem, quem paulo poſt, virum fortiſſimum vocat: id eſt, eum, pro quo extat oratio ad Cæſarem opinor, hunc M. Marcellum illius C. Marcelli, quo de in Sextiana defenſione mentio eſt, patrem fuiſſe. quam in ſententiam, aut potius conjecturam, adduxit me Paulus Oroſius, qui libro ſexto hiſtoriarum ita ſcribit: *Motus etiam in Pelignis ortus a Marcellis patre & filio, per L. Vectium proditus, patefacta Catilinæ conjuratione, quaſi ſuccisa radice, compreſſus eſt: & de utroque, per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Brutiis vindicatum eſt.* Idem.

Quem tu videlicet] Hæc omnia εἰρωνικῶς accipienda ſunt. *Idem.*

Si hic morari æquo animo non potes] Haud aliter Pall. noſtri, editique. nam Victorius, *Si emori æquo animo*, &c. ſequentes *ſi hic emori*, quod impugnat Zinzerlingus capite XLVIII. *Gruterus.* Certiſſima eſt lectio codicum antiquorum, quos ſecutus eſt Victorius, & editores priſtini, quam & meus primus, & Francii cum Duisburgenſi ſtabiliunt. *Emori* ut in epiſtola 15, lib. 2 ad familiares: *Cæſarem honeſtum eſſe cupio, pro Pompejo emori poſſum.* Sic & alibi. Sententia eſt, ſi non

[redacted]

mo non potes, abire in aliquas terras, & vitam iſtam multis ſuppliciis juſtis debitiſque ereptam fugae ſolitudinique mandare? Refer, inquis, ad ſenatum, id enim poſtulas, &, ſi hic ordo placere ſibi decreverit, te ire in exſilium, obtemperaturum eſſe dicis. Non referam id, quod abhorret a meis moribus, & tamen faciam ut intelligas, quid hi de te ſentiant. Egredere ex urbe, Catilina: libera rempublicam metu: in exſilium, ſi hanc vocem exſpectas, proficiſcere. Quid eſt, Catilina? ecquid attendis? ecquid animadvertis horum ſilentium? patiuntur, tacent. quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perſpicis? At ſi hoc idem huic adoleſcenti optimo, P. Sextio, ſi fortiſſimo viro, M. Marcello dixiſſem: jam mihi conſuli hoc ipſo in templo ſenatus jure optimo vim & manus intuliſſet. de te autem, Catilina, cum quieſcunt, probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant. neque hi ſolum, quorum tibi auctoritas eſt videlicet cara, vita viliſſima: ſed etiam illi equites Romani, honeſtiſſimi atque optimi viri, ceterique fortiſſimi cives, qui circumſtant ſenatum: quorum tu & frequentiam videre, & ſtudia perſpicere, & voces paullo ante

non potes a te impetrare, ut hic moriaris, ſive manus tibi ipſe inferens, ſive aliena manu utens, fuge hinc in ſolitudinem. *Grævius.*

Et, ſi hic ordo ſibi placere decreverit] Veteres libri, *Et, ſi hic ordo placere decrevit*: quæ mihi ἔλλειψις neſcio quo modo venuſtior videtur. Verbum autem, *placere*, uſitatiſſimum erat in ſenatuſconſultis. Qua de re ſi quis ambigit, legat Senatuſconſulta illa, quæ ſunt in epiſtolis Cœlii ad Ciceronem. *Muretus.*

Non referam] Et ex hoc, & ex aliis, ſed ex hoc potiſſimum loco colligo, verum non eſſe, quod ait Dio, ſenatusconſulto ex urbe abire juſſum eſſe Catilinam. ſenatuſconſultum enim, niſi referente Cicerone, fieri non potuit. at is aperte ſe relaturum negat. *Idem.*

P. Sextio] P. Sextio Gallo, quæſtori C. Antonii conſulis, pro quo extat Ciceronis oratio. *Idem.*

M. Marcello] Hic ille eſt, ut ante dixi, quem poſtea apud Cæſarem defendit Cicero. *Idem.*

De te autem Catilina, cum quieſcunt, &c.] Hunc locum profert Diomedes lib. 1, cap. de Verbo. *Lambinus.*

Cum tacent, clamant] Tale eſt illud e divinatione, *etiam ſi tacent, ſatis dicunt.* & illud Catulli, *Nequicquam tacitum cubile clamat.* Muretus.

Neque hi ſolum] Non ſolum ſenatores, ſed & equites, cæterique cives, qui circumſtant ſenatum ſilentio ſignificant, placere, ut tu in exilium proficiſcaris. *Idem.*

ante exaudire potuiſti. quorum ego vix abs te jamdiu manus ac tela contineo: eoſdem facile adducam, ut te haec, quae jampridem vaſtare ſtudes, relinquentem,
9 uſque ad portas proſequantur. Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu ut umquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? tu ut ullum exſilium cogites? Vtinam tibi iſtam mentem dii immortales duint!

Vſque ad portas proſequantur] Mos antiquus erat proſequendi eos, qui in exilium abirent. Sic in oratione, quæ proxime hanc ſequitur: *Vel ejecimus, vel emiſimus, vel ipſum, egredientem urbe, proſecuti ſumus.* Sic apud Euripidem Hippolytus:

> Ἴτ᾽ ὦ νέοι μοι τῆσδε γῆς ὁμήλικες,
> Προσείπαθ᾽ ἡμᾶς καὶ προπέμψατε
> χθονός. Muretus.

Quanquam quid loquor?] Reprehendit ſeipſum, quod tam multis verbis cohortatus fuerit Catilinam, ut in exilium proficiſceretur. ait enim, id nullo modo ab eo expectari oportere. *Idem.*

Vt ullum tu exilium cogites?] Optime meus primus, *tu ut exilium cogites?* Duisb. *tu ut ullum exilium cogites.* Græv.

Vtinam tibi iſtam mentem dii immortales] Cupiditates, quæ in hominum mentibus enaſcuntur, itemque conſilia quæ capiuntur, a diis immitti multi veterum crediderunt. Hinc in poëtarum ſcriptis videmus, heroas omnia de conſilio alicujus Dei facere: Agamemnona Iunoni, Achillem, Ajacem, Diomedem, Vlyſſem, Iaſonem Palladi, Paridem Veneri, alios denique aliis deis obtemperare. etiamque ut quiſque Deus cuique homini bene aut male conſultum cuperet, ita putabatur bonum, aut malum conſilium ei dare: profuturas aut nocituras cupiditates in animum illius immittere. cujus rei exempla ab iiſdem poëtis innumera peti poſſunt. & ex hac ſententia dictum eſt a Virgilio:

> *Hic mihi neſcio quod trepido male numen amicum*
> *Confuſam eripuit mentem.*

Et a Catullo:

> *Quis Deus tibi non bene advocatus*
> *Vecordem parat excitare rixam?*

Et a Cicerone in Miloniana: *Hic dii immortales, ut ſupra dixi, mentem dederunt illi perdito, ac furioſo, ut huic faceret inſidias.* Alii contra, ipſas cupiditates, cæteraſque affectiones animi deos eſſe autumarunt. quæ utraque dogmata Virgilius his verſibus complexus eſt:

> *Dine hunc ardorem mentibus addunt*
> *Euryale, an ſua cuique deus fit dira cupido?*

Cum enim animum ipſum, aut deum, aut partem quandam dei putarent eſſe (id quod poſtea Pythagorei comprobarunt) quicquid in deo eſſet, deum eſſe credebant. neque vero, quod quaſdam cupiditates malas eſſe atque exitioſas viderent, iccirco de ſententia dimovebantur: nam deos quoque alios bonos faciebant, alios malos. ex hac opinione amor in deos relatus eſt: ex hac ſpei, timori, impudentiæ conſecrata ſunt fana: ex hac Euripides εὐλάβειαν, id eſt, cautionem, utiliſſimam deam, φιλοτιμίαν vero, id eſt, ambitionem, deam pernicioſiſſimam, & φθόνον, id eſt, invidentiam deum injuſtiſſimum nominavit. At harum quidem opinionum utramque falſam eſſe conſtat. Vera autem, &, quoniam, ut ait Ariſtoteles, verum vero pugnare non poteſt, religioni noſtræ conſentanea eſt Plotini, graviſſimi, ac ſanctiſſimi philoſophi, ſententia: omnes honeſtas & laudabiles cupiditates, omnia recta, & honeſta conſilia immitti divinitus in animos noſtros: vitioſa autem quæ ſunt, ea ex naturæ noſtræ corruptione ac depravatione proficiſci. In hanc me diſputationem deduxerunt verba illa Ciceronis, *Vtinam tibi iſtam mentem dii immortales donarent.* vere autem ut dicam, libenter facio, ut excurram in hujuſmodi locos,

quo

duint! tametſi video, ſi mea voce perterritus ire in exſilium animum induxeris, quanta tempeſtas invidiae nobis, ſi minus in praeſens tempus, recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat. Sed eſt tanti, dummodo iſta privata ſit calamitas, & a reipu-

quo rerum minutiorum tædium, admiſta graviorum, & majoris momenti argumentorum tractatione minuatur. *Muretus.*

Donarent] Plane aſſentior Petro Victorio, qui, *darent*, non, *donarent*, hoc loco legendum putat. præcipue cum hanc emendationem etiam veterum librorum auctoritas comprobet. hoc enim ipſi affirmanti facile credo: etſi in iis omnibus, quos mihi videre contigit, eadem hoc loco ſcriptura eſt, quæ in impreſſis. *Idem.* *Vtinam tibi iſtam mentem dii immortales darent*] Sic reſtituit P. Victorius. nam libri vulg. habent, *donarent*. Lambinus. *Vtinam tibi iſtam mentem dii immortales duint!*] Suppeditavit mihi hanc lectionem Cujacius, affirmatque exſtare in mſſ. quos excuſſit lib. XII Emendat. cap. 32. prius legebamus, *donarent*, aut *darent*, omnino inſulſe. *Gruterus.* In meo ſecundo eſt *dii immortales dent*, quod proxime abeſt a *duint* quod in ſuis invenit Cujacius. *Gravius.*

Sed non eſt mihi tanti] Locus aperte corruptus: qui quidem e vetuſtis libris ita reſtituendus eſt: *Sed eſt tanti: dummodo iſta*, &c. hanc autem ſententiam continent. tanti publice intereſſe duco, te ex urbe exire, ut, dum id fiat, non recuſem omnem invidiæ tempeſtatem ſubire. ſic locutus eſt etiam in oratione ea, quæ proxime ſequitur: *Eſt mihi tanti Quirites, hujus invidiæ falſæ atque iniquæ tempeſtatem ſubire, dummodo a vobis hujus horribilis belli ac nefarii periculum depellatur.* & libro 3 accuſationis: *Metuiſti, ne æs alienum tibi creſceret, ſi H-S VI millibus IↃ tibi conſtarent ea, quæ tu facile poſſes vendere H-S CC millibus? fuit tanti, mihi crede haberes, quod defenderes.* hoc enim ſignificat: Vſque eo tua intererat id facere, ut recuſandum tibi non fuerit, quominus id in tabulas referres, vel cum eo periculo, ne tibi æris alieni paululum accreſceret. nam ſi feciſſes, haberes ſaltem nunc quomodo te defenderes. & in eodem libro: *Iactabit ſe, & in his equitabit equuleis: Emi, pecuniam ſolvi, credo, etiam tabulæ proferentur. eſt tanti. cedo tabulas, dilue ſane crimen hoc Calidianum; dum ego tabulas aſpicere poſſim.* hoc enim dicit: Tam valde arbitror, ad cauſæ meæ commodum pertinere, ut tu tabulas proferas: ut non recuſem, quominus, iis prolatis, crimen hoc diluas: dummodo ego eas aſpicere poſſim. Nam quod Hotomannus, homo & probus, & inſigniter eruditus putat, priore illo loco, tale aliquid aut deeſſe, aut ſubaudiendum eſſe: Si mehercule hæc duo verba ſcribi juſſiſſes, *fuit tanti*, mihi crede, haberes, quod defenderes: hoc autem poſteriore exponit, *eſt tanti*, tanti ſunt venditi, hoc precium eſt, quo empti ſunt: neminem puto eſſe, qui non videat, quantopere utraque harum declarationum & falſa, & abſurda ſit. *Muret.* *Sed eſt mihi tanti*] Sic legendum, deleta negatione, quæ eſt in libris vulg. ut pluribus verbis docet Muretus, ad hunc locum: qua de re nos quoque nonnulla diximus in comm. Horatianis. Quod autem Hottomannus lectionem vulgatam tueri conatur, errat. Perſpicue enim hæc Ciceronis ſententia eſt, *ſed eſt mihi tanti*, id eſt, ſed ego tanti æſtimo, te ire in exſulium, ut invidiam poſteritatis ſubire paratus ſim, dummodo iſta calamitas ad alios non pertineat, ſed ſit proprie tua, & te unum tangat. *Lamb.* Vterque meus, & Duisburg. non legunt etiam *mihi*, & rectius abeſt, ut ex infinitis patet exemplis, quamvis & ſint, quibus addatur. *Gravius.*

Dummodo iſta tua privata ſit calamitas] Puto, vocem, *tua*, expungendam eſſe.

publicae periculis ſejungatur. Sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimeſcas, ut temporibus reip. cedas, non eſt poſtulandum. neque enim is es, Catilina,

non enim de calamitate Catilinæ loquitur, ſed de ea, quam ſibi impendere auguratur, ſi Catilina ipſius juſſu in exilium ierit, ut ſit ſenſus, dummodo iſta calamitas, quam ego accipiam ex invidia, quæ mihi conflabitur, ſi tu meo juſſu in exilium ieris, privata ſit, & a reipub. periculis ſejuncta, non recuſo, quominus eam ſubeam, hac conditione, ut tu in exilium eas. hujuſmodi autem ſententiæ multum & ad benevolentiam, & ad comparandam auctoritatem valent: quæ indicant animum de publica tantum utilitate ſolicitum, &, dum reip. conſulat, nihil de ſuo privato periculo laborantem. *Muretus.*

Vt temporibus reip. concedas] Omnes quatuor libri, quos excuſſi, & Pith. ac Duisb. excerpta: *ut temporibus reip. cedas.* Hoc peſſime ſcioli interpolarunt, cum reſcripſerunt *concedas* quod Latinum loquendi genus eſſe hoc loco non exiſtimo. Aliud eſt 1 in orat. de prov. Conſul. *Ego dolorem & inimicitias meas reip. conceſſi.* h. e. reip. donavi, remiſi, propter rempublicam oblitteravi. Sed *cedere reipub. temporibus*, eſt facere quod præſens ſtatus reip. poſtulat, aut injungit faciendum quanquam invitus facias & non æquo animo. x ad fam. epiſt. 11: *Fecimus id quidem temporibus cedentes, quæ valent in rep. plurimum.* Lib. IV, ep. 9: *Primum tempori cedere, id eſt, neceſſitati parere ſemper ſapientis eſt habitum.* Lib. VI, 3: *Pudori tamen malui famæque cedere, quam ſalutis meæ rationem ducere.* Phædrus libro III, 11:

Et cedo invidiæ, dummodo abſolvar cinis.

Fero invidiam, patior mihi invideri. *Grævius.*

Neque enim Catilina is es] Quicumque ſeſe a flagitiis abſtinent, vel judicio id faciunt, vel affectu. judicio ii, in quibus ratio, id eſt, ſuperior illa pars animi furentem vincit, ac domat cupiditatem, horum duplex ratio eſt. partim enim, cum oblatas ſibi nequiter agendi occaſiones vident, relinquunt eas, vel gaudentes hoc ipſo, vel certe ſine ulla moleſtia: atque ii ex habitu id faciunt. alii rationi quidem obtemperant: ſed tamen retorquent, ut dicitur, oculos ad ea, quæ omittunt, & relinquunt ea, ut Homerus loquitur, ἀχνύμενοί περ. hos Ariſtoteles ἐγκρατεῖς, Latini continentes vocant. Eorum quoque, quos affectus quidam in officio continet, bipertita itidem diviſio eſt. alii enim pudore ac verecundia ſibi moderantur: ut ingenui, ac liberaliter educati adoleſcentes, qui cum ſæpe tententur vehementiſſimis cupiditatibus, incitantibus atque extimulantibus ipſos ad carpendas omnis generis voluptates, non illi quidem, quod adhuc temperantes ſint; (ſiquidem neque prudentia in juvenilem ætatem cadit: & ſine prudentia, earum, quæ in agendo cernuntur, virtutum nulla conſiſtit) ſed cum ſibi proponant eam turpitudinem, eamque infamiam, quæ e diſſolutione ac nequitia exiſtit, & renituntur cupiditati ſuæ, & ſi quando vincantur, deprehenſi erubeſcunt. ideo dictum eſt a veteribus, verecundiam eſſe optimam cuſtodem adoleſcentiæ: alii contra, ſervili homines ingenio, metu tantum mali abſtinent a maleſaciendo: ut ſervi in comœdiis, ut ii qui eo tantum non peccant, quod horrent acerbitates ſuppliciorum, quæ ſunt legibus in facinoroſos homines conſtitutæ. ſub quod genus includendi ſunt etiam ii, qui, tantum ne in morbos incidant, ſcortari, helluative parcunt. Cum igitur, ut a principio repetens, ſummatim dicam, tria ſint in animo, quæ peccare prohibeant. pudor, metus, & ratio: nullum horum trium Cicero quicquam unquam in Catilina valuiſſe ait. eleganter autem turpitudinem pudori, periculum metui, furorem rationi, ſingula ſingulis oppoſuit: poſt ad unum verbum omnia revocavit. *Muretus.* *Neque enim is es Catiliana, ut te aut, &c.*] Cujacius producit ex ſuis libris: *neque enim*

tilina, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocarit. Quamobrem, ut ſaepe jam dixi, proficiſcere: ac, ſi mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare vis invidiam, recta perge in exilium: vix feram ſermones hominum, ſi id feceris: vix molem iſtius invidiae ſi in exſulium ieris juſſu conſulis, ſuſtinebo. ſin autem ſervire meae laudi & gloriae mavis, egredere cum importuna ſceleratorum manu: confer te ad Manlium: concita perditos cives: ſecerne te a bonis: infer patriae bellum: exſulta impio latrocinio, ut a me non ejectus ad alienos: ſed invitatus, ad tuos iſſe videaris. Quamquam quid ego te invitem, a quo jam ſciam eſſe praemiſſos, quid tibi ad forum Aurelium

enim ſis Catilina, ſi te aut, &c. nondum auſim ſequi alterum illud tuetur ſe mſſ. noſtris omnibus, nec non olim cuſis. nam poſteriores *Catilina is es, &c.* Gruterus.

Ac ſi mihi, ut prædicas, inimico] Hoc quoque orationis σχῆμα ἐλλειμματικόν ἐστι. ſive mihi conflare invidiam, ſive laudi meæ ſervire vis, egredi debes. *Muretus.*

Vix feram ſermones hominum] Fere in malam partem ſumitur. Cicero in epiſtola ad Varronem: *Dabimus ſermonem iis, qui neſciunt, nobis, quocunque in loco ſumus, eundem cultum, eundem victum eſſe. quid refert? tamen in ſermonem incidemus.* Idem lib. 4 accuſationis: *In ſermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret.* Idem pro Flacco: *Ne Lælius ex his rebus, quas ſuſcepit gloria cauſa, putet aliquid oratione mea ſermonis in ſeſe, aut invidia eſſe quæſitum.* ſed & apud Græcos eodem modo: ut Pindarus dicit, ſermones eſſe invidis pro cibo. ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖσιν. Idem.

Quamquam quid ego te invitem] Vnus liber vetus, *Quamquam quid eo te invitem.* unde dubium non habeo, quin totus locus ita legi debeat: *Quamquam quid eo te invitem, quo jam ſciam eſſe præmiſſos, qui tibi ad Forum Aurelium præſtolarentur armati? ſciam, pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem? quo etiam Aquilam illam argenteam, &c. Eo* in caſtra Manlii. eo enim ſuorum multitudinem Catilina præmiſerat, ac temperare mihi non poſſum, quin Salluſtii verbis, quibus hoc ipſum exponitur, leviter ut opinor, depravatis, opem ferre ſtudeam. ſunt autem hæc: *Poſtremo ubi multa agitanti nihil procedit, rurſus in tempeſta nocte conjurationis principes convocat per M. Porcium Leccam: ibique multa de ignavia eorum queſtus docet, ſe Manlium præmiſiſſe ad eam multitudinem, quam ad capienda arma paraverat.* Hæc poſtrema verba ita legi debere cenſeo: *Docet, ſe ad Manlium præmiſiſſe eam multitudinem, quam ad capienda arma paraverat.* Non enim Manlium ad multitudinem, ſed contra, multitudinem ad Manlium præmiſerat. *Idem.*

Eſſe præmiſſos] Ipſe enim ſperans Ciceronem ea nocte interfectum iri, proxima nocte ex urbe exiturum eſſe ſe confirmaverat. *Idem.*

Ad forum Aurelium [Qui forum Aurelium exponunt tribunal Aurelium, labi puto. Potius crediderim, ut Forum Iulium, Forum Cornelium, Forum Sempronium, Forum Appii, ita Forum Aurelium oppidum fuiſſe haud procul ab urbe: quod vel illa verba e ſequenti oratione demonſtrant: *Aurelia via profectus*

lium praeſtolarentur armati? cum ſciam jam pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem? a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam eſſe confido & funeſtam futuram, cui domi tuae ſacrarium ſcelerum tuorum conſtitutum fuit, ſciam eſſe praemiſſam? Tu ut illa diutius carere poſſis, quam venerari ad caedem proficiſcens ſolebas? a cujus altaribus ſaepe iſtam impiam dexteram ad necem civium tranſtuliſti? Ibis tandem aliquando, quo te jampridem tua iſta cupiditas effrenata ac furioſa rapiebat. neque enim tibi haec res affert dolorem, ſed quandam incredibilem voluptatem. ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna ſervavit. numquam tu

fectus eſt, ſi accelerare volent, ad veſperam conſequentur. Muret. Eſt is locus prope lævam Arminiæ ſive Floris amnis ripam vulgari nunc vocabulo *Monte Alto*, oppidum ſatis celebre. Nomen & originem habuit ab Aurelio quodam, qui Aureliam viam a Roma Piſas uſque, ſub initium haud dubiæ ſubactæ a Romanis Etruriæ, ſtravit. Quis autem fuerit ille Aurelius incertum eſt. Cluver. Ital. antiq. 11, 2.

Sciam pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem?] Omnes mſſ. noſtri præmittunt *cum*, neque ſecus antiquitus impreſſi. emendat leviter ſed vere Guilielmius, *cui ſciam pactam*, &c. manifeſte enim captatur πολύπτωτον, a quo, cui, a quo. Mureti correctio, & a libris longius diſcedit, & ſententiam torquet: quam tamen Lambinus jam in libros receperat, & quidem cum elogio; tamquam ſi a mſſ. eſſet, non a conjectura. *Gruterus.* Omnes mei & Francii, *cum ſciam.* Sed Pith. & Duisb. præterea, *cum ſciam jam pactam.* quod cur rejiciamus cauſſæ nihil video. Vltima ſyllaba prioris vocis ſequentem particulam in nonnullis libris abſorpſit. *Græv.*

Diem] Ad quam in caſtris eſſe deberes. *Muretus.*

A quo etiam aquilam illam argenteam] Romanorum legionum proprium ſignum fuiſſe aquilam, conſtat. cum autem legio divideretur in decem cohortes; prima cujuſque legionis cohors ſemper ſuſcipiebat aquilam: ut eſt apud Vegetium. erat autem aquila parvum ſacellum, ſive, ut Cicero hic loquitur, ſacrarium: in quo inerat aquilæ effigies, vel argentea, ut hic videmus, vel aurea, id ſacellum haſtæ impoſitum ex inferiori parte acutæ, quo in terram defigi poſſet, portabat is, qui aquilifer dicebatur. narrat Dio lib. 40. aquilas autem illas divino cultu affici ſolitas eſſe, & ea quæ modo recitavi, indicant, & Ciceronis hoc loco verba confirmant. *Idem.*

Aquilam illam] Quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuiſſe dicebatur. Salluſtius. *Idem.*

A cujus altaribus] Hic inter calamo notatos, & formis excuſos libros parva quædam diſcrepantia eſt. illi enim habent: *A cujus altaribus ſæpe iſtam impiam dexteram ad cædem civium tranſtuliſti.* Idem. Sic & quatuor MSS. quos Grævius vidit.

Ad hanc te amentiam natura peperit] Mire meus primus: *Ad hanc te amentia non natura peperit.* Ad hanc nimirum voluptatem, quam capis ex bello, quod patriæ infers. Sed non præfero vulgatæ ſcripturæ, cujus eſt ſententia natus es ad hos furores civiles. *Grævius.*

Im-

tu non modo otium, ſed ne bellum quidem, niſi nefarium concupiſti. nactus es ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam ſpe derelictis, conflatam improborum manum. hic tu qua laetitia perfruere? quibus gaudiis exſultabis? quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis? Ad hujus vitae ſtudium meditati illi ſunt, qui feruntur, labores tui: jacere humi non modo ad obſidendum ſtuprum, verum etiam ad facinus obeundum: vigilare non ſolum inſidiantem ſomno maritorum, verum etiam bonis otioſorum. Habes ubi oſtentes illam praeclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium: quibus te brevi tempore confectum eſſe ſenties. Tantum profeci tum, cum te a conſulatu repuli, ut exul potius tentare, quam conſul vexare remp. poſſes: atque ut id, quod

Improborum manum] Libri veteres, *impiorum manum*. Muretus.

Neque audies virum bonum] Amare dictum. quaſi nihil ei ſit bonorum virorum aſpectu alloquiove moleſtius. *Id.*

Labores tui] De Catilinæ patientia, videnda ſunt ea, quæ Salluſtius narrat. *Idem.*

Iacere humi] Et qui de nocte graſſantur, & qui furtivos ſequuntur concubitus, ſæpe jacere humi, & ſub dio pernoctare coguntur. Ovidius de amante: & milite:

Pervigilant ambo: terra requieſcit uterque:
Ille fores dominæ ſervat, at ille ducis.

Vtriuſque igitur rei cauſa ad ponendum humi corpus exercitatum dicit eſſe Catilinam. *Idem.*

Somno maritorum] Ovidius:

Nempe maritorum ſomnis utuntur amantes,
Et ſua, ſopitis hoſtibus, arma movent. Idem.

Non ſolum inſidiantem ſomno maritorum, verum etiam bonis occiſorum] Sic Pal. nonus, item Gembl. & Y. inepte antea publicabatur, *non ſolum ad inſidiandum ſomno mar.* idem tres mſſ. item Pal. ſec. ſervant *otioſorum*, quod examinabunt otioſiores me. *Gruterus.* Qui ſunt illi occiſi, & a quo ſunt occiſi? Forte quos jam pro occiſis habebant. Sed omnes quatuor libri, quos evolvi & Pith. excerpta, *Bonis otioſorum*, hoc eſt in pace, tranquille viventium. Sic quoque P. Manutii editio. *Otium* eſt pax Ciceroni, *ocioſus* in pace vivens, paciſque cupidus. Dies nocteſque cogitat ut bello civili moto illis, qui pacem malebant, bona eripiat & ſibi vindicet. *Gravius.*

A conſulatu repuli] Patefacto ambitu, quo tu ad me dejiciendum utebare. *Mur.*

Cum te a conſulatu depuli] Sic habent omnes fere libri vulgati, niſi quod habent, *repuli*. Sed non diſſimulabo, Diomedem lib. 1, cap. 4 legere, ſi quidem Diomedes eo loco emendatus eſt, *cum a te conſulatum repuli*. Lambinus. *Cum te a conſulatu repuli*] Lambinus *depuli*, contra libros, & Latine loquentium conſuetudinem. *repellere* verbum eſt a comitiale; unde *repulſa*. Gruterus. In meo primo non legitur *tum*. Græv.

La-

quod eſſet a te ſcelerate ſuſceptum, latrocinium potius, quam bellum nominaretur.
11 Nunc ut a me, P. C. quandam prope juſtam patriae querimoniam deteſter ac deprecer, percipite, quaeſo, diligenter, quae dicam, & ea penitus animis veſtris mentibuſque mandate. Etenim, ſi mecum patria, quae mihi vita mea multo eſt carior: ſi cuncta Italia, ſi omnis reſpublica loquatur: M. Tulli, quid agis? tune eum, quem eſſe hoſtem comperiſti, quem ducem belli futurum vides, quem expectari imperatorem in caſtris hoſtium ſentis, auctorem ſceleris, principem conjurationis, evocatorem ſervorum & civium perditorum exire patieris, ut abs te non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus in urbem eſſe videatur? nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis? Quid

Latrocinium potius, quam bellum] In ipſo enim belli nomine videtur auctoritatis aliquid ineſſe: vix ut bellum dici debeat, quod a privato, aut ab exule infertur. Bellum tamen dictum eſt, quod Spartacus fecit: & bellum quoque intuliſſe patriæ dicitur Coriolanus. Sed hic de proprietate vocabuli Cicero loquitur. nam ipſemet paulo poſt bellum vocat. *Muretus.*

Nunc, ut a me] Explicaturus, cur Catilinam ejicere potius, quam interficere malit, novo quodam quaſi principio utitur. *Idem.*

Percipite, quaſo] Vnus liber vetus, *Percipite quæ dicam, & ea penitus animis veſtris, rationibuſque mandate.* Idem.

Quæ mihi vita mea] Hujuſmodi ſententiæ ſunt, quæ orationem moratam efficiunt. talis eſt infra: *Hoc animo ſemper fui, ut invidiam virtute partam, &c.* Idem.

Evocatorem] Quæ vis hujus vocabuli ſit, alii e Servio grammatico retulerunt. *Idem.*

Servorum] Servos tamen poſtea rejiciebat Catilina: eoque nomine a Lentulo apud Salluſtium reprehenditur. *Idem.*

Vt abs te non emiſſus ex urbe] Meus primus: *ut abs te non amiſſus ex urbe*, quod immutatum a ſciolis credo, qui ignorarunt *amitti* eſſe amandari, dimitti, hinc notius *emitti* ſubſtituerunt. Virgilius II Æneid.

Quiſquis es amiſſos hinc jam obliviſcere Grajos.

Terent. Heaut. III, 71:

Prius patriam omnem quam abs te amittas filium.

Vbi Donatus: *Amittere pro dimittere dixit. Nam quod nos dicimus dimittere, antiqui dicebant amittere.* Apud ſolos Comicos Terentium & Plautum vel ſexcenta inveneris exempla. Mox idem codex, *quid impedit te?* omiſſo *tamen* quod in aliis libris habetur. *Grævius.*

Mactari] Vſum quendam hujus verbi, paucis, ut arbitror, notum, quem ante hos decem annos annotavi, & publice docui, cum etiam tum adoleſcentulus, Limoni, quod Pictonum oppidum eſt & humaniorum litterarum, & juris civilis ſtudiis florentiſſimum, Amphitruonem Plautinam enarrarem; tradere hoc loco inſtitui: ſimulque locum Plautinum, a quibuſdam, qui eum non intelligebant, corruptum, declarare. *Mactare* igitur

Quid tandem impedit te? moſne majorum? at perſaepe etiam privati in hac republica pernicioſos cives morte multarunt. An leges, quae de civium reorum ſupplicio rogatae ſunt? at numquam in hac urbe ii, qui a re-

gitur hoſtiam alicui deo, uſitate dicimus: ut,

Cœlicolum regi mactabam in litore taurum.

at mactare deum quempiam aliqua hoſtia, minus ſæpe uſitatum illud quidem, ſed tamen a veteribus dictum eſſe constat. atque inde jocandi occaſionem arripuit Plautus: apud quem Mercurius, aſſumpta Soſiæ forma, cum Amphitruonem advenientem ludificaretur, & a foribus repelleret; multis ultro citroque jactis conviciis, ad poſtremum ita eum alloquitur: *Sacrufico ego tibi*, cumque miratus Amphitruo ſubjunxiſſet, *Qui? reſpondet ille: Quia enim te macto infortunio.* ubi jocus eſt, ut dixi, e vocabuli ambiguitate quæſitus. nam cum *mactare aliquem*, interdum ſit, *ei ſacrificare*; ad hanc verbi notionem Mercurius reſpiciens, ei ſe ſacrificaturum pollicetur. at poſtea illudens, pro hoſtiæ nomine, ponit vocem, infortunio. quid autem ſit, *mactare aliquem infortunio*, nemo neſcit. Hoc qui non intelligebant, corruperunt & verſum, & ſententiam, adjectis duabus voculis, hoc modo: Sacrufico ego hunc tibi Iupiter. Ejuſdem autem locutionis exemplum eſt in interrogatione in Vatinium: *Cum inaudita, ac nefaria ſacra ſuſceperis, cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos manes mactare ſoleas.* at extra *hos duos locos*, haud ſcio, an ullum præterea illius exemplum in veterum ſcriptis reperiatur. *Muretus.*

Quid tandem impedit te?] Argumentum ab enumeratione partium per remotionem, hoc modo. Quod Catilinam non interficis; oportet te aut more majorum, aut legibus, aut invidiæ metu impediri. at neque mos majorum, neque lex ulla, neque invidiæ metus impedire te debet. nihil igitur cauſæ eſt, cur eum non interficias potius, quam emittas. Propoſitio tanquam certa, & confeſſa ponitur. aſſumptionis, quæ tripertita eſt, ſingulæ partes adhibitis rationibus confirmantur. itaque procederet argumentatio, niſi Cicero poſtea oſtenderet, præter has tres, aliam quamdam ſubeſſe cauſam, cur Catilinam emittendum ſibi potius, quam e medio tollendum putet. *Idem.*

At perſæpe] Confirmat primam partem aſſumptionis, per locum a minore, hoc modo: Quod privatos homines in hac rep. non vetitum eſt facere, id multo animoſius facere debet is, cui commiſſa reſp. eſt. at ſæpe etiam privati pernicioſos cives morte multarunt. multo magis igitur idem tibi faciendum eſt. licet autem annotare oratoris artificium, qui cum & in hac oratione, & in quibuſcumque aliis in hanc ſententiam diſputavit, unum modo nominaverit Scipionem Naſicam, qui privatus (ſi modo umquam ſapiens privatus eſt) ſeditioſum civem interfecerit: hoc loco tamen, augendi atque amplificandi cauſa, perſæpe id a privatis hominibus factum eſſe dicit. *Idem.*

An leges] Confirmatio ſecundæ partis. Hoſtes civium jura tenere non debent. Catilina hoſtis eſt. non igitur debet frui beneficio earum legum, quæ de civibus Rom. latæ ſunt. Leges autem Valerias, Porcias, & Sempronias dicit. *Idem.*

Quæ de civium Romanorum ſupplicio] Leges civitatis non niſi de ſuorum civium ſuppliciis feruntur. Alienos lex civilis nec curat, nec reſpicit. Inepte igitur hic legitur *civium Romanorum*, *Romanorum* fuiſſet omittendum, ut in præcedentibus verbis *pernicioſos cives morte multarunt*. & in ſequentibus. *civium jura tenuerunt*. Sed veram lectionem ſervarunt meus ſecundus, Francii & Pithœi codices, in quibus ſcribitur: *de civium reorum*. quos ante dixit *cives pernicioſos*, hic appellat reos criminum ſcilicet capitalium. *Grævius.*

An

republica defecerunt, civium jura tenuerunt. An in-
vidiam poſteritatis times? praeclaram vero populo
Romano refers gratiam, qui te, hominem per te co-
gnitum, nulla commendatione majorum, tam matu-
re ad ſummum imperium per omnes honorum gra-
dus extulit, ſi propter invidiam, aut alicujus peri-
culi metum ſalutem civium tuorum negligis. Sed,
ſi quis eſt invidiae metus, num eſt vehementius ſe-
veritatis ac fortitudinis invidia, quam inertiae ac ne-
quitiae pertimeſcenda? An, cum bello vaſtabitur
Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt: tum te
12 non exiſtimas invidiae incendio conflagraturum? His
ego ſanctiſſimis reipublicae vocibus, & eorum homi-
num, qui idem ſentiunt, mentibus pauca reſpondebo.
Ego,

An invidiam] Tertia pars aſſumptionis duabus rationibus confirmatur: quarum prior eſt: Qui ſummis populi beneficiis uſus eſt, is, ubi populi ſalus agitur, nullam recuſare invidiam, nullum ſubterfugere periculum debet, tu a populo, quæ maxima expectari beneficia poterant, conſecutus es. Non eſt igitur, cur in illius ſalute conſervanda ullam invidiam, aut ullum periculum extimeſcas. *Muretus.*

Præclaram vero] Ironia. *Idem.*

Per te cognitum] Novum. *Idem.*

Nulla commendatione] Nullis imaginibus. *Idem.*

Tam mature] Omnes enim honores ſuo anno conſecutus eſt: quod, ante ipſum, novo homini contigerat nulli. *Idem.*

Ad ſummum imperium] Conſulatum. quamvis enim prætores collegæ conſulum erant, iiſdemque auſpiciis creabantur: tamen prætores minus imperium habebant, majus conſules. *Idem.*

Per omnes honorum gradus] Quæſturam, ædilitatem majorem, præturam. *Idem.*

Sed, ſi quis eſt invidiæ metus] Secunda ratio. Si, invidiæ metu Catilinæ parcis: nihil agis. in eandem enim invidiam, aut etiam majorem, ex inertia atque ex fortitudine vocaberis. *Idem.*

Num eſt vehementius] Tres MSS. quos inſpexi: *Non eſt vehementius*, & ſic nonnullæ editiones. *Grævius.*

Cum bello vaſtabitur] Amplificatio per enumerationem conſequentium belli. *Muretus.* *An, cum bello vaſtabitur Italia, &c.*] Hunc locum profert Diomedes lib. 1, cap. 4. ubi de verbo ſcribit: & item Cariſius lib. 2, cap. de conjunctione. *Lambinus.*

Invidiæ incendio] Primum ſine ulla figura dixerat, arſura tecta: deinde quod in illis proprie dixerat, figurate ad ſe ipſum tranſtulit. *Muretus.*

His ergo] Emendandum eſt ex veteribus libris, *his ego.* ita enim recte continuatur, & cohæret cum ſuperioribus, hoc modo, ſi mecum ita reſp. loquatur; ego his ſanctiſſimis ipſius vocibus pauca reſpondebo. alioqui eſſet ἀνακόλουθον, non illud quidem vitioſum, neque Ciceroni inuſitatum: ſed præſtat, veterum librorum auctoritatem ſequi. *Idem.* *His ergo ſanctiſſimis, &c.*] Muretus teſtificatur ſcriptum eſſe in libris manuſcr. *His ego ſanctiſſimis*, &c. quomodo habent & noſtri. quos ſequor. *Lambinus.*

Qui idem ſentiunt] Libri vet:res, *Qui hoc idem ſentiunt.* & ita emendandum videtur. *Muretus.*

Ego,

Ego, ſi hoc optimum factu judicarem, P. C. Catilinam morte multari, unius uſuram horae gladiatori iſti ad vivendum non dediſſem. Etenim, ſi ſummi & clariſſimi viri cives, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & ſuperiorum complurium ſanguine non modo ſe non contaminarunt, ſed etiam honeſtarunt: certe mihi verendum non erat, ne quid hoc parricida civium interfecto invidiae mihi in poſteritatem redundaret. Quod ſi ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo ſemper fui, ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam putarem.

' *Ego, ſi hoc optimum*] Diſſolutio propoſitæ argumentationis: quæ quidem propoſitionibus duabus, earumque rationibus continetur. prior propoſitio. Ego, ſi id e rep. fore judicaſſem, Catilinam, nulla interjecta mora, morte multaſſem. Ratio. non enim metuerem, ne ulla tam pulchrum facinus invidia ſequeretur. quod ſi aliter caderet; tamen gloriam eam potius, quam invidiam ducerem. Altera propoſitio. Sed ſatius eſſe duco, ut emittatur. Ratio. Quoniam, eo interfecto, video fore, ut hoc malum reprimatur tantum paulisper: ejecto autem, & profligato cum ſuis, ut in perpetuum comprimatur. *Muretus.* *Ego, ſi hoc optimum factu*] Cujacii codd. *factum.* quod & in Pal. ſexto. [& Francii libro.] *Gruterus.*

Invidiam virtute partam gloriam] Poteſtne virtus invidiam parere? atqui ſi invidia aut odium eſt, aut quoddam odium, virtutem autem etiam vitioſi amant, qua de re a nobis alio in libro diſputatum eſt, quomodo e virtute poteſt invidia exiſtere? Sed tamen & Pindarus alicubi queritur, & exempla docent, & communis omnium vox, quam ego quidem pro oraculo habendam eſſe duco, clamat, pulcherrimis factis invidiam plerumque comitari. Demus igitur nos aliquantiſper huic cogitationi: eſt enim res digna cognitu. hujuſcemodi autem diſputationes qui non amant, prætereant. ego, quando hic, ut poëtæ loquuntur, menti calor incidit, ſequar eum, quocumque ducet: & vel mihi, ut dicitur, canam, & Muſis, vel iis, quibus paulo φιλοσοφικώτερον ingenium eſt, ſerviam: quæramque quæ ſit origo invidiæ, quæ natura: qui, quibus, & quas ob res invideant: tum quæ ſint ea, quæ quaſi curſum invidiæ ſiſtant, atque hinc ordior. Omnes affectus ab ingenito cuique ſui ipſius amore proficiſcuntur. hic unus quaſi fons cæterorum omnium eſt. quia enim amat ſe quiſque, idcirco quæ ſibi bona eſſe vel ſcit, vel putat, ea & abſentia deſiderat, & objecta perſequitur, eorumque tum adeptione, conſervatione, amplificatione gaudet, tum contrariis rebus offenditur. Malorum autem contraria ratio eſt. Atque hoc quidem principium diſputationis ponatur a nobis, ſumaturque hoc loco, quaſi conceſſum, longiorem enim orationem requirit. Cum igitur ſibi quiſque cariſſimus ſit, fit, ut ſe omnibus bonis ornatum, ac florentem videre cupiat: ægreque ferat, ſi quid ejus generis in alio videat, quod in ſe deſideret. Hæc origo, quaſique radix invidiæ eſt. Dolent autem, aut quod ipſi careant eo, quod alius habeat; aut quod alius habeat id, quo ipſi careant. intereſtque inter hæc. nam qui dolet, quod ipſe careat, dolet malo ſuo: qui, quod alius habeat, alieno bono. Itaque ea demum invidia eſt, non quod tu careas: ſed, quod alius habeat, dolere. Quod ſi progrediatur affectus hic etiam longius, ut doleas, id boni eſſe alii, quod tibi quoque ſit; hæc jam non invidia eſt, ſed illa, quam Græci ζηλοτυπίαν, Cicero

cero obtrectationem vocat. Non igitur invidus eſt, qui alium formoſum, valentem, opulentum, eruditum, πολύφιλον videns, dolet, ſe quoque talem non eſſe. hac enim ratione omnes invidi eſſemus: ſed cui hoc ipſum per ſe ægre eſt, quod hæc in alio ſint, is demum eſt invidere cenſendus. neque vero proprie invidia odium eſt: ſed eſt tamen quiddam odio affine. Nam & odiſſe homines ſceleratos dicimur, quibus non invidemus: & odium vel ex injuria accepta, opinata, expectata, vel ex opinione aliqua pravitatis, & ſceleris naſcitur: cum invidia longe alios habeat fontes: & odium interdum laudabile eſt; invidia numquam: & qui odit, male eſſe vult: qui invidet, non male omnino, ſed aliquanto minus bene. ut ſi domus in vicino poſita ædium tuarum luminibus officiat, non eam quidem funditus exciſam, ſed illam tantum partem, quæ tibi moleſta eſt, ſublatam velis, quamquam in hac ſimilitudine hoc diſſimile eſt: quod invidus iis, quæ nihil ipſi officiunt, alienis proſperitatibus affligitur. invidiam tamen odium quoddam plerumque comitatur. ideoque ipſum invidiæ nomen interdum pro odio ponitur. ac quoniam imminutio boni, malum quodammodo eſt, alienis malis gaudere invidus dicitur: unde illud poëtæ:

Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores.

Eleganterque Bio, quendam, qui hoc morbo laborabat, ridentem conſpicatus, Huiccine, inquit, boni quid contigiſſe dicam, an alii cuipiam aliquid mali? optimus tamen & dicendi, & ſentiendi magiſter Ariſtoteles iſta diſtinguit, ut aliud φθόνον vocet, aliud ἐπιχαιρεκακίαν. Cum autem invidia dolor quidam ſit, & dolor omnis fodicet, atque exedat eum in quo eſt; merito dicitur, ipſam invidiam eſſe ſupplicium ſibi. Nunc qui quibus, & propter quæ fere invideant, ſtrictim explicemus. Invident igitur, non qui ſua ſorte contenti ſunt: (nam etiam poëtæ, in quorum ſcriptis longe veriſſima omnium affectuum expreſſio eſt, cum amoribus ſuis ſecure fruuntur, negant ſe vel Iovi invidere) ſed qui ſemper majus aliquid requirunt, quales præcipue ſunt ambitioſi, atque avari. illi enim, quicquid ad gloriam, hi quicquid ad opes accedit alienas, ſibi quodammodo detrahi credunt. invident etiam fere inferiores ſuperioribus: unde dictum eſt, *Summa petit livor.* non tamen iis, qui longo intervallo ſuperiores ſunt: ut diis, aut regibus. neque procul remotis, ut Scythæ Perſis, ſed & ejuſdem artificii homines inter ſe. unde eſt apud Heſiodum, *Figulus figulo:* quod tamen ita intelligendum eſt, ſi gloriam ex eo ſtudio, aut pecuniam aucupemur. alioqui enim ſimilitudo ſtudiorum amoris potius cauſa eſt: nonnunquam etiam ſuperiores inferioribus, ut Craſſus & cæteri nobiles creſcenti adhuc Ciceronis gloriæ invidebant. & novis potius, quam nobilibus: juvenibus potius, quam ætate provectis. ut enim ignis exoriens plurimum fumum, ita maximam invidiam gloria exoriens excitat. quo pertinet Themiſtoclis dictum, qui adoleſcens dicebat, ex eo ſe intelligere, nihildum a ſe ſplendide geſtum, quod nondum invidiæ dente peteretur. magnam etiam invidiam facit oſtentatio ſui: vereque ſcripſit Euripides, τὸ σεμνὸν eſſe omnibus odioſum. & æquales æqualibus, & nobiles nobilibus, omninoque pares paribus ideo facile invident, quia aut antevertere ipſi aliis volunt, aut, ne alii ſibi antevertant, timent. & iis, qui tradita ſibi potentia immodice utuntur. cujuſmodi invidiam in Catilinæ cauſa Cicero metuebat. Omnino autem invident aut felicitatem, aut partem aliquam felicitatis. quocirca ſapienter Pindarus, κρέσσων οἰκτιρμῶν φθόνος. vereque vulgo dici ſolet, tribus ex optimis rebus tres peſſimas oriri: e veritate odium, e familiaritate contemptum, e felicitate invidiam. invident autem non tam virtutem, quam præmia virtutis, ut opes, honores, imperia. nemo enim ſuam fortitudinem invidit Regulo, aut Deciis: at Ciceronis conſulatus maximam invidiam habuit. Ac tum maxime accenditur invidia, cum genere, aut ejuſmodi re aliqua ſuperiori gloria ab inferiore præripitur. itaque hæc interdum vel exitii cauſa eſt, ut Gobriæ filio contigit. non igitur ἀμέσως invidiam parit virtus: ſed virtus gloriam, invidiam gloria. Vi-

tatur

rem. Quamquam nonnulli ſunt in hoc ordine, qui aut ea, quae imminent, non videant: aut ea, quae vident, diſſimulent: qui ſpem Catilinae mollibus ſententiis aluerunt, conjurationemque naſcentem non credendo corroboraverunt. quorum auctoritatem ſecuti multi, non ſolum improbi, verum etiam imperiti, ſi in hunc animadvertiſſem, crudeliter & regie factum eſſe dicerent. Nunc intelligo, ſi iſte, quo intendit, in Manliana caſtra pervenerit, neminem tam ſtultum fore, qui non videat conjurationem eſſe factam: neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc reipub. peſtem paulliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. Quod ſi ſe ejecerit, ſecumque ſuos eduxerit, & eodem ceteros undique collectos naufragos agregaverit: exſtinguetur atque delebitur non modo haec tam adulta reip. peſtis, verum etiam ſtirps ac ſemen malorum omnium. Etenim jamdiu, P. C. in his 13
pe-

tatur autem invidia, ſi te modeſte & æquabiliter cum aliis geras, nunquam te illis, ut ait Comicus, anteponens. minuitur etiam, ſi non omnia tibi uno quaſi tenore procedant. ægre ferunt enim homines, aut unum præ cæteris excellere, aut uni, quaſi fortunæ filio, omnia proſpere ſuccedere. Sæpeque ſapientes viri in ſecundiſſimis rebus aliquid ſibi evenire incommodi optarunt. hoc eſt enim, quod dicitur, invidiæ ſanguinem mittere. Terminatur autem ſine dubio quidem morte: unde illa,

Paſcitur in vivis livor: poſt fata quieſcit.

& —— diram qui contudit Hydram,
Comperit invidiam ſupremo fine domari.

Sed & confirmata jam, & ad ſummum perducta gloria invidiam extinguit. Sic enim & aucto jam igne fumus evaneſcit: & Sol ad ſummum cœli evectus minimam umbram efficit. Quamlibet multa, aut innumera potius poſſem in hoc argumento dicere. ſed, hæc ipſa, vereor, ne nimium multa ſint. quæ tamen quoquo modo accipientur a lectoribus, juvat, ut ait poëta, indulſiſſe furori. nunc ad Ciceronis verba redeamus. *Muretus.*

Crudeliter & regie factum] Regum crudelitas, & ſuperbia apud Romanos prope in proverbium abierat. Cicero pro Rabirio Poſtumo: *Regum autem ſunt hae imperia. Animadverte, & dicto pare: &, Prater rogitatum ſi querare: & illæ minæ,*

Si te ſecundo lumine hic offendero,
Moriere.

Qui verſus, ut hoc, quaſi præteriens, admoneam, ex Euripidis Medea converſus eſt: quod ante me nemo annotavit. Idem ſecunda in Rullum: *Non privatorum inſaniam, ſed intolerantiam regum eſſe dicetis.* & in eadem: *Hoc quantum judicium, quam intolerandum, quam regium ſit, quem præterit?* Idem.

Malorum omnium] Quidam libri veteres, *Malorum hominum.* quod etſi a nonnullis rejici video, mihi tamen non diſplicet. *Idem.* Sane uterque Grævii *hominum* quoque ſcribit.

Iamdiu] Totum triennium. *Muret.*

periculis conjurationis inſidiiſque verſamur: ſed neſcio quo pacto omnium ſcelerum, ac veteris furoris & audaciae maturitas in noſtri conſulatus tempus erupit. Quod ſi ex tanto latrocinio iſte unus tolletur, videbimur fortaſſe ad breve quoddam tempus cura & metu eſſe relevati: periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in venis atque in viſceribus reip. Vt ſaepe homines aegri morbo gravi, cum aeſtu febrique jactantur, ſi aquam gelidam biberint, primo relevari videntur: deinde multo gravius vehementiuſque affliĉtantur: ſic hic morbus, qui eſt in repub. relevatus iſtius poena, vehementius reliquis vivis ingraveſcet. Quare, P. C. ſecedant improbi, ſecernant ſe a bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod ſaepe jam dixi, ſecernantur a nobis: deſinant inſidiari domi ſuae conſuli, circumſtare tribunal praetoris urbani, obſidere cum gladiis curiam, malleolos & faces ad inflammandam urbem comparare. ſit denique inſcriptum in fronte uniuscujuſque, quid de repub. ſentiat. Polliceor hoc vobis, P. C. tantam in nobis C o s s. fore diligentiam, tantam in vobis

Ex tanto latrocinio] Vnus liber vetus, *naufragio*. Muretus.

In venis atque in viſceribus] Allegoria, quam ſtatim adhibita pulcherrima ſimilitudine explicat, & exornat. qua quidem in ſimilitudine, reſp. corpori, conjuratio febri, Catilinæ ſupplicium potui aquæ gelidæ comparatur. *Idem.*

Sic hic morbus, qui eſt in rep. relevatus iſtius pœna] Locus hic aliter legitur in bono Francii libro: *Sic hic morbus, qui eſt in rep. relevabitur iſtius pœna, vehementius vivis reliquis ingraveſcet.* Grævius.

Quare P. C. ſecedant] Concluſio eſt. *Muretus.*

Secernantur a nobis] Meus ſecundus, *ſecernantur a bonis.*

Prætoris urbani] L. Valerii Flacci. erant autem hoc anno prætores, hic ipſe, quem dixi, L. Valerius Flaccus, Q. Pompejus Rufus, Q. Cælius Metellus Celer, C. Pontinius, C. Sulpitius, C. Coſconius, P. Cornelius Lentulus Sura. Octavi nomen nondum reperi. nam, quod Appianus Cethegum nominat, dixi antea, cur mihi minus veriſimile videatur. *Muretus.*

Obſidere cum gladiis curiam] Mendoſe hic operæ olim excuderunt, *obſiſtere.* quamvis ita habeant nonnulla exempla vulgata. *Lambinus.*

Malleolos] Vide Vegetium lib. 4, capite 18. *Muretus.* *Malleolos & faces ad inflammandam urbem*] Eſt a noſtris omnibus. vulgo, *malleolos ad incendendum urbem faceſque.* Gruterus.

Inſcriptum in fronte uniuscujuſque civis] In nullo libro ex his quatuor, quos evolvi, *civis* legitur, nec in excerptis Pith. In Duisb. eſt *in cujuſque, quid.* Vereor ne natum ſit ex præcedente *cujus.* Græv.

Hiſce

vobis auctoritatem, tantam in equitibus Rom. virtutem, tantam in omnibus bonis conſenſionem, ut Catilinae profectione omnia patefacta, illuſtrata, oppreſſa, vindicata eſſe videatis. Hiſce ominibus, Catilina, cum ſumma reipub. ſalute, & cum tua peſte ac pernicie, cumque eorum exitio, qui ſe tecum omni ſcelere parricidioque junxerunt, proficiſcere ad impium bellum ac nefarium. Tum tu, Iupiter, qui iiſdem, quibus haec urbs, auſpiciis a Romulo es conſtitutus: quem Statorem hujus urbis atque imperii vere nominamus: hunc & hujus ſocios a tuis aris ceteriſque templis, a tectis urbis ac moenibus a vita fortuniſque civium omnium arcebis: & omnes bonorum inimicos, hoſtes patriae, latrones Italiae, ſcelerum foedere inter ſe ac nefaria ſocietate conjunctos aeternis ſuppliciis vivos mortuoſque mactabis.

Hiſce ominibus] Hic item olim ab operis peccatum fuit. excuderunt enim, *omnibus*, cum legendum ſit, *ominibus*. Lambinus.

Cum ſumma reip. ſalute] Quidam veteres libri, *Cum reip. ſalute*, quod multo melius videtur. *Muretus*.

Tum tu, Iupiter] Particula, *tum*, in comprecationibus utebantur. Plautus:

> *Quid ſi falles? Tum Mercurius Soſia iratus ſiet.*

Idem:

> *Id ego ſi fallo, tum te ſumme Iupiter Quaeſo, Amphitruoni ut ſemper iratus ſies.*

Et in jurejurando, *Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalva urbe, arceque*, &c. & in fœderibus, *Tum tu Dieſpiter populum Romanum, ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam*. Idem.

Et omnes inimicos bonorum] *Homines bonorum inimicos* ſcriptum eſt in vetuſtiſſimo meo libro, melius quam in vulgatis. *F. Vrſinus*. Omnes quatuor a me viſi MSS. nec non Pith. *homines inimicos bonorum*.

IN L. CATILINAM II.

Ad Quirites.

ORATIO VICESIMA.

1 TAndem aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriae nefarie molientem, vobis, atque huic urbi ferrum flammamque minitantem, ex urbe vel ejecimus, vel emiſimus, vel ipſum egre-

Huic Orationi in primo meo vetuſtiſſimo libro hæc præmittuntur.

Superiore libro Catilina circumventus eloquentia Ciceronis ſpontaneum elegit exilium. Vnde oratori maxima veniſſe videbatur invidia. Sed poſtero die timore diſſimulato proceſſit ad populum, fingens ſe timere, quod emiſerit Catilinam, ut minus ſit invidioſum, qui in exilium expulerit. Proœmium ſumtum ab exultatione dicentis verbis pœne triumphantibus, qui ſine damno reip. bellum ſuperare potuerit. Et in Pithœi: *M. Tullii Invectio* 11 *incipit feliciter.*

T*Andem aliquando*] Perterrefactus ſuperiori oratione Catilina, ex urbe ſeſe, intempeſta nocte, cum paucis, ut ait Salluſtius; cum trecentis, ut ait Plutarchus, conjuratis eduxerat. poſtridie Cicero, cum ſenatum habiturus eſſet, interim dum ſenatores convenirent, hanc orationem ad populum e Roſtris habuit. *Muretus.*

Tandem aliquando] Et ad tarditatem, & ad difficultatem indicandam valet. Cur autem hinc potiſſimum Cicero exorſus eſt? primum, quia nullo pacto facilius poterat ſtatim a principio populi benevolentiam ſibi adjungere, quam modeſta ſui, & præclari, & recentis beneficii commemoratione. omnes enim, qui oppreſſi aliquo metu fuerunt, amant eos, quorum opera ſe metu ac periculo levatos intelligunt. ac ſi ii, qui ſuavem aliquem nuncium afferunt, etiam ſi ipſi nihil ad ea, quæ nunciant, contulerunt, tamen ita grati ſolent eſſe, ut eos plerumque Euangeliis proſequamur: quam accepta ejus oratio eſſe debet, qui & ea nunciat, quæ maxime cupimus, & eis conficiendis ipſemet præfuit? primum igitur, ut dixi, hoc principio benevolentiam quæſivit ſibi. deinde fuit etiam alia cauſa, cur eo uteretur. nam cum eſſent, qui Catilinam non ejici, ſed interfici debuiſſe contenderent, ipſeque conſilii ſui cauſas publice reddere pararet: merito, qua de re in prima orationis parte diſputaturus erat, eam ſibi rem initio proponendam putavit. *Idem.*

Furentem audacia] Annota ordinem dicendi plane mirabilem. Audacia immoderata, & projecta furioſos quodammodo eos, in quibus eſt, efficit. quibus autem quaſi conceptus viſceribus æſtuat furor, ii crebro ſpiritum ducere, atque anhelare conſueverunt. itaque apud Virgilium, Sibyllæ ſacro furore correptæ non vultus, non color unus:

Non compta manſere comæ: ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument.

Quo-

egredientem verbis proſecuti ſumus. Abiit, exceſſit, evaſit, erupit. nulla jam pernicies a monſtro illo atque prodigio moenibus ipſis intra moenia comparabitur. Atque hunc quidem unum hujus belli domeſtici ducem ſine controverſia vicimus. non enim jam inter latera noſtra

Quocirca præclare Cicero, cum dixiſſet, Catilinam furentem audacia; ſubjunxit, *ſcelus anhelantem.* Qui autem ad ſcelus tanta aviditate properat, ut anhelet, hunc numquam conquieſcere, ſed aliquid perpetuo machinari neceſſe eſt. ergo addidit, *Peſtem patriæ nefarie molientem.* poſtremo, ut oſtenderet, Catilinam inibi fuiſſe, ut jam jamque exequeretur ſua ſcelerata conſilia, addidit, *Vobis, atque huic urbi ferrum flammamque minitantem.* Muretus.

Atque huic urbi ferrum flammamque minitantem] Gemblacenſis ac V. *ferro flammaque.* non diſplicet. *Gruterus.*

Vel ejecimus] Quia pro imperio, minis, conviciis, objurgationibus uſi ſumus. *Muretus.*

Vel emiſimus] Quia non nolentem: imo ipſum ſuapte ſponte exire meditantem. *Idem.*

Vel ipſum egredientem] Ejicimur nolentes, emittimur volentes: ſed utrumque ab alio, egredimur autem ipſi per nos. ejectus igitur Catilina. nolebat enim exire, donec Ciceronem oppreſſiſſet. vel potius emiſſus. qui enim ſua omnia conſilia erui e tenebris, & e privatæ domus parietibus in lucem erumpere videret, in urbe tuto eſſe poſſe ſe non putabat. Vel potius neque ejectus, neque emiſſus eſt, ſed per ſe egreſſus. nihil enim erat ei longius, quam ut eſſet in Manlii caſtris. *Idem.*

Egredientem verbis proſecuti ſumus] Hæc eſt lectio omnium veterum librorum, nec non editionum primariarum. ſubſequentes frigide nimis, *egredientem urbe proſecuti ſumus.* intelligit omina illa quorum meminit ſub finem orationis præcedentis. *Gruterus.* *Vrbe* ſane præceſſerat modo in verbis ſuperioris verſus, quod hic Cicero non repeteret.

Proſecuti ſumus] Qua de conſuetudine a nobis ſuperius dictum eſt. non tamen ita hoc dicit, quaſi revera Catilinam proſecutus fuerit: ſed tantum hoc genere loquendi ſignificat, nullum exeunti ei vim adhibitam fuiſſe. *Muretus.*

Abiit, exceſſit, evaſit, erupit] Non eſt congeries idem ſignificantium: ſed creſcit veluti per gradus oratio. *Idem.*

Exceſſit] Plus eſt, quam abiit. ut,

Omnibus idem animus ſcelerata excedere terra. Idem.

Evaſit] Tanquam eo ex loco, in quo jam ſine periculo verſari nequiret. *Idem.*

Erupit] Cum impetu quodam, & alacritate animi geſtientis pervenire in Manlii caſtra. *Idem.*

Mœnibus ipſis intra mœnia] Quod periculum longe graviſſimum eſt: ubi mali vis intus incluſa graſſatur, &, cum a muniendo mœnia dicta ſint; muniti eſſe mœnibus adverſus eos, qui intra mœnia ſunt, non poſſumus. *Idem.* *Mœnibus ipſis*, hoc eſt domibus, ædificiis. Iuſt. 11, 12: *Patriam municipes eſſe, non mœnia*, quod verbis ſequentibus ipſe explicat. *civitatemque non in ædificiis, ſed in civibus poſitam.* Flor. 1, 4: *Hic igitur mœnia muro complexus eſt.* Grævius.

Hujus belli domeſtici] Vox, *hujus*, & a quibuſdam aliis veteribus libris abeſt, & ab illo, quem ante dixi, optimo. *Mur.* Sed in Grævii optimo, & ceteris omnibus, quos evolvit, extat.

Sine controverſia] Non eſt, ut quidam exponit, ne ipſo quidem Catilina repugnante. Sed idem valet, quod paulo poſt, *ſine dubio:* & infra: *ſine dubitatione ἀπερισκέπτως.* Muretus.

Non enim jam intra latera] Dele illud, *enim.* nam neque eſt in vetuſtis libris, & corrumpit orationis dignitatem. *Idem.* Obſecutus eſt Mureto Manutius, delevitque τὸ *enim.* quod & ego facerem, ſi libri veteres annuerent, ſed omnes,

 quos

noſtra ſica illa verſabitur: non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domeſticos parietes pertimeſcemus. loco ille motus eſt, cum ex urbe eſt depulſus. palam jam cum hoſte, nullo impediente, bellum juſtum geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque vicimus, cum illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium conjecimus. Quod vero non cruentum mucronem, ut voluit, extulit, quod vivis nobis egreſſus

quos ego, Gruterus, Lambinus aliique inſpexerunt, refragantur. *Grav.*

Non jam inter latera] Vt magis intelligatur depulſi a cervicibus civium periculi magnitudo; breviter revocat in memoriam aliquot audaciæ facinora Catilinæ. *Muretus.*

Inter latera] Vt pridie Kal. Ian. Lepido & Tullo Coss. cum ille in Comitio cum telo fuit. *Idem.*

Non in campo] Vt quo die ego mihi ab illo metuens, loricatus in campum deſcendi. *Idem.*

Non in foro, non in curia] Cum, illo præſente, neque judicia tuto exerceri, neque ſenatus tuto haberi poſſet. *Idem.*

Non denique intra domeſticos parietes] Vt nuper, cum ille duos miſiſſet, qui me in lecto meo interficerent. *Idem.*

Loco ille motus eſt] Id eſt, de ſtatu dejectus. quem enim locum ſibi quiſque ad dimicandum cœpit, is & a Græcis στάσις, & a Latinis ſtatus dicitur. unde Ciceroni in controverſiis forenſibus ſtatus vocatur, in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Quanta autem cum in omnibus rebus, tum præcipue in re militari vis ſit ordinis, nemo neſcit. ſæpe enim parvæ, ſed ordinatæ copiæ magnas, ſed confuſas, incompoſitaſque vicerunt. at ordo in exercitu ſervari non poteſt, niſi quiſque locum ſuum teneat, neque eo ſe moveri patiatur. iccirco olim capitis pœna conſtituta erat in λειποταξίας. nam qui prior loco movetur, magnam ſpem victoriæ adverſario præbet. quemadmodum igitur, ubi loco motus eſt hoſtis, certa propemodum, & explorata victoria eſt: ita ait Cicero, Catilina ex urbe depulſo, civibus jam non amplius de victoria eſſe dubitandum. libet autem recitare duos veterum ſcriptorum locos, quibus intelligatur, magno & intrepido milites animo mori malle, quam ut ſe loco moveri ſinant. eorum unus eſt Salluſtii, ſub finem libri de conjuratione Catilinaria, his verbis: *Sed confecto prælio, tum vero cerneres, quanta audacia, quantaque vis animi fuiſſet in exercitu Catilinæ. nam fere quem quiſque vivus pugnandi locum ceperat, eum, amiſſa anima, corpore tegebat.* Alter eſt Plauti ex Amphitruone:

Hoſtes crebri cadunt: noſtri contra ingruunt.
Vicimus ut feroces.
Sed in fugam ſe nemo tamen convertitur:
Neque recedit loco, quin, ſtatim rem gerat.
Animam amittunt prius, quam demigrent loco.
Iacet ubi ſteterat quiſque atque ordinem obtinet.

Atque hi verſus aliquanto aliter leguntur in Plautinis libris: ſed male. expreſſum autem eſſe e Plauto Salluſtii locum, haud injuria fortaſſe aliquis ſuſpicetur. *Idem.*

Bellum juſtum] Quod vere, ac proprie belli nomine cenſeri poſſit. *Idem.*

Perdidimus] Ἀπωλέσαμεν. Idem.

Quod vero non cruentum] Quod me non interfecit, interficiendumve curavit. *Idem.*

Vivis nobis] Me vivo. *Idem.*

Quod

egreſſus eſt, quod ei ferrum extorſimus e manibus, quod incolumes cives, quod ſtantem urbem reliquit: quanto tandem moerore illum afflictum eſſe & profligatum putatis? Iacet ille nunc proſtratuſque eſt, Quirites, & ſe perculſum atque abjectum eſſe ſentit, & retorquet oculos profecto ſaepe ad hanc urbem: quam e ſuis faucibus ereptam eſſe luget. quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam peſtem evomuerit foraſque projecerit. At ſiquis eſt talis, quales eſſe omnes 2
oportebat, qui in hoc ipſo, in quo exultat & triumphat oratio

Quod ei ferrum] Allegoria. ſignificat enim, quod ei, ne cædem in urbe faceret, reſtitimus. *Mur.* Meus prim. & Franc. *quod ei ferrum extorſimus e manibus.* e eſt etiam in Duisb. *Grav.*

Quod incolumes cives] Quorum ſanguinem cogitatione jam exorbuerat. *Muretus.*

Quod ſtantem urbem] De cujus everſione ac diſperditione cogitabat. *Idem.*

Afflictum] Quaſi ad humum dejectum. *Idem.*

Iacet ille nunc proſtratus Quirites] Ita eſt in vulgatis libris: manuſcriptus autem aliquanto melius habet *proſtratuſque eſt.* plus enim eſt proſtratum eſſe, quam jacere. *F. Vrſinus.* Veriſſime Fulvius. Adſtruit illius veteris codicis ſcripturam meus primus, Francii & Duisburgenſis, eamque jure recepi. *Gravius.*

Perculſum] *Percellere* eſt evertere, & ad terram dejicere. unde proverbium ruſticorum, quo *plauſtrum perculiſſe* dicuntur, qui negotium aliquod everterunt, ac perturbarunt. meminit Donatus in Eunuchum. & eo uſus eſt Plautus in Epidico: *perii, plauſtrum perculi.* quo loco Eraſmus ineptiſſime legit, *Auſtrum perculi.* Idem.

Et retorquet oculos] Expreſſit geſtum eorum, qui inviti aliquid relinquunt. itaque hominem auri minime cupidum ita expreſſit Horatius:

Quiſquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos. Idem.

E ſuis faucibus] Metaphora eſt ab immanibus feris. *Idem.*

Quæ quidem lætari mihi videtur] Liber vetus, *Quæ quidem lætari eminus videtur.* eſt autem valde frequens Cicero in ea figura, ut ſenſum tribuat rebus inanimatis. Sic pro Marcello, *Parietes ipſi.* Sic pro Plancio: *Quorum honoribus agri prope dicam, ipſi, monteſque faverunt.* & in agrariis: *Tecta atque agri.* Idem.

Evomuerit] Metaphora ab ægrotis, qui ſæpe vomitu recreari ac relevari ſolent. *Idem.*

At ſi quis eſt talis] Nunc ingreditur ad declarandam rationem conſilii ſui: cur non interficiendum potius, quam emittendum eſſe Catilinam duxerit. artificioſe autem facit, ut non modo non improbet, ſed magnopere etiam laudet eorum ſententiam, qui eum interfici debuiſſe dicebant; & tamen ab omni reprehenſione ſe liberet. Tale enim dilemma afferri adverſus Ciceronem poterat. Aut conjuravit Catilina, aut non conjuravit. Si conjuravit, interficiendus fuit. ſi non conjuravit, ne ejiciendus quidem. huic ita reſpondet, ut illum interfici debuiſſe fateatur, ſed oſtendat tamen, magis e repub. fuiſſe, ut emitteretur. *Idem.*

Quales eſſe omnes oportebat] Nam, ſi omnes tales eſſent, tum demum, Catilinam interficere, nihil periculi fuiſſet. *Idem.*

In quo exultat & triumphat] Oſtentat, jactatque ſe, & quodammodo magnifice ſe infert. Triumphat autem, quaſi communi omnium hoſte devicto. *Idem.*

oratio mea, me vehementer accuſet, quod tam capitalem hoſtem non comprehenderim potius, quam emiſerim: non eſt iſta mea culpa, Quirites, ſed temporum. interfectum eſſe L. Catilinam, & graviſſimo ſupplicio affectum jampridem oportebat: idque a me & mos majorum, & hujus imperii ſeveritas, & reſpublica poſtulabat. Sed quam multos fuiſſe putatis, qui, quae ego deferrem, non crederent? quam multos, qui propter ſtultitiam non putarent? quam multos, qui etiam defenderent? quam multos, qui propter improbitatem faverent? Ac ſi, ſublato illo, depelli a vobis omne periculum judicarem, jampridem ego L. Catilinam non modo invidiae meae, verum

Non comprehenderim] In vincula duci non juſſerim. *Muretus.*

Interemptum eſſe] Libri veteres, *interfectum* aliquis nihil intereſſe dixerit. mihi hoc, quod eſt in veteribus, longe melius videtur. *Idem.* Adſtipulantur Mureti libris Grævii uterque, Francii, Duisb. excerpta Pithœi.

Hujus imperii ſeveritas] Forte: *ſecuritas.* Pith.

Sed quam multos fuiſſe putatis] Tria hominum genera ponit, in quorum invidiam incurſurus erat, ſi Catilinam interfeciſſet, unum eorum, qui, ipſum Catilinæ inimicum eſſe, propterea quod eum in conſulatu acerbum competitorem habuerat, putabant. ideoque, quæ ab ipſo deferrentur non credebant, quod ab odio proficiſci exiſtimarent. alterum eorum, qui ita ſtulti erant, ut non putarent, aut etiam ut defenderent. tertium denique improborum hominum, qui Catilinæ conatibus, & inceptionibus favebant. *Muretus.*

Ac ſi ſublato illo] Quamvis, inquit, videbam, quanta mihi impenderet invidia, ſi Catilinam morte multaſſem: tamen ſi judicaſſem fore, ut reſpubl. morte illius omni periculo defungeretur; facile contempſiſſem omne non invidiæ modo, verumetiam vitæ periculum. *Idem.*

Judicarem] Pro, judicaſſem. enallage temporum. *Idem.*

Invidia mea] Qua mihi inviderentur, non qua ego aliis inviderem. Sic infra: *Invidia mea levanda cauſa.* Vtroque autem modo dici invidiam, ipſemet docuit quarto Tuſculanarum. Ego vero video, multa quoque alia nomina a veteribus eo modo uſurpata eſſe. Vtilitas enim mea ſæpe quidem eſt ea, quam ego percipio: ſed interdum ea quoque, quæ ex me percipitur. Terentius Eunucho:

— *In ea re utilitatem ego faciam ut*
cognoſcas meam.

Cicero ad Tironem: *Vtilitatibus tuis poſſum carere: te valere, tua cauſa primum volo: tum mea, mi Tiro.* Sic negligentia tua, qua tu negligeris: & odium tuum, quo te alius proſequitur. Terentius:

Nam neque negligentia tua, neque odio
id fecit tuo.

Sic inſidiæ alicujus, non quas ipſe tendit, ſed quæ ipſi tenduntur. Cicero pro Cœlio: *Quod in alicujus agreſtis periculo non prætermitteret, id, homo eruditus, in inſidiis doctiſſimi hominis diſſimulandum putaret?* multa his conſimilia reperiet, ſiquis accurate obſervare voluerit. *Idem.*

Non modo invidia mea] Sic legendum, *non*, ut eſt in libris vulgatis, *invidia mea.*

erum etiam vitae periculo ſuſtuliſſem: ſed cum vide-
:m, ne vobis quidem omnibus re etiam tum probata,
. illum, ut erat meritus, morte multaſſem, fore, ut
jus ſocios invidia oppreſſus perſequi non poſſem, rem
uc deduxi, ut tum palam pugnare poſſetis, cum ho-
:em aperte videretis. Quem quidem ego hoſtem,
Quirites, quam vehementer foris eſſe timendum putem,
cet hinc intelligatis, quod illud etiam moleſte fero,
uod ex urbe parum comitatus exierit. Vtinam ille
mnes ſecum ſuas copias eduxiſſet. Tongilium mihi
duxit; quem amare in praetexta calumnia coeperat:
Pu-

ea. Lambinus. *Non modo invidia mea, d etiam vita periculo, &c.*] Apparet de duſtria oppoſita, periculum vitæ ac ividiæ. & quid vetat bene dici; cum æclare dicatur, *invidia ſua facere.* ideo ambinum contra omnes libros hæc nmutantem non ſequor. *Guilielmius.*

Verumetiam vita periculo] Convenit ım eo, quod in ſenatu dixerat, pa- iam ſibi vita cariorem eſſe. *Muret.*

Quod illud etiam moleſte fero] Non nepte meus primus: *qui etiam moleſte ro.* Grævius.

Quam vehementer] E contrario intel- gendum. *Muretus.*

Tongillum] Omnes, quos ego quidem iderim, libri veteres, *Tongilium.* Idem. Mei quoque libri *Tongilium* legunt.

Tongilium mihi eduxit] Illud, mihi, ıd ſententiam nihil, ad ſermonis ele- gantiam, &, ut ita dixerim, urbanita- em longe plurimum adjungit. Sic in- ia, *Qui mihi accubantes in conviviis.* & ro Murena, *Apud exercitum mihi fue- is, inquit, tot annos.* Terentius Phor- mione: *Qui mi, ubi ad uxores ventum eſt, um fiunt ſenes.* Muretus.

In prætexta] Imberbem videlicet ado- eſcentulum. prætextam enim ferebant uſque ad annum ætatis XVII. *Idem.*

Calumnia cœperat] Ita reperio etiam in calamo exaratis libris. neque tamen du- bium eſt, quin ea vox aut omnino re- dundet, aut aliquo modo corrupta ſit. ego certi nihil pronunciare audeo. *Idem.*

Quem amare in prætexta cœperat] Vocem, *calumnia*, ſive *kalumnia*, quæ ſuperva- canea, & aliena eſt, quamquam repe- ritur in veteribus libris, ego funditus ſuſtuli. Si quis autem quærat, unde or- ta ſit, orta eſt ex ora libri, ad quam ali- quis e regione hujus loci, in quo M. Tul- lius ait, *Tongillum*, cum eſſet puer, a Catilina fuiſſe amatum, adſcripſerat, *calumnia:* ſignificans ſcilicet hoc eſſe o- ratorie dictum potius, quam vere. pau- cis poſt verſibus autem, voces duas, *vos videtis*, quæ poſitæ ſunt, poſt, *quam no- biles?* ego veterum librorum noſtrorum auctoritate fretus, cum Muretus ne in ſuis quidem eas repererit, funditus de- levi. omnino etiam ſine librorum vete- rum auctoritate, perſpicuum eſt, eſſe ſupervacaneas atque inanes. *Lambinus.*

Tongillum mihi eduxit quem amare in præ- texta calumnia cœperat] Quidam emen- darunt, *quem amare prætextatum in Gal- lia cœperat.* ſed prior lectio ferri poteſt, hoc ſenſu: quod *Tongilium* (non *Ton- gillum*) ſive *Longinum* (qui a Salluſtio inter conjuratos nominatur) Catilina adhuc prætextatum ſimularit ſe amare, cum illum non amaret, ſed alteri ſubji- ceret. quæ ſequuntur ita legebat Panta- gathus veteris ſcripturæ veſtigia ſecutus: *Publicium, Minatium, quos viros? quam valentes? quam nobiles? quorum æs alie- num contractum in popinam, nullum reipu- blica motum afferre poterat, itaque,* &c. eduxit enim ignobiles, ſenes, egenos:
ze-

Publicium & Munatium; quorum æs alienum contractum in popina nullum reip. motum afferre poterat; reliquit quos viros, quanto alieno ære, quam valen-
3 tes, quam nobiles. Itaque ego illum exercitum, & Gal-

reliquit nobiles, valentes, divites. *Fulv. Vrſinus.* *In prætexta calumniæ*] Pal. ſextus *ſalumpnia*. Locus obſcurus. niſi velimus a prima ſtatim adoleſcentia cum in forum deduceretur, operatum calumniæ, ideoque ab ea amatum. ad quod exemplum dicimus, *Muſa illum amant, Fides me amat*. hæc Guilielmius. *Gruter.* Si locus hic emendate ſcriptus eſt, recte procul dubio eum cepit Vrſinus. *Calumnia*, in caſu ſexto, eſt ſub prætextu amoris, ut 1 ad fam. epiſt. 1: *calumnia religionis* eſt, falſus religionis prætextus. Sed tamen nec mihi, nec ulli qui tritas Ciceronis lectione aures habet, quiſquam perſuaſerit locum eſſe ſanum. *Grævius.*

Publicium & Munatium] Iterum repetendum eſt verbum, *eduxit*. Muretus.

Nullum reip. motum afferre poterat] Antea legebamus *metum*, ſed præter libros mſſ. imo etiam editionem Venetam anni CCCCLXXXIII *motum* habet. *Gruter.* Francii etiam: *nullum reip. metum afferre poterat*. non inſulſe. quamvis aliorum librorum lectionem minime repudiandam putem. Nam propter æs alienum hominum potentum motus in rebus publicis oriri ſolere docuit olim Ariſtoteles in Politicis. Sed ab horum hominum vilium & luxu perditorum quos ſecum eduxit Catilina ære alieno ait nullum motum eſſe metuendum. *Grævius.*

Reliquit quos viros] Ita emendandus eſt locus hic e veteribus libris: *Reliquit quos viros? quanto alieno ære? quam valentes? quam nobiles?* illa autem duo verba, *vos videtis*, neque in vetuſtis exemplaribus leguntur, & ſine dubio, addita ſunt ab aliquo inepto, qui, deeſſe quippiam, errore ductus, opinaretur. *Muretus.* Varie hic locus interpungitur. P. Manutius *reliquit* præcedentibus annectit, contra Ciceronis ſententiam, qui contemnit, quos ſecum eduxerat, conqueritur autem nobiliſſimos & valentiſſimos eſſe relictos. *Vos videtis* in nullo meorum quatuor, quos adhibui, conſpicitur, uti nec in ſuis invenere Muretus, Lambinus, Vrſinus. Merito delevit. Nam ſi retineretur, eſſet legendum *reliquerit*. Verum licet interpunctione interpoſita hæc forſan poſſint eludi, ineptum tamen eſt, *vos videtis*. Nec enim populus dum ſocios & ſatellites Catilinæ norat. *Grævius.*

Quanto alieno ære] Lambinus addit, *obſtrictus*, quod neque neceſſarium, atque in noſtris mſſ. uſquam erat, aut aliis olim editis: & de elegantia commutata, ſunt enim fere paria, haut parum detrahit. *Gruterus.*

Itaque ego illum exercitum] Locum hunc depravatum eſſe conſtat. ego autem partim veterum librorum auxilio, partim etiam conjectura nixus, confido fore, ut eum & corrigam, & declarem. Sententia igitur Ciceronis hæc eſt. Magnopere contemno eos omnes, qui cum Catilina exierunt, totumque adeo Catilinæ exercitum: ſed, qui e ſociis ejus in hac urbe manſerunt, eos demum metuendos eſſe duco. Cur exercitum contemnam, in cauſa ſunt primum legiones Gallicanæ, in quibus magnum eſt pop. Rom. præſidium conſtitutum. deinde hic delectus, quem habuit Metellus in agro Piceno, & Gallico. præterea copiæ, quæ quotidie a nobis comparantur. magnos etiam mihi animos illud facit, quod totum Catilinæ exercitum video e teterrimorum hominum colluvione eſſe conflatum. Sed hos demum, qui manent in urbe, cum tamen ſint nefaria illa ſocietate implicati, nobis eſſe arbitror pertimeſcendos. Hæc, niſi me vehementer fallit animus, Ciceronis ſententia eſt. quod magis patebit, ubi ſublata erunt aliquot menda, quæ adhuc huic loco tenebras offuderunt. *Muretus.*

Et

& Gallicanis legionibus, & hoc delectu, quem in agro Piceno & Gallico Q. Metellus habuit, & his copiis, quae a nobis quotidie comparantur, magnopere contemno; collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis decoctoribus: ex iis, qui va-

Ex Gallicanis legionibus] Emenda e libro vetere, *Et Gallicanis legionibus*. non enim dicit, exercitum Catilinæ eſſe ex Gallicanis legionibus; ſed contemnere ſe Catilinæ copias, legionibus Gallicanis, id eſt, propter legiones Gallicanas, ſeu fretum auxilio legionum Gallicanarum. Gallicanas autem dicit, ut opinor, quæ in Gallia, in hibernis diſpoſitæ eſſent. *Mur.* *Itaque ego illum exercitum præ Gallicanis legionibus*] Hunc locum ſane feliciter reſtitui, partim conjectura ductus, partim auctoritate veterum codicum fretus. Nam Muretus quoque teſtatur, in ſuis libris non reperiri præpoſitionem, *ex*. & hunc locum erudite explicat. Itaque ei omnia aſſenſus ſum, præterquam quod *præ Gallicanis*, &c. legendum potius putavi, quam, *& Gallicanis*. Neque vero eſt, quod mihi in hac re antiquorum lib. auctoritas opponatur. Nam in uno manuſcr. eoque antiquiſſimo, ſcriptum reperi, *pro Gallicanis*. ex quo levi immutatione facta, non dubitavi facere, *præ*. Lambinus. *Et Gallicanis legionibus*] Lambinus aliud hic ſubſtituit, ſed non accedunt libri noſtri, qui vulgatam tuentur. vett. adjiciunt *ex*, quod & in omnium ætatum editionibus. Palatinus ſec. interpretationis loco adpinxit, reſpectu Gallicanarum legionum. *Gruterus.*

Et cum hoc delectu] Dele particulam, *cum*, abeſt enim a veteribus libris, & ſenſum corrumpit. *Muretus.*

Q. Metellus] Miſſi ſunt prætores, Q. Pompejus Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum: hiſque permiſſum, uti pro tempore, atque periculo exercitum compararent. Hæc Salluſtius. e quibus conſtat de delectu, quem habuit Metellus in Piceno, de Gallico autem, e Dione cognoſcitur: qui narrat, cum ſenatus provincias decreviſſet conſulibus Macedoniam, & Galliam: Ciceronique Macedonia, quæ lucroſior erat, obtigiſſet: Ciceronem ſponte eam conceſſiſſe C. Antonio, ut hominem magno ære alieno, ob idque non alienum a ſuſpicione conjurationis, oblata lucri ſpe, ad bonas partes adduceret. ac ne ipſum quidem in Galliam iviſſe, ſed, cum ſibi ſumpſiſſet urbis cuſtodiam, eo Q. Metellum miſiſſe. Atque hoc eſt, quod Cicero tam ſæpe a ſe provinciam reipubl. cauſſa prætermiſſam fuiſſe jactat. *Idem.*

Ex his copiis] Ita etiam in veteribus legitur, neque tamen dubito, quin legi debeat, *Et his copiis*. Idem. *Et his copiis, &c.*] Eſt a conjectura Mureti, quam ſecuti Manutiani; & præfert Palat. nonus. nam ſext. hanc clauſulam omiſit. Guilielmius ad horum interpretationem, allegarat locum pro Murena c. 36. *his hædinis pelliculis prætura dejectus eſt*, id eſt, propter has pelliculas. mihi tamen non poteſt omnino diſplicere, *contemnere aliquem ex re alia* præcipue cum meliores fere membranæ lectionem eam oſtentent. *Gruterus.* In utroque Grævii & Francii eſt *& his copiis*. ſed in Duisburg. *& ex his copiis.*

Quæ a nobis] Decreverat enim ſenatus, uti conſules delectum haberent. Salluſtius. *Muretus.*

Ex agreſti luxuria] Id eſt, ex agreſtibus luxurioſis. metonymia. *Idem.*

Ex ruſticis mendiculis, & decoctoribus] Vocem, *mendiculis*, in nullo vetere libro reperio: quin omnes, quos mihi quidem videre contigerit, nihil habent hoc loco aliud, niſi: *Ex ruſticis decoctoribus*. *Decoctoribus*, de hujus verbi vi copioſe diſſeruit Budæus in Pandectas. *Idem.* *Ex ruſticis decoctoribus*] Vulgo interjicitur, *ex ruſticis mendiculis & decoctoribus*, verum ſic nullus ſcriptorum Mureti, ſic nullus noſtrorum. prima editio præfert *ex ruſticis metalis decoctoribus*. jocoſe. *Grut.*

Va-

vadimonia deſerere, quam illum exercitum maluerunt: quibus ego non modo ſi aciem exercitus noſtri, verum etiam ſi edictum praetoris oſtendero, concident. Hos, quos video volitare in foro, quos ſtare ad curiam, quos etiam in ſenatum venire: qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, mallem ſecum ſuos milites eduxiſſet: qui ſi hic permanent, mementote non tam exercitum illum eſſe nobis, quam hos, qui exercitum deſeruerunt, pertimeſcendos. Atque hoc etiam ſunt timendi magis, quod quid cogitent me ſcire ſentiunt, neque tamen permoventur. Video, cui Apulia ſit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui ſibi has urbanas inſidias caedis atque incendiorum depopoſcerit. omnia ſuperioris noctis conſilia ad me ſentiunt eſſe perlata: patefeci in ſenatu heſterno die: Catilina ipſe pertimuit, profugit: hi quid expectant? nac illi vehementer errant, ſi illam meam priſtinam lenitatem perpetuam ſperant

fu-

Vadimonia deſerere] Καταλείπειν τὰς δίκας. *Vadimonium deſerere*, eſt, quem in diem tu alium, aliuſve te vadatus fuerit, eum diem non obire. in deſertores autem vadimonii, pœna infamiæ conſtituta erat: & in eorum bona creditores a prætore mittebantur. *Muretus.*

Edictum prætoris] Ex eo enim cognoſcent omnium fortunarum ſuarum ruinam, ob deſerta vadimonia. eſt autem argumentum a minori. *Idem.*

Qui fulgent purpura] Significat ſenatores eſſe. ſoli enim ſenatores purpuream tunicam lato clavo inſignem ferebant. *Idem.*

Video, cui Apulia ſit attributa] C. Iulium in Apuliam Catilina miſerat, ut eſt apud Salluſtium. Sed hic locus de eo intelligi non poteſt. conſtat enim, Ciceronem loqui de quibuſdam, qui adhuc in urbe erant. *Idem.*

Attributa] A Catilina, tanquam imperatore, aſſignata. *Idem.*

Qui habeat Etruriam] Non Manlium dicit, (ille enim jampridem ab urbe profectus fuerat) ſed alium quempiam nobis ignotum. *Idem.*

Qui agrum Picenum] Ne hic quidem Septimius Camers intelligi poteſt. *Idem.*

Qui ſibi has urbanas] Cethegum, Statilium, Caſſium, Gabinium, ceteros. *Idem.*

Superioris noctis] Non intelligit eam noctem, quæ proxime anteceſſerat. neque enim conveniret, quod ſtatim ſubjungit, *Patefeci in ſenatu, heſterno die.* Idem.

Na illi vehementer errant] Hunc locum teſtem producit Cariſius lib. 2, cap. de conjunctione. producit & locum illum ex Roſciana: *Na tu Eruci accuſator eſſes ridiculus.* quem eundem profert & Diomedes lib. 1, cap. 6. apud quos notandum eſt, *ne*, uno, eodemque modo ſcribi cum affirmationem, negationem, prohibitionem ſignificat. & tamen certum eſt non eſſe erratum typographi. *Lambinus.*

Mi-

futuram. Quod expectavi, jam ſum aſſecutus, ut 4
vos omnes factam eſſe aperte conjurationem contra rempub. videretis. niſi vero ſi quis eſt, qui Catilinae ſimilis cum Catilina ſentire non putet. Non eſt jam lenitati locus: ſeveritatem res ipſa flagitat. unum etiam nunc concedam: exeant, proficiſcantur, ne patiantur Catilinam deſiderio ſui miſerum tabeſcere. demonſtrabo iter: Aurelia via profectus eſt. ſi accelerare volent, ad veſperam conſequentur. O fortunatam rempubl. ſiquidem hanc ſentinam hujus urbis ejecerit! Vno mehercule Catilina exhauſto, relevata mihi & recreata reſpub. videtur. Quid enim mali, aut ſceleris fingi aut excogitari poteſt, quod non ille conceperit? quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis ſicarius, quis parricida, quis teſtamentorum ſubjector, quis circumſcriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor juventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri poteſt, qui ſe cum Catilina non familiariſſime vixiſſe fateatur?
quae

Miſerum tabeſcere] Colon. *tepeſcere*, quod mire huc quadrare putat Guilielmius. Vulgatam tamen loco non movet; neque cauſa erat. *Gruterus*. *Tepeſcere* ſcribitur etiam in ſecundo Graevii, ſed peſſime.

Ad veſperum conſequentur] Cod. Memm. & duo alii habent, *ad veſperam*. Lambinus.

Vno mehercule] Complexio a minori. *Muretus*.

Quid enim mali] Generalis propoſitio, quam poſtea enumeratione partium amplificat. *Idem*

Teſtamentorum ſubjector] Vt Graecis ὑποβάλλεσθαι, ita Latinis, *ſubjicere*, eſt interdum falſum, & adulterinum quippiam veri ac Germani loco ſupponere. inde teſtamentorum ſubjectores, qui & teſtamentarii, dicuntur, quia quaſi artem quandam factitant ſupponendi falſa teſtamenta pro veris, ad quod exemplum, arbitror librarios iſtos, qui, lucelli ſui cauſa, ut lectorem inducant hiantem, ineptiſſimis libris veterum ſcriptorum nomina praeponere non verentur, librorum ſubjectiores eleganter vocari poſſe. *Idem*.

Circumſcriptor] Qui inducendi, ac circumveniendi homines, quaſi artificium quoddam tenet. hoc quoque a Graecis ſumptum, quibus περιγράφειν interdum valet, decipere. *Idem*.

Quis ganeo, quis nepos, &c.] Profert hunc locum Nonius ad vocem, *ganeo*. Lambinus.

Nepos] Cur nepotes vocabant nequam & diſſolutos homines? opinor, quod qui pueri, patre mortuo, in avi tutelam veniunt tales evadere conſueverint. nam & indulgentiores patribus fere ſunt avi: & ſi ſeveri eſſe velint, facile propter aetatis imbecillitatem a pueris patrio metu ſolutis contemnuntur. *Muretus*.

Qua-

ſolum ex urbe, verum etiam ex agı rum perditorum hominum collegeı modo Romae, ſed nec ullo in angu preſſus aere alieno fuit, quem non foedus ſceleris adſciverit. Atque, u

Quæ cædes] De cædibus, deque ſtupris a Catilina factis ſuperiore commentario diximus. exponuntur autem a Q. Cicerone in libello de petitione conſulatus, a Salluſtio, ab Aſconio. *Muretus.*

Alios ipſe amabat] Q. Tullius ait, eum tantum habuiſſe in libidine artis, & efficacitatis: ut parentum prope in gremiis prætextatos liberos conſtupraric. *Idem.*

Verumetiam ex agris] Hoc eſt, quod ſupra, agreſtem luxuriam, & decoctores ruſticos dixit. *Idem.*

Sed nec ullo in angulo totius Italiæ] Pall. & H. F. ed. vet. *ſed ne ullo*, quæ formula, inquit Guilielmius, notanda, ut rara: qua tamen etiam uſus ad Atticum. *Gruterus.*

Atque ut ejus diverſa ſtudia] Duo diſſimilia vitia in Catilina eſſe dicit, gladiatoriam in tractandis armis obeundiſque facinoribus audaciam, & ſcenicam in omni libidine levitatem ac nequitiam. quod admirabile videri queat. Mollitiam enim, & infractionem animi affert libido, qua nihil eſt armorum tractationis & audacia magis alienum. ideoque Venerem admonet Homericus Iupiter, ne interponat ſe in res bellicas: ſed Mar-

Ταῦτα
τ
Omnino taı
nes bellicoſ
dictos in Ve
ſignificare v
runt, dedit
ſæpe ſe in il
no, ut ait L
amoris. qu
ſecundo de
λεγόσας
τον ἄρη
τὶν τῶ ἀῤῥ
γυναικεῖν
τες οἱ πι
fuit cur an
lerent: qu
Herculem,
ſiſſimum f
traditum eſ
ut una no
mellitam,
bam toton
tos decimu
Τὰ περι

in diſſimili ratione perſpicere poſſitis, nemo eſt in ludo gladiatorio paullo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinae eſſe fateatur: nemo in ſcena levior & nequior, qui ſe non ejuſdem prope ſodalem fuiſſe commemoret. Atque idem tamen ſtuprorum & ſcelerum exercitatione aſſuefactus, frigore & fame, & ſiti ac vigiliis perferendis, fortis ab iſtis praedicabatur, cum induſtriae ſubſidia atque inſtrumenta virtutis in libidine audaciaque conſumeret. Hunc vero ſi ſe-

tiam valent. Porro quod hic Cicero de diverſis Catilinæ ſtudiis dicit, id vel optime ex oratione pro Cœlio, quale ſit, intelligi poteſt. *Muretus.*

Nemo in ſcena] Scio, in omnibus fere libris manuſcr. & lapidibus antiquis hoc nomen ſcribi cum diphť. *æ*. verumtamen uſum ſcribendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi, ut ait M. Tullius. *Lambinus.*

Atque idem] Catilina, inquit, quamvis omnes ſcenicos levitate, nequitiaque ſuperaret, fortis tamen habebatur a ſuis, propterea quod diuturna ſtuprorum ac ſcelerum exercitatione ad ferendos labores occalluerat. Sed immeritiſſimo laus illa ei tribuebatur, cum inſtrumenta virtutis in ſcelere ac nequitia conſumeret. *Muretus.*

Aſſuefactus, frigore & fame] Vide, num rectius legatur, *frigori*, & *fami*. Idem.

Ab his iſtis ſuis sociis] Macularunt hunc locum barbari illi ac ſordidi magiſtri, qui patrum memoria gloſſas in ſcholis ad ſingula verba dictare ſoliti erant. In duobus veteribus libris legitur, *Fortis ab iſtis prædicabatur:* quomodo ſine dubitatione corrigendum eſt. *Idem.* *Fortis ab iſtis prædicabatur*] Ita & noſtri, & olim editi; non ut poſtea impreſſi, *fortis ab his iſtis ſuis ſociis prædicabatur.* Gruterus.

Induſtriæ ſubſidia, atque inſtrumenta virtutis] Omnibus bonis male uti poſſumus, præterquam virtute: ait Ariſtoteles libro primo de arte dicendi. quod tamen adhibita aliqua moderatione intelligendum eſt. etenim felicitas neque virtus eſt, & eſt bonum, neque tamen quiſquam felicitate aut bene, aut male uti poteſt. utimur enim non ipſo fine: ſed iis, quæ ad finem dirigunt: id eſt, iis, quæ ὀργανικὰ nominantur. cujusmodi ſunt opes, divitiæ, imperia, integritas virium, forma, cæteraque Stoicorum προηγμένα. ejuſmodi bona in Catilina erant firmitas corporis, patientia algoris, inediæ, ſitis, inſomniæ: quibus ille omnibus ad ſcelus & ad libidinem abutebatur. *Muret.* His quæ de felicitate Muretus hic notat, adverſatur Florus III, 12: *Quæ res alia furores civiles peperit, quam nimia felicitas?* Et IV, 2: *Cauſſa tantæ calamitatis eadem quæ omnium nimia felicitas.* Senec. de prov. cap. 4: *Perículoſiſſima felicitatis intemperantia eſt.* Multa hujus generis alia facile congeras, ex quibus videre licet, felicitate nos poſſe abuti æque ut aliis bonis. *Græv.*

In libidine audaciaque] Refert ad illam, quam ſupra dixerat, ſtuprorum, & ſcelerum exercitationem. *Muretus.*

Conſumerentur] Libri veteres, *conſumeret* & ita emendandum eſt. *Idem.* Sic & Græv. ſecundus (in primo hic aliquot folia perierunt) & Franc. & Duisb. quos ſum ſecutus.

Hunc vero] Sententia eſt. Si cæteri conjurati, ducem ſuum ſecuti, ex urbe exierint, beati erimus, fortunata erit reſp. præclara erit laus conſulatus mei. Sed animadverte, quam eleganter figuraverit hanc ſecundam partem: & quanto eam pulchriorem, repetitis exclamationibus, reddiderit. *Muretus.*

ſi ſecuti erunt ſui comites, ſi ex urbe exierint deſperatorum hominum flagitioſi greges, o nos beatos, o remp. fortunatam, o praeclaram laudem conſulatus mei! Non enim jam ſunt mediocres hominum libidines, non humanae ac tolerandae audaciae: nihil cogitant niſi caedem, niſi incendia, niſi rapinas: patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt, res eos jampridem, fides deficere nuper coepit: eadem tamen illa, quae erat in abundantia, libido permanet. Quod ſi in vino & alea comiſſationes ſolum & ſcorta quaererent, eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi. hoc vero quis ferre poſſit, inertes homines fortiſſimis viris inſidiari, ſtultiſſimos prudentiſſimis, ebrios ſobriis, dormientes vigilantibus? qui

Si ſui fuerint comites ſecuti] Duo libri veteres, *Si ſecuti erunt ſui comites.* qui numerus mihi quidem magis probatur. *Muret.* Sic & Grævii ſecundus.

Niſi cædes, niſi incendia] Scribe, iisdem libris auctoribus, *Niſi cædem, niſi incendia.* Cædes enim unum eſt ex illis nominibus, quæ priore numero, multitudinis ſignificationem habent. ἀθροιστικὰ, ut meminiſſe videor, grammatici vocant. Sic igitur locutus eſt & aliis locis, & paulo infra: *Eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atque urbis incendia.* Muretus. *Cædem* aſſerit ſecundus Grævii.

Obligurierunt] Vnus e veteribus libris, *abligurierunt.* idque fortaſſe verius eſt. nam obliguriendi verbum non memini alibi legere. *Muretus.* *Abligurierunt* recepit P. Manutius. MSS. Grævii ſecundus, Franc. Duisburg. *obligaverunt* peſſime.

In vino] Peracto jam convivio, ſublatiſque epulis, pocula tamen relinquebantur, quibus mutuo inter ſe certantes convivæ, aut jocis hilarabant animum, aut aleam ludebant, aut aliquid faciebant ejuſmodi. id itaque tempus indicatur his loquendi generibus, *in vino; in joco atque vino; in vino atque alea.* Terentius:

— vel here in vino quam immodeſtus
Fuiſti,

Catullus:

Marrucine Aſini, manu ſiniſtra
Non belle uteris in joco atque vino.

Muretus.

Comeſſationes] Vetus liber, *comeſſatores.* placet. *Idem.* *Comiſſationes*] Nemo hodie, niſi indoctiſſimus, dubitat, quin *comiſſari*, & *comiſſatio*, & *comiſſator* Latine dici debeat, non, ut patrum noſtrorum ætate, *comeſſari, comeſſatio, comeſſator.* Qua de re ego plura in commentariis Horatianis, ad odam primam lib. 4. ibi. *Tempeſtivius in domo Paulli purpureis ales oloribus Comiſſabere Maximi:* verum non diſſimulabo, hic in nonnullis libris legi, *comiſſatores.* Lambinus.

Eſſent illi quidem deſperandi] Nihil enim ab aleatoribus, ſcortatoribus, comeſſatoribus neque privatim, neque publice utile ſperari poteſt. *Muretus.*

Sed tamen eſſent ferendi] Domeſtica enim illa turpitudo & infamia ſaltem remp. non attingeret. *Idem.*

Ebrioſos ſobriis] Omnes ad unum libri veteres, *ebrios.* quod valde probo. ut enim dormiens vigilanti, ita ebrius ſobrio opponitur. *Idem.* Græv. ſecundus & Francii quoque *ebrios*, quod jam a Manutio receptum.

Qui

qui mihi accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, redemiti ſertis, unguentis obliti, debilitati ſtupris, eructant ſermonibus ſuis caedem bonorum atque urbis incendia. Quibus ego confido impendere fatum aliquod: & poenas jamdiu improbitati, nequitiae, ſceleri, libidini debitas, aut inſtare jam plane, aut certe jam appropinquare. Quos ſi meus conſulatus, quoniam ſanare non poteſt, ſuſtulerit: non breve neſcio quod tempus, ſed multa ſaecula propagarit reip. Nulla eſt enim natio, quam pertimeſcamus: nullus rex, qui bellum populo Romano facere poſſit. omnia ſunt externa unius virtute terra marique pacata. domeſticum bellum manet, intus inſidiae ſunt, intus incluſum periculum eſt, intus eſt hoſtis. cum luxuria nobis, cum amentia, cum ſcelere certandum eſt. Huic ego me bello ducem profiteor, Quirites: ſuſcipio inimicitias hominum perditorum. quae ſanari poterunt, qua-

Qui mihi accubantes] Præclarum exemplum ὑποτυπώσεως, ſive ſubjectionis. *Muretus.*

Vino languidi] Nam, ut ait poëta. ut Venus enervat vires, ſic copia vini. *Id.*

Confecti cibo] Placet omnino mihi hæc ſcriptura. ſed tamen in quodam libro vetere eſt, *Conferti cibo.* quod ne ipſum quidem diſplicet. *Idem.* *Conferti cibo*] Malui iſtud cum libris noſtris pleriſque quam vulgatam *confecti.* ita poëta vetus, neſcio quis, *differtite veſtra viſcera.* Grut. *Conferti* eſt quoque in Græv. ſec. Franc. & Duisburg.

Sertis redemiti] Coronatos, & unguentis odoratis perfuſos cœnitaſſe olim eos, qui luxurioſius epulabantur, docuimus in commentario Catulliano. *Muretus.*

Pœnas jamdiu improbitati] Tres libri, quos vidi, *pœnam jamdiu improbitati, & libidini debitare.* Mox iidem, *certe appropinquare.* Græuius.

Nulla eſt enim natio] Sic ad finem primæ agrariæ: *Nullum externum periculum eſt: non rex, non gens ulla, non natio pertimeſcenda eſt. incluſum malum, inteſtinum, ac domeſticum eſt.* Muretus. *Enim* non habetur in Franc.

Inferre poſſit] Libri veteres, *facere poſſit.* Muretus.

Vnius virtute] Cn. Pompejum Magnum intelligit: de cujus virtute lege orationem pro lege Manilia. *Idem.*

Intus inſidiæ ſunt] Sic in defenſione Murenæ: *Intus, intus eſt, inquam, equus Trojanus: a quo nunquam, me conſule, dormientes opprimemini.* Idem.

Quæ ſanari potuerunt] Vnde allegoria ducta ſit conſtat. huc autem pertinent verſus Naſonis:

Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Et ille locus ex octava Philippica: *In corpore ſi quid ejuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, uri ſecarique patiamur, ut aliquid membrorum potius, quam totum corpus intereat. ſic in reip. corpore, ut totum ſalvum ſit, quicquid eſt peſtiferum, amputetur.* Idem.

quacumque ratione ſanabo, quae reſecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare. Proinde aut exeant, aut quieſcant: aut, ſi & in urbe, & in eadem mente permanent, ea, quae merentur, exſpectent.
6 At etiam ſunt, Quirites, qui dicant, a me in exilium ejectum eſſe Catilinam. Quod ego ſi verbo aſſequi poſſem, iſtos ipſos ejicerem, qui haec loquuntur. Homo enim videlicet timidus, & permodeſtus vocem conſulis ferre non potuit: ſimul atque ire in exilium juſſus eſt, paruit, ivit. Heſterno die, Qui-

ANONYMUS.

Deſunt aliqua in principio.

* * * * Fugit ad tranſlationem bonam.

Quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manere] Vulnus enim humore intra ſe collecto, ſi non ſectum fuerit, aſperius efficitur, & ſemper manat ſine curatione.

At etiam ſunt qui dicant] Vides quia minatur populo. & quaſi de aliis dicens populum accuſat.

Si verbo aſſequi poſſem] Id eſt, ſi uno verbo poſſem aliquem ad exilium pellere.

Qui heſterno die] Vides quia contra invidiam deſcendit, & purgat ſe, ne videatur expuliſſe.

VARIORUM.

Ad perniciem civitatis manare] Non reprehendo hanc lectionem. Indico tantum in tribus codicibus ſcribi *ad perniciem reip. manere*, quod poſſit defendi. Sic ſane legit etiam Anonymus. Sed vulgato non præfero. *Grævius.*

Ea quæ merentur] Ultimum ſupplicium. *Muretus.*

At etiam ſunt] Non deerant, qui invidiam Ciceroni conflare cupientes, quererentur de nimia illius potentia, quod civem Rom. claris ortum majoribus, magnis in rep. honoribus functum, vi & minis in exilium miſiſſet. eam nunc a ſe multis rationibus amovere conatur. *Idem.* Numeroſior erit oratio, ſi legas cum Francii libro: *At ſunt etiam qui dicunt, Quirites.* Grævius.

Paruit. quid quod heſterno die]. Iſtiuſquidem animum meum tenuis quædam ſuſpicio pupugerat; vitii aliquid in his verbis ſubeſſe. vix enim ſatis diſpicere poteram, quorſus hæc interrogatio pertineret. ergo dum impreſſos libros cum manuſcriptis accurate, atque attente confero; reperi in eo, quem jam antea dilaudavi, omnium, quorum ego quidem copiam habuerim, longe optimo libro eam ſcripturam, quæ omnem mihi ſcrupulum exemit, planeque viſa eſt omni mendo vacare. Sic igitur in eo totus hic legitur locus: *Simul atque ire in exilium juſſus eſt, paruit, quievit. Heſterno die, cum domi mea pene interfectus eſſem, ſenatum in ædem Iovis Statoris convocavi: rem omnem ad patres conſcriptos detuli. quo cum Catilina*, & cætera. Iam opus eſſe non puto, ut eam ullis rationibus confirmem, ac conſtituam. Stat enim ipſa per ſe; neque non probari cuilibet docto & intelligenti exiſtimatori poteſt. aliter fortaſſe judicabit alius. ego, ut de meo ſenſu aperte atque ingenue confitear, vel hoc uno emendato loco, videor mihi operam navaſſe, quod in hac oratione purganda elaborarim. *Muretus.*

Paruit quievit. Heſterno die] Eſt a libro Mureti. prius enim habebamus, *paruit. Quid quod heſterno die.* edd. antiquæ, *paruit. Qui heſterna die.* quod & in Pal. ſec. nam reliqui, *qui ut leſt. at.* Colon. *quid ut.* Fabr. *Heſterna quidem die.* male. ſed ex iſtis duobus legit Guilielmius. *paruit. quievit. Heſterna die Quirites*, &c. Grut. Eadem varietas in meis etiam libris, quos

Quirites, cum domi meae paene interfectus eſſem, ſenatum in aedem Iovis Statoris convocavi, rem omnem ad P. C. detuli. quo cum Catilina veniſſet, quis eum ſenator appellavit? quis ſalutavit? quis denique ita adſpexit, ut perditum civem, ac non potius, ut importuniſſimum hoſtem? Quin etiam principes ejus ordinis partem illam ſubſelliorum, ad quam ille acceſſerat, nudam atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille conſul, qui verbo cives in exilium ejicio, quaeſivi a Catilina, an nocturno conventu apud M. Leccam fuiſſet, necne. Cum ille homo audaciſſimus, conſcientia convictus, primo reticuiſſet, patefeci cetera; quid ea nocte egiſſet, ubi

quos cum editis contuli, conſpicitur. Meus ſecundus: *Paruit. Quid ut dicam heſterno die: Q. cum domi mea.* Sed *dicam* erat alia manu ſupra *ut* poſitum, ſed æque antiqua quam qua ipſe liber eſt exaratus. Franc. *Paruit. Qui heſterno die.* Pith. *Quid heſterno die, qua cum domi mea.* Ex tanta diſcrepantia vides locum eſſe mendis obſitum. Illud *quievit*, quod Muretus in ſuo libro invenit, in nullo alio a quoquam fuit repertum, nec id ſatis huic loco eſt accommodatum, licet explicari poſſit, paruit mihi monenti, ut in exilium iret, diſceſſit nullis turbis motis. Veriſſimam hujus loci ſcripturam retinuit ſolus Duisburgenſis: *Paruit, ivit, Heſterno die, Quirites, cum domi.* Tò *quievit*, natum eſt ex tranſpoſitione voculæ *qui* aut *quid*, quæ in nonnullis libris reperitur. Tò *ivit* nullus dubito, quin ipſe Muretus fuiſſet probaturus, ſi viveret. Sed ſequentia mihi abrupta videntur. Facilior ad ea eſſet tranſitus, ſi ſequamur mei ſecundi libri ſcripturam: *Quid dicam ut heſterno die.* Grævius.

ANONYMUS.

Quaeſivi a Catilina] Quaſi non imperio egerit.

*An nocturno conventu apud Marcum * Lepidum. Eſt mihi tanti Quirites*] Proverbium tranſlatum eſt ab emptione *Eſt mihi tanti*; hoc proverbium tanti pretii eſt.

* *Lecā* habet MS. in margine.

VARIORUM.

Cum domi mea] Non, heſterno die pene interfectus: ſed, heſterno die ſenatum convocavi: cum domi meæ pene interfectus eſſem. *Muretus.*

In ædem Iovis Statoris vocavi] Senatum haberi non potuiſſe, niſi in templo, notius eſt, quam ut confirmari debeat. *Id.* Meus ſecundus & Francii: *in ædem Iovis Statoris convocavi.* vere. *Grævius.*

Quis eum ſenator appellavit] Pith. *quis eum ſenatorem appellavit.* Forte, inquit Pithœus, *ſenator compellavit.*

Vehemens ille conſul] Prædicatione iſtorum, qui Catilinam ejectum queruntur. *Muretus.*

An nocturno conventu] Franc. & Duisb. *in nocturno conventu.* quod non damno, nec tamen a vulgata recedo. *Nocturno conventu*, eſt cum nocturnus conventus haberetur, de quo loquendi genere multis egi ad Suetonium. *Grævius.*

Cum ille homo audaciſſimus] Vt admirabilius videatur eum reticuiſſe. & ut conſtet, id non metu, ſed conſcientia effectum. Sic in oratore: *A nobis, homo audaciſſimus, Catilina in ſenatu accuſatus obmutuit.* Muretus.

ubi fuiſſet, quid in proximam conſtituiſſet, quemadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta, edocui. cum haeſitaret, cum teneretur, quaeſivi, quid dubitaret eo proficiſci, quo jampridem pararat: cum arma, cum ſecures, cum faſces, cum tubas, cum ſigna militaria, cum aquilam illam argenteam, cui ille etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuae fecerat, ſcirem eſſe praemiſſam. In exilium ejiciebam, quem jam ingreſſum eſſe in bellum videbam? Etenim, credo, Manlius iſte centurio, qui

Vbi fuiſſet] In optimo illo libro hæ duæ voces non leguntur. & ſane, eas ſi quis ſuſtulerit, nihil, ut opinor, neque de ſententia, neque de orationis vehementia detraxerit. *Muretus.*

Quid in proximam conſtituiſſet] Ita emendavi, iiſdem libris auctoribus: cum antea legeretur, *in proxima.* proximam autem dicit, non eam quæ anteceſſerat, ut falſo credidit Silvius: ſed eam quæ proxime ſecutura erat, in quam conſtituerat Catilina ſe exiturum. *Idem.* *Proximam* firmat Francii liber.

Deſcripta] Diſtributa, diviſa. ut v in Antonium: *Quorum ipſorum bona, quantacumque erant, ſtatim ſuis comitibus compotoribuſque deſcripſit.* Muretus.

Docui] Libri veteres, *edocui.* Idem.

Cum cunctaretur] Iidem libri omnes ad unum, *cum teneretur.* Idem. *Cum teneretur*] Ita mſſ. Mureti, item noſtri, nec non vetuſtius cuſi. vulgo *cum cunctaretur*, cui lectioni diem etiam dixerant Modius & Zinzerlingius. *Grut.*

Quaſivi, quid dubitaret eo proficiſci] Cariſius lib. 2 profert hunc locum, capite de conjunctione, ſed paullo aliter: nempe ſic, *interrogavi, num dubitaret*, &c. quæ mendoſa eſſe exiſtimo. *Lambinus.*

Cum ſecures, cum faſces] Catilina enim ſibi & nomen, & ornamenta dignitatis conſularis, in caſtra Manlii proficiſcens, aſſumpſerat, ut ait Dio. Appianus autem idem enucleatius declarat. Ὁ μὲν δὴ (de Catilina loquitur) ῥάβδους τε καὶ πελέκεας, ὥς τις ἀνθύπατος, καὶ φάσκες μάλα ἀνέξει περὶ ἑαυτοῦ, καὶ ἐς τὸν Μάλλιον ἐχώρει στρατολογῶν. Muretus. In Francii libro ſcribitur: *cum ſecures, cum dignitates, cum faſces.*

Cum aquilam illam] De qua ſuperiore commentario diximus. *Muretus.*

Cui ille etiam ſacrarium ſcelerum domi ſua, &c.] Vox *ſcelerum* non extat in Pal. ſext. aut nono. neque hic requiſiverim; etſi norim priore oratione ita dixiſſe. *Gruterus.*

Scire eſſe præmiſſam] Baſilicanus *præmiſſa*; ſi rectius, velimus verbum hoc ea omnia quæ antecedant complecti. *Id.* Meus ſecundus etiam *ſcirem eſſe præmiſſa.*

In exilium ejiciebam] Non eſt in exilium ejici dicendus, qui ſuapte ſponte in bellum ingreſſus eſt. in bellum autem jam ingreſſus erat Catilina. non igitur in exilium ejectus eſt. *Muretus.*

Quem jam ingreſſum eſſe in bellum videbam] Sic habent noſtri libri veteres. & ita ſine dubio legendum. nam, ſi legamus, ut habent lib. vulgati, *in bellum eſſe videbam*, non ſolum periodi clauſula numero conſtabit poëtico, & finis carminis heroici ſententiam definiet, & terminabit: quod eſt vitioſum, ipſo Cicerone teſte: ſed etiam verſus integer heroicus reperiretur: quod eſt vitioſiſſimum, neque veriſimile, a Cicerone admiſſum. *Lambinus.*

Manlius iſte Centurio] Non dubium eſt, quin de Manlio loquatur. Sed tamen, quod in uno libro vetere ſcriptum video: *Etenim, credo, iſte Centurio, qui in agro Feſulano caſtra poſuit:* adductus ſum in eam opinionem, ut putem, vocem, *Manlius*, gloſſema eſſe alicujus, qui declarare

qui in agro Feſulano caſtra poſuit, bellum populo Ro-
mano ſuo nomine indixit: & illa caſtra nunc non Ca-
tilinam ducem expectant: & ille ejectus in exilium,
ſe Maſſiliam, ut ajunt, non in haec caſtra conferet.
O conditionem miſeram non modo adminiſtrandae, ve- 7
rum etiam conſervandae reipub. Nunc, ſi L. Catilina,
conſiliis, laboribus, periculis meis circumcluſus ac de-
bilitatus ſubito pertimuerit, ſententiam mutaverit,
ſuos deſeruerit, conſilium belli faciundi abjecerit, ex
hoc curſu ſceleris & belli iter ad fugam atque in exi-
lium converterit, non ille a me ſpoliatus armis auda-
ciae, non obſtupefactus ac perterritus mea diligentia,
non

rare vellet, quinam ille centurio eſſet. eo magis, quia in Ciceronis ſcriptis ſæpe hoc modo peccatum eſſe animadverti. paucos proferam locos, e quibus de cæteris conjectura capiatur. Cicero pro M. Cœlio Rufo: *Idem, cum audiat eſſe legem, qua de ſeditioſis conſceleratiſque civibus, qui armati ſenatum obſederint, magiſtratibus vim attulerint, remp. oppugnarint, quotidie quari jubeat: legem non improbet, crimen, quod verſetur in judicio, requirat, cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in judicium vocari: ſed adoleſcentem illuſtri ingenio, induſtria, gratia, accuſari ab ejus filio, quem ipſe in judicium & vocet, & vocarit: oppugnari autem hunc opibus meretriciis: Atratini illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet, vos laborioſos exiſtimet, quibus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe.* hunc locum qui cogitate leget, facile videbit, *Atratini* nomen delendum eſſe: & irrepſiſſe ex aliquo gloſſemate. item in eadem oratione: *Nemo hunc M. Cælium in illo ætatis flore vidit, niſi aut cum patre, aut mecum.* expungendum eſt *Cælii* nomen. & in Piſonem: *Cum tamen ille, qualiſcumque eſt, qui eſt ab uno te improbitate victus, Gabinius, collegit ipſe ſe. Gabinii* nomen ex eodem ſonte manavit, ex quo ſuperiora illa fluxerunt. *Muretus.*

Maſſiliam] Hunc enim rumorem Catilina, & qui ab eo erant diſſeminarant. Phocenſes, quod Cyro ſervire nollent, ut ait Euſtathius Theſſalonicenſis, reliquerunt patrias ſedes, cumque in Galliam veniſſent, ibi Maſſiliam condiderunt. ea civitas a Cicerone, Livio, Strabone, Valerio Maximo, Iuſtino, aliiſque ſcriptoribus mirifice commendatur, tanquam quæ omnis virtutis, atque humanitatis domicilium fuerit. Athenæus tamen libro duodecimo narrat, Maſſilienſes impudicos, & maſculæ Veneri deditos fuiſſe. unde & Plautus mores Maſſilienſes eo ſenſu in Caſina dixit. neque id valde abſurdum videri debet. nam & apud Cretenſes, & apud Lacedæmonios, quorum utrique ſanctiſſimis, ac ſeveriſſimis legibus uſi putantur, puerorum tamen amores probro non ducebantur. Erant autem Maſſilienſes valde amici populo Romano, cui rei vel id indicio eſt, quod cum Annibal in Italiam exercitum duceret, petiiſſentque a Gallis Romani per legatos, ne ei per urbes ſuas tranſitum darent, ſoli ex omnibus Maſſilienſes eam legationem benigne audierunt. his de cauſis cives Rom. qui in exilium ibant, Maſſiliam fere ſe conferebant. Sic L. Scipio Aſiaticus fecit: ut eſt in oratione pro P. Sextio: ſic T. Annius Milo, ut eſt apud Dionem libro quadrageſimo: ſic denique Catilinarii Catilinam facturum eſſe ajebant. *Idem.*

tur ſane ejectus eſſe a me, dummodo e
ſed mihi credite, non eſt iturus. Numq
immortalibus optabo, Quirites, invidiae n
cauſa, ut L. Catilinam ducere exercitum
que in armis volitare audiatis: ſed triduo
tis: multoque magis illud timeo, ne mi
ſum aliquando, quod illum emiſerim potiu
ejecerim. ſed cum ſint homines, qui illu
fectus ſit, ejectum eſſe dicant, iidem, ſi int

A N O N Y M U S.

Invidia mea levanda cauſa] Qui contra invidiam loquitur. Ergo & hic invidia eſt. ſi merebatur occidi.

V A R I O R U M.

Non improbum, ſed timidum] *Non improbum, ſed miſerum*, & legit Priſcianus, & habent omnes veteres libri: ut cogitare nequeam, quid ſecuti ſint, qui pro *miſerum*, *timidum* ſcribere maluerunt, *Mur.* *Non improbum, ſed miſerum*] Ita vetus editio, ita meliores mſſ. nam quidam *mirum*, ex quibus fortean natum illud vulgatum, *timidum*. quod & Priſcianus reſpuit. *Gruterus.*

Eſt mihi tanti] Id eſt, ſi Silvium ſequare, tam parvi facio, ut ſit ironia. ſed illa declaratio ineptiſſima & alieniſſima eſt. hoc enim dicit Cicero, ſe, ſi res ita

cunt, eos fere nobi
namur. cum igitur
rus eſſet Cicero, Ca
mis fore, aliquid ſi
ac præfulciendum pu
pinionem incideret
illum invidiæ metu
tingeret, poterat al
figuram Græci rhe
vocant. *Idem.*

Multoque magis illu
inquit, ne mihi in
Catilinam ejecerim:
&, ſi ejeciſſem, deſp
hominem ejeciſſem.
ne mihi invidiæ ſit,
rim, quem ſummo ſ
bueram. *Idem.*

Sed cum ſint homines
initio propoſuerat:

quid dicerent? Quamquam iſti, qui Catilinam Maſſi-
liam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quam ve-
rentur. Nemo eſt iſtorum tam miſericors, qui illum
non ad Manlium, quam ad Maſſilienſes ire malit. Ille
autem ſi mehercule hoc quod agit numquam ante co-
gitaſſet, tamen latrocinantem ſe interfici mallet, quam
exſulem vivere. nunc vero, cum ei nihil adhuc prae-
ter ipſius voluntatem cogitationemque acciderit, niſi
quod vivis nobis Roma profectus eſt, optemus potius
ut eat in exilium, quam queramur. Sed cur tamdiu 8
de uno hoſte loquimur: & de eo hoſte, qui jam fate-
tur ſe eſſe hoſtem: & quem, quia, quod ſemper vo-
lui, murus intereſt, non timeo: de his, qui diſſimulant,
qui Romae remanent, qui nobiſcum ſunt, nihil dici-
mus? quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non
tam ulciſci ſtudeo, quam ſanare, & ipſos placare reip.
neque

ANONYMUS.

Quanquam iſti qui Catilinam Maſſiliam] Maſſilienſes decreverant, ut quicumque conjuratione damnatus eſſet, expelleretur mœnibus ipſorum; nullum ſuſciperent ad exilium: aut ſi vellet ire, occideretur. Apud Maſſilienſes; ideo ergo dixit.

Non tam hoc queruntur, quam verentur] Alii ſimpliciter exponunt., Timent, inquit, ne magis vadat ad exilium, quam ad caſtra. neve gravatus a conſule mutaverit propoſitum, & ad exilium vadat, non ad bellum.

Sed cur tamdiu de uno hoſte loquimur] Vſque ad iſtum locum purgatio fuit invidiæ; modo vult ſuſpectos facere eos, qui defendunt Catilinam: & vitia ſociorum Catilinæ per genera enumerat, ut quicumque male locuti fuerit cognoſcatur. ac de ſociorum generibus Catilenæ, vult diſtribuere. ut illi, qui injiciunt invidiam, cognoſcantur ab omnibus, etiam genera dicit omnium.

Si ullo modo fieri poſſet] Quaſi non poteſt fieri, ut corrigantur.

Vlciſci] Punire, perſequi.

VARIORUM.

Quanquam iſti] Significat, has querelas manare ab hominibus male affectis in rempub. & non alienis a conjuratione. *Muretus.*

Quam verentur] Cupiunt enim, eum quam primum cum exercitu ad urbem accedere. & metuunt, ne conſilium mutet. *Idem.*

Tam miſericors] Fingebant enim ſe miſerari Catilinæ caſum, tamquam injuria ejecti, & in falſam invidiam vocati. *Idem.*

Ille autem] Argumentum a minore. *Idem.*

Sed cur tam diu] Tranſitio eſt. ſatis, inquit, ſuperque de Catilina locuti ſumus. dicendum jam de iis, qui magis pertimeſcendi ſunt, qui, cum ſint nefario illo conjurationis fœdere implicati, tamen in urbe manſerunt. *Idem.*

Quam ſanare & ipſos placare reip.] Pall. tres. Col. Fab. V. *quam ſanare ſibi ipſos, placare reip.* quod valde probat Guilielmius; quoniam veteres ſceleratos exiſſe a ſe, & mentis impotes ducerent. unde *dementia*, pro ſcelere, & *amentes* pro facine-

neque id quare fieri non poſſit, ſi me audire volent, intelligo. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum iſtae copiae comparentur: deinde ſingulis medicinam conſilii atque orationis meae, ſiquam potero, afferam. Vnum genus eſt eorum, qui magno in aere alieno majores etiam poſſeſſiones habent, quarum amore adducti, diſſolvi nullo modo poſſunt. Horum hominum ſpecies eſt honeſtiſſima: ſunt enim locupletes: voluntas vero & cauſa impudentiſſima. Tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu

cinerofis. adeatur & Modius Epiſtola CIV. *Gruter.* *Placare reip.* eſt efficere ut cum rep. in gratiam redeant, cui nunc ſunt irati, cum conſpirarunt cum Catilina in ejus exitium. *Gravius.*

ANONYMVS.

Vnum genus eorum eſt] Vide quomodo facit diviſionem. Dicit genera vitiorum, & ſtatim infert remedium. quomodo dixit: *Quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo, quam ſanare,* * *& cætera. Deinde ſingulis medicinam conſilii atque orationis meæ, ſi quam potero, perferam.* Vides ergo. quia non omnia vitia capiunt remedia. Nam ſex ſunt genera vitiorum. tria cum remedio. tria ſine remedio. Vt dixi in ſuſpicionem adducit eos, qui dicebant, expulſum eſſe Catilinam, & dividit per genera vitiorum totum exercitum Catilinæ, ut quicumque locutus fuerit, intelligatur vitio ſuo loqui. His ergo pudorem imponit.

Quarum amore adducti] Vt putas quis dixerit. ego vendo * * * * * * * *

Deſunt aliqua.

VARIORVM.

Exponam enim vobis] Hac brevi propoſitione & benevolentiam ſibi comparat, cum oſtendit, ſe ſanare malle, quam ulciſci: & docilem auditorem facit, exponens aperte, ac dilucide, quibus de rebus ingrediatur dicere. attentum ipſa neceſſitas & magnitudo periculi reddit. *Muretus.*

Medicinam conſilii atque orationis] Baſilicanus, *oratione*, quod probum Guilielmio. *Gruterus.* Credo in Baſilicano fuiſſe *rationis*, ut lego in meo ſecundo, utque Ciceronem ſcripſiſſe cenſeo. Conſilium illis impertiat & rationem oſtendam, qua ſanari poſſint. *Grav.*

Vnum genus eſt eorum] Sex e generibus hominum Catilinæ copias conflatas eſſe dicit: de quibus ſingulis ordine videbimus. Primi ſunt, locupletes, obærati, amantes poſſeſſionum. his id conſilii dat, ut, divendita aliqua parte poſſeſſionum, diſſolvant ea, quæ debent. quod ut etiam cogantur facere, tabulas auctionarias propoſiturum ſe eſſe profitetur. *Muretus.* *Vnum genus eſt eorum*] Sic Pall. tres, ſic H. & V. item editio princeps. ſequentes, *primum genus.* minus recte. *Gruterus.*

Diſſolvi] Liberari alieno ære. *Muretus.*

Horum hominum ſpecies eſt honeſtiſſima] Afferunt enim divitiæ aliquid dignitatis. & cum omnibus, tum maxime locupletibus expedire videtur, nullos in republ. motus excitari. Cicero XIII Philippica: *Bonos cives primum natura efficit: adjuvat deinde fortuna, omnibus enim bonis expedit, ſalvam eſſe rempub. ſed in iis, qui fortunati ſunt, magis id apparet.* Idem.

Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia] In meo ſecundo ſic ſcribitur hic locus: *Tu cum agris, tu cum ædificiis, tu cum argento, tu cum familia, tu cum rebus*

* *Et iterum* MS.

tu familia, tu rebus omnibus ornatus & copioſus ſis, & dubites de poſſeſſione detrahere, acquirere ad fidem? Quid enim expectas? bellum? quid? ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? an tabulas novas? errant, qui iſtas a Catilina expectant. meo beneficio tabulae novae proferentur, verum auctionariae. neque enim iſti, qui poſſeſſiones habent, alia ratione ulla ſalvi eſſe poſſunt. quod ſi maturius facere voluiſſent, neque, id quod ſtultiſſimum eſt, certare cum uſuris fructibus praediorum; & locupletio-

bus omnibus ornatus & copioſus ſis, & dubites. Non inepte hic locus ſcriptus eſt in Francii libro: *Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus & copioſus dubitas de poſſeſſione detrahere, acquirere ad finem?* Duisburgenſis etiam: *copioſus ſis dubitas.* Sed edita præſtant. *Grævius.*

Tu familia] Pal. ſec. ſuperſcriptum alias legi *tabula.* ut forte fuerit, *tu argento, tu tabulis, tu familia.* Grut.

Ac fidem acquirere] Vetus liber, *Ad fidem acquirere.* quod melius videtur: ut ſit, *detrahere aliquid de poſſeſſione, & acquirere aliquid ad fidem.* Muretus. *Et dubites de poſſeſſione detrahere, adquirere ad fidem?*] Eſt a mſſ. potioribus, neque abit nimium editio vetus, quæ, *& d. de poſſ. detr. acquirere fidem.* deinceps vulgati, *& dubites aliquid de poſſeſſione detrahere, ac fidem acquirere.* Gruterus.

Sacroſanctas] Ut eas nemo violare, aut etiam attingere audeat. *Muretus.*

Tabulas novas] Eas enim Catilina, ut eſt apud Salluſtium, pollicebatur. *Idem.*

Tabulas novas] In tabulis argentariorum perſcribebatur, quid cuique quisque acceptum, expenſumve ferret. Catilina igitur, qui videret magnum in civitate æs alienum eſſe, pollicebatur, ſe publice incenſurum omnes argentariorum tabulas, ita ut nemo, quod æris alieni antea contraxiſſet, perſolvere cogeretur. Tabulas novas Græci vocant σεισάχθειαν, id eſt, ut Plutarch. exponit, χρεῶν ἀποκοπὴν, ut Laertius, λύτρωσιν σωμάτων & κτημάτων: quam primus Athenis inſtituit Solo. *Idem.* Non hic agitur de ſolis tabulis argentariorum, ſed de omnibus creditorum tabulis, in quas referebant, quæ credebant, & debebant. De his extat elegans diſſertatio Ioannis Schefferi.

Verum auctionariæ] Παρὰ προσδοκίαν. de tabulis autem auctionariis ſuperius dictum eſt. eas a ſe propoſitas eſſe, eamque rem reip. ſaluti fuiſſe, Cicero lib. 2 de offic. non obſcure indicat. *Muretus.*

Certare cum uſuris fructibus prædiorum] Convenerant enim cum fœneratoribus, ut eorum prædiorum, quæ pignori pro ſorte & uſuris acceperant, fructus pro uſuris colligerent. Eveniebat autem, ut, quoniam uſuræ, ſive ſimplices, ſive in ſortem redactæ, longe majores eſſent, quam ut eas prædiorum fructus æquare poſſent, Catilinarii ſemper in annum elapſum debitores manerent: ob eamque cauſam e ſequentis anni fructibus ſumendum eſſet, unde fructus uſuris pares eſſe poſſent, quaſique cum iis comparari atque contendere. quod ideo ſtultiſſimum eſſe affirmat, quoniam ad extremum omnes ſequentium fructus prioribus annis debebantur: itaque proprietas ipſa, ære alieno onuſta, creditoribus addicebatur. Vendi igitur prædia & poſſeſſiones oportebat. quod tamen Catilinarii quoniam amore poſſeſſionum tenebantur, facere nolebant. Ita locum hunc declarat Fr. Hottomannus: cujus ſententiam cum mirifice probarem,

tioribus his, & melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimeſcendos, qui aut deduci de ſententia poſſunt; aut, ſi permanebunt, magis mihi videntur vota facturi contra rempublicam, quam arma
9 laturi. Alterum genus eſt eorum, qui quamquam premuntur aere alieno, dominationem tamen exſpectant: rerum potiri volunt: honores, quos quieta republica deſperant, perturbata conſequi ſe poſſe arbitrantur. Quibus hoc praecipiendum videtur, unum ſcilicet & idem, quod ceteris omnibus, ut deſperent ſe id quod conantur conſequi poſſe: primum omnium me ipſum vigilare, adeſſe, providere reipublicae: deinde magnos animos eſſe in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem, magnas praeterea militum copias: deos denique immortales

huic

barem, viſum eſt etiam mihi, ut ex ejus libro de uſuris tantum ad verbum deſcriberem; quantum ad illuſtrandam Ciceronis ſententiam neceſſarium judicarem. *Mur.* *Certare cum uſuris fructibus prædiorum*] Pal. ſec. *& fructibus*. quomodo exſtare item in ſuis adnotavit Cujac. lib. XII Obſervat. cap. 32. *Grut.* Sic & Francii, quod Cujacius ſic explicat, certare cum uſuris nimirum contracto fœnore, cum fructibus prædiorum contracta antichreſi. Sed noli hic virum magnum audire. *Certare uſuris cum fructibus* eſt velle uſuras ſortis creditæ ſolvere fructibus, ſeu reditibus, quos capimus ex fundis poſſeſſionibuſque noſtris, cum tamen uſuræ fructus prædiorum ſuperent, ut bene Manutius. *Grævius.*

Vteremur] De hoc loquendi genere dixi lib. I commentariorum de finibus. *Muretus.*

Quod aut deduci de ſententia] Cum viderint, prolatis tabulis auctionariis, imponi ſibi ſolvendi neceſſitatem. *Idem.* Recepi ex meo ſecundo, *qui aut deduci de ſententia.* Grævius.

Quam arma laturi] Quid ita? propterea quod divites non facile opponunt ſe in diſcrimen vitæ: cum contra ii, quibus peculii nihil eſt, facile adducantur ad quodlibet periculum adeundum. cui rei confirmandæ aptiſſimum eſt illud, quod de quodam Luculli milite narrat Horatius lib. 2 ſermonum, epiſt. 2. *Muretus.*

Alterum genus eſt eorum] In ſecunda quaſi cohorte Catilinariæ legionis ponit eos, qui cum ære alieno obruti eſſent, ad honores tamen, & imperia quoquo modo pervenire cupiebant. ideoque ſtudebant novis rebus, quod facile cernerent, ſe, quieta rep. nunquam ea, quæ optabant, conſecuturos. *Idem.* *Alterum genus eſt eorum*] Locus ex oratione Æſchinis in Cteſiphontem, Τούτῳ πάρεισιν ἐκ τριῶν εἰδῶν συνήγοροι. οἱ μὲν ταῖς καθ' ἡμέραν δαπάναις ἀνηλωκότες τὰς πατρῴας οὐσίας, οἱ δὲ ταῖς ἡλικίαις, καὶ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν οὐ καλῶς κεχρημένοι, καὶ δεδιότες οὐ περὶ Τιμάρχου, ἀλλὰ περὶ ἑαυτῶν, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων μήποτε εἰς κρίσιν καταστῶσιν. ἕτεροι δὲ ἐκ τῶν ἀκολάστων, καὶ τῶν τοιούτοις κεχρημένων ἀφθόνως, &c. F. Vrſinus.

Id quod conantur] Vt reip. facies immutetur. *Muretus.*

Huic

huic invicto populo, clariſſimo imperio, pulcherrimae urbi, contra tantam vim ſceleris, praeſentis auxilium eſſe laturos. Quod ſi jam ſint id, quod cum ſummo furore cupiunt, adepti, num illi in cinere urbis, & ſanguine civium, quae mente conſcelerata ac nefaria concupierunt, ſe conſules ac dictatores, aut etiam reges ſperant futuros? non vident id ſe cupere, quod ſi adepti fuerint, fugitivo alicui, aut gladiatori concedi ſit neceſſe? Tertium genus eſt aetate jam affectum, ſed tamen exercitatione robuſtum: quo ex genere eſt ipſe Manlius, cui nunc Catilina ſuccedit. Hi ſunt homines ex iis coloniis, quas Feſulis Sulla conſtituit: quas

Huic invicto populo] Sic pro Plancio, populum Romanum vocat *principem populum, & omnium gentium dominum, atque victorem:* quibus etiam verbis utitur VI in Antonium. *Muretus.*

Præſentis] Non eſt intelligendum, ſceleris præſentis: ſed deos ipſos præſentis. ut apud Terentium:

——— *non tu hunc habeas plane præſentem Deum?*

Et apud Virgilium:

Nec tam præſentis alibi cognoſcere divos.

Quo etiam reſpexiſſe videtur Horatius:

Præſenti tibi maturos largimur honores.

Præſentis, autem pro, *præſentes*, antiqua ſcribendi ratio. *Idem.*

In cinere urbis atque in ſanguine civium] Quoniam ſupra ſæpe dixerat, eos de cæde tantum & incendiis cogitare. *Idem.*

Conſcelerata] Idem erat, ſcelerata. ſed juncta verba grandem efficiunt orationem. *Idem.*

Fugitivo alicui, aut gladiatori] Servorum enim, & gladiatorum magna in exercitu Catilinæ vis fuit, ergo ſi ille, quod optabat, conſecutus fuiſſet, ſine dubio tradidiſſet honores, mandaſſetque imperia, non iis qui votis tantum ipſi faviſſent, ſpectatoreſque ſe otioſos præbuiſſent; ſed iis quorum in bello gerendo virtutem & induſtriam expertus eſſet. *Idem.*

Tertium genus] Duo priora genera erant eorum, qui favebant quidem conjurationi, ſed ita tamen, ut arma non caperent, neque ad exercitum proficiſcerentur. hæc, quæ nunc enumerat, eorum ſunt, qui in exercitu erant. *Idem.*

Tertium genus eſt ætate jam affectum] Totum hunc locum, ut eſt in veteribus libris, proponam: multo enim magis mihi arridet, quod in eis legitur, quam quod in impreſſis: *Tertium genus eſt ætate jam effœtum, ſed tamen exercitatione robuſtum: quo ex genere iſte eſt Manlius, cui nunc Catilina ſuccedit.* Idem. *Ætate jam affectum, ſed tamen exercitatione robuſtum*] Ita Pall. & prima editio. alii mſſ. *effectum.* editi poſterius, brevius, *ætate jam confectum, exercitatione robuſtum*, quod ſolum inveni in Pal. decimo. *Gruterus.*

Ex iis coloniis, quas Feſulis Sulla conſtituit] Sulla victoria potitus milites, quorum erat auxilio uſus, magnis eſt & muneribus, & honoribus proſecutus. nam e gregariis etiam militibus alios ſenatores fecit, alios ita divites, ut regio victu, quod ait Salluſtius, atque cultu ætatem agerent. præterea in multa Italiæ oppida militum ſuorum colonias deduxit, interque eos civium domos, agroſque partitus eſt. De militum numero non convenit. Is, qui ſcripſit epitomen Livii, XLVII. Appianus XXIII. tantum

quas ego univerſas civium eſſe optimorum, & fortiſſimorum virorum ſentio: ſed tamen hi ſunt coloni, qui ſe inſperatis repentiniſque pecuniis ſumtuoſius inſolentiuſque jactarunt. hi dum aedificant tanquam beati: dum praediis, lecticis, familiis magnis, conviviis apparatis delectantur, in tantum aes alienum inciderunt, ut,

tantum legiones ponit: quodam etiam loco, non niſi centum viginti hominum millia. Deduxit autem nonnullos eorum Feſulas, ut ex his orationibus intelligitur: alios Capuam, ut e ſecunda agraria conſtat: alios in alia oppida. ſed quod de Capua dixi, admonet me, ut conjecturam quandam meam proferam de loco Plinii, ubi hoc ipſum, ut puto, dicitur: ſed depravatio aliquot vocum impedimento eſt, ne intelligatur. ejus verba ſunt, cap. 6, lib. 14: *Falernus ager a ponte Campano læva petentibus urbanam coloniam Sullanam nuper Capuæ contributam incipit*. Quæ quidem verba, puto, ad hunc modum corrigenda eſſe: *Falernus ager a ponte Campano, læva petentibus urbem a colonia per Sullam Capua conſtituta incipit*. Ex illis igitur militibus multi, qui largius ſuo uſi, in inopiam ex abundantia cum decidiſſent, veterum rapinarum memores, nihil aliud, quam bellum civile cupiebant. ii nacti Manlium ducem, qui ipſe quoque ſub Sulla ſtrenue militaverat, Catilinæ partes inſequebantur. *Muretus.*

Quas Feſulis Sulla conſtituit] Puto vocem, *Feſulis*, delendam eſſe. non enim plures colonias Sulla Feſulis conſtituerat. ac ſuſpicor, errori occaſionem præbitam e ſimilitudine, quæ eſt inter hunc locum, & alium quendam e ſequenti oratione, ubi Cicero de P. Furio loquens: *Qui*, inquit, *eſt ex iis colonis quos Feſulas L. Sulla deduxit*. imperiti enim, qui ibi Feſulas nominari viderent, hic quoque nominandas putarunt. *Idem.* *Hi ſunt homines ex his coloniis, quas Feſulis Sulla conſtituit*] Videtur legendum, *ex iis coloniis, quos Feſulis Sulla conſtituit: quos ego univerſos, civium*, &c. vel ut Muretus exiſtimat, *ex iis coloniis, quas Sulla conſtituit: quas*, &c. deleta voce, *Feſulis*. omnino vox, *Feſulis*, neque in noſtris veteribus codicibus reperitur. *Lambinus.* *Ex iis coloniis quas Feſulis*] Pall. tres priores & Victor. item Baſil. codex, (nec non Duisburg.) *Feſulas*. unde conjicere eſt, gloſſema eſſe, ad provocabulum *quas*, ſicuti dudum monuit Muretus. & vero Manutius ideo vocem iſtam exturbavit libris ſuis. nam Lambino affirmanti non reperiſſe in mſſ. ſuis vix credo. *Grut.*

Inſperatis repentiniſque pecuniis] Natura autem comparatum eſt. ut qui ſubito, & præter ſpem ad magnas pecunias pervenerunt, ii & jactent ſe ob eas inſolenlentius, & eis imtemperantius abutantur. *Muretus.*

Hi dum ædificant] Familiam magnam alere, & multum ædificare, certiſſima eſt ad paupertatem via. *Idem.*

Dum prædiis, lecticis] Emenda e libro vetere: *Dum prædiis lectis, familiis magnis, conviviis apparatis delectantur*. Idem. *Lecticis* omnes quos vidi, codices tuentur. Sane *lecticis* utebantur, præſertim illo tempore, nonniſi homines lauti & potentes. Cicero exprobrat Verri lib. v: *Nam ut mos fuit Bithiniæ Regibus lectica octophoro ferebatur*. Inde & poſtea Iulius Cæſar lecticarum uſum nonniſi certis perſonis, & ætatibus perque certos dies uti permiſit. Vide Sueton. in ejus vita cap. 43, & I. Lipſium Elect. 1, 19. *lecta prædia* neſcio quam bene dicantur, & num hæc vox *lecta* prædiis conveniat. *Gravius.*

Conviviis apparatis] Sic major pars mſſ. retinetque editio vetus; recentiores, *convivis, apparatibus*, non ita inepte tamen. *Gruterus.* *Convivia apparata* ſunt lauta, ſplendida. Iuſtin. 1, 6: *Eoſdem poſtero die apparatis epulis invitat*. vide quæ ibi notavi. *Gravius.*

Non-

ut, ſi ſalvi eſſe velint, Sulla ab iis inferis ſit excitandus. qui etiam nonnullos agreſtes, homines tenues atque egentes, in eandem illam ſpem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego utroſque, Quirites, in eodem genere praedatorum direptorumque pono. Sed eos hoc moneo, deſinant furere, ac proſcriptiones & dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor inuſtus eſt civitati, ut jam iſta non modo homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſurae eſſe videantur. Quartum genus eſt ſane varium, & miſtum, & turbulentum: qui jampridem premuntur; qui numquam emergent: qui partim inertia, partim male gerundo negotio, partim etiam ſumtibus in vetere aere alieno vacillant: qui vadimoniis, judiciis, proſcriptionibus bonorum defatigati, permulti & ex urbe, & ex agris ſe in illa caſtra conferre dicuntur. Hoſce ego non tam milites acres, quam infitiatores lentos eſſe arbitror. qui homines pri-

Nonnullos agreſtes] Quos ſupra vocavit ruſticos decoctores. *Muretus.*

Homines tenues] Ita eleganter vocantur pauperes. Cicero pro Roſcio Ametino: *Quod ſi accedit eodem, ut tenuis antea fueris?* & paulo poſt: *Is, qui antea tenuis fuerit; an is, qui poſtea factus ſit egentiſſimus.* & in eadem: *Occiſo Sex. Roſcio, primus Ameriam nunciat Manlius Glaucia quidam homo tenuis.* Idem.

In eodem genere prædatorum] In Col. *prædiatorum.* ii ſunt qui prædiis exædificandis & excolendis occupantur. in hoc igitur genere communiter ſe ponere ait colonos illos obæratos & agreſtes, direptionum cupidos. *Guilielmius.* *Prædiatores* non ſunt, qui prædia ædificant, ſed qui prædia publico obligata, cum venduntur ſub haſta, emunt. Cicero XII ad Attic. 14, ubi vide quæ notavi. *Grævius.*

Quartum genus] Primum genus, obærati, amantes poſſeſſionum. Secundum, obærati, honorum cupidi. Tertium, Sullani milites. Quartum, urbani decoctores. Quintum, ſcelerati, ſicarii, parricidæ. Sextum, impuri, & impudici. *Muretus.*

Male gerendo negotio] Meus ſecundus: *partim male gerundo negotia.* quod vereor ne a ſciolis ſit interpolatum. Plaut. Epidic. *Epidicum quærendo operam dabo.* Male negotium gerere hoc loco, eſt rem familiarem male curare. Cicero I ad fam. 3: *Aulo Trebonio, qui in tua provincia magna negotia, & ampla, & expedita habet, multos annos utor valde familiariter.* & ſic ſæpe in illo epiſtolarum volumine. *Grævius.*

Vadimoniis, judiciis, proſcriptionibus bonorum] Præclarus ordo. primum enim vadatur creditor debitorem. Si debitor vadimonium deſeruerit, judicium adverſus eum datur: mittiturque creditor in poſſeſſionem. Si per triginta dies bona poſſeſſa fuerint, proſcribuntur. *Mur.*

Proſcriptionibus bonorum deſatigatos] Guilielmius conjiciebat *diſſatigatos.* Gruterus.

Inficiatores] Ad negandum iis, quibus debent, exercitatos. mala nomina. *Muretus.*

Pri-

primum ſi ſtare non poſſunt, corruant: ſed ita, ut non modo civitas, ſed ne vicini quidem proximi ſentiant. nam illud non intelligo, quamobrem, ſi vivere honeſte non poſſunt, perire turpiter velint: aut cur minore dolore perituros ſe cum multis, quam ſi ſoli pereant, arbitrentur. Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, denique omnium facinoroſorum: quos ego a Catilina non revoco. nam neque ab eo divelli poſſunt: & pereant ſane in latrocinio, quoniam ſunt ita multi, ut eos capere carcer non poſſit. Poſtremum autem genus eſt, non ſolum numero, verum etiam genere ipſo atque vita: quod proprium eſt Catilinae, de ejus delectu, immo vero de complexu ejus ac ſinu: quos pexo capillo nitidos,

aut

Primum ſi ſtare non poſſunt] Cum dixerit, *primum*, videbatur additurus, *deinde*. eſt igitur ἀνακόλουθον. Muret.

Si ſtare non poſſunt, corruant] Id eſt, ſi ita oppreſſi ſunt, ut retinere ſtatum & fortunas ſuas non queant; ſubeant infamiam, patiantur ſua bona proſcribi, exeant e civitate. ſed ita, ut nullum incommodum e ruina ipſorum, non modo ad civitatem, ſed ne ad vicinos quidem perveniat. *Idem.*

Vivere honeſte] Locum & ſtatum in civitate obtinere. *Idem.*

Perire turpiter] In bello contra patriam. *Idem.*

Poſtremum autem genus eſt] Vox, *poſtremus*, duplicem habet ſenſum. nam & id quod ultimo loco ponitur, poſtremum dicimus; & homines diſſolutos, abjectos, nequitiæ ac libidini deditos, non abſque elegantia, poſtremos homines nominamus. Cicero. *Vt poſtremi homines alienis pecuniis locupletarentur.* Idem: *Nihil ſcitote eſſe poſterius, nihil nequius.* Hoc igitur eſt, quod hoc loco dicit, genus illud hominum, de quo agit, non tantum numero poſtremum eſſe, verum etiam genere ipſo, atque vita. *Idem.* *Poſtremum autem genus eſt, non ſolum numero, &c.*] Cum, *poſtremum*, hic duo ſignificet, ut recte Muretus docet, ultimum ordine, & ultimum pretio, & æſtimatione: cur non dixit Cicero, *Poſtremum non ſolum ordine, verum etiam genere ipſo*, &c. Nam hæc, nomina, primus, ſecundus, tertius, &c. ordinem declarant. Licet reſpondere, ordinem quidem his nominibus declarari, ſed una cum ordine etiam numerum. Sic loquitur Lucretius lib. 1: *Quod quaſi tertia ſit numero natura reperta.* Malim autem cetera ſic legi, detractis duabus voculis, *verum etiam genere ipſo, atque vita, proprium Catilinæ.* Lambinus.

Genere ipſo atque vita, quod proprium eſt Catilinæ] Divinat Guilielmius, neque male profecto, *vita, Quirites proprium Catilinæ, & de dilectu.* nam mſſ. ſane aliquot *Catilinæ eſt.* Gruterus.

Immo vero de complexu ejus ac ſinu] Non obſcure innuit, eos libidinis cauſa amari. *Muretus.* Honeſte etiam dicuntur *de complexu & ſinu alicujus eſſe*, qui ſunt familiariſſimi, quos amant maxime & fovent. Cicero XIV ad fam. epiſt. 4: *Quid? Cicero meus quid aget? Iſte vero ſit in ſinu ſemper & complexu meo.* III Verr. cap. 10: *Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit.* Grævius.

Pexo capillo] Mollitiem ſignificat. itaque e contrario Horatius:

Hunc, & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Sæva paupertas. Muretus.

Aut

aut imberbes, aut bene barbatos videtis: manicatis & talaribus tunicis; velis amictos, non togis: quorum omnis induſtria vitae, & vigilandi labor in antelucanis coenis expromitur. In his gregibus aleatores omnes, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique verſantur. hi pueri tam lepidi ac delicati, non ſolum amare, & amari, neque

Aut imberbes] Vel ætate, vel artificio. Pathicos. *Muretus.*

Aut bene barbatos] Compta, & delibuta unguentis barbula. Barbam aluerunt Romani uſque ad annum ab V. C. quadringenteſimum quinquageſimum quartum, quo tempore primum e Sicilia tonſores in urbem adduxit P. Licinius Mena: ut eſt apud Plinium lib. 8. ideoque tam ſæpe Cicero veteres illos barbatos vocat. Pro Murena: *Apud illos barbatos.* Pro Cœlio: *Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis.* Pro Sextio: *Vnum te aliquem ex barbatis illis.* Tunc radi cœperunt. itaque multo ante Scipionis Africani ætatem, & ipſa Scipionis ætate, non ſenes modo, verumetiam adoleſcentes radebantur. Ipſe autem Africanus (credo, propter mollitiem quandam) primus radi quotidie inſtituit, ut idem Plinius auctor eſt. quin etiam, cum reorum mos eſſet barbam promittere, ipſe tamen, die ſibi a tribuno pl. ad populum dicta, radi non deſiit. Poſtea increbuit conſuetudo, ut barbam alerent juvenes, raderent ſenes: ut cognoſcitur ex A. Gellio. Cicero igitur hoc loco, bene barbatos cum dicit, homines adoleſcentulos ſignificat. Sic ad Atticum: *Concurſabant barbatuli juvenes.* Idem. Non poſſunt *barbatuli* dici *bene barbati.* Itaque barbatis opponit in oratione pro Cœlio: *Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt, ex barbatis illis, non hac barbula, qua iſta delectatur, ſed illa horrida, quam in ſtatuis antiquis & imaginibus videmus.* Adoleſcentes ad virilem uſque ætatem alebant barbam, ut multis etiam docet Octav. Ferrarius II Elector. 12. Itaque mihi vero ſimilis videtur emendatio Manutii, qui legit, *pene barbatos.* Grævius.

Manicatis & talaribus tunicis] Quorum utrumque mulieribus permiſſum, viris vel maxime indecorum habebatur. Vide Gellium cap. 12, lib. 7. *Muret.* *Manicatis & talaribus tunicis*] Ejiciunt alii illud *& tritis*, neque habet editio Victorii. abeſtque Hit. & Mureti libris. ſed enim Pal. ſext. ſolum habet, *manicatis & tribus tunicis.* editio prima, *man. & ſtrictis tunicis & talaribus.* Pal. ſec. habet tantum, *man. & tritis tunicis.* Grut.

Ac tritis] Hæ duæ voces abſunt a nonnullis veteribus libris: & delendæ videntur. *Muretus.*

Velis amictos, non togis] Togarum laxitatem, & tenuitatem ſignificat. *Idem.* *Velis amictos, non togis*] Hunc locum teſtem producit, Nonius ad nomen, toga: quod docet dictum eſſe a tegendo. ſupra autem proxime, copulationem, *ac*, & vocem, *tritis*, delevi, quia non reperi in noſtris libris antiquis, neque ſe item reperiſſe in ſuis teſtatur Muretus. Et vero repugnant inter ſe, *trita tunica*, & *tunicarum ſumtus, ac luxus.* Lambinus. Homines auſteriores, curtas ſtrictiores togas habebant, ut Cato:

Exiguaque togæ ſimulet textura Catonem.

Lauti vero & delicati laxas. Pedo Albinoranus de Mecænatis obitu:

Aut tibi ventoſi quid nocuere ſinus?

Tibullus:

Defluit effuſo cui toga laxa ſinu.

A. Rubenius II de re Veſtiaria cap. 12.

In antelucanis cœnis expromitur] A prima nocte ad auroram uſque productis. *Muretus.* Pro *expromitur* in Græv. ſec. & Franc. *exprimitur.*

In his gregibus, &c.] Laudat Donatus Adelphis, *in his bonis gregibus.* ubi ironia aptiſſima huic ſententiæ. & ſi libri adjuvent, recipienda. *Guilielmius.*

Tam lepidi ac delicati] Colon. Baſilicanus, *tam lepidi tam delicati.* Grut.

neque cantare & ſaltare, ſed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt: qui niſi exeunt, niſi pereunt, etiam ſi Catilina perierit, ſcitote hoc in republ. ſeminarium Catilinarium futurum. Verumtamen quid ſibi iſti miſeri volunt? num ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi? quemadmodum autem illis carere poterunt, his praeſertim jam noctibus? quo autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas ac nives perferent? niſi idcirco ſe facilius hiemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis ſaltare didicerunt. O bellum magnopere pertimeſcendum, cum hanc ſit habiturus Catilina ſcortorum

ANONYMUS.

Verumtamen quid ſibi iſti miſeri volunt] Non jam ad pueros dicit. ſed ad amatores ipſorum.

Miſeri] Amatores dixit. quia amator miſerum ſe dicit, cum poteſtatem non habeat.

VARIORUM.

Cantare & pſallere] Idem eſt *cantare* & *pſallere*. Quocirca ne inepte bis idem dixerit, corrige, ut eſt in omnibus veteribus libris; *cantare & ſaltare*. Muret. In Francii libro legitur, *verum cantare & pſalere*. Gerh. Voſſius in etymologico malebat *verum ſaltare & pſallere*.

Verumtamen quid ſibi] Σαρκασμός. Muretus.

His præſertim jam noctibus] Tam longis, tamque frigidis. *Idem.* *Iam* non legitur in Francii libro, & commodius abeſt.

Quod nudi in conviviis ſaltare didicerunt] Et ſaltare ipſum per ſe probro ducebatur apud Romanos: & ſaltare in convivio nudum, ſummæ infamiæ vertebatur. Cicero pro Dejotaro: *Quid deinde furcifer? quo progreditur? ait, hac lætitia Dejotarum elatum, vino ſe obruiſſe, in convivioque nudum ſaltaviſſe. quæ crux huic fugitivo poteſt ſatis ſupplicii afferre? Dejotarum ſaltantem quiſquam, aut ebrium vidit umquam?* Et paulo poſt: *Qui igitur adoleſcens, nondum tanta gloria præditus, nihil umquam niſi ſeveriſſime & graviſſime fecerit, is ea exiſtimatione, eaque ætate ſaltavit? imitari potius Caſtor avi tui mores diſciplinamque debebas, quam optimo & clariſſimo viro fugitivi ore maledicere. quod ſi ſaltatorem avum habuiſſes, neque eum virum, unde pudoris pudicitiæque exempla peterentur: tamen hoc maledictum minime in illam ætatem conveniret.* fieri autem poteſt, ut hac in parte Cicero imitatus fuerit locum quendam Demoſthenis e ſecunda Olynthiaca; ubi cum vehementiſſimus ille, & tractandorum animorum petitiſſimus orator exponeret, cujuſmodi homines in comitatu ſuo haberet Philippus, oſtendiſſetque, nullum illic eſſe bonis viris locum, addit: Λοιποὺς δὴ περὶ αὐτὸν εἶναι λῃστὰς, καὶ κόλακας, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, οἵους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι. Δῆλον δὲ, ὅτι ταῦτ᾽ ἐστὶν ἀληθῆ. καὶ γὰρ οὓς ἐνθένδε πάντες ἀπήλαυνον, ὡς πολὺ τῶν θαυματοποιῶν ἀσελγεστέρους, ὄντας Καλλίαν ἐκεῖνον τὸν δημόσιον, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, μίμους γελοίων, καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων, ὧν εἰς τοὺς συνόντας ποιοῦσιν ἕνεκα τοῦ γελασθῆναι, τούτους ἀγαπᾷ, καὶ περὶ αὐτὸν ἔχει. Muret.

Scortatorum] Omnes veteres libri, *ſcortorum*, quod verius puto. *Idem.*

Scortorum cohortem pr.] Lege, *ſcortorum*, ut habent libri vet. non *ſcortatorum*, ut vulgati. Turpius autem eſt, ſcortum eſſe, quam ſcortatorem. arbitror tamen utrumque nomen eſſe retinendum, & ſic legendum, *ſcortatorum, & ſcortorum* cohor-

rum cohortem praetoriam. Inſtruite nunc, Quirites, 11
contra has tam praeclaras Catilinae copias veſtra praeſidia, veſtroſque exercitus: & primum gladiatori illi confecto & ſaucio conſules imperatoreſque veſtros opponite: deinde contra illam naufragorum ejectam ac debilitatam manum, florem totius Italiae ac robur educite. jam vero urbes coloniarum ac municipiorum reſpondebunt Catilinae tumulis ſilveſtribus. Neque vero ceteras copias, ornamenta, praeſidia veſtra cum illius latronis inopia atque egeſtate conferre debeo. Sed ſi, omiſſis his rebus omnibus, quibus nos ſuppeditamus, eget

cohortem prat. ſupra enim dixit, *non ſolum amare, & amari*, &c. Lambinus. *Scortorum cohortem pratoriam*] Nimium diu exulavit iſta vox a libris noſtris, cum tamen eam teneat editio princeps. ſequentes, ignoratione linguæ Latinæ, obtruſerant nobis *ſcortatorum*; quod non eſt in melioribus mſſ. Pal. ſec. ſext. non. Hit. Erph. ridiculus eſt Lambinus arbitratus utrumque retinendum, *ſcortatorum ac ſcortorum*. imo eo ipſo perierit omnis orationis lepos ac vis omnis. ſed quid opus eſt revelare hos monſtroſos? *Gruterus*.

ANONYMUS.

Cohors pratoria] Prætoria cohors dicitur, quæ circa prætorem facit (aliquid eraſum eſt) dixit genera & oſtendit, unde vel ex quibus conſtat exercitus Catilinæ: jam id laborat, ne timeat bellum populus Romanus. ut deſperent aliquid a Catilina fieri poſſe. nam ſi deſperaverit, nemo ſe jungit.

Inſtruite] Ironia.

Reſpondebunt] Comparabuntur. Virgilius: reſpondet Cnoſia tellus. Interficiam illum & in locis ſilveſtribus jacebit quaſi latro.

Omiſſis his rebus quibus nos ſuppeditamur] Confert cauſas & ex his ipſis oſtendit facile Catilinam perimi poſſe.

VARIORUM.

Cohortem pratoriam] Quam ipſe prætor, id eſt, imperator, perpetuo circa ſe habeat. *Muretus*.

Tam praclaras] Ironia. *Idem*.

Confecto & ſaucio] Appoſite. hæc enim verba in gladiatoribus uſitata ſunt. *Idem*.

Naufragorum] Everſorum fortunis omnibus ab omni & re, & ſpe derelictorum. *Idem*.

Ejectam] Hoc verbum proprie in naufragis dicitur. *Idem*.

Urbes coloniarum & municipiorum] Nihil temere affirmare velim: ſed, quod ſuſpicer, id conſiderandum aliis, judicandumque proponam. Urbes coloniarum, aut urbes municipiorum, Latine dici non puto. neque, ut arbitror, ejus locutionis ullum aliud exemplum reperietur. idcircoque pro, *urbes*, legendum cenſeo, *vires*. Idem. *Iam vero urbes coloniarum, &c.*] Muretus cenſet legendum, *vires coloniarum*, negatque Latine dici poſſe, *urbes coloniarum*, nec *municipiorum*: a quo diſſentire in præſenti vix poſſum. *urbes* tamen, damnare non auſim. Idem teſtificatur, in libris antiquis infra ſcriptum eſſe, *cumulu*, ubi vulgati habent, *tumulis*. Lambinus.

Tumulis] Tumulus a tumendo eſt. ubi enim tumet terra, ibi tumulus dicitur. Sed in quibuſdam veteribus libris hoc loco legitur, *cumulis*: quod fortaſſe verius ſit; ut cumulos ſilveſtres vocet illam ruſticorum hominum temere coacervatam, atque accumulatam manum. *Muretus*. In Duisburg. eſt quoque *cumulis*.

eget ille ſenatu, equitibus Rom. populo, urbe, aerario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus. ſi his rebus omiſſis, ipſas cauſas, quae inter ſe confligunt, contendere velimus, ex eo ipſo, quam valde illi jaceant, intelligere poſſumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc ſcelus: hinc conſtantia, illinc furor: hinc honeſtas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido: hinc denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: poſtremo copiae cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia, bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit. In hujuſmodi certamine ac praelio, nonne, etiam ſi hominum ſtudia deficiant, dii ipſi immortales cogent ab his praeclariſſimis virtutibus tot
12 & tanta vitia ſuperari? Quae cum ita ſint, Quirites, vos, quem-

ANONYMUS.

Ex hac enim parte pudor pugnat] Quomodo ergo fieri poteſt, ut Catilina vincat.

Petulantia] Petulans eſt ex animo, ex moribus: impudicus ex corpore.

Qua cum ita ſint Quirites vos quemadmodum] Dat illis ſine metu ſollicitudinem. tantum ut diligentes illos faciat.

VARIORUM.

Si, inquam, his rebus omiſſis] Vox, *inquam*, abeſt a vetuſtis libris. *Muret.* In meo quoque ſecundo & Francii, *inquam* non habetur, quod, credo, inculcavit ſciolus. Deleverat id olim etiam Victorius. *Gravius.*

Contendere] Conferre, comparare. Sic pro Roſcio Amerino: *Quicquid tu contra dixeris, id cum defenſione noſtra contendito.* Muretus.

Denique aequitas] Libri veteres, *hinc denique aequitas.* atque ita emendandum eſt. *Idem.* *Hinc* Pithoei quoque excerpta prae ſe ferunt.

Poſtremo copia cum egeſtate] Ita Pall. omnes. Guilielmius tamen melius putat, *copia*, quod in Hittorpiano. praeferebatque idem Modius. *Gruter.* Duisburgenſis *copia cum egeſtate:* quod non ſpreverim. Saepe enim *copia* Ciceroni eſt divitiae, opulentia. *Gravius.*

Quemadmodum jam antea dixi] Ubi hoc antea dixit? Nuſquam. itaque mihi quidem dubium non eſt, quin corrigendum ſit ita, ut eſt in libro vetere: *Vos, quemadmodum jam ante, veſtra tecta cuſtodiis vigiliiſque defendite.* ut intelligatur, quemadmodum jam ante feciſtis. ſic ad finem orationis ſequentis: *In veſtra tecta diſcedite: & ea, quanquam jam periculum eſt depulſum, tamen aeque ac priori nocte feciſtis, cuſtodiis vigiliiſque defendite.* Muretus. *Jam ante dixi*] Tollit Muretus verbum *dixi*, ex uno veteri, quod tamen omnes noſtri aliorumque conſtanter habent. divinabat itaque Gulielmius, *jam ante edixi*; εὐστόχως. Gruterus.

ANO-

quemadmodum jam antea dixi, veſtra tecta cuſtodiis vigiliiſque defendite: mihi, ut urbi ſine veſtro motu, ac ſine ullo tumultu, ſatis eſſet praeſidii, conſultum ac proviſum eſt. Coloni omnes, municipeſque veſtri certiores a me facti de hac nocturna excurſione Catilinae, facile urbes ſuas fineſque defendent: gladiatores, quam ſibi ille maximam manum, & certiſſimam fore putavit, quamquam meliore animo ſunt, quam pars patriciorum, poteſtate tamen noſtra continebuntur. Q. Metellus, quem ego proſpiciens hoc, in agrum Gallicanum, Picenumque

ANONYMUS.

Mihi & huic urbi] Ordo iſte eſt: mihi conſultum atque proviſum eſt, ut huic urbi ſatis eſſet præſidii.

Excurſionibus] Excurſio dicitur prædatio hoſtium, quando equites invadunt poſſeſſiones, & faciunt prædas, & fugiunt.

Quam pars patriciorum] Odit patricios & nobiles plebis ut placeat populo.

VARIORUM.

Mihi, ut urbi] *Mihi conſultum, ac proviſum eſt*, pro eo, quod eſt, ego conſului, ac providi, Græcum loquendi genus, quale illud e Divinatione: *Magno ſtudio mihi a pueritia eſt elaboratum.* Muretus. Varie hic locus ſcribitur in veteribus libris. In meo ſecundo: *Mihi & urbi ſine veſtro motu, ac ſine ullo tumultu ſatis præſidii conſultum ac proviſum eſt.* Francii vero: *Mihi & urbi ſatis eſſe præſidii conſultum & proviſum eſt.* Mei libri ſecundi lectio ſane non eſt aſpernanda, niſi quod *eſſe* perperam ſit omiſſum. *Mihi conſultum eſt ſatis præſidii eſſe urbi*, aut etiam *ego conſului ſatis eſſe præſidii*, uſus Latine loquentium reſpuit, non vero, *mihi proviſum eſt ſatis eſſe præſidii.* Hic eſt, verborum ordo: Satis mihi & urbi præſidii eſſe ſine veſtro motu, ac ſine ullo periculo conſultum ac proviſum eſt, mirum a me & ſenatu. Nam æque Catilina vitæ Ciceronis inſidiabatur, ac tectis urbis. aut ſi vulgatam præferimus, legendum videtur: *mihi ut & urbi ſine veſtro motu ac ſine ulla tumultu ſatis eſſet præſidii conſultum ac proviſum eſt*, Grævius.

Poteſtate tamen in veſtra continebuntur] Vobis obtemperabunt: nihil adverſus veſtram voluntatem molientur, vigilantia, conſiliiſque noſtris circumcluſi, ut ſe contra rempub. commovere non poſſint. In quodam vetere libro eſt: *Poteſtate tamen noſtra continebuntur.* quam ſcripturam rejicio. illo enim altero modo ſæpe locutus eſt Cicero: ut in Antonium: *Ne provinciam depopuletur, ne delectus habeat: ſit in S. P. Q. R. poteſtate, facile vero huic denunciationi parebat, ut in patrum conſcriptorum, atque in veſtra poteſtate ſit, qui in ſua nunquam fuerit.* & in eadem: *Non in veſtra poteſtate, non in ſenatus eſſe Antonium.* Muretus. *Poteſtate tamen noſtra continebuntur*] Ita fere mſſ. noſtri. prius cuſi *pot. tamen in veſtra.* quod ſi retinere volumus, at abjicienda tamen ſyllaba *in*, quæ noque in editionibus antiquis. *Grut.* Vt Gruteri ſic & noſtri MSS. Ego vero judico *continebuntur* ab aliquo Latinæ linguæ imperito eſſe adjectum, & Ciceronem ſcripſiſſe: *poteſtate tamen in noſtra erunt*, hoc eſt facient quæ volemus, & imperabimus. Brutus & Caſſius ad Antonium XI, 2: *Sed certe, cum ipſi in tua poteſtate fuerimus, tuoque adducti conſilio tot dimiſerimus.* Cum nos ad voluntatem tuam nos compoſuerimus. Liv. XL: *Tamen ambo ſignificare, ſi alter vellet, ſe in poteſtate tot Principum civitatis futuros.* Grævius.

In agrum Gallicanum Picenumque] Meus ſecundus & Francii, *in agrum Gallicum Picenumque.* Paullo ante Duisburg. *hac proſpiciens.*

que præmiſi, aut opprimet hominem, aut amici ejus motus conatuſque prohibebit. reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis, jam ad ſenatum referemus, quem vocari videtis. Nunc illos, qui in urbe remanſerunt, atque adeo qui contra urbis ſalutem omniumque veſtrum, in urbe a Catilina relicti ſunt, quamquam ſunt hoſtes, tamen quia nati ſunt cives, monitos etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc ſi cui ſolutior viſa eſt, hoc expectavit, ut id, quod latebat, erumperet. quod reliquum eſt, jam non poſſum oblivisci meam hanc eſſe patriam, me horum eſſe conſulem: mihi AVT CVM HIS VIVENDVM, AVT PRO HIS ESSE MORIENDVM. Nullus eſt portis cuſtos, nullus inſidiator viæ: ſiqui exire volunt, conſulere ſibi poſſunt. qui vero in urbe ſe commoverit, cujus ego non modo factum, ſed inceptum ullum, conatumve contra patriam deprehendero, ſentiet in hac urbe eſſe conſules vigilantes, eſſe egregios magiſtratus, eſſe fortem ſenatum, eſſe arma, eſſe carcerem: quem vindicem nefariorum ac ma-

ANONYMVS.

Nunc illos qui in urbe remanſerunt. Si cui ſolutior viſa eſt] Vide, cum illis minatur, populo minatur.

Conibere] Concedere.

VARIORVM.

Aut opprimet hominem] Primum eſt, hoſtem, ſi poſſis, opprimere. Si id non poſſis, τὸν δόλον..., φασὶ, ..., copandum eſt, ut efficias, ne quid ille noceat, horum alterutrum dicit a Metello effectum iri. *Muretus.* Meus ſecundus *aut opprimet hoſtem.*

Conſtituendis, maturandis, agendis] Præclarus ordo. nam, ut ille ait, antequam incipias, conſulto; & ubi conſulueris, mature facto opus eſt. *Muretus.*

Si cui ſolutior viſa] *Severus*, & *ſolutus* ſive *diſſolutus* apud Ciceronem opponuntur. *Idem.* Meus ſecundus: *Mea lenitas ſi alicui ſolutior viſa eſt.* ut paullo poſt idem ac Duisburg. *nullus eſt portis cuſtos.* Grævius.

Si qui exire volunt, conſulere ſibi poſſunt] Francii liber inſerit tria verba: *Si qui exire volunt, cohibere non poſſum, conſulere ſibi poſſunt.* Sic legiſſe Scholiaſten veterem patet, quanquam male in illo ſcribatur *conibere* pro *cohibere*, & pejus explicetur concedere, cum ſit impedire. *Gravius.*

Sentiet] Verbum uſitatum in comminando. Terentius: *Sentiet, qui vir ſiem.* Muretus.

Sentiet in hac urbe eſſe conſules vigilantes] Haud aliter Pall. at Colonienſis, *conſulem vigilantem*; quod verius arbitratur Guilielmius; tamquam altero conſule non præſente; inquit Modius Epiſt. CIV. *Gruterus.* Sic & Græv. ſecundus: *Conſulem vigilantem.*

Eſſe carcerem, quem vindicem] Carcer igitur ad puniendos homines nefarios ædificatus eſt. idem etiam in oratione pro Sulla: *Quis de C. Cethego, atque ejus in Hiſpaniam profectione, ac de vulnere Q. Me-*

manifeſtorum ſcelerum majores noſtri eſſe voluerunt. Atque haec omnia ſic agentur, Quirites, ut res maximae 13
minimo motu, pericula ſumma nullo tumultu, bellum inteſtinum ac domeſticum poſt hominum memoriam crudeliſſimum ac maximum, me uno togato duce & imperatore, ſedetur. quod ego ſic adminiſtrabo, Quirites, ut, ſi ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quiſquam in hac urbe poenam ſui ſceleris ſufferat. ſed ſi vis manifeſtae audaciae, ſi impendens patriae periculum me neceſſario de hac animi lenitate deduxerint, illud profecto perficiam, quod in tanto & tam inſidioſo bello vix optandum videtur, ut neque quiſquam bonorum intereat, paucorumque poena vos omnes ſalvi eſſe poſſitis. Quae quidem ego neque mea prudentia, neque humanis conſiliis fretus polliceor vobis, Quirites; ſed multis, & non dubiis deorum immortalium ſignificationibus: quibus

Q. Metelli Pii cogitat; cui non ad illius pœnam carcer ædificatus eſſe videatur? & multo apertius, poſtrema oratione in Catilinam his verbis: *Vincula vero, & ea ſempiterna, certe ad ſingularem pœnam nefarii ſceleris inventa ſunt.* Sed tamen Vlpianus affirmat, carcerem ad continendos, non ad puniendos homines haberi debere. quid igitur? dicendum eſt, aliam Ciceronis temporibus, aliam iis, quæ poſtea conſecuta ſunt, conſuetudinem hac in re obſervatam fuiſſe. *Muretus.*

ANONYMUS.

Qua quidem ego] Quaſi non ipſe præſtiterit, ſed dii immortales; & tale facit beneficium ſuum, quod ſoli potuerint dii præſtare.

Lib. II. Finit Incipit III.

VARIORUM.

Nullo tumultu] Quidam exponit ſine ullo militum delectu. quod manifeſto ineptum eſt. nullo igitur tumultu, nulla commotione populi, nulla concertatione, ἀταράχως. Muretus.

Me uno togato duce] Hoc eſt, quod poſtea jactavit illo invidioſo verſiculo, *Cedant arma togæ.* porro, ut hanc quaſi appendiculam adjiciam, conſulares viri, etiam cum publice ibatur ad ſaga, togati tamen eſſe conſueverant. Cicero in Antonium: *Equidem P. C. quanquam hoc honore uſi, togati ſolent eſſe, cum eſt in ſagis civitas: ſtatui tamen, a vobis, cæteriſque civibus in tanta atrocitate temporis, tantaque perturbatione pop. Rom. non differre veſtitu.* Idem.

De hac animi lenitate deduxerit] Duisb. *dejecerit.* & ſtatim idem, *illud profecto efficiam* pro *efficiam.* Alii *perficiam.*

Vt ne quis bonus intereat] Liber vetus, *ut neque bonus quiſquam intereat*, atque ita corrigendum eſt. *Muret.* *Vt ne quis bonus intereat*] Poſthabuerim iſtud Manutiano, *ut neque bonus quiſquam intereat.* quod pauciſſimis adeſt mſſ. *Gruterus.* Optime Francii liber: *ut neque quiſquam bonorum intereat.* Meus ſecundus *quiſquam* etiam probat. *Grævius.*

Vos omnes jam ſalvi] Dele particulam, *jam*, eodem illo libro auctore. *Muret.* Conſentit Francii liber.

Deorum immortalium ſignificationibus] Tales videlicet quaſdam ſignificationes dicit, qualis eſt ea, quam ipſi datam com-

bus ego ducibus in hanc ſpem ſententiamque ſum ingreſſus; qui jam non procul, ut quondam ſolebant, ab externo hoſte atque longinquo, ſed hic præſentes ſuo numine atque auxilio ſua templa atque urbis tecta defendunt: quos vos, Quirites, precari, venerari, atque implorare debetis, ut, quam urbem pulcherrimam, florentiſſimam, potentiſſimamque eſſe voluerunt, hanc omnibus hoſtium copiis, terra marique ſuperatis, a perditiſſimorum civium nefario ſcelere defendant.

commemorat Dio: nempe cum in Ciceronis domo virgines Veſtales ſacra ſolemnia ex more pro populi ſalute facerent, longiſſimam ex ara emicuiſſe flammam. Dionis verba ſunt: Καί τινα παρὰ τοῦ δαιμονίου χρηστὴν ἐλπίδα ἅμα τῇ ἑῷ λαβὼν, ὅτι ἱερῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ ὑπὸ τῶν ἀειπαρθένων ὑπὲρ τοῦ δήμου ποιηθέντων, τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον παρὰ τὸ εἰκὸς ἤρθη. idem etiam, & multo quidem copioſius, narrat Plutarchus: ſed uterque hoc contigiſſe ait, cum jam Lentulus abdicare ſe prætura coactus eſſet. *Muretus.*

Iam non procul, ut quondam ſolebant] E vulgi opinione dixit. vulgares enim putant, cœleſtia numina ab aliis locis longius, ab aliis propius abeſſe. cum tamen neque procul, neque prope recte dicatur in Deo, ſiquidem utraque harum vocum ſignificatur locus. in loco autem eſſe nihil niſi corpus poteſt. at divina natura expers eſt corporis. alioqui (quod vel cogitare ſit nefas) eſſet aliquid ſimplicius Deo: cum omne corpus e materia & forma ſive effectione conſtet. præterea, ſi Deus corporatus eſſet, non eſſet infinite potens. haberet enim partes & earum partium, vel uniuſcujuſque infinita eſſet potentia: ex quo efficeretur, ut & partium inter ſe, & cujuslibet partis cum toto eadem potentia eſſet: quod abſurdiſſimum eſt: vel ſingularum partium potentia finita; quo poſito, conſequeretur, totius quoque potentiam eſſe finitam. nam e finitis infinitum conſtitui non poteſt: ut præclare diſputatur in libris de motu. Non eſt igitur corporeus Deus: ideoque neque procul, neque prope eſſe dicendus eſt: ſed ut nullo tempore, ita nullo etiam loco circumſcriptus. At Cicero, ut orator, magis ad popularem ſententiam, quam ad elimatam philoſophorum diſputationibus veritatem, orationem ſuam accommodavit. quod idem facere omnes oportet, qui verba facere ad populum, & imperitæ multitudinis animos dicendo regere ac tractare meditantur. *Idem.*

Ab extero hoſte] Libri veteres, *externo.* Idem. Sic & Græv. ſecundus & Francii.

Precari, venerari, atque implorare] Venerari, eſt orare: quod & veniam petere dicitur. Plautus:

Eſt Deus, veneror, ut nos ærumna ex hac
miſeras eximat.

Virgilius:

Multa movens animo, nymphas venerabar agreſtes,
Gradivumque patrem, Geticis qui præſidet arvis,
Rite ſecundarent viſus, omenque levarent.

Idem etiam adorandi verbo indicatur. *Muretus.* Francii, *venerari, implorare.*

IN

IN
L. CATILINAM III.
Ad Quirites.
ORATIO VICESIMAPRIMA.

Argumentum Anonymi.

Deprehenſi ſunt conjurati ad pontem Mulvium, deducti ad Senatum. Vulturcius cum litteris & Galli ſollicitati ad hoc bellum qui tunc forte legati venerant Romam deprehenſi ſunt. omnia celebrata ſunt in Senatu. Purgatus eſt ipſe Cicero. Novimus enim, quia propter invidiam ſedandam proceſſit ad populum, & allocutus eſt. jam ergo purgatus eſt: jam non timet. narrat modo populo, quid actum ſit in Senatu, vel inſultat. tantum in hac oratione brachilogia hac arte utitur. quid actum ſit in Senatu narrat.

REmpublicam, Quirites, vitamque omnium 1
veſtrum, bona, fortunas, conjuges, liberosque veſtros, atque hoc domicilium clariſſimi imperii, fortunatiſſimam pulcherrimamque urbem, hodierno die, deorum immortalium ſummo erga

Anonymus.

R*Empublicam, Quirites, vitamque omnium veſtrum*] Auget beneficium ea arte, qua expoſui ſuperius. quaſi deorum tantum hoc beneficium dicatur; poſt deos ſe ipſum * *ponit.*

Variorum.

R*Empublicam, Quirites*] Hanc orationem alii ſcripſerunt habitam eſſe non. Decemb. ipſis: qua in re, non magno negotio, manifeſti erroris convinci queunt. Etenim ea, quæ proxime hanc ſequitur, habita eſt in ſenatu nonis Decemb. quod epiſtola prima libri ſecundi ad Atticum Cicero ipſe teſtatur. Hæc autem biduo ante habita fuerat, ut indicant verba illa e ſequenti: *Is & nudius tertius in cuſtodiam cives Rom. dedit, & ſupplicationem mihi decrevit; & indices heſterno die maximis præmiis affecit.* Conſtat igitur hanc habitam eſſe III non. Decembr. Continetur autem quatuor præcipuis partibus, primum enim brevi exordio populum, & ſibi conciliat, & attentum ac docilem reddit. deinde narrat, quem in modum a ſe patefacta at-

* *Poſuit MS.*

erga vos amore, laboribus, conſiliis, periculis meis, ex flamma atque ferro, ac paene ex faucibus fati ereptam, & [illegible] vo-

que oppreſſa conjuratio fuerit. quidque ſuper ea re decretum a ſenatu. hanc narrationem ſequitur amplificatio, quæ conſtat commemoratione prodigiorum, quibus hæc conjuratio prælignificata fuerat; & comparatione illius cum cæteris civilibus inteſtiniſque bellis. Poſtremo brevi peroratione commendat ſe liberoſque ſuos populo Romano, & ſe in ſuſcepta defenſione reip. etiam depoſito magiſtratu, conſtantiſſimum fore pollicetur. Cætera, quæ ad argumentum pertinent, ſuis locis ſingillatim commemorabimus. *Muretus.*

Rempublicam Quirites] Vno reip. nomine cuncta quodammodo reliqua continentur. ſed eſt hæc ratio quædam amplificandi, quam ſupra quoque tetigimus. ut cum totum aliquid propoſueris, partes etiam enucleatius perſequare. *Idem.*

Bona, fortunas] Bonorum nomine facultates, id eſt, τὰ ὑπάρχοντα, indicantur: neque ſana alia vis ſubeſt nomini fortunarum. duo igitur idem valentia, augendi gratia poſuit. *Idem.*

ANONYMVS.

Periculis meis] Non Antonii.

VARIORVM.

Laboribus, conſiliis, periculiſque meis] Omnes libri veteres ἀσυνδέτως, *laboribus, conſiliis, periculis meis.* ſic & in ſuperiori oratione: *Nunc ſi L. Catilina conſiliis, laboribus, periculis meis circumcluſus*, &c. Muret. Adſtipulatur Mureti libris meus ſecundus & Francii.

Ex flamma, atque ferro] E cæde atque incendiis hypallage. *Muretus.*

Ex faucibus fati ereptam] Metaphoram a feris ductam eſſe conſtat. fatum autem vocat interitum. ut infra: *Neque tanto ante exitii, ac fati diem reip. denunciaſſet.* idemque Græcis in uſu eſt, qui μοῖραν, & πότμον, & κῆρα pro morte dicunt. etiamque πεπρωμένην. ut in illo verſiculo:

Ἀφυκτόν ἐστι τὸ τῆς πεπρωμένης κακόν.

Quæ harum vocum uſurpatio unde mihi manaſſe videatur aperiam. Fatum revera ſignificat conſilium voluntatemque divinam, qua omnia ex omni æternitate ita conſtituta ſunt, nihil ut accedere poſſit, quod non Deus infinito ante tempore præſciverit: & quidem certo ac præfinito præſciverit. nefariæ enim impietatis eſſet dicere, Dei ſcientiam aut non omnium eſſe, aut incertam eſſe, ac fluctuantem. Quod tamen non ita accipiendum eſt, ut, quod quidam ſcelerati faciunt, malorum cauſas referamus in Deum. nam ut medicus, qui certo prænoſcit, ægrotum ex hac aut illa infirmitate periturum, non tamen ægroto mortis cauſam afferre dicendus eſt: ita Deus, quamvis hunc aut illum flagitioſum fore præcognoſcit, minime tamen in cauſa eſt, ut ille flagitioſus evadat. cavendum eſt etiam diligentiſſime, ne Stoicorum væſaniam inſequamur, aut aliorum, qui ſpoliatas omni libertate hominum mentes ſervitute devincire conantur, tolluntque e rebus omnibus caſum, & quicquid de rebus futuris affirmatur, negaturve, id definite verum, aut definite falſum eſſe confirmant. quod longiſſime abeſt a vero. Etenim permulta ſunt, quæ antequam fiant, vel fieri, vel non fieri poſſunt: eſtque ita plane libera hominum voluntas; ut nemo invitus bonus fiat, nemo invitus malus. alioqui enim fruſtra virtutibus præmia, fruſtra vitiis ſupplicia conſtituerentur. Sed tamen & ea ipſa, quæ eam naturam habent, ut & hoc, & illo modo evenire poſſint, certo prænoſcuntur a Deo: &, quamvis liberum erat Catilinæ, conjurare in patriam, vel non conjurare: Deus tamen, conjuraturum illum, ex omni æternitate præſciverat. Dei autem ſcientia nullam neceſſitatem rebus imponit. nam, ut vere, & ſapienter ab hominibus eruditiſſimis, iiſdemque ſanctiſſimis dictum eſt, modus cognitionis non immutat naturam rei cognitæ. Ac Deus quidem uno prorſus modo prænoſcit omnia: neque tamen

tamen

vobis conſervatam ac reſtitutam videtis. Et ſi non minus nobis jucundi atque illuſtres ſunt ii dies, quibus conſervamur,

men omnia uno eodemque modo evenuiunt. nam, ut inſiſtamus in exemplo propoſito, non minus certo ſciebat Deus fore, ut Catilina bellum faceret patriæ; quam fore, ut aleretur, ut creſceret, ut ſomnum caperet, ut quotidie ad ſenium magis accederet: aliter tamen hæc contigerunt, & aliter illud. nam hæc, etiam ipſo Catilina invito, allatura erat naturæ neceſſitas: illud in ipſius voluntate, atque arbitrio poſitum fuit. Hunc igitur rerum ordinem in mente divina conſtitutum, proprie accepto fati nomine ſignificari ajo. Credebant autem veteres, quo temporis puncto quis naſceretur, eo ipſo fataliter conſtitui de morte atque interitu ipſius: quod indicat hic verſiculus Manlii:

Naſcentes morimur; finiſque ab origine
pendet.

Et illud Senecæ:

——— *primuſque dies*
Dedit extremum.

Atque hac potiſſimum in re vim fati elucere arbitrabantur. inde factum opinor, ut morti, atque interitui, fati nomen tribuerint. Quod autem hic annotat Silvius. fati nomen non accipi pro morte naturali, ſed tantum pro morte violenta, longe falſiſſimum eſt. imo vero violentam mortem qui oppetunt, præcipere, aut præoccupare fata, & præter fatum mori dicuntur. & ita accipiendus eſt locus ille e ſecunda Philippica: *Multa autem impendere videntur præter naturam, præterque fatum.* & verſus ille Virgilii:

Nam quia nec fato, merita nec morte
peribat. Muretus.

ANONYMUS.

Etſi non minus nobis jucundi] * *
* * * * *

Deſunt quædam.

VARIORUM.

Et ſi non minus] *Et ſi*, poſitum videtur pro, *quod ſi.* ut apud Terentium Phormione: *Et ſi tibi res ſit cum eo lenone.* ubi Donatus: *Et*, inquit, *modo non connexiva, ſed inceptiva particula eſt.* Muret.

Et ſi non minus] Argumentum a pari. Paria ſunt condere urbem, & conditam ſervare. Is qui urbem condidit, in Deorum numerum relatus eſt. igitur & is; qui eandem ſervavit, in honore & apud vos & apud poſteros eſſe debebit. *Idem.*

Jucundi atque illuſtres ſunt ii dies] Illuſtres dies ſunt ſancti, atque honorati, quoſque quotannis, ob memoriam alicujus rei, celebramus, ac colimus. eorum partim ſunt jucundi, ut ii quibus nati, aut a magno aliquo periculo liberati ſumus: quidam etiam acerbi, ut apud Virgilium:

Jamque dies, ni fallor, adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſic dii voluiſtis) habebo.

Non fruſtra igitur hæc duo conjunxit. *Idem.*

Quibus conſervamur] Natalem ſuum quiſque quotannis celebrare conſueverat. etiamque natalem eorum, quos amabat. Tibullus:

Eſt qui te Cherinthe dies dedit, hic mihi ſanctus,
Atque inter feſtos ſemper habendus erit.

Horatius:

Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem,
Jure ſolennis mihi, ſanctiorque
Pene natali proprio: quod ex hac
Luce Mæcenas meus affluentes
Ordinat annos.

Sed & eos dies colebant, quibus e magno aliquo diſcrimine erepti forent. ut Horatius Kalendas Martias: quod eo die, caſu arboris, adductus quidem in periculum vitæ, ſed tamen liberatus fuiſſet: quod ipſe teſtatur his verſibus:

Voveram dulces epulas, & album
Libero caprum, prope funeratus
Arboris ictu.
Hic dies anno redeunte feſtus.
Corticem aſtrictum pice dimovebit
Amphoræ fumum bibere inſtitutæ
Conſule Tullo. Idem.

Cum

mur, quam illi, quibus naſcitur: & quod ſalutis certa lætitia eſt, naſcendi incerta conditio: & quod ſine ſenſu naſcimur, cum voluptate ſervamur: profecto, quoniam illum, qui hanc urbem condidit, ad deos immortales benivolentia famaque ſuſtulimus: eſſe apud vos poſteroſque veſtros in honore debebit is, qui eandem hanc urbem conditam amplificatamque ſervavit. nam toti urbi, templis, delubris, tectis ac moenibus omnibus ſubjectos prope jam ignes circumdatoſque reſtinximus: iidemque gla-

Cum voluptate ſervamur] Sic meus ſec. Franc. Pith. Duisburg. vulgati, *conſervamur*. Grævius.

Illum, qui hanc urbem condidit] Romulum urbis conditorem fuiſſe confirmata multorum ſeculorum conſenſu opinio eſt. neque tamen defuerunt e vetuſtis ſcriptoribus, qui Romam multis fuiſſe ante Romulum ætatibus dicerent. qua de re vide Solinum capite 2 polyhiſtoris. *Muretus.*

Romulum] Abeſt Romuli nomen ab uno antiquo lib. quo fit, ut, peccatum eſſe hic in eodem genere arbitrer, quo multis in aliis locis, quos ſupra indicavi: ac plane cenſeam gloſſema eſſe. *Idem.* *Qui hanc urbem condidit Romulum*] P. Manutius omiſit *Romulum*; quod indicaſſet Muretus abfuiſſe ab uno mſſ. ſuorum. & vero non comparet in Hitt. ſed tamen cum reſtet in tot aliis noſtris, non exturbavi. *Gruter.* Abeſt *Romulum* etiam a meo ſecundo, & in Lambinianis, meritoque tanquam gloſſema delevit Manutius. *Grævius.*

Ad Deos immortales] Hiſtoria e Livio, & aliis nota eſt. Ennius:

Romulus in cælo cum dis genitalibus ævum
Degit.

Horatius:

——— *hac Quirinus*
Martis equis Acheronta fugit.

Idem:

Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta, deorum in templa recepti,

Scipio apud Ciceronem: *Deficere ſol hominibus, extinguique viſus eſt, cum Romuli animus hæc ipſa in templa penetravit.* Ei flaminem adjecit Numa, quem Quirinalem vocavit. inſtituta etiam feſta, quæ Quirinalia dicta ſunt, aut alio nomine feſta ſtultorum. celebrabantur autem XIII Kal. Mart. ut conſtat e ſecundo faſtorum Ovidii, & e vetere Kalendario, quod vir ſingulari quodam Dei Opt. Max. in ætatem noſtram beneficio ad illuſtrandam, & eruendam e veteribus monumentis antiquitatis memoriam natus, haud ita pridem in lucem edidit P. Manut. *Muret.*

Debet dies is] Lege, ut eſt in veteribus libris; *Eſſe apud vos, poſteroſque veſtros in honore debebit is, qui eandem hanc urbem*, &c. non enim de die loquitur, ſed de ſeipſo: ac ſeipſum cum Romulo tacite confert. *Idem.*

Nam totius urbis] Optimus liber: *Nam toti urbi.* placet. *Idem.* Eodem modo ſcribitur in Francii libro, & Duisburgenſi, & merito probat Muretus. Veſtigia veræ lectionis ſunt & in meo ſecundo, in quo legis: *Nam totis urbis.* Græv.

Tectis omnibus] Omnes libri veteres hoc amplius, *Templis, delubris, tectis omnibus, ac mœnibus.* Muretus. *Tectis ac mœnibus ſubjectos*] Ita Pal. ſec. Ah. H. & V. neque ſecus editio antiquiſſima. poſteriores, *tectis omnibus ſubjectos.* Ald. Manutius nepos publicavit, *tectis omnibus ac mœnibus ſubjectos*, minus recte. *Grut.* In Duisb. æque ac in Mureti libris *mœnibus omnibus.* quod non erat repudiandum. Mox idem Duisb. *itidemque* pro *iidemque.* Grævius.

Gla-

gladios in rempub. deſtrictos retudimus, mucroneſque eorum a jugulis veſtris dejecimus. Quae quoniam in ſenatu illuſtrata, pateſacta, compertaque ſunt per me, vobis jam exponam breviter, Quirites: ut & quanta, & quam manifeſta, & qua ratione inveſtigata & comprehenſa ſint, vos, qui & ignoratis, & expectatis, ſcire poſſitis. Principio, ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe, cum ſceleris ſui ſocios, hujuſce nefarii belli acerrimos duces Romae reliquiſſet: ſemper vigilavi & providi, Quirites, quemadmodum in tantis, & tam abſconditis inſidiis ſalvi eſſe poſſemus. Nam 2
tum, cum ex urbe Catilinam ejiciebam, non enim vereor

Gladios in remp. deſtrictos retudimus] Sic legendum cenſet Adr. Turnebus, non, ut vulgo, *diſtrictos*, & ita ubique reponendum. ſupra autem, *Romulum*, quæ vox reperitur in omnibus libris vulgatis, non eſt in noſtris manuſcriptis, ut neque in ſuis eſſe teſtatur Muretus. *Lamb.* *Gladios in remp. deſtrictos retudimus*] In Colon. erat, *retrofimus*, unde lubens fecerit Guilielmius, *retorſimus*: quamvis fuerat qui annotarat in illo libro *retruſimus*. Gruterus.

Rejecimus] Iidem omnes libri, *dejecimus*. Muretus. Sane *dejecimus* habetur & in meo ſecundo & Francii. Libro v in Verr. *Hac ſe commemoratione civitatis omnia verbera depulſurum, cruciatumque a corpore dejecturum arbitrabatur.* Grævius.

Illuſtrata, pateſacta, compertaque ſunt per me] Tres libri veteres, quos inſpexi non addunt copulam τῷ *comperta*, quos ſequor. *Gravius.*

Vos qui & ignoratis & expectatis, ſcire poſſitis] In quibuſdam codicibus ſcriptum eſt, *vos qui ignoratis, ex actis*, vel, *exacte ſcire poſſitis*, quod minus placet: nam multi ignorant, neque tamen expectant: & illud *exacte* contrarium eſt τῷ *breviter*: nam quæ breviter narrantur, ſummatim, non exacte narrantur. *F. Urſinus.* Meus ſec. *Vos, & qui ignoratis, & expectatis.* Forte: *Vos, & qui ignoratis, & qui expectatis.* Grævius.

Principio] Narratio eſt. *Muret.*

Paucis ante diebus] Hic viceſimus quartus á Catilinæ profectione erat dies. *Idem.*

Semper vigilavi] Narrationem credibilem fieri, rhetores docent, ſi non tantum quomodo quicque contigerit, verumetiam quibus de cauſis ita contigerit, explanetur. hoc igitur mirabiliter Cicero facit. expoſiturus enim, quem in modum pateſacta, & quaſi e tenebris ac latibulis eruta conjuratio eſſet; prius proponit cauſam, quæ id effecerit, nempe ſingularem quandam, ac perpetuam vigilantiam, ac providentiam in republ. ſuam. Simul autem hæc modeſta officii ſui prædicatio, ac commendatio, non dici poteſt, quantum ad conciliandos auditorum animos valeat. *Idem.*

Inſidiis] Quidam libri veteres, *periculis.* Idem.

Salvi eſſe] Annota, quod ſit officium ejus, cui commiſſa reſp. eſt: nempe, ut, ſopitis, ac quieſcentibus cæteris, ipſe pro ſalute publica vigilet, quaſique excubias agat. Homerus:

> Οὐ χρὴ παννύχιον βουληφόρον ἄνδρα καθεύδειν,
> Ὧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

Quam in ſententiam multa præclara diligenter ab Eraſmo in proverbiis collecta ſunt. *Idem.* Franc. *ſalvi eſſe poſſitis.*

Quod

reror jam hujus verbi invidiam, cum illa magis ſit timenda, quod vivus exierit; ſed tum, cum illum exterminari volebam, aut reliquam conjuratorum manum ſimul exituram, aut eos, qui reſtitiſſent, infirmos ſine illo, ac debiles fore putabam. atque ego ut vidi, quos maximo furore & ſcelere eſſe inflammatos ſciebam, eos nobiſcum eſſe, & Romae remanſiſſe, in eo omnes dies noctesque conſumſi, ut, quid agerent, quid molirentur, ſentirem ac viderem: ut, quoniam auribus veſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem, ut tum demum animis ſaluti veſtrae provideretis, cum oculis ma-

Quod vivus egreſſus eſt] Omnes libri veteres, *quod vivus exierit*. Muretus.

Conjuratorum] Vt juratus, qui juravit; injuratus, qui non juravit; ſic & conjuratus, qui conjuravit ſimilia quædam indicavi in annotationibus Terentianis. *Muretus*.

Remanſiſſent] Quidam veteres libri, *reſtitiſſent*. Idem. *Qui remanſiſſent*] Cum omnes noſtri libri veteres habeant, *qui reſtitiſſent*, & ita ſe etiam in ſuis ſcriptum reperiſſe teſtetur Muretus, quid eſt cauſæ, quare vulgatam, *qui remanſiſſent*, antiquiæ anteponam, cum illa interpretis tantum oleat, hæc ſuis viribus nitatur, & ſine litura in codicibus antiquis integra appareat? *reſtare* autem, hoc loco eſt ab incœpto, ſeu inſtituto itinere gradum revocare, & reprimere, & in veſtigio manentem ſtare. quo modo ſæpe uſurpant Plautus, Terentius, Cicero, ceteri. *Lamb.* *Qui reſtitiſſent*] Ita prima quoque editio, ita Victorina, ne hoc forte ſibi Lambiniana arroget. mediæ ætatis, *remanſiſſent*. Gruterus.

Atque ego ut vidi, quos &c] Lectio impedita. pendent enim iſthæc adhuc a ſuperioribus. itaque vix eſt ut non debeat reſcribi cum Pal. ſec. atque Hitt. *atque ego vidi, &c.* ita Plautus: *Dum circumſpecto, atque ego tum lembum conſpicor, &c.* tota enim illa oratio huic ſimillima eſt. *Gruterus*. In utroque meo & Pith. abeſt etiam *ut*, & merito. Nam *atque* pro ſtatim, ut ſimulatque ſæpe ponitur. Virg.

Si brachia forte remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

Liv. XXVI, 39: *Hic Quintium ſtolidi pugnantem, hortantemque ſuos incautus haſta transfigit: ille atque præceps cum armis procidit ante proram.* Sed tot aliis libris repugnantibus, nihil muto. Non male Duisburgenſis: *at ubi vidi, quos maxime furore.* Hoc ſane ceteris omnibus præferendum. *Grævius*.

Furore ac ſcelere eſſe inflammatos] Sic locutus eſt libro quinto accuſationis: *Ipſe inflammatus ſcelere ac furore in forum venit.* Muretus.

Propter incredibilem magnitudinem ſceleris] Magna enim ſcelera non temere credi, neque levi conjectura pendi ſolent: immo quo atrociora ſunt, eo ad faciendam fidem pluribus & certioribus notis coarguenda ſunt: ut præclare diſputatur in oratione pro Sex. Roſcio Amerino. *Idem*.

Vt tum demum animis ſaluti veſtra] Eſt a Victoriana, & antiquioribus. prima tamen non habet illud *animis*, neque exſtat in Pal. ſec. niſi a manu recenti. ſed & in nono erat, *ut tum demum omnis noſtra ſaluti*. adeo ut ſuſpicer illud *animis*, eſſe a manu mala. *Gruterus*.

Oculis] Additum ad majorem ἐνέργειαν. Sic infra: *Vt eos pene oculis videre poſſemus*. Muretus.

Itaque

maleficium ipſum videretis. Itaque ut comperi, legatos Allobrogum, belli Tranſalpini, & tumultus Gallici excitandi cauſa, a P. Lentulo eſſe ſollicitatos, eoſque in Galliam ad ſuos cives, eodemque itinere, cum litteris mandatiſque ad Catilinam eſſe miſſos, comitemque iis adjunctum Vulturcium, atque huic eſſe datas ad Catilinam litteras: facultatem mihi oblatam putavi, ut, quod erat difficillimum, quodque ego ſemper optabam a diis immortalibus, tota res non ſolum a me, ſed etiam a ſenatu, & a vobis manifeſto deprehenderetur. Itaque heſterno die L. Flaccum, & C. Pom-

Itaque ut comperi legatos Allobrogum] Allobroges, gens Galliæ potentiſſima, ait Apollodorus. Polybius autem per *i* ſcribit *Allobrigas*. Charax vero per *o Allobrogas*: quæ ſcriptura Latinis uſitatiſſima eſt: nam Græci quidem plerique omnes ſcribunt Allobrigas. Dicebatur eis jus ab iis prætoribus, quibus Gallia Narbonenſis obtigerat: ut teſtatur Strabo lib. 4. Ii tum legatos Romam miſerant, quæſturos de avaritia magiſtratuum ſuorum: quos Lentulus per P. Vmbrenum ad conjurationis ſocietatem pertrahere molitus eſt. ſed illi, cum ſimularent ſe ei conſilio favere, totam rem tamen ad Q. Fabium Sangam detulerunt. unde dictum eſt ab Horatio:

Noviſque rebus infidelis Allobrox.

Hiſtoriam fuſiſſime narrant Salluſtius, Plutarchus, Appianus: quorum ſcripta cum terantur omnium manibus; nullum eſſe operæ pretium puto, integras paginas, quod alii fecerunt, ex eorum libris deſcribere. *Muretus.*

Belli Tranſalpini] Bellum in ulteriore, tumultum in citeriore Gallia dicit. inter hæc autem vocabula quid interſit, diſces e Cicerone VIII Philipp. *Idem.*

Ad ſuos cives] Animadverte, totam regionem Allobrogum, civitatem vocari. Sic apud Salluſtium: *Itaque Q. Fabio Sanga, cujus patrocinio plurimum civitas utebatur, rem omnem, uti cognoverunt, aperiunt.* ſic & omnes Helvetii, *civitas una.* Cæſar: *Apud Helvetios longe nobiliſſimus, & ditiſſimus fuit Orgetorix. Is, M. Meſſala, & M. Piſone Coſ. regni cupiditate inductus, congregationem nobilitatis fecit, & civitati perſuaſit, ut de finibus ſuis cum omnibus copiis exirent.* Idem.

Eodem itinere] Redeuntes enim in Galliam, iter per Etruriam facturi erant. *Id.* Meus primus, Franc. Duisburg. *eodemque itinere.*

Vulturcium] T. Vulturcium Crotonienſem. *Muretus.* Meus primus, *Titum Volturcium*, & ſic ſemper, ut in antiquis libris *Volnus*, *Volcanus*. Sic in capite ſexto meus primus *Voltus*. Grævius.

Litteras] Quarum exemplum infra videbimus. *Muretus.*

Heſterno die] Sub noctem, opinor. ita enim in oratione pro Flacco: *O nox illa, quæ pene æternas huic urbi tenebras attuliſti: cum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, conjurati ad ferrum, & flammam vocabantur: cum ego te Flacce, cælum noctemque conteſtans, flens flentem obteſtabar: cum tuæ fidei optimæ & ſpectatiſſimæ ſalutem urbis & civium commendabam. tu, tu Flacce prætor, communis exitii nuncios cepiſti: tu incluſam in litteris reip. peſtem deprehendiſti: tu periculorum indicia, tu ſalutis auxilia ad me, & ad ſenatum attuliſti. quæ tibi tum gratiæ ſunt a me actæ? quæ a ſenatu? quæ a bonis omnibus? quis tibi, quis C. Pomtinio, fortiſſimo viro, quenquam bonum putaret umquam non ſalutem, verum honorem ullum denegaturum.* Idem.

Et

& C. Pomtinum praetores, fortiſſimos atque amantiſſimos reipubl. viros, ad me vocavi: rem expoſui: quid fieri placeret oſtendi. Illi autem, qui omnia de republica praeclara atque egregia ſentirent, ſine recuſatione, ac ſine ulla mora negotium ſuſceperunt, &, cum adveſperaſceret, occulte ad pontem Mulvium pervenerunt: atque ibi in proximis villis ita bipartito fuerunt, ut Tiberis inter eos, & pons intereſſet. Eodem autem & ipſi ſine cujuſquam ſuſpicione multos fortes viros eduxerunt, & ego ex praefectura Reatina compluris de-

Et C. Pomtinium] Franciſci Capellii liber, *Pomptinium*: quomodo etiam in quibuſdam impreſſis ſcriptum eſſe video. Sed opinor, litteram *p*, ſine cauſa inculcatam a veteribus librariis. nam illi eodem modo *ſompnum* pro ſomno, *dampnum* pro damno, *dampnare* pro damnare ſcribebant. *Muret.* *Et C. Pomtinum, &c.*] Sic ſcribendum, non, *Pontinum*, neque, *Pomptinum*. Nam in hoc poſterius, eodem errore, ac vitio, *p.* illatum eſt, quo in *calumpnia*, *ſompnus*, *dampno*, *tempto*, *emptus*, *ademptus*, *conſumptus*, & ſimilibus, quod & a Mureto jam ante animadverſum eſt. *Lamb.*

Fortiſſimos atque amantiſſimos reip. viros] Vtrumque neceſſarium erat: alterum, ut poſſent exequi ea, quibus opus erat pro rep. alterum, ut vellent. *Muretus.*

Ad me vocavi] Liber Gul. Ahalæ, quo uſus Guilielmius, tantum habebat pro his, *advocavi* forſan recte. *Gruterus.*

Rem omnem expoſui] Optimo meo, ut & altero & Pith. *omnem* non extat. *Graevius.*

Ad pontem Mulvium] Is eſt haud procul ab urbe in Etruriam tendentibus. Martialis:

A ponte rediit Milvio. Muret.

Hodie vocatur corrupte *Ponte Mollo*, aut etiam *Ponte Molle*. tria diſtat milliaria a columna, quæ erat in foro Romano teſte Plin. III, 5. & Cluver. Ital. antiq. lib. II, 3.

Ita bipartiti fuerunt] Bipartior paſſive num uſquam legatur, quam in hoc loco equidem dubito. Verum hæc non eſt in antiquorum codicum ſcriptura. In optimo meo, ut & in Duisburgenſi ſcribitur *bipartito*, quod & in ſuis libris invenit Victorius ejus editio teſtatur. Hirtius de bello Hiſpanienſi cap. 5: *Ibi itaque ponte facto copias ad caſtra tripartito tranſduxit. Tendebant adverſus oppidum e regione pontis, trabes, ut ſupra ſcripſimus, bipartito.* Vltima quidem ſcabra ſunt, & in Regis Chriſtianiſſimi codice non reperiuntur, quia & in Thuanæo pro *bipartito* legitur *tripartito*, tamen ſatis indicant, veteres *bipartito* & *tripartito* potius dixiſſe quam *bipartiri*. Graevius.

Ex praefectura Reatina] Italiæ oppida partim coloniæ erant, partim municipia, partim præfecturæ. Sex. Pompeji de præfecturis verba ſunt: *Praefecturae eae appellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinae agebantur, & erat quaedam earum reſpub. neque tamen magiſtratus ſuos habebant: in quas legibus praefecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. quarum genera fuere duo: alterum, in quas ſolebant ire praefecti * quatuor ſex virum pro populi ſuffragio creati erant in hac oppida Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Puteolos, Sueſſulam, Atellam, Calatiam: alterum quas praetor urbanus quotannis in quaque loca miſerat legibus: ut Fundos, Formias, Caere, Venafrum, Alicas, Privernum, Anagniam, Fruſilonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura.* Hæc, ut dixi, Sex. Pompeji verba ſunt, ſed miſerandum in modum depravata: neque mihi quidem apparet, quomodo corrigi debeant. Tuum profecto, tuum

Paule

deleɛtos adoleſcentes, quorum opera utor aſſidue in
republica, praeſidio cum gladiis miſeram. Interim
tertia fere vigilia exacta, cum jam pontem Mulvium
magno comitatu legati Allobrogum ingredi incipe-
rent, unaque Vulturcius, fit in eos impetus: edu-
cuntur & ab illis gladii, & a noſtris. res erat prae-
toribus nota ſolis: ignorabatur a ceteris. Tum in- 3
terventu Pomtini atque Flacci pugna, quae erat com-
miſſa, ſedatur. litterae, quaecumque erant in eo co-
mitatu, integris ſignis, praetoribus traduntur: ipſi
comprehenſi ad me, cum jam diluceſceret, dedu-
cuntur. Atque horum omnium ſcelerum improbiſſi-
mum machinatorem Cimbrum Gabinium ſtatim ad me,
nihildum ſuſpicantem, vocavi. Deinde idem arceſſitur
L. Sta-

Paule Manuti excellens ingenium, ſpectatamque illam, illam tuam in emendandis optimis quibuſque ſcriptoribus judicii acrimoniam & locus hic. & totus prope Sex. Pompejus requirit. *Muretus.*

Quorum opera] Emenda e veteribus libris: *Quorum opera utor aſſidue in rep. præſidio cum gladiis miſeram.* ut ſit, miſeram præſidio: non autem, *in præſidio reip.* Idem. *Præſidio cum gladiis miſeram*] Sic legendum, ut cenſet Muretus, auctoritate veterum codicum fretus, ut ſit, *miſeram præſidio:* & ſupra proxime *in rep.* non, ut vulgo, *in reip. præſidio, cum glad. miſ.* Lambinus. *Quorum opera utor adſidue in reip. præſidio*] Adnotatum erat in eodem Ahalæ libro, a viro quodam docto, *adſidue reip. præſidio.* optime. *Gruter.* Rectiſſime Muretus. Præſidio ei ſunt quoque tres codices, quos inſpexi in primo meo clariſſime *rep.* in reliquis notas *r. p.* idem ſignificare puto. *Præſidio miſi*, ut præſidio eſſent Prætoribus. *Grævius.*

Interim tertia fere vigilia exacta] Vigiliarum, in quas nox a veteribus diſtribueretur, meminit & Iulius Pollux libro primo, ſed earum ratio planius explicatur a Suida, qui ait, vigiliam, id eſt, φυλακὴν, eſſe quartam partem noctis. Tertia igitur vigilia fere exacta, eſt, quatuor fere horis antequam diluceſceret. *Muretus.*

Cum jam pontem Mulvium cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent] *Cum* delevi volentibus meo primo, Duisburg. Francii, in quo legitur etiam: *Cum jam pontem Mulvium magno comitatu adſcenderent, legati Allobrogum ingredi inciperent.* At in meo primo *legati Allobroges.* Grævius.

Improbiſſimorum machinatorem] Omnes libri veteres, *improbiſſimum.* idque melius videtur. *Muretus.*

Cimbrum Gabinium] Hunc infra vocat P. Gabinium: & Salluſtius quoque P. Gabinium Capitonem, equitem Rom. Cimbrum autem, cognomen eſſe arbitror: neque enim inuſitatum erat, ut unus haberet plura cognomina. Nominatur autem & M. Tullius Cimber libro 12 epiſtolarum, & ſecunda Philippica, inter Cæſaris interfectores, & Caninius quidam Cimber XI Philippica. *Idem.*

Nihil dum ſuſpicantem] Quidam libri veteres, *Nihil dum tale ſuſpicantem.* Idem.

Arceſſitur] Omnes veteres libri, *acceſſitus eſt.* Idem. Sic & Grævii prim. ſed in Duisburg. *arceſſitus* ſine *eſt.*

L. Statilius, & poſt eum Cethegus. tardiſſime autem Lentulus venit, credo quod litteris dandis praeter conſuetudinem proxima nocte vigilarat. Cum ſummis ac clariſſimis hujus civitatis viris, qui, audita re, frequentes ad me mane convenerant, litteras a me prius aperiri, quam ad ſenatum referrem, placeret, ne, ſi nihil eſſet inventum, temere a me tantus tumultus injectus civitati videretur, me negavi eſſe facturum, ut de periculo publico non ad conſilium publicum rem integram deferrem. Etenim, Quirites, ſi ea, quae erant ad me delata, reperta non eſſent, tamen ego non arbitrabar in tantis reipublicae periculis mihi eſſe nimiam diligentiam pertimeſcendam. Senatum frequentem celeriter, ut viditis, coegi. Atque interea ſtatim, admonitu Allobrogum, C. Sulpicium, praetorem, fortem virum, miſi, qui ex aedibus Cethegi, ſi quid telorum eſſet, efferret. ex quibus ille maximum ſicarum numerum &
4 gladiorum extulit. Introduxi Vulturcium ſine Gallis: fidem

P. Statilius] Lege, *L. Statilius:* nam & ita eſt in antiquis libris, & ita vocat Salluſtius, & ipſe Cicero paulo infra in hac ipſa oratione. *Muretus.*

Credo quod litteris dandis prater, &c.] Pal. ſec. Ah. H. V. *in litteris.* ſed malim quod eſt in Pal. ſexto ac nono; *credo quod in litteris iis prater, &c.* ſine voce *dandis.* Gruterus. Græv. quidem uterque & Francii, *quod in litteris dandis prater.* niſi quod hic, *quod in litteris his dandis prater.* At Duisburg. *quod litteris dandis is* quod placet. Nam *litteris dandis vigilare* Latiniſſimum eſt loquendi genus, quod exemplis ſexcentis firmari poſſit. Qui id non intellexerunt, interpoſuerunt *in.* Grævius.

Prater conſuetudinem] Notat Lentulum, ut pigrum, & ſomnolentum. Sic infra: *Non mihi eſſe P. Lentuli ſomnum, nec L. Caſſii adipem,* &c. Dio quoque, ὁ Λεντοῦλος, inquit, ὀκνηρότατα δραστήριος ἦν itaque Catilina apud Salluſtium ita loquitur: *Scitis equidem milites, ſocordia atque ignavia Lentuli quantam ipſi vobiſque cladem attulerit.* Muretus.

Cum vero ſummis] Dele particulam, *vero.* temere enim, & contra veterum librorum fidem inculcata eſt. *Idem.* Sic edidit P. Manutius. In Duisburgenſi quoque non habetur, quamvis in ceteris M S S. extet.

Referri] Optimus liber, *referrem.* Mur.

Ad ſenatum referrem placeret] Eſt a Pal. ſec. non. V. & libris Mureti. neque aliter in excuſis a Manutio aut Lambino, prius editi, *referri.* Gruterus.

Senatum frequentem] In ædem concordiæ. *Muretus.*

C. Sulpicium] Hac de re Plutarchus: Γάϊος δὲ Σουλπίκιος, εἷς τῶν στρατηγῶν ὢν, τὴν οἰκίαν πεμφθεὶς τοῦ Κεθήγου, πολλὰ μὲν ἐν αὐτῇ βέλη, καὶ ὅπλα, πλεῖστα δὲ ξίφη, καὶ μαχαίρας εὗρε νεοθήκτους ἁπάσας. Idem.

Sine Gallis] Vt ſingulis ſeorſum interrogatis, cognoſceretur, ecquid eorum indicia inter ſe concinerent. *Idem.*

Iuſſi

fidem ei publicam juſſu ſenatus dedi: hortatus ſum, ut ea, quae ſciret, ſine metu indicaret. Tum ille, cum vix ſe ex magno timore recreaſſet, dixit, a P. Lentulo ſe habere ad Catilinam mandatà & litteras, ut ſervorum praeſidio uteretur, & ad urbem quam primum cum exercitu accederet: id autem eo conſilio, ut, cum urbem omnibus ex partibus, quemadmodum deſcriptum diſtributumque erat, incendiſſent, caedemque infinitam civium feciſſent, praeſto eſſet ille, qui & fugientes exciperet, & ſe cum his urbanis ducibus conjungeret. Introducti autem Galli, jusjurandum ſibi & litteras a P. Lentulo, Cethego, Statilio ad ſuam gentem datas eſſe dixerunt: atq; ita ſibi ab his, & a L. Caſſio eſſe praeſcriptum, ut equitatum

Iuſſu ſenatus] Aliter enim conſuli fidem publicam dandi jus non erat, ut cognoſcitur e Rabiriana. *Muretus.*

Tum ille dixit] Optimus liber: *Tum ille, cum vix ſe ex magno timore recepiſſet, dixit, a P. Lentulo,* &c. melius ſine controverſia, quam quomodo impreſſum eſt. *Idem.* *Tum ille, cum vix ſe ex magno timore recreaſſet*] Secutus ſum libros vulgatos, & lectionem receptam, tanquam probabilem, & ferendam. placet mihi tamen magis antiqua, quam Muretus teſtatur ſe in manuſc. reperiſſe, *cum vix ſe ex magno timore recepiſſet.* Præterea hoc varietatis eſt & in noſtris libris antiquis, & in iis, quibus Muretus uſus eſt, quod ita habent: *Tum ille, cum ſe ex magno timore vix recreaſſet,* (al. *recepiſſet,*) *dixit, a P. Lentulo,* &c. Lambinus. *Tum ille, cum vix ſe ex magno timore recepiſſet, dixit*] Eſt a libro Mureti. mallem etiam abeſſet, *dixit.* vulgati *recreaſſet,* quod in noſtris ſcriptis ad unum omnibus. *Grut.* Cum Muretus hanc lectionem *recepiſſet* in uno tantum libro invenerit, cur cum Manutio & Grutero recedamus a ceterorum omnium librorum elegantiſſima lectione, quam omnes libri veteres, quos & ego adhibui, confirmant, cauſſæ nihil video. Sed in præcedenti verſu mallem ex Francii libro ſcribi, *ut ea, quæ ſciret, ſine metu indicaret.* ne *timore* in tam paucis verbis repetatur. *Grævius.*

Vt ſervorum præſidio uteretur] Catilina enim, ut narrat Salluſtius, ſervitia repudiabat. id Lentulo diſplicebat. hunc autem locum Ciceronis, ne ſuſpicari quidem poſſum, cur quidam depravatum eſſe exiſtimarint. *Muretus.*

Omnibus ex partibus] Duodecim opportunis urbis locis incendium excitare conſtituerant: ut Salluſtius auctor eſt: at centum, ſi Plutarchum ſequare. dederant etiam negotium nonnullis obſidendorum aquæductuum, & interficiendorum, ſiqui, ut fit, ad extinguenda incendia accurriſſent. *Idem.*

Cædemque infinitam] Nulli omnino civi, præterquam Pompeji liberis, parcere decreverat Lentulus. Plutarchus. *Id.*

Præſto eſſet ille] Catilina. *Idem.*

Exciperet] A venatoribus ſumptum. *Idem.*

Vt equitatum] Eo enim Galli etiam hodie plurimum valent. idque, ut veterum teſtimonia prætermittam, confirmavit is, quo olim domeſtico præceptore pater tuus Leonarde, vir clariſſimus, uſus eſt, decus Græciæ, Marcus Muſurus in elegia, quæ ante Platonem legitur, his verſibus:

Χαλκεοθωρήκων Κελτέων θοῦριν ἐνυώ,
Ἵππους κεντεύντων φρεσὶν εἰδο-
μένους. Idem.

tum in Italiam quam primum mitterent, pedeſtres ſibi copias non defuturas: Lentulum autem ſibi confirmaſſe ex fatis Sibyllinis aruſpicumque reſponſis ſe eſſe tertium illum Cornelium, ad quem regnum hujus urbis atque imperium pervenire eſſet neceſſe: Cinnam ante ſe, & Sullam fuiſſe: eundemque dixiſſe, fatalem hunc eſſe annum ad interitum hujus urbis atque imperii, qui eſſet decimus annus poſt virginum abſolutionem, poſt

Ex fatis Sibyllinis] Quidam liber vetus, *Ex libris Sibyllinis.* ac infra quoque ubi legitur: *Nihilne ſecum eſſet de fatis Sibyllinis locutus:* idem ille liber habet, *de libris Sibyllinis.* atque ita plane legendum puto. *Muret.* *Ex fatis Sibyllinis*] Carrio lib. III Antiq. lect. cap. 6. emendat ex Gembl. *faſtis*, quod & inventum in H. in V. Guilielmius ſequitur, tam hic quam infra. ego tueor receptam ob rationes productas ab amico noſtro Ioſepho Caſtilione libro I Obſervat. cap. 3. qui adeatur. *Gruterus.* Fata Sibyllina dicuntur oracula Sibyllina, libri Sibyllini fatales, & fatidici. Rutilius in itinerario in Stilichonem invectus, qui libros Sibyllinos cremaverat:

Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis,
Ante Sibyllinæ fata cremavit opus.

Virgil. III Æneid.

Inſanam vatem aſpicies, quæ rupe ſub ima
Fata canit.

Caſtalio.

Ex libris Sibyllinis] Hac de re Salluſtius: *Eadem Galli fatentur: ac Lentulum diſſimulantem coarguunt, præter litteras, ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat, ex libris Sibyllinis regnum Romæ tribus Corneliis portendi: Cinnam, atque Sullam antea, ſe tertium eſſe, cui fatum* (liber manuſcriptus habet, *fatatum*) *eſſet urbis potiri. præterea ab incenſo Capitolio illum eſſe* XX *annum, quem ſæpe ex prodigiis haruſpices reſpondiſſent bello civili cruentum fore.* Plutarchus autem, de Lentulo loquens: Τοῦτον, inquit, ὄντα τῇ φύσει τοιοῦτον, κεκινημένον ὑπὸ τοῦ Κατιλίνα προσδιέφθειραν ἐλπίσι κεναῖς ψευδομάντεις, καὶ γόητες, ἔπη πεπλασμένα ἢ χρησμοὺς ᾄδοντες. ὡς ἐκ τῶν Σιβυλλείων προδηλοῦντας, εἱμαρμένους εἶναι τῇ Ῥώμῃ Κορνηλίους τρεῖς μονάρχους. ὧν δύο μὲν ἤδη πεπληρωκέναι τὸ χρεών: Κίνναν τε καὶ Σύλλαν: τρίτῳ δὲ λοιπῷ Κορνηλίῳ ἐκεῖνον φέροντα τὴν μοναρχίαν ἥκειν τὸν δαίμονα. Idem etiam apud Appianum legitur. *Muretus.*

Fatalem hunc eſſe annum] Vt ipſe ab haruſpicibus acceperat. *Idem.* Non eſt negligenda ſcriptura libri Francii, quæ a ceterorum omnium librorum ſcriptura diſcrepat: *Eundemque Lentulum dixiſſe, fatalem hunc eſſe annum urbis ad interitum hujus imperii.* Exiſtimo hanc eſſe ipſiſſimam Tullii manum, quamvis vulgata non incommode quoque poſſit explicari. *Grævius.*

Poſt virginum abſolutionem] Aſconii Pediani in orationem in toga candida verba ſunt: *Fabia, virgo Veſtalis, cauſam inceſti dixerat, cum ei Catilina objiceretur: eratque abſoluta. Hæc Fabia, quia ſoror erat Terentiæ Ciceronis; ideo ſic dixit, Etiam ſi culpa nulla ſubeſſet. ita & ſuis pepercit, & nihilo levius inimico ſummi opprobrii turpitudinem objecit.* Hæc Aſconius. ac libet oſtendere, quanti publice interſit, in veterum ſcriptorum libris, ut nunc loquimur, imprimendis ſummam diligentiam adhiberi. hæc enim quæ modo recitavi, Aſconii verba, quod in omnibus impreſſis libris perperam diſtincta ſunt, hunc errorem objecerunt aliquot eruditis hominibus, ut traderent, hanc Fabiam, quod Terentiæ ſoror eſſet, ideo abſolutam fuiſſe, quo quid cogitari poterat ineptius? ſed, ut eo, unde digreſſi ſumus, revertamur, locum hunc de vir-

poſt Capitolii autem incenſionem viceſimus. Hanc autem Cethego cum ceteris controverſiam fuiſſe dixerunt: quod Lentulo & aliis caedem Saturnalibus fieri, atque urbem incendi placeret; Cethego nimium id longum

virginum abſolutione ad illam Fabiæ abſolutionem referunt. de quo ut addubitem, facit, primum quod nullo argumento probari poteſt, hunc decimum ab abſoluta Fabia annum fuiſſe. deinde quod vix videtur virginum abſolutionem dicturus fuiſſe Cicero, ſi de una tantum virgine abſoluta ſermo eſſet, amplius igitur quærendum. nam nunc quidem nihil ſatis probabile occurrit. *Muretus.*

Poſt Capitolii autem incenſionem] L. Scipione & C. Norbano Cos. cuſtodum negligentia Capitolium conflagravit; quod a Q. Catulo poſtea Hortenſio & Metello Cos. reſtitutum eſt. *Idem.*

Quod Lentulo & aliis cædem Saturnalibus, &c. videri] Ita tres Pall. & H. V. nec non editio princeps, niſi quod ei deeſſet illud *& aliis.* prius impreſſi; *quod cum Lentulo & ceteris, &c. longum videretur.* Gruterus.

Saturnalibus] Plutarchus: *Καὶ νὺξ μὲν ὥριστο πρὸς τὴν ἐπίθεσιν μία τῶν κρονιάδων.* De Saturnalibus autem præſtat Macrobii verba ſubjicere. Apud majores noſtros Saturnalia die uno finiebantur. qui erat A. D. XIV Kal. Ian. ſed poſtquam C. Cæſar huic menſi duos addidit dies ſextodecimo cœpta celebrari. Ea re factum eſt, ut, cum vulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, nonnullique a C. Cæſare inſerto die, & alii vetere more celebrarent, plures dies Saturnalia numerarentur. licet & apud veteres opinio fuerit, ſeptem diebus peragi Saturnalia: ſi opinio vocanda eſt, quæ idoneis firmatur auctoribus. Novius enim probatiſſimus Attellanorum ſcriptor, ait:

——— *Olim expectata veniunt ſeptem Saturnalia.*

Mummius quoque, qui poſt Novium, & Pomponium diu jacentem artem Attellaniam ſuſcitavit: *Noſtri*, inquit, *majores velut bene multa inſtituere, ita hoc optime: a frigore fecere ſummo dies ſeptem Saturnalia. Sed Manlius ait, eos, qui ſe, ut ſupra diximus, Saturni nomine, & religione defenderant, per triduum feſtos inſtituiſſe dies, & Saturnalia vocaviſſe. unde & Auguſtus hujus, inquit, rei opinionem ſecutus, in legibus judiciariis triduo ferias ſervari juſſit. Maſurius, & alii, uno die, id eſt,* XIV *Kal. Ian. fuiſſe Saturnalia crediderunt. Quorum ſententiam Feneſtella confirmat, dicens, Æmiliam virginem* XV *Kal. Ian. eſſe damnatam, quo die ſi Saturnalia agerentur, nec cauſam omnino dixiſſet. Deinde adjecit: Sequebantur eum diem Saturnalia. mox ait: Poſtero autem die, qui fuit* XIII *Kalend. Ian. Liciniam virginem ut cauſam diceret, juſſam: ex quo oſtendit* XIII *Kal. profeſtum eſſe.* Hæc Macrobius. iccirco autem conjurati Saturnalia ad faciendam cædem conſtituerant: quoniam civitas tum tota vino, atque hilaritati dedita facillime videbatur opprimi poſſe: ſecundum id quod a Virgilio dictum eſt:

Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.

Nullus autem dies tanta hilaritate peragebatur, quanta dies Saturnaliorum. unde lepidiſſimus poëta Saturnalia optimum dierum vocat. *Muretus.*

Cethego nimium id longum] Erat enim Cethegus præcipiti admodum ac temerario ingenio, unde & Cicero infra dicturus eſt, *C. Cethegi furioſam temeritatem.* quod his verbis confirmat Salluſtius: *Inter hac parata, atque decreta. Cethegus ſemper querebatur de ignavia ſociorum, illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere. facto, non conſulto, in tali periculo opus eſſe, ſeque, ſi pauci adjuvarent, languentibus aliis, impetum in curiam facturum. Natura ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat.* Idem.

longum videri. Ac, ne longum ſit, Quirites, tabellas proferri juſſimus, quae a quoque dicebantur datae. Primum oſtendimus Cethego ſignum: cognovit. nos linum incidimus: legimus. erat ſcriptum ipſius manu; Allobrogum ſenatui & populo ſeſe, quae eorum legatis confirmaſſet, eſſe facturum: orare, ut item illi facerent, quae ſibi legati eorum recepiſſent. Tum Cethegus, qui paullo ante aliquid tamen de gladiis ac ſicis, quae

Ac ne longum ſit] Francii liber: *ac ne nimium longum ſit.* quod valde arridet. Nam repetit venuſte *nimium longum.* ne & hic vobis nimium longum ſit, ut nimium longum erat Cethego expectare Saturnalia. *Gravius.*

Tabellas proferri juſſimus] In ceratis tabulis ſcriptitaſſe veteres notum eſt. eas tabulas. ubi ad aliquem ſcripturi erant, lino obligabant, deinde annulo ſuo obſignabant. Plautus:

Phœnicium Calidoro amatori ſuo
Per ceram, & linum, litteraſque interpretes
Salutem mittit. Muretus.

Tabellas proferri juſſimus] Brevius & melius Colon. *tabellas proferimus.* Grut.

Signum: cognovit] Mos veterum erat ubi aliquem litteris ab ipſo ſcriptis premere, ac convincere volebant, antequam eas reſignarent, jubere, ut ſignum cognoſceret. cujus rei aliquot teſtimonia collegit Petrus Victorius in variis lectionibus. *Muretus.*

Nos linum incidimus] Ita Pal. decimus, & editionum prima. alii mſſ. *lignum*, quod placuit Guilielmio, ex H. & Fabr. ego nihil muto. *Gruterus.* Nihil certius quam *linum* legendum eſſe vel ex loco illo Plauti, quem paullo ante Muretus attulit, patet, & ſic quidem meus primus, quamvis ſecundus, & Duisb. *lignum*, Francii vero *ſignum* legant. Corruptum fuit τ' *linum*, quia non intellexerunt. *Gravius.*

Quæ ſibi legati eorum præcepiſſent] Ita eſt & in libris veteribus. ſed nihilo ſecius. legendum cenſeo, *recepiſſent.* recipere autem hoc loco eſt, polliceri. *Mur.*

Quæ ſibi legati eorum præcepiſſent] Si hanc lectionem probabimus, quæ in omnibus libris, & manuſcr. & vulg. reperitur, ſic eam interpretabimur: ut item illi facerent, videlicet ſenatus, & populus Gallorum: quæ ſibi, nempe ſenatui & populo Gallorum, legati præcepiſſent, id eſt, præſcripſiſſent, & faciendum eſſe oſtendiſſent. Sed Muretus cenſet legendum, *recepiſſent*, ut ſit hic Ciceronis ſenſus, quæ ſibi, nempe Lentulo, legati eorum, recepiſſent, id eſt, ſpopondiſſent, & ſuo periculo promiſiſſent. quod valde probo. *Lambinus.* Sicuti Muretus acute conjecit legendum eſſe, ſic in Duisburgenſi codice ſcriptum reperi. itaque nullus dubitavi recipere id, quod ſententia plane flagitabat. *Præcipere* vix hic locum habet. Nam quamvis poſſis interpretari, quæ legati docuiſſent, monuiſſent facienda eſſe, ſententia tamen loci evincit, legendum eſſe *recepiſſent*, hoc eſt, promiſiſſent ſe velle facere. Nam *recipere* pro promittere familiare Ciceroni eſſe vix tyrones ignorant. *Grav.*

Qui paullo ante aliquid de gladiis ac ſicis] Omnes libri veteres, *Qui paullo ante aliquid tamen de gladiis ac ſicis*, &c. quæ ſcriptura ſine dubio præclara eſt. Illud enim, *tamen*, eam vim habet, ut ſignificet, Cethegum, cum in manifeſto ſcelere teneretur, tamen primo dixiſſe aliquid purgandi, excuſandique ſui gratia: at recitatis litteris, fractum ac debilitatum animo conticuiſſe. *Muretus.*

Qui paullo ante aliquid de gladiis ac ſicis] Pall. duo & H. V. *aliquid tamen*, abſque quo manca & frigida ſententia eſt, inſit Guilielmius. *Gruterus.* Omnes libri veteres a me inſpecti *tamen* etiam retinent. *Gravius.*

In-

quae apud ipſum erant deprehenſae, reſpondiſſet, dixiſſetque, ſe ſemper bonorum ferramentorum ſtudioſum fuiſſe, recitatis litteris debilitatus atque abjectus, conſcientia convictus, repente conticuit. Introductus Statilius cognovit & ſignum & manum ſuam. Recitatae ſunt tabellae in eandem fere ſententiam: confeſſus eſt. Tum oſtendi tabellas Lentulo: & quaeſivi, cognoſceretne ſignum. Annuit. Eſt vero, inquam, notum quidem ſignum, imago avi tui, clariſſimi viri, qui amavit unice patriam, & cives ſuos, quae quidem te a tanto ſcelere etiam muta revocare debuit. Leguntur eadem ratione ad ſenatum Allobrogum populumque litterae. ſi quid de his rebus dicere vellet, feci poteſtatem. Atque ille primo quidem negavit: poſt autem aliquanto, toto jam indicio expoſito atque edito, ſurrexit: quaeſivit a Gallis, quid ſibi eſſet cum iis, quamobrem

Introductus Statilius] Emenda, ut eſt in veteribus libris: *Introductus eſt Statilius cognovit & ſignum, & manum ſuam.* prius enim ſignum cognoſci oportebat, deinde manum, reſignatis jam litteris, ſic etiam infra: *Perturbatus Lentulus, tamen & ſignum, & manum ſuam cognovit.* Muretus. Cum Mureti libro conſentit meus uterque niſi quod *eſt* in illis non habeatur.

Notum ſignum] Veteres, ut nunc quoque fit, in annulis ſignatoriis, quas cuique libitum erat, imagines exprimendas curabant. Sæpiſſime tamen imagine alicujus præſtantis viri in ſignando utebantur, Sulla dictator traditione Iugurthæ ſemper ſignavit. Intercatienſis quidam, cujus patrem Scipio Æmilianus ex provocatione interfecerat, cum hoc ipſum ſibi glorioſum duceret, quod pater ſuus cum tanto viro dimicans, interfectus fuiſſet, ſignaſſe poſtea dicitur ejus pugnæ effigie: vulgato Stilonis Præconini ſale, quidnam fuiſſe facturum eum, ſi Scipio a patre ejus interemptus eſſet. Scipio, ſuperioris Africani filius imagine patris ſui. Divus Auguſtus primo ſphinge, mox imagine Alexandri Magni, poſtremo ſua, quam expreſſerat Dioſcorides. atque hac etiam inſecuti principes ſignare perſeveraverunt. Mœcenas rana. noſtris temporibus, Viglius Zulchemus. præſtantiſſimus juriſconſultus, Pallade ſignavit. vidi aliquot Eraſmi epiſtolas, quæ omnes ſignatæ erant Termino, additis duabus *nulli cedo:* non ſine ſuſpicione arrogantiæ. Sic hic P. Lentulus Sura imagine avi ſui, viri clariſſimi, in ſignando utebatur. *Muretus.*

Imago avi tui] De hoc plura in ſequentis orationis explicatione dicemus, *Idem.*

Qui amavit unice] Ἐμφατικῶς. amavit unice patriam, quam tu inflammare ac diripere cogitabas. amavit unice cives ſuos, quos tu crudeliſſime trucidatos in patriæ cinere ſepelire voluiſti. *Idem.*

Quæ quidem te] Propter exempli domeſtici memoriam. *Idem.*

Atque ille primo quidem negavit] Se velle quicquam de his rebus dicere. *Idem.*

Surrexit] Ad dicendum. ſtantes enim dicebant: ut alibi notavimus. *Idem.*

obrem domum ſuam veniſſent; itemque a Vulturcio. qui cum illi breviter conſtanterque reſpondiſſent, per quem ad eum, quotieſque veniſſent, quaeſiſſentque ab eo, nihilne ſecum eſſet de fatis Sibyllinis locutus: tum ille ſubito ſcelere demens, quanta vis conſcientiae eſſet oſtendit. nam, cum id poſſet infitiari, repente praeter opinionem omnium confeſſus eſt. ita eum non modo ingenium illud, & dicendi exercitatio, qua ſemper valuit, ſed etiam propter vim ſceleris manifeſti atque deprehenſi, impudentia, qua ſuperabat omnes, improbitaſque defecit. Vulturcius vero ſubito proferri litteras atque aperiri juſſit, quas ſibi a Lentulo ad Catilinam datas eſſe dicebat. Atque ibi vehementiſſime perturbatus Lentulus, tamen & ſignum ſuum, & manum cognovit. erant autem ſcriptae ſine nomine, ſed ita: QVI SIM, EX EO, QVEM

Per quem ad eum] Nempe per P. Vmbrenum. *Muretus.*

Quanta vis conſcientiæ eſſet] Cicero pro Milone: *Magna vis eſt conſcientiæ judices: & magna in utramque partem: ut neque timeant, qui nihil commiſerint: & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarint.* Idem.

Vulturcius vero ſubito proferri litteras, atque aperiri jubet] Sic eſt legendum, non ut quidam emendarunt, *Vulturcium vero ſubito proferre litteras atque aperire juſſi.* nam conjuratorum ſingulorum litteras ab Allobrogibus & Vulturcio, Prætoribus Flacco & Pomptinio traditas eſſe ſupra dixit: neque tradendarum tempus fuit protrahendum, idque in primis mandatis Ciceronis conſulis debuit eſſe, ne eas ad celandum indicium Galli & Vulturcius perderent, qui litteris traditis faciliores ad indicandum fuerunt. Iterum ſupra dixit: *Tabellas proferri juſſimus*, non a Gallis & Vulturcio, ſed a Prætoribus. *Nos linum incidimus, legimus.* Non igitur juſſit Vulturcium eas aperire aut legere: ſed Vulturcius contra negantem Lentulum ſibi litteras ad Catilinam dediſſe, juſſit litteras aperiri, & legi. maluiſſet Pantagathus pro *jubet*, aut *petit*, aut *poſtulat*: ſed cum memini *jubeo Chremetem ſalvere*, facile patior *jubet*. *Volturcius* autem pro *Vulturcius* ſcriptum in vetuſtiſſimo libro reperitur, ut *Voltejus* & *Volcanus*, pro *Vultejus* & *Vulcanus*. Fulv. Vrſinus. Pro *juſſit* uterque meus: *jubet*. ſed Francii liber: *Vulturcius vero ſubito proferre litteras atque aperire jubetur.* quod tamen non intelligo niſi Cicero illi litteras Prætoribus ad pontem Mulvium datas reddiderit, hac lege, ut illas ipſe Volturcius in ſenatu aperiret ac legeret. quod tamen vix eſt credibile. ſed nec capio ut litteras potuerit jubere proferri. Cui juberet? Conſuli, an Prætori? Nam exemplum Terentii: *Iubeo Chremetem ſalvere.* non facit ad hunc locum. *Grævius.*

Erant autem ſcriptæ ſine nomine] Meus primus, *erant autem ſine nomine.*

Qui ſim ex eo, quem ad te miſi, cognoſces] Apud Salluſtium, hoc litterarum Lentuli exemplum ita relatum eſt: *Qui ſim, ex eo, quem ad te miſi, cognoſces. fac cogites, in quanta calamitate ſis: & memineris, te eſſe virum: conſideres, quid tuæ rationes poſtulent: auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.* Muretus.

Cogno-

QVEM AD TE MISI, COGNOSCES. CVRA, VT VIR SIS, ET COGITA, QVEM IN LOCVM SIS PROGRESSVS: VIDE ET, QVID IAM TIBI SIT NECESSE. CVRA VT OMNIVM TIBI AVXILIA ADIVNGAS, ETIAM INFIMORVM. Gabinius deinde introductus, cum primo impudenter reſpondere coepiſſet, ad extremum nihil ex iis, quae Galli inſimulabant, negavit. Ac mihi quidem, Quirites, cum illa certiſſima ſunt viſa argumenta, atque indicia ſceleris, tabellae, ſigna, manus, denique uniuſcujuſque confeſſio: tum multo illa certiora, oculi, color, vultus, taciturnitas. ſic enim obſtupuerant, ſic terram intuebantur, ſic furtim nonnumquam inter ſe adſpiciebant, ut non jam ab aliis indicari, ſed indicare ſe ipſi viderentur.
Indiciis expoſitis atque editis, Quirites, ſe- 6
natum conſului de ſumma republ. quid fieri placeret.
Dictae

Cognoſces] Omnes veteres libri, *Ex eo, quem ad te miſi, ſcies.* Muret. Meus primus, Franc. & Duisburg. *Qui ſim ſcies ex eo, quem ad te miſi.* Francii etiam, *quis ſim.* Græviuss.

Cura, ut vir ſis] Vt conſtanter maneas in incepto: & factam tibi a ſenatu, qui te hoſtem judicavit, injuriam magno animo perſequare. *Muretus.*

Quem in locum ſis progreſſus] Iam enim tibi pedem referre integrum non eſt. *Idem.*

Quid jam tibi ſit neceſſe] Nempe, ut aut moriaris, aut vincas. *Idem.*

Etiam infimorum] Servos intelligit, quos Catilina, ut diximus, repudiabat. *Idem.*

Ac mihi quidem] *Difficile* eſt, ait Ovidius, *crimen non prodere vultu.* hoc autem de genere argumentorum ita ipſe in Partitionibus: *Eſt etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti veſtigiis ſumitur: ut telum, cruor, clamor editus, titubatio, permutatio coloris, oratio inconſtans, tremor, & eorum aliquid, quod ſenſu percipi poſſit.* Idem.

Sed ipſi a ſe viderentur] Emendandam a veteribus libris: *Vt non jam ab aliis indicari, ſed indicare ſe ipſi viderentur.* Idem, Sic ſane emendavi, quia hanc lectionem quoque reperi in utroque meo & Duisburgenſi. *Gravius.*

Indiciis expoſitis atque editis] Sic ſupra: *Toto jam indicio expoſito, atque edito.* Muretus.

Senatum conſului de ſumma reip.] Hoc loco omnes, quorum quidem ego copiam habui, libri veteres habent: *De ſumma reip. ſalute.* inepte omnino. ſed hoc tamen viſum eſt teſtatum relinquere, ut magis intelligeretur non ſine cauſa factum eſſe a me, quod bis jam in hoc ipſo loquendi genere vocem *ſalute*, a librariis temere adjectam ſuſpicatus ſum. *Idem.* *De ſumma reip.*] Lambinus in margine *rep.* conſulatur Cujacius lib. XII Obſervat. cap. 32. *Gruterus.* Duisburgenſis itidem: *de ſumma reip. ſalute.* Sed omnium optime & veriſſime meus optimus: *de ſumma republica.* de qua locutione plura dixi ad orationem præcedentem. *Gravius.*

De ſumma reip.] Oportebat enim, eum qui ſenatum habebat, referre aut infinite de repub. aut de ſingulis rebus finite. Auctor Varro. *Muretus.*

Dictae ſunt a principibus acerrimae ac fortiſſimae ſententiae, quas ſenatus ſine ulla varietate eſt conſecutus. Et quoniam nondum eſt perſcriptum S. C. ex memoria vobis, Quirites, quid ſenatus cenſuerit exponam. Primum mihi gratiae verbis ampliſſimis aguntur, quod virtute, conſilio, providentia mea reſpublica periculis ſit maximis liberata: deinde L. Flaccus, & C. Pomtinus, praetores, quod eorum opera forti fidelique uſus eſſem, merito ac jure laudantur: atque etiam viro forti, col-

Dictæ ſunt a principibus] Ab iis, qui primi ſententiam rogati ſunt. de ordine autem rogandi ſententias ita Varronem ſcripſiſſe, Gellius refert: *Singulos debere conſuli gradatim: incipique a conſulari gradu: ex quo gradu ſemper quidem antea primum rogari ſolitum, qui princeps in ſenatum lectus eſſet. Tum autem cum hæc ſcriberet, novum morem inſtitutum refert per ambitionem, gratiamque, ut is primus rogaretur, quem rogare vellet; qui haberet ſenatum: dum is tamen ex gradu conſulari eſſet.* Iam qui princeps ſenatus legi ſoleret, diſcemus e Livio, cujus e XXVII hiſtoriarum libro verba ſunt: *Senatus lectionem contentio inter cenſores de principe legendo tenuit. Sempronii lectio erat. Ceterum Cornelius morem traditum a patribus ſequendum ajebat; ut qui primus cenſor ex iis, qui viverent, fuiſſet, eum principem legerent. is T. Manlius Torquatus erat. Sempronius, cui dii ſortem legendi dediſſent, ei jus liberum eoſdem dediſſe deos. ſe id ſuo arbitrio facturum: lecturumque Q. Fabium Maximum: quem tum principem Romanæ civitatis eſſe, vel Annibale judice victurus eſſet. Cum diu certatum eſſet verbis, concedente collega: lectus a Sempronio princeps in ſenatu Q. Fabius Maximus conſul.* Hæc Livius. Sed quod ait Varro, ſemper antea primum rogari ſolitum, qui princeps ſenatus lectus eſſet: id non ſemper verum fuit. nam, ut alibi idem Gellius ſcribit: *Aliâs primus rogabatur, qui princeps in ſenatum lectus fuerat; aliâs qui deſignati conſules erant.* atque hoc poſterius apud veteres in conſuetudine poſitum fuiſſe, multis teſtimoniis probari poteſt. Cicero V in Antonium: *Sed qui ordo in ſententiis rogandis ſervari ſolet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur conſule deſignato, more majorum, capiamus exordium.* Idem VI in eundem Antonium, de Bruto ipſo loquens: *An ille non potuit, ſi Antonium conſulem, ſi Galliam Antonii provinciam judicaſſet, legiones Antonio, & provinciam tradere? domum redire? triumphare? primus in hoc ordine eſſe, quoad magiſtratum iniret.* Salluſtius: *Tunc D. Iunius Silanus, primus ſententiam rogatus, quod eo tempore conſul deſignatus erat,* &c. Appianus autem non modo ita fieri ſolere confirmat, verum etiam cur fieri ſoleret, exponit. ejus verba ſunt: Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἔλεγεν, ὃς ἐς τὸ μέλλον ὕπατος ἀπεδέδεικτο. ἔθος γὰρ Ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύσειν, πρῶτος εἰσφέρει γνώμην, ὡς αὐτὸς (οἶμαι) πολλὰ τῶν κυρωμένων ἐργασόμενος, καὶ ἐκ τοῦδε εὐβουλότερόν τι, καὶ εὐλαβέστερον ἐνθυμησόμενος περὶ ἑκάστου. Neque tamen Silanus, ſed Q. Catulus tum princeps ſenatus erat. *Muretus.*

A principibus] Verſus hic eſt octonarius jambicus longe optimus. *Idem.*

Sine ulla varietate] Nondum igitur conſtitutum erat de ſupplicii genere: qua de re poſtea variæ ſententiæ fuerunt. *Idem.*

Perſcriptum] Perſcribebantur primum Senatuſconſulta: deinde ad ærarium deferebantur. *Idem.*

Quid ſenatus cenſuerit exponam] Forſan *expromam*, annotatum a Guilielmio. *Gruterus.*

ANO-

egae meo, laus impertitur, quod eos, qui hujus con-
.tionis participes fuiſſent, a ſuis, & a reipublicae con-
ſ removiſſet. atque ita cenſuerunt, ut P. Lentulus,
ı ſe praetura abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur:
ıque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui
ıes praeſentes erant, in cuſtodiam traderentur: atque
n hoc decretum eſt in L. Caſſium, qui ſibi procura-
ıem incendendae urbis depopoſcerat: in M. Caepa-
rium,

ANONYMUS.

ſi ſibi procurationem incendendæ urbis ...ſcerat] Damnavit tantos ſenatus. he ſenatus invidiam. ne crudelis ıs videatur, dicit.

VARIORUM.

lega meo, C. Antonio] Multi libri es, *Atque etiam viro forti, collega laus impertitur.* unde dubium non ›, quin illud, *C. Antonio*, gloſſe-:. *Muretus.* *Collega meo laus imper-* Alii interſerunt, *C. Antonio*, ſed ſ nullum veſtigium in editione pri- non magis quam in Pall. tribus & Ah. *Gruterus.*

...od eos, qui hujus conjurationis] ıtonius conſul, propter æris alieni ıitudinem, & propter Catilinæ fa- ritatem, non alienus putabatur a ıratione. poſtea tamen adverſus inam miſſus eſt. Vnde cum poſtea ıatus eſſet, iviſſetque in exilium, inariæ factionis homines, lætan- male ei eveniſſe, qui Catilinæ fi- , ut ipſi putabant, fregerat, Cati- ſepulcrum ornarunt floribus, ac entu, epuliſque celebrarunt. Nar- :icero in oratione pro Flacco. *Mu-*

ſuis, & a reip. conſiliis] Sic veteres es libri, quos vidi. In vulgatis eſt, ı *& reip. conſiliis.* Grævius.

P. Lentulus, cum ſe prætura abdi-] Quomodo prætor erat Lentulus, ſenex? intelligendum eſt, hanc ſ ſecundam præturam fuiſſe. cum n lege Cornelia eundem magiſtra- capere, niſi interjecto decennio, liceret: veriſimile eſt, eum primam ıram geſſiſſe L. Licinio Lucullo, & C. Aurelio Cotta Coſs. Eo magis, quod interjecto ex more biennio, conſul fuit una cum Cn. Aufidio Oreſte. cum igitur jam conſularis, a cenſoribus Gellio & Lentulo, qui ſeveriſſimam cenſuram egerunt, probri gratia, ſenatu motus eſſet, exacto legitimo tempore, ad recuperandam ſenatoriam dignitatem, denuo præturam petierat, quam tum gerebat. id memoriæ prodidit Dio, cujus verba ſunt: Συνώφρατον δὲ αὐτῷ τὰ μάλιστα, τὰ μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ, ὅ, τε ὕπατος, καὶ ὁ Λεντοῦλος ὁ Πούπλιος, ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσών, ἐστρατήγει γὰρ, ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ. Idem etiam teſtatum reliquit Plutarchus his verbis: Τοὺς δὲ ὑπολειφθέντας ἐν τῇ πόλει, τῶν διεφθαρμένων ὑπὸ τοῦ Κατιλίνα, συνῆγε, καὶ παρεθάρρυνε Κορνήλιος Λέντουλος Σούρας ἐπίκλησιν, ἀνὴρ γένους μὲν ἐνδόξου, βεβιωκὼς δὲ φαύλως, καὶ δι᾽ ἀσέλγειαν ἐξεληλαμένος τῆς βουλῆς πρότερον. τότε δὲ στρατηγῶν τὸ δεύτερον: ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐξ ὑπαρχῆς ἀνακτωμένοις τὸ βουλευτικὸν ἀξίωμα. atque hinc intelligendum eſt, quod ait Salluſtius, eum Romæ conſulare imperium habuiſſe. *Muret.*

In cuſtodiam traderetur] Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat; Cethegus Q. Cornificio; Statilius C. Cæſari, Gabinius M. Craſſo, Cæparius, paulo ante ex fuga retractus, Cn. Terentio ſenatori traditi ſunt. Salluſtius. *Idem.*

In M. Cæparium] In vulgatis Salluſtii codicibus hic Q. Cæparius vocatur. Ita enim ibi legitur: *Igitur, confirmato animo, vocari ad ſe jubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque Q. Ca-*

rium, cui ad ſollicitandos paſtores Apuliam eſſe attributam, erat indicatum: in P. Furium, qui eſt ex his coloniis, quas Feſulas L. Sulla deduxit: in Q. Manlium Chilonem, qui una cum hoc Furio ſemper erat in hac Allobrogum ſollicitatione verſatus: in P. Vmbrenum, libertinum hominem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos eſſe conſtabat. Atque ea lenitate ſenatus eſt uſus, Quirites, ut ex tanta conjuratione, tantaque vi, ac multitudine domeſticorum hoſtium, novem hominum perditiſſimorum poena republica conſervata, reliquorum mentes ſanari poſſe arbitraretur. Atque etiam ſupplicatio diis immortalibus pro ſingulari eo-

Q. Cæparium Tarracinenſem, qui in Apuliam ad concitanda ſervitia proficiſci parabat. At enim in illo, quem mihi, ut ante dixi, Fr. Capellius, Bernardi F. probus ac ſtudioſus adoleſcens, dono dedit, ita legitur: *Vocari ad ſeſe jubet Lentulum, Statilium, Gabinium, itemque quendam Cæparium Tarracinenſem*, &c. itaque nulla in eo appellando inter Ciceronem & Salluſtium diſcrepantia eſt. *Muret.*

ANONYMVS.

Lenitatem ſenatus] Fuiſſe clementem.

Atque etiam ſupplicatio diis immortalibus] Antea ſupplicatio dabatur his, qui in bello fortiter feciſſent, ut quaſi remp. vindicaſſent. Ciceroni decreta eſt ſupplicatio. inde quod quaſi in conjuratorum arma ſit; verſatur lege bellorum. & detracta (f. *decreta*) eſt, quod remp. conſervaſſet; cum aliis decerneretur, quod remp. bene geſſerint. *Supplicatio*, inquit, *diis immortalibus decreta eſt pro ſingulari eorum merito meo nomine.* id eſt, in ſenatu cauſa mei diis immortalibus actæ ſunt gratiæ.

VARIORVM.

In Q. Manlium Chilonem] Mihi vero minime diſplicet doctiſſimi hominis Silvii conjectura, qui hunc *Marium*, non Manlium vocatum putat. *Muretus.* *Q. Magium Chilonem*] Secutus ſum Fr. Silvii conjecturam, quam & Muretus probat. Nam mundi r. & vulgati men doſe habent. & *Manlium.* Cetera, quæ hic ſunt emendata, ſi non omnia. at plurima, M. Antonio Mureto referenda ſunt accepta, quamquam non pauca ex noſtris quoque codicibus emendavimus. *Lamb.* In Francii libro abeſt *Manlium.*

Novem hominum perditiſſimorum pœna] Novem illos intelligit, quos modo nominavit: Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, Caſſium, Cæparium, Furium, Magium, & Vmbrenum. neque tamen illi omnes poſtea interfecti ſunt: ſed tantum Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, Cæparius. cæteri, ut opinor, comprehendi nequiverunt. Cicero pro Sulla: *Sine delectu, ſine armis, ſine exercitu, quinque hominibus comprehenſis, atque confeſſis, incenſione urbem, internecione cives, vaſtitate Italiam, interitu remp. liberavi.* Et paulo poſt: *Dominatum imperii, quinque hominum amentium ac perditorum pœna redemi.* Idem Salluſtius quoque teſtatur. *Muretus.*

Atque etiam ſupplicatio diis immortalibus] De hac ſupplicatione ita ipſe loquitur Phil. 2: *L. Cotta, vir ſummo ingenio, ſummaque prudentia, rebus iis geſtis, quas tu reprehendis, ſupplicationem decrevit verbis ampliſſimis: eique illi ipſi, quos modo nominavi, conſulares, ſenatusque cunctus aſſenſus eſt, qui honos poſt conditam hanc urbem habitus eſt togato ante me nemini.* Idem in epiſtola ad Catonem: *Ea idem mihi ſupplicationem decrevit togato, non,* ut

eorum merito meo nomine decreta eſt, Quirites: quid mihi primum poſt hanc urbem conditam togato contigit: & his decreta verbis eſt, QVOD VRBEM INCENDIIS, CAEDE CIVES, ITALIAM BELLO LIBERASSEM. Quae ſupplicatio ſi cum ceteris ſupplicationibus conferatur, Quirites, hoc intereſt; quod ceterae bene geſta, haec una, conſervata republica conſtituta eſt. Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum, atque tranſactum eſt. nam P. Lentulus, quamquam patefactus indiciis, & confeſſionibus ſuis, judicio ſenatus, non modo praetoris jus, verum etiam civis amiſerat: tamen magiſtratu ſe abdicavit: ut, quae religio C. Mario, clariſſimo viro, non fuerat, quo minus C. Glau-

ut multis, rep. bene geſta, ſed, ut nemini, conſervata. Idem multis aliis locis commemorat: fuit enim, ut notum eſt, admodum φιλαυτόλογος. Quintilianus quoque lib. 2: *Num igitur*, inquit, *negabitur deformem Pyrrhi pacem Cacus ille Appius dicendi viribus diremiſſe? aut non divina M. Tullii eloquentia & contra leges agrarias popularis fuit, & Catilinæ fregit audaciam, & ſupplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur, in toga meruit?* Putabatur autem ſupplicatio eſſe prærogativa triumphi, ut e Catonis epiſtola cognoſcitur. *Muretus.*

ANONYMVS.

Nam Publius Lentulus] Iam dixerat ſuperius: *Cum ſe pratura abdicaſſet, in cuſtodiam traderetur.* Timet invidiam Lentuli prætoris, quia dicebatur Lentulus nobilis prætor.

Vt quæ religio G. Mario] Novimus quia in primo dixit: *Servilium pratorem mors ac reip. pœna remorata eſt.* Ipſum dicit Publium Servilium Glauciam; qui dictus eſt, quoniam a Mario occiſus eſt in prætura.

Vt qua religio] Id eſt, ut quomodo Marius non dubitavit prætorem etiam ſine decreto ſenatus occidere. ſic nos prætura depoſita & facto decreto non dubitemus punire privatum.

VARIORVM.

Si cum cæteris conferatur] Omnes libri veteres, *Si cum cæteris ſupplicationibus conferatur.* quod valde placet. *Muretus.* Sic & Duisburgenſis.

Hoc intereſt] Sic emendavit ſecutus Pithœanum, meum ſecundum & Duisburgenſem. vulgo *hoc interſit.* Grævius.

Vt qua religio] *Religio* eſt, valet, vereor, non audeo, vito aliquid, tanquam in quo ſit quippiam mali ominis. Terentius:

Tum quod dem ei, recte eſt. nam nihil eſſe, mihi religio eſt dicere.

Muretus.

Vt quæ religio] Commendat ſenatum, ex comparatione ejus, quod a C. Mario factum fuerat. C. Mario tantum commiſſa erat a ſenatu reſp. nihil nominatim de Glaucia decretum erat. At ſenatus non tantum mihi remp. commiſit: ſed etiam nominatim decrevit, ut Lentulus in cuſtodiam traderetur, quo decreto, videtur eum condemnaſſe. Glaucia prætor erat. Lentulus, patefactus indiciis, & confeſſionibus ſuis, non modo prætoris jus, verumetiam civis amiſerat. C. tamen Mario religio non fuit Glauciam interficere. Nos ut ea religione liberaremur voluit ſenatus, Lentulum prætura ſe abdicare. *Idem.*

ANO-

C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum,
praetorem occideret, ea nos religione in privato P. Len-
7 tulo puniendo liberaremur. Nunc, quoniam, Quiri-
tes, ſceleratiſſimi periculoſiſſimique belli nefarios du-
ces captos jam, & comprehenſos tenetis, exiſtimare de-
betis, omnes Catilinae copias, omnes ſpes atque opes,
his depulſis urbis periculis, concidiſſe. Quem quidem
ego cum ex urbe pellebam, hoc providebam animo,
Quirites, remoto Catilina, nec mihi eſſe P. Lentuli
ſomnum, nec L. Caſſii adipem, nec Cethegi furioſam
temeritatem pertimeſcendam. Ille erat unus timendus
ex his omnibus, ſed tamdiu, dum moenibus urbis con-
tinebatur. omnia norat, omnium aditus tenebat: ap-
pellare, tentare, ſollicitare poterat, audebat: erat ei
con-

ANONYMUS.

Ea nos religione liberaremur] Id eſt, ea nos dubitatione liberaremur. ne diceremur prætorem & ſine decreto puniſſe. quod fecit Marius. nos non fecimus.

Somnum] Alii *ſomnum*, alii *ſomnum* habent. utrumque exponitur: ſi *ſomnum*, ſegnitiem, quia amabat dormire, *præter conſuetudinem*, inquit, *proxima nocte vigilaverat*. Si *ſomnium*, vanam ſpem de fatis Sibyllinis. quod dicebat ſe fore dominum Romæ.

Nec Lucii Craſſi adipes] Quia Craſſus, inquit, erat.

Poterat] Et audebat.

VARIORUM.

C. Glauciam] De hoc, primo commentario dictum eſt. *Muret.* In meo primo & Pithœano non legitur *C.* ſed tantum *Glauciam*. Grævius.

Nunc quoniam, Quirites] Confirmat nunc, expoſita tota re, animos populi: oſtenditque, quanti publice interfuerit, Catilinam ex urbe pelli: nunquam enim futurum fuiſſe, ut hæc tam facile reprimerentur, ſi ille in urbe remanſiſſet. *Muretus.*

Sceleratiſſimi] Quoniam a civibus in patriam. *Idem.*

Periculoſiſſimique] Quoniam domeſticum ac inteſtinum. *Idem.*

Spes atque opes] Quidam libri veteres, *Spes, opeſque.* Idem.

Nec mihi eſſe P. Lentuli ſomnum] De hoc, & de Cethegi temeritate jam diximus. *Idem.* In meo primo & Francii, *nec mihi eſſe P. Lentuli ſomnium*, quin & in Francii ſequentia verba ſunt his adjecta, & totus locus ſic legitur: *nec mihi eſſe P. Lentuli ſomnium, quo dicebat, imperatorem ſe eſſe illo anno cum interitu urbis futurum, pertimeſcendumve Caſſii adipem.* Non damno *ſomnium*, ſed cetera judico adjecta eſſe ab interprete, qui quale ſomnium fuerit expoſuit. quæ poſt in contextum irrepſerunt. Quamvis ſuperius Lentulum ſomnolentum fuiſſe in omnibus, quæ ageret, oſtenderit, & commode ſic poſſit intelligi, *ſomnum*, non fruſtra tamen *ſomnium* in antiquiſſimis codicibus habetur, quo ſignificat illam ſpem, qua ex libris Sibyllinis ſomniabat imperium Romanum Lentulus. vide Anonymum. *Grævius.*

Nec L. Caſſii adipem] Stoliditatem ipſius, atque inertiam ſignificat. qua de re Aſconius: *Caſſium*, inquit, *qui tum, ac ſtolidus tum magis quam improbus videretur, poſt paucos menſes in conjuratione Catilinæ apparuit, ac cruentiſſimarum ſententiarum fuiſſe auctorem.* Muret.

conſilium ad facinus aptum: conſilio autem neque lingua neque manus deerat. Iam ad certas res conficiendas certos homines delectos ac deſcriptos habebat. neque vero cum aliquid mandaverat, confectum putabat. nihil erat, quod non ipſe obiret, occurreret, vigilaret, laboraret: frigus, ſitim, famem ferre poterat. Hunc ego hominem tam acrem, tam paratum, tam audacem, tam callidum, tam in ſcelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, niſi ex domeſticis inſidiis in caſtrenſe latrocinium compuliſſem, dicam id, quod ſentio, Quirites, non facile hanc tantam molem mali a cervicibus veſtris depuliſſem. Non ille nobis Saturnalia conſtituiſſet, neque tanto ante exitii ac fati diem reipublicae de-

ANONYMUS.

Conſilio neque lingua neque manus deerat] Quæ nunc illo abſente geſta ſunt. quia ſi ille præſens fuiſſet, non ita gererentur.

VARIORUM.

Iam ad cæteras res] *Iam ad certas res*, omnes libri veteres. & ita emenda. *Mur.* Sic & meus uterque & Francii liber.

Neque vero cum aliquid mandaverat] Homines acres, atque in agendis rebus exercitati, obire ipſi potius omnia, quam mandare aliis, ſolent: quo nomine Philippum etiam alicubi commendat Demoſthenes, notus eſt apologus, qui eſt apud Gellium, de caſſita. *Muretus.*

Tam acrem, tam paratum, tam audacem] Duisburg. *tam acrem, tam paratum ad facinus, tam audacem.* Sed *ad facinus* inculcarunt, qui neſcierunt *paratus* non addito ad quod paratus ſis, ſæpe accipi, ut *parato animo eſſe* apud Salluſt. Catil. 58: *Quapropter vos moneo, uti forti atque parato animo ſitis.* Et Invectiva IV, 2: *Æquo animo paratoque moriar.* Cic. IV Tuſcul. *Fortitudo ſatis eſt inſtructa, armata, parata per ſeſe.* Et de claris orat. *Q. Scævola in jure paratiſſimus.* Sic & *parare*, Cic. VIII ad Attic. 8: *Cum audierit contra ſe diligenter parari.* & *comparare*, Cic. pro Plancio: *Deinde habere* (comitia) *cœpit ſubito præter opinionem omnium, ut ne ſi cogitaſſet quidem quiſquam largiri, daretur ſpatium comparandi.* Reſtituenda vox *paratus* Plinio ſecundo, in libro III, ep. 5, illa politiſſima, quam ſcripſit de vita & ſtudiis Plinii majoris: *Erat ſane ſomni paratiſſimi nonnunquam etiam inter ſtudia inſtantis & ipſa differentis.* Sic non ſolum codex Cantabrigienſis, ſed etiam Roberti Stephani editio, ex Aldina expreſſa, niſi quod in membranis *ipſa* bis legatur. Sic enim ibi ſcribitur: *Erat ſane ſomni paratiſſimi, nonnunquam etiam inter ipſa ſtudia inſtantis & ipſa differentis.* In Stephaniana vero editur: *Inter ipſa ſtudia inſtantis & deſerentis.* Plinius ait, avunculum ſuum facile in ſomnum incidiſſe, ſic ut inter ſtudendum illo fuerit correptus & ſtudia dilata, donec evigilaret. Vulgati libri: *Erat ſane ſomni parciſſimi, nonnunquam etiam inter ſtudia inſtantis & deſerentis.* Contra mentem auctoris. Amat Plinius hanc vocem. In lib. II, ep. 17: *Quocumque loco moveris humum, obvius & paratus humor occurrit.* Lib. VII, ep. 25: *Recepit ſe in agros ſuos, paratiſque honoribus tranquilliſſimum otium prætulit.* In Paneg. 88: *Paratum id quidem & in medio poſitum.* Grævius.

Neque tanto ante exitium ac fati diem] Veteres libri, *Exitii ac fati diem.* quod probo. *Muretus.* Sic & Grævii ſecundus,

denuntiaſſet, neque commiſiſſet, ut ſignum, ut litterae ſuae teſtes denique manifeſti ſceleris deprehenderentur. quae nunc, illo abſente, ſic geſta ſunt, ut nullum in privata domo furtum umquam ſit tam palam inventum, quam haec tanta in republica conjuratio manifeſto inventa atque deprehenſa eſt. Quod ſi Catilina in urbe ad hanc diem remanſiſſet: quamquam, quoad fuit, omnibus ejus conſiliis occurri atque obſtiti, tamen, ut leviſſime dicam, dimicandum nobis cum illo fuiſſet, neque nos umquam, dum ille in urbe hoſtis fuiſſet, tantis periculis rempublicam, tanta pa-
8 ce, tanto otio, tanto ſilentio, liberaſſemus. Quamquam haec omnia, Quirites, ita ſunt a me adminiſtrata, ut

dus, Franc. & Duisburg. A primo hæc verba aberant: *Neque tanto ante exitium ac fati diem reipublicæ denuntiaſſet, neque commiſiſſet.*

ANONYMVS.

Quamquam hæc omnia, Quirites] Illa arte qua ſolet dare numinibus quod ipſe præſtitit.

VARIORVM.

Vt ſignum, ut litteræ ſuæ teſtes denique manifeſti, &c.] Abeſt a Baſilicano *denique*, libente Guilielmio, ut litteras dicat teſtes manifeſtus ſceleris. & certe, addit, Catilina cavere non potuit, ne a teſtibus & conſciis proderetur, ne litteræ ſuæ deprehenderentur id potuit. ſic ille: at idem ſenſus reſultat ex ſcriptura vulgata, juxta noſtram diſtinctionem; reperique illud *denique* in omnibus Pall. editionibuſque. *Gruterus.* In meo ſane utroque *denique* non legitur, nec in Pithœi, & poſſumus eo recte carere, ut vidit jam Guilielmus. *Græv.*

Tanta in remp. conjuratio] iidem omnes libri, *in rep.* quod placet. non enim pendet a nomine, *conjuratio*: ſed reſpondet ei, quod paulo ante dictum eſt: *In privata domo.* *Muretus.* *Quam hæc tanta in remp. conjuratio*, Colon. [illegible] *in tota rep.* Fabr. [illegible] quod & adnotatum ad Vict. codicem. *Gruter.* Conſentit meus primus cum iis, quos Muretus evolvit. Sed meus ſecundus & Franc. nec nonnulli alii, *in tota rep. conjuratio*, ut veſtigia veræ lectionis retineant.

Tanto otio] Sic primo de officiis: *Neque enim in republica periculum fuit gravius umquam, nec majus otium.* ita enim recte emendavit hunc locum Petrus Victorius. *Muret.* *Tanta pace, tanto otio, &c.*] Id eſt, cum tanta pace, & cum tanto otio, & ſilentio: quod valet, ſine bello, & negotio, & ſtrepitu, aut clamore. *Lamb.* Paullo ante Franc. liber: *Quod ſi Catilina ad hanc diem remanſiſſet.* Non habetur *in urbe*, ut in aliis, ſicut & in ſequentibus [illegible] deſideratur in illo libro: *Tamen, ut leviſſime dicam, dimicandum nobis cum illo fuit.*

Quamquam hæc omnia] Hæc προπαρασκευὴ quædam eſt ad explicanda ea, quæ de prodigiis, ac ſignificationibus deorum immortalium dicturus eſt. Harum ego, inquit, rerum omnium tantum [illegible] fui: dii immortales ipſi duces, atque auctores fuerunt. id probat duobus argumentis: primum, quod [illegible] rerum gubernatio vix humani conſilii eſſe videatur: deinde, quod illi [illegible], iiſque [illegible] ſigni, voluntatem ſuam patefecerint. *Muretus.*

AN-

ut deorum immortalium nutu atque conſilio & geſta & proviſa eſſe videantur. idque cum conjectura conſequi poſſumus, quod vix videtur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe: tum vero ita praeſentes his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, ut eos paene oculis videre poſſemus. Nam, ut illa omittam, viſas nocturno tempore ab occidente faces, ar-

ANONYMUS.

Vt deorum immortalium conſilio geſta eſſe videantur] Prima conjectura; quæ tanta res humanum conſilium non caperet. Alia conjectura ex oſtentis ipſis & ex portentis.

Ab occidente faces] De parte Galliæ. quia ſedati erant Allobroges.

VARIORUM.

Quod vix videtur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe] Eſt ab editione Victorii, quam ſecutus Muretus, Lambinus, Manutius. antiquitus cuſi, *quod vix videtur humanis conſiliis tantam molem rerum gubernatio conſequi potuiſſe*, quomodo Pal. dec. nam non. ſext. ſec. *tanta mole.* Erfurt. habet; *humani conſilii tantarum molem rerum gubernatio conſequi potuiſſe.* unde legebat paucis tranſpoſitis verbis Suffridus noſter, *quod videtur humani conſilii gubernatio tantarum molem rerum conſequi p.* Cujacius d. cap) 32. legebat ex mſ. *quod vix videtur humanis conſiliis tantam molem rerum gubernatio conſequi pot.* Gruterus. Francii æque ut Erfurtenſis, niſi quod pro *tantarum* in illo ſcribatur *tantam.* Græv. prim. *quod vix videretur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſet.* Sic & ſecundus niſi quod pro *potuiſſet*, ſcribatur *potuiſſem.* Sed Duisburg. *quod vix videtur humanis conſiliis tantarum rerum gubernationem quis conſequi potuiſſe.* Editiones vetuſtiores Victoriana: *quod vix videtur humanis conſiliis tantam molem rerum gubernatio conſequi potuiſſe*, ut volebat Cujacius. Iſta varietas docet locum eſſe interpolatum, & multos centones ei adſutos. Amplector meorum duorum codicum lectionem cum Victorio & Grutero. quam bene Muretus interpretatur. *Grævius.*

Nam, ut illa omittam] Cicerone conſule, multa prodigia facta ſunt, quibus periculum reip. portenderetur. Et ita exponit Iulius Obſequens. *M. Cicerone* (in impreſſis libris inepte legitur, *M. Geſone*) *C. Antonio Coſ. Fulmine pleraque decuſſa. Sereno,* * *Varguntejus Pompejus de cælo exanimatus. Trabs ardens ab occaſu ad cælum extenta. Terra motu Spoletum totum concuſſum, & quædam corruerunt. Inter alia relatam biennio ante in Capitolio lupam Remi & Romuli fulmine ictam, ſignum Iovis cum columna disjectum haruſpicum reſponſo in foro repoſitum. tabulæ legum aneæ, litteris liquefactis. ab his prodigiis Catilinæ nefaria conſpiratio cœpta.* Et paulo poſt: *Lupi in urbe viſi. nocturni ululatus flebiles canum auditi. ſimulachrum Martis ſudavit. fulmen tota urbe pervagatum pleraque deorum ſimulacra decuſſit, homines exanimavit.* Et Dio: Ἐπὶ μὲν οὖν τούτοις ἔχαιρον οἱ Ῥωμαῖοι. τὰ δὲ δὴ τέρατα ἐς πάνυ αὐτοὺς ἐθορύβει. ἐν γὰρ τῷ Καπιτωλίῳ ἀνδριάντες τε πολλοὶ ὑπὸ κεραυνῶν συνεχωνεύθησαν, καὶ ἀγάλματα ἄλλα τε, καὶ Διὸς ἐπὶ κίονος ἱδρυμένον, εἰκών τέ τις λυκαίνης σύν τε τῷ Ῥώμῳ, καὶ σὺν τῷ Ῥωμύλῳ ἱδρυμένη ἔπεσε, τά τε γράμματα τῶν στηλῶν, ἐς ἃς οἱ νόμοι ἐσεγράφοντο, συνεχύθη, καὶ ἀμυδρὰ ἐγένετο. τά τε οὖν ἄλλα ἐξεθύοντο, τοῖς μάντεσι πειθόμενοι, καὶ τῷ Διὶ ἄγαλμα μεῖζον πρός τε τὰς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν βλέπον, ὅπως αἱ συνωμοσίαι, ἐφ' αἷς ἐταράττοντο, ἐκφανεῖεν, ἱδρυνθῆναι ἐψηφίσαντο. Sed ea omnia nemo melius, nemo copioſius perſecutus eſt, quam Cicero ipſe longe pulcherrimis verſibus, quos recitat Quintus lib. 1 de divinat. *Muretus.*

ardoremque caeli, ut fulminum jactus, ut terrae motus relinquam, ut omittam cetera, quae tam multa nobis conſulibus facta ſunt, ut haec, quae nunc fiunt, canere dii immortales viderentur: hoc certe, Quirites, quod ſum dicturus, neque praetermittendum, neque relinquendum eſt. nam profecto memoria tenetis, Cotta & Torquato Coss. complures in Capitolio turres de

ANONYMVS.

Cotta & Torquato conſulibus] Percuſſum fuerat crebris fulminibus Capitolium. Illic Iovis ſtatua ſic turbine depulſa eſt, ut caput perderet & mergeretur in medio Tiberi. Tunc haruſpex quidam, cum ſacerdotes ſequerentur veſtigia fulminis, & caput dejectum quærerent, nec invenirent, haſta pulſum locum invenit, & dixit: ecce caput. & levavit de haſta. Capite Iovis revera periclitari caput imperii ſignificabat. Nam eodem auſpicio conſtitutum imperium fuerat.

VARIORVM.

Vt terræ motus, cæteraque] Omnium librorum veterum auctoritate permotus, ita locum hunc emendandum cenſeo: *Vt terræ motus relinquam, ut omittam cætera, quæ tam multa*, &c. Muret. Adſtipulantur omnes quos ego vidi, non fruſtra, quanquam, ut verum fatear, vix me mihi poſſe perſuadere *omittam* bis in eadem periodo eſſe poſitum. *Grævius.*

Canere] Prædicere ductum a vatibus. ſic locutus eſt & in iis, quos ante dixi, verſibus:

Hæc fore, perpetuis ſignis, clariſque frequentans,
Ipſe deum genitor cœlo terriſque canebat. Muretus.

Neque prætermittendum, neque relinquendum] Prætermittimus ea, quæ ne attingimus quidem: relinquimus jam ſuſcepta. fieri etiam poteſt, ut duo idem valentia conjunxerit; ut Terentius:

Neque boni, neque liberalis functus officium 'ſt viri. Idem.

Cotta & Torquato Coſſ.] Teneri non poſſum, quin hoc loco verſus Ciceronis, quibus hæc continentur, propter mirificam ipſorum pulchritudinem, aſcribam:

Nunc ea, Torquato quæ quondam & conſule Cotta,
Lydius ediderat Tyrrhenæ gentis haruſpex,
Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.
Nam pater altitonans, ſtellanti nixus olympo,
Ipſe ſuos quondam tumulos, ac templa petivit,
Et Capitolinis injecit ſedibus ignes.
Tum ſpecies ex ære vetus, generoſaque Natta
Concidit, elapſaque vetuſto numine leges:
Et divum ſimulacra peremit fulminis ardor.
Hic ſilveſtris erat Romani nominis altrix
Martia quæ parvos Mavortis ſemine natos
Vberibus gravidis vitali rore rigabat:
Quæ tum cum pueris flammato fulminis ictu
Concidit, atque avulſa pedum veſtigia liquit.
Tum quis non, artis ſcripta & monimenta volutans,
Voces triſtificas chartis promebat Etruſcis?
Omnes civili generoſa ſtirpe profectam
Vitare ingentem cladem, peſtemque monebant;
Vel legum exitium conſtanti voce ferebant:
Templa Deumque adeo flammis, urbemque jubebant
Eripere & ſtragem horribilem, cædemque vereri. Idem.

Complures in Capitolio turres] Non temerarium videtur, quod in Pall. tribus in

[redacted]

de caelo eſſe percuſſas, cum & ſimulachra deorum immortalium depulſa ſunt, & ſtatuae veterum hominum dejectae, & legum aera liquefacta. tactus eſt ille etiam, qui hanc urbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. Quo quidem tempore, cum aruſpices ex tota Etruria conveniſſent, caedes atque incendia, & legum interitum, & bellum civile ac domeſticum, & totius urbis atque imperii occaſum appropinquare dixerunt, niſi dii immortales omni ratione placati ſuo numine prope fata ipſa flexiſſent.

in V. in F. reſtet, *res*, non *turres*. editi tamen non variant. & mea quidem opinione verius, *res*. Gruterus.

ANONYMUS.

Statuæ veterum hominum dejectæ] Quod ſignificabat nobilitatis dedecus futurum, propter Lentulum & Catilinam.

Legum æra liquefacta] Etiam leges liquefactæ fuerant illis fulminibus.

Suo numine prope fata ipſa flexiſſent] Tria ſunt genera fatorum: unum eſt immobile. alterum quod poteſt differri. tertium eſt quod flectitur. Immobile genus fatorum, ſtat ſua cuique dies, omniaque orta occidunt. differuntur fata; atque inſtantibus eripe fatis. decemque alios ſupereſſe annos. Flectuntur autem fata, quando grave aliquid eſt, & leve fit. quemadmodum imminebat Trojanis ut ſatis fiderent fatis. & tamen flexum eſt fatum.

VARIORUM.

Simulacra depulſa] Melius Francii, *ſimulacra delapſa*. Neſcio an Latini dicant *ſtatuam depellere*, pro deturbare de ſede ac baſi, aut loco, ubi poſita erat, & affligere. *Gravius.*

Cum aruſpices ex tota Etruria] Cicero de divinatione: *Etruria autem de cælo tacta ſcientiſſime animadvertit; eadem interpretatur, quid quibuſque oſtendatur monſtris, atque portentis. quocirca bene apud majores noſtros ſenatus, tum cum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis ſex ſingulis Etruriæ populis in diſciplinam traderentur: ne ars tanta, propter tenuitatem hominum, a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quæſtum.* & paulo poſt: *Etruſci autem, quod, religione imbuti, ſtudioſius, & crebrius hoſtias immolabant, exterum cognitioni ſe maxime dediderunt, quodque propter aëris craſſitudinem, de cælo apud eos multa fiebant, & quod, ob eandem cauſam, multa inuſitata partim ex cælo, alia ex terra oriebantur; quædam etiam ex hominum pecudumve conceptu & ſatu; oſtentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt.* Idem lib. 2 de legibus: *Prodigia, portenta, ad Etruſcos, & haruſpices, ſi ſenatus juſſit, deferunto. Etruriaque principes diſciplinam doceto*, ubi deleta particula, quæ conjungendi vim habet, legendum cenſeo, *Ad Etruſcos haruſpices.* Vide & Valerium Maximum cap. 1, lib. 1. *Muretus.*

Fata ipſa flexiſſent] Virgilius tamen negat, fata flecti poſſe:

Deſine fata Deum flecti ſperare precando.

At Servius e libris haruſpicinæ, quos compoſuiſſe dicitur Tages, fata decem annis quadam ratione differri poſſe: immutari penitus non poſſe. De hoc argumento extat dialogus Luciani, qui inſcribitur, Ζεὺς ἐλεγχόμενος, non infeſtivus ille quidem, ſed caute legendus. manifeſta enim ſemina impietatis continet. *Idem.*

ſent. Itaque illorum reſponſis tunc & ludi decem per
dies facti ſunt, neque res ulla, quae ad placandum
deos pertineret, praetermiſſa eſt: iidemque juſſerunt,
ſimulachrum Iovis facere majus, & in excelſo colloca-
re, & contra atque ante fuerat ad orientem converte-
re: ac ſe ſperare dixerunt, ſi illud ſignum, quod vide-
tis, ſolis ortum & forum, curiamque conſpiceret, fo-
re, ut ea conſilia, quae clam eſſent inita contra ſalu-
tem urbis atque imperii, illuſtrarentur, ut a S. P. Q. R.
perſpici poſſent. Atque illud ita collocandum conſules
illi locaverunt: ſed tanta fuit operis tarditas, ut neque
a ſuperioribus conſulibus, neque a nobis ante hodier-
9 num diem collocaretur. Hic quis poteſt eſſe, Quiri-
tes,

ANONYMUS.

Simulacrum majus & in excelſo collocarent] Sic placuit. quia quos aſpicit Iuppiter beatos facit. ut Virgilius: *aſpice nos* hoc tantum. contra orientem ponerent ſtatuam. & contra forum curiamque; ut orientem aſpiceret.

VARIORUM.

Ludi per decem dies] Bella ratio placandi Deos. admirabilis profecto illorum temporum caecitas fuit. quaſi vero Dii, itidem ut parvi pueri, ſerias actiones oderint, & averſentur, ludos & ſpectacula diligant. *Muretus.*

Quae ad placandum Deos] Plerique mſſ. *placandos*. at Col. *quae ad ſupplicandos pertineret*. forte, inquit Guilielmius, *quae ad ſupplicandum pert.* quamvis libentius fecerit, *ad ſupplicia Deorum pert.* Grut. *Placandos* extat in meis omnibus, excepto meo ſecundo, in quo *ſupplicandos* ut Colonienſis.

Iidemque juſſerunt] Hac de re Ciceronis verſus hi ſunt:

Atque haec fixa gravi fato, ac fundata teneri,
Ni poſt exciſum ad columen formata decore
Sancta Iovis ſpecies claros ſpectaret in ortus:
Tum fore, ut occultos populus ſanctusque ſenatus
Cernere conatus poſſet, ſi ſolis ad ortum
Converſa, inde patrum ſedes, populique videret.
Haec tardata diu ſpecies multumque morata,
Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata,
Atque una fixi ac ſignati temporis hora
Iupiter e celſa clarabat ſceptra columna,
Ac clades patriae ferro flammaque parata,
Vocibus Allobrogum, patribus, populoque patebat. Muret.

Ita collocandum Conſules illi locaverunt] Haud aliter mſſ. noſtri potiores; quomodo item e ſcripto ſuo emendandum monuerat dudum Cujacius cap. 32. *Gruter.* Sic & quatuor codices, quos vidi, niſi quod pro *locaverunt* prae ſe ferunt *collocaverunt*. In ſolo Francii eſt vulgatum *ſtatuerunt*.

Ut neque a ſuperioribus Coſſ. neque a nobis, &c.] Guilielmius amplectitur Col. ſcripturam; *ut neque ſuperioribus Coſſ. neque nobis*, &c. h. e. neque hoc neque ſuperiore anno. putatque hactenus locum non fuiſſe intellectum. a conductoribus enim rem fuiſſe collocandam, non a conſulibus. vulgata mihi ſatisfacit. magiſtratus enim ipſemet facere videtur quod per ſuos expedit. *Gruterus.*

Hic quis poteſt eſſe] Argumento a rebus effectis concludit totam hanc univer-

tes, tam averſus a vero, tam praeceps, tam mente captus, qui neget, haec omnia, quae videmus, praecipueque hanc urbem, deorum immortalium nutu atque poteſtate adminiſtrari? Etenim cum eſſet ita reſponſum, caedes, incendia, interitumque reip. comparari, & ea per cives, quae tum propter magnitudinem ſcelerum nonnullis incredibilia videbantur: ea non modo cogitata a nefariis civibus, verum etiam ſuſcepta eſſe ſenſiſtis. Illud vero nonne ita praeſens eſt, ut nutu Iovis Opt. Max. factum eſſe videatur, ut, cum hodierno die mane per forum meo juſſu & conjurati, & eorum indices in aedem concordiae ducerentur, eo ipſo tempore ſignum ſtatueretur? quo collocato, atque ad vos ſenatumque converſo, omnia & ſenatus, & vos, quae erant contra ſalutem omnium cogitata, illuſtrata & patefacta vidiſtis. Quo etiam iſti ſunt majore odio ſupplicioque digni, qui non ſolum veſtris domiciliis, atque tectis, ſed etiam deorum templis atque delubris ſunt funeſtos ac nefarios ignes inferre conati: quibus ego ſi me reſtitiſſe dicam, nimium mihi ſumam, & non

verſitatem, deorum providentia gubernari: eoſque Romani imperii præcipuam curam agere. hujuſmodi autem ſententiæ, ut docet Hermogenes, orationem ſplendidam, & illuſtrem efficiunt. *Muretus.*

Et ea a perditis civibus] Plures veteres libri, *Et ea per cives.* quod probo. *Idem.* *Et ea a perditis civibus*] Perplacet quod eſt in Colon. *& ea per cives:* utique cum & ſic alias legatur in Fabriciano. *Gruter.* Meus uterque, & Francii quoque *ea per cives* ſtabiliunt. In Duisb. & hæc & vulgata leguntur.

Vt cum hodierno die] Errat igitur Dio, qui id contigiſſe ait, cum Cicero concionem haberet. ita enim ſcribit: Καὶ ταῦτα μὲν τῷ δήμῳ ὁμοίως ἤρεσε, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ τοῦ Κικέρωνος δημηγοροῦντός τι περὶ αὐτῶν, τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς ἐς τὸ Καπιτώλιον παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἐκκλησίας ἀνιδρύθη, καὶ κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν μάντεων, πρός τε τὰς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν βλέπον ἀνετέθη· ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι συνωμοσίαν τινὰ ἐξελεγχθήσεσθαι ἐκ τῆς τοῦ ἀγάλματος ἱδρύσεως εἰρήκεισαν, καὶ ἡ ἀνάθεσις αὐτοῦ τοῖς φωραθεῖσι συνέβαινε, τό τε θεῖον ἐμεγάλυνον, καὶ τοὺς τὴν αἰτίαν λαβόντας δι' ὀργῆς μᾶλλον ἐποιοῦντο. Muret.

In ædem concordia] Vbi habiturus erat ſenatum. auctor Plutarchus, & ipſemet cum in aliis locis, tum in oratione pro Sextio, & in ſecunda Philippica. *Idem.*

Tanta res tam dementer credita] Meus uterque, *tam dementer tanta res credita.* Grævius.

Contra ſalutem omnium cogitata] Auctior Baſilicanus, *contra ſenatum & ſalutem omn.* Gruterus.

non ſim ferendus. ille, ille Iupiter reſtitit: ille Capitolium, ille haec templa, ille hanc urbem, ille vos omnes ſalvos eſſe voluit. Diis ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque ſuſcepi, atque ad haec tanta indicia perveni. Iam vero illa Allobrogum ſollicitatio, ſic a Lentulo ceteriſque domeſticis hoſtibus tam dementer tantae res creditae & ignotis, & barbaris, commiſſaeque litterae numquam eſſent profecto, niſi a diis immortalibus huic tantae audaciae conſilium eſſet ereptum. Quid vero? ut homines Galli ex civitate male pacata, quae gens una reſtat, quae populo Romano bellum facere & poſſe, & non nolle videatur, ſpem imperii, & rerum ampliſſimarum ultro ſibi a patriciis hominibus oblatam negligerent, veſtramque ſalutem ſuis opibus anteponerent: id nonne divinitus factum eſſe putatis? praeſertim qui nos non pugnando, ſed tacendo ſuperare potuerunt?

10 Quamobrem, Quirites, quoniam ad omnia pulvinaria ſup-

Huic tantæ audaciæ conſilium eſſet ereptum] Divinitus, opinor, ad conſervandam hominum inter ſe ſocietatem comparatum eſt, ut in quibus eſt audacia, eos mente ac conſilio carere, in quibus aſtutia & calliditas viget, eis fere ad obeunda facinora audaciam, præſentiamque animi deeſſe videamus. hæc enim utraque conjuncta ſi graſſarentur, nulla profecto eſſet tanta vis, quæ obſiſtere nefariorum hominum conatibus poſſet. atque hujus rei cauſæ etiam naturales reddi queunt. nam in quibus magna admodum eſt ſanguinis copia, ii natura audaces ſunt, & ad excipienda vulnera projecti, ſed ſimplices fere, & incauti: contra in quibus minus quidem ſanguinis eſt, ſed purioris ac ſubtilioris; ii timidiores quidem ſunt, ſed aſtutiores. itaque qui naſcuntur in regionibus frigidis, propter eam, quam dixi, cauſam, audacia valent, aſtu non valent: ut Scythæ, ut Germani, ut Helvetii. qui in calidis, timidi ſunt, ſed callidi. ut Afri, ut Hiſpani, ut magna pars Græcorum. adde, quod roboris ac confidentiæ comes eſt audacia, debilitatis ac diffidentiæ aſtutia. ideo & in beſtiis non vulpes modo, ſed & araneus leone aut elephanto multo callidior eſt, & in hominum genere mulieres fere aſtutiores viris. *Muretus.*

Id nonne divinitus factum] Vterque meus, Franc. Duisb. *Id non divinitus factum eſſe putatis? Non* pro *nonne* ſæpius uſurpat Cicero, & in his ipſis orationibus. Cur ergo hic reſpuamus? *Grævius.*

Ad omnia pulvinaria] Supplicationes interdum huic, aut illi Deo, interdum ad omnia pulvinaria, id eſt, omnibus diis, conſtituebantur. Ibant per urbem coronati pueri, matronæ, virgines, nonnunquam etiam lauream manu tenentes, canebantque hymnos compoſitos in laudem Deorum, ac decernebatur ſupplicatio vel ad avertendum aliquod malum, quod aut premeret, aut immineret: vel ob rem bene ac feliciter geſtam. *Muretus.*

Ad

ſupplicatio decreta eſt, celebratote illos dies cum conjugibus ac liberis veſtris. Nam multi ſaepe honores diis immortalibus juſti habiti ſunt ac debiti; ſed profecto juſtiores numquam. Erepti enim eſtis ex miſerrimo ac crudeliſſimo interitu, & erepti ſine caede, ſine ſanguine, ſine exercitu, ſine dimicatione. Togati, me uno togato duce & imperatore, viciſtis. Etenim recordemini, Quirites, omnes civiles diſſenſiones, neque ſolum eas, quas audiſtis, ſed & has, quas voſmetipſi meminiſtis & vidiſtis: L. Sulla P. Sulpicium oppreſſit: ejecit ex

Ad omnia pulvinaria] Sic XIV in Antonium: *M. Cornutus, prætor urbanus, ſupplicationes per dies L ad omnia pulvinaria conſtituat.* Livius: *Obſecratique circa omnia pulvinaria dii.* Pulvinaria autem erant lecti, qui ſternebantur in templis, cum convivium diis apponebatur, quod ſacrificii genus lectiſternium, aut epulum, unde epulones, aut dapem vocabant. Suetonius in Cæſare: *Ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt: ſedem auream in curia, & pro tribunali, tenſam & ferculum Circenſi pompa, templa, aras, ſimulacra juxta Deos, pulvinar, flaminem, lupercos,* &c. Cicero de eodem loquens: *Quem is majorem honorem conſecutus erat, quam ut haberet pulvinar, ſimulacrum, faſtigium, flaminem?* Domitianus, cum ſe Deum eſſe ſignificare vellet, uxorem poſt divortium reductam dicebat, vocatam in pulvinar ſuum. *Muretus.*

Supplicatio] Qua de ita loquitur ipſe, XIV in Antonium: *Mihi conſuli ſupplicatio, nullis armis ſumptis, non ob cadem hoſtium, ſed ob conſervationem civium, novo & inaudito genere decreta eſt.* Porro ſenatus, decernenda hac ſupplicatione, Catilinam cum ſuis, non in civium, ſed in hoſtium numero habendos judicavit. nunquam enim in civili bello ſupplicatio decernebatur. *Idem.*

Illos dies] Multorum dierum fuiſſe hanc ſupplicationem ſignificat. quot autem fuerint, non conſtat. *Idem.*

Erepti enim ex crudeliſſimo] Optimi codices, quos conſului, *erepti enim eſtis ex crudeliſſimo.* Græviua.

Etenim recordamini] Contendit hanc conjurationem cum iis, quæ anteceſſerant, diſſenſionibus civilibus: eamque multo atrociorem ac periculoſiorem fuiſſe demonſtrat. Simulque confirmat, quod modo dixerat, nunquam juſtiores honores diis immortalibus habitos: nunquam enim remp. e majori periculo ereptam fuiſſe. *Muretus.* In Francii ſcribitur: *etenim recordemini.* rectius. *Grævius.*

Eas, quas audiſtis] Vt ſeceſſiones plebis in Sacrum montem, in Aventinum. *Muretus.*

Sed & eas, quas voſmetipſi] Vt quas ipſe mox commemoraturus eſt. *Idem.*

L. Sulla P. S··lpicium] Hæc hiſtoria cognoſci poteſt e libro 77 epitomes Livianæ, e L. Floro, libri tertii cap. 21. ex Appiani libro primo de bellis civilibus, e Plutarcho in Sulla, & in Mario. ſed qui eam & diffuſe ſatis, & terſe imprimis atque eleganter explicatam videre avet, legat Vellejum in poſteriori volumine. *Idem.* *L. Sulla P. Sulpicium oppreſſit. C. Marium, cuſtodem hujus urbis, &c.*] Scripturam ſecuti ſumus, noſtro judicio emendatiſſimam, & nonnullorum veterum codd. auctoritate confirmatam. nonnulli tamen alii habent, partim, *Sulpicium oppreſſit, ejecit ex urbe C. Marium,* &c. partim, *P. Sulpicium oppreſſit, ejecit C. Marium,* &c. quarum ſcripturarum utramque puto eſſe corruptam. *Lambinus.*

ex urbe C. Marium, cuſtodem hujus urbis: multoſque fortes viros partim ejecit ex civitate, partim interemit. Cn. Octavius Cos. armis ex urbe collegam ſuum expulit. omnis hic locus acervis corporum & civium ſanguine redundavit. Superavit poſtea Cinna cum Mario. tum vero, clariſſimis viris interfectis, lumina civitatis exſtincta ſunt. Vltus eſt hujus victoriae crudelitatem poſtea Sulla. ne dici quidem opus eſt, quanta deminutione civium, & quanta calamitate reip.

Diſſen-

ANONYMVS.

Octavius expulit collegam] Cinnam dicit.

Superavit poſtea Cinna cum Mario] Sulpicius tulit legem, ut tolleretur Mithridatica provincia Sullæ, & daretur Mario. iratus Sulla, adduxit exercitum, occidit Sulpicium. Marius latuit in Minturnenſibus paludibus. inde reperta illi navis eſt, & fugit ad Africam. illic latuit. fecit Sulla duos conſules, Cinnam & Octavium. jurejurando aſtrinxit eos. ut nullus contra acta Sullana faceret. diſceſſit. cœpit Cinna de libertinorum ſuffragiis agere. Octavius Senatum, contra ipſum habuit. Ortum eſt bellum civile; expulit Octavius Cinnam. Cinna expulſus corrupit milites. pretio collegit exercitum. miſit ad Marium in Africam. compoſuit legiones ſolutis ergaſtulis, & venit. Tunc occiſus eſt Octavius. & occiſus Antonius orator, Craſſi, Catuli, ipſa lumina civitatis. Nunciatum eſt Sullæ. adduxit exercitum, & iterum ultus eſt mortem nobilium. ille delevit partes Marianas. Tunc Marius moritur ſua ſponte. Poſt Sullæ autem interitum facti ſunt duo conſules, Catulus & Lepidus. Lepidus volebat infringere acta Sullana. Catulus defendebat. orta ſunt bella civilia. primum bellum ergo civile fuit, inter Sullam & Sulpicium. ſecundum bellum, inter Octavium & Cinnam. tertium inter Cinnam * & Marium. quartum inter Sullam & Marianos. quintum bellum inter Lepidum & Catulum. Vt ergo gravius hoc bellum oſtendat civile, enumerat omnes qui bella geſſerunt civilia.

Clariſſimis viris] Ipſo Octavio, Antonio & Craſſis.

VARIORVM.

Cuſtodem hujus urbis] Hoc dicit propter bellum Cimbricum. Vide librum LXVIII epitomes Livianæ. *Muretus.*

Cn. Octavius Coſ.] Vide eoſdem, quos paulo ſupra citavi. *Idem.*

Collegam ſuum] C. Cornelium Cinnam. *Idem.*

Omnis hic locus] Forum. *Idem.*

Clariſſimis viris interfectis] De quibus, præter eos, quos nominavi, vide etiam Ciceronem principio libri 3 de oratore. *Idem.*

Sulla] *Vir*, ut ait Paterculus, *qui neque ad finem victoria ſatis laudari, neque poſt victoriam abunde vituperari poteſt.* & alibi: *Sulla*, inquit, *adeo diſſimilis fuit bellator, ac victor, ut, dum vincit, juſtiſſimo lenior, poſt victoriam, audito fuerit crudelior.* Poſt victoriam, deſcendenti in forum Sullæ, ut auctor eſt Seneca, populus gladio ſummovebatur. de crudelitate ipſius vide Valerium Maximum libri noni capite ſecundo. *Idem.*

Quanta diminutione civium] *Apud Sacriportum, apud Collinam* LXX *amplius millia Sulla concidit. bellum erat. Quatuor millia deditorum civium in via publica interfici juſſit. iſti tot in pace non plures ſunt? Quis autem illos poteſt computare, quos in urbe paſſim, quiſquis voluit, occidit? donec, admonente Fuſſidio, vivere aliquos debere, ut eſſent, quibus imperaret. Propoſita eſt ingens illa tabula, & ex ipſo equeſtris ordinis flore ac ſenatu duo millia electi, qui mori juberentur.* Hæc Florus: cujus

verba

* l. *Pompejum.* Is enim cum Cinna conflixit.

Diſſenſit M. Lepidus a clariſſimo & fortiſſimo viro Q. Catulo. attulit non tam ipſius interitus reip. luctum, quam ceterorum. Atque illae tamen omnes diſſenſiones erant hujuſmodi, Quirites, quae non ad delendam, ſed ad commutandam rempub. pertinerent. non illi nullam eſſe remp. ſed in ea, quae eſſet, ſe principes eſſe: neque

verba vel ob id recitanda duxi, ut recte diſtinguerem. nam quomodo in impreſſis libris leguntur, intelligi non queunt. ſenatorum autem capita ad Servilium lacum appendebantur. unde Cicero pro Roſcio Amerino: *Multos*, inquit, *caſos, non ad Thraſimenum lacum, ſed ad Servilium vidimus.* quem locum quia interpretum alii a ſe non intelligi fatentur, ut Silvius; alii inepte exponunt, ut Latomus; alii, ut Saxonius, Hottomannus, nihil aliud afferunt, niſi illud ex Feſto, lacum Servilium Romæ a conditore Servilio nominatum fuiſſe: operæprecium puto eſſe, aliquid ei lucis afferre. de hoc igitur lacu, Iulii Firmici e libro primo matheſeos verba ſunt: *Vis ne aliquid tibi, quia in Sullanis temporibus immoramur, de lacu Servilio referam? in quo multorum ſenatorum capita, ad oſtentationem immaniſſimi facinoris, ſectis cervicibus pependerunt.* Seneca autem in libro ſingulari de divina providentia: *Videant*, inquit, *largum in foro ſanguinem, & ſupra Servilium lacum (id enim proſcriptionis ſpoliarium eſt) ſenatorum capita, & paſſim vagantes per urbem percuſſorum greges, & multa millia civium Rom. uno loco poſt fidem, imo per ipſam fidem, trucidata.* Horum locorum collatione, quantopere Ciceronis verba illuſtrentur, nemo, ut opinor, non videt. *Muret.*

Diſſentit M. Lepidus] Cum impedire, ne Sulla in campo Martio ſepeliretur, (qui honos regibus tantum ante Sullam tributus fuerat) & acta illius reſcindere conaretur Livius lib. 90. Appianus lib. 1 de bellis civilibus. Plutarchus in Pompejo. Florus lib. 3, cap. ult. *Idem.*

Q. Catulo] Hic eſt Catulus ille, qui Ciceronem patrem patriæ nominavit: quique tum erat princeps ſenatus, atque adeo civitatis. *Idem.*

Non tam ipſius interitus] An, quod ipſe civis ſeditioſus ac reipubl. inutilis foret? Apud Plutarchum quidem certe Sulla eum hominem omnium nequiſſimum vocat, ita enim alloquitur Pompejum, cujus ille opera conſul prior renunciatus erat. Πῶς γὰρ οὐχὶ ταῦτα γενναῖα, καὶ καλὰ, Κάτλου τοῦ πάντων ἀρίστου, λέπιδον τὸν πάντων κάκιστον ἀποδειχθῆναι πρότερον ὕπατον, σοῦ τὸν δῆμον οὕτω παρασκευάσαντος, ac Plutarchus ait, eum, Sulla mortuo, ſtatim aperte cepiſſe inſinuare ſe in eam ipſam potentiam, quam Sulla in civitate obtinuerat. ſed verba, quibus hoc Plutarchus declarat, abſurdiſſime converſa ſunt ab illo neſcio quo, qui Pompeji vitam Latine interpretari voluit. an, ut Catulo gratificetur, ita loquitur? neque enim ejuſdem hominis erat, qui Catulum laudaſſet, dicere, Lepidi mortem reipub. luctum attuliſſe. atque animadverte, quam conſiderate loquatur. non enim prorſus negat, Lepidi mortem luctuoſam fuiſſe: agit enim ad populum: & Lepidus tenuiorum ſe propugnatorem adverſus Sullanos haberi voluerat: ſed negat eam tam luctuoſam fuiſſe, quam cæterorum. *Idem.*

Atque illa diſſenſiones] Omnes veteres libri: *Atque illa tamen omnes diſſenſiones.* quod perſpicue verum eſt, eadem autem verba paulo infra repetit. *Idem.*

Atque illa diſſenſiones erant hujuſmodi, &c.] Editio vetus, *Atque illa tamen omnes diſſ.* quod & in Pal. ſec. & non. nam dec. item H. *atque tum illa omnes diſſ.* habent iſthæc adjecta plurimum energiæ. *Gruterus.*

Commutandam] Quod alii penes ſenatum, alii penes populum eſſe rerum ſummam volebant. *Muretus.*

que hanc urbem conflagrare, ſed ſe in hac urbe florere voluerunt. Atque illae tamen omnes diſſenſiones, quarum nulla exitium reipubl. quaeſivit, ejuſmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiae, ſed internecione civium dijudicatae ſint. In hoc autem uno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoque bello, quale bellum nulla umquam barbaria cum ſua gente geſſit: quo in bello lex haec fuit a Lentulo, Catilina, Caſſio, & Cethego conſtituta, ut omnes, qui ſalva urbe ſalvi eſſe poſſent, in hoſtium numero ducerentur, ita me geſſi, Quirites, ut omnes ſalvi conſervaremini: &, cum hoſtes veſtri tantum civium ſuperfuturum putaſſent, quantum infinitae caedi reſtitiſſet: tantum autem urbis, quantum flamma obire non potuiſſet: &
11 urbem, & cives integros incolumeſque ſervavi. Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum inſigne honoris, nullum monumentum laudis poſtulo, praeterquam hujus diei memoriam ſempiternam. in animis ego veſtris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris monumenta gloriae, laudis inſignia condi & collocari volo. nihil me mutum poteſt delectare, nihil tacitum, nihil denique hujuſmodi, quod etiam minus digni aſſequi poſſint. Memoria veſtra, Quirites, noſtrae res alentur, ſermonibus

ANONYMUS.

Nihil me mutum poteſt delectare] Id eſt, ſtatua vel imago.

VARIORUM.

Atque illa tamen omnes diſſenſiones] Duplex hic comparatio eſt. Superiores illæ diſſenſiones ad commutandam tantum, hæc conjuratio ad extinguendam remp. pertinebat. Illæ dijudicatæ ſunt non reconciliatione concordiæ, ſed internecione civium: hæc oppreſſa eſt ſalva urbe, ſalviſque omnibus bonis. *Muret.*

Quibus pro tantis rebus] Hæc peroratio eſt, qua cives orat, ne hujus beneficii memoriam ex animis ſuis effluere patiantur. nullum ſe aliud ab eis præmium poſtulare. deinde, quaſi jam tum proſpiciens eas calamitatum tempeſtates, quibus ipſe poſtea jactatus eſt, commendat eorum fidei ſalutem ſuam. ad extremum, confirmat ſe qualis fuerit conſul, talem etiam privatum in tuenda Republica fore. *Idem.*

Nullum monumentum laudis poſtulo] Guilielmius malebat cum V. & H. *poſtulabo*; quomodo item erat in Pall. ſec. ſext. nono, & editione prima. nam dec. & deinde excuſi, ſtant a vulgato, quæ mihi venuſtior viſa. *Gruterus.* *Poſtulabo* eſt etiam in Grævii utroque & Francii.

ANO-

nibus creſcent, litterarum monumentis inveteraſcent & corroborabuntur: eandemque diem intelligo, quam ſpero aeternam fore, & ad ſalutem urbis, & ad memoriam conſulatus mei propagatam eſſe: unoque tempore in hac repub. duos cives extitiſſe, quorum alter fines veſtri imperii non terrae, ſed caeli regionibus terminaret: alter ejuſdem imperii domicilium ſedemque ſervaret. Sed, quoniam earum rerum, quas ego 12
geſſi, non eſt eadem fortuna, atque conditio, quae illorum, qui externa bella geſſerunt: quod mihi cum his vivendum eſt, quos vici ac ſubegi: illi hoſtes aut interfectos, aut oppreſſos reliquerunt: veſtrum eſt, Quirites,

ANONYMVS.

Vnoque tempore] Quomodo ſe jungit cum Pompejo. Pompejum dicit. & prætulit ſe Pompejo, quia plus præſtitit.

Finis Lib. III. Incipit IV.

VARIORVM.

Eandemque diem intelligo] Dies hic idem valet, quod tempus: ut in Divinatione, *Biduo breviorem diem.* quod autem hic dicit Cicero, tale eſt. intelligo, eandem diem, id eſt, idem tempus propagatum eſſe, & ad ſalutem urbis, & ad memoriam conſulatus mei: quod quidem tempus ſpero æternum fore. Itaque quamdiu ſtabit urbs, tamdiu recordabuntur homines, uno tempore duos in hac republ. extitiſſe cives, &c. ſe autem, & Cn. Pompejum ſignificat. *Muret.* *Eandemque diem intelligo quam ſpero æternam fore, & ad ſalutem &c. mei propagatam*] Ita omnes Pall. & impreſſi. at alio poſitu, & forſan firmiori ac ſignificantiori Col. *fore, propagatam eſſe & ad ſal. & conſulatus mei.* Grut. Colonienſis lectionem præ ſe fert meus uterque & Duisburgenſis. Sed ſcriptura, quæ in Francii libro eſt, ceteris omnibus præſtat: *Eandemque diem intelligo, quam ſpero æternam fore, & ad ſalutem urbis, & ad memoriam conſulatus mei propagandam eſſe.* Nondum propagata erat illa dies, ſed intelligit fore, ut propagetur, & nulla temporum oblivione unquam oblitteretur. Vulgatam tamen tueri licet conſuetudine illorum, qui de futuris rebus, quas certo eventuras eſſe aut credebant, aut ſperabant, loquuntur tanquam de præteritis, aut quæ jamjam fierent. Tacit. VI ann. 43: *Ac ſi ſtatim interiora ceteraſque nationes petiviſſet, oppreſſa contantium dubitatio, & omnes in unum cedebant.* Omnes ei accedere volebant acceſſuræ erant. Alibi pluribus egi de hoc loquendi genere. Sed & vates divinos ſic ſæpe loqui priſci & recentiores ſacrorum voluminum interpretes obſervarunt. *Grævius.*

Cæli regionibus terminaret] Per cœlum intelligi mare, Manutio quis unquam credat. Eſt hyperbola, qua & poëtæ & oratores ſæpe utuntur, pro latiſſime, ut illud apud Virg. *Famam qui terminat aſtris.* & apud Horat. *Sublimi feriam ſydera vertice.* & tritum illud, *ferre in cælum laudibus.* Idem.

Quod mihi vivendum ſit cum illis, quos vici & ſubegi] Meus prim. *quod mihi cum his vivendum eſt quos vici ac ſubegi.* Secundus vero: *quod mihi cum his vivendum eſt, quos vi ſubegi.* In Duisburgenſi eſt etiam: *quod mihi cum iis vivendum eſt.* Idem.

Si

rites, ſi ceteris recte facta ſua proſunt, mihi mea nequando obſint, providere. mentes enim hominum audaciſſimorum ſceleratae ac nefariae ne vobis nocere poſſent ego providi: ne mihi noceant, veſtrum eſt providere. quamquam, Quirites, mihi quidem ipſi nihil jam ab iſtis noceri poteſt. magnum enim eſt in bonis praeſidium, quod mihi in perpetuum comparatum eſt: magna in repub. dignitas, quae me ſemper tacita defendet: magna vis eſt conſcientiae, quam qui negligent, cum me violare volent, ſe ipſi indicabunt. Eſt etiam in nobis is animus, Quirites, ut non modo nullius audaciae cedamus, ſed etiam omnes improbos ultro ſemper laceſſamus. Quod ſi omnis impetus domeſticorum hoſtium depulſus a vobis, ſe in me unum converterit, vobis erit providendum, Quirites, qua conditione poſthac eos eſſe velitis, qui ſe pro ſalute veſtra obtulerint invidiae periculiſque omnibus. Mihi quidem ipſi quid eſt, quod jam ad vitae fructum poſſit acquiri, praeſertim cum neque in honore veſtro, neque in gloria virtutis, quidquam videam altius, quo quidem mihi libeat

Si ceteris recta ſua facta proſunt] Legendum fortaſſis eſt, *ſi ceteris ſua recte facta*, &c. Lambin. Vt conjecit Lambinus, ſic bene legitur in utroque meo, in Pith. in Duisburg. At in Francii: *ſi ceteris ſua facta proſunt*. Grævius.

Magnum eſt enim in bonis præſidium] Revocavi vocem iſtam a tenebris, fide editionis veſtutæ, Palatinorum trium, & Erſurt. Hit. ac V. prius fuerat *in vobis*; quo quid dilutius? *Gruterus*. Stant a Grutero meus primus, Francii, Duisb.

Quod ſi omnes impetus domeſticorum hoſtium depulſi a vobis ſe in me unum converterint] Aliter veteres membranæ, quaſcunque inſpexi, ut & Pithœi excerpta: *Quod ſi omnis impetus domeſticorum hoſtium depulſus a vobis ſe in me unum converterit*. Sic & P. Manutii editio. Nec eſt cur a conſenſu hoc tot librorum recedamus. *Grævius*.

Vobis erit providendum] Non ſpernendus eſt meus primus, qui hic ſcribit, *vobis erit videndum*, Lib. XIV, epiſt. 14: *Reliquum eſt, quod ipſa optime conſiderabitis, veſtri ſimiles feminæ ſint ne Romæ: ſi enim non ſunt, videndum eſt, ut honeſte vos eſſe poſſitis*. Nihil tamen muto. *Grævius*.

Quo quidem mihi libeat aſcendere] Nam nullus eſt magiſtratus ſuperior conſulatu, præter dictaturam. hanc autem optare boni civis non eſſet. non enim fere dicebatur dictator, niſi periculoſiſſimis reipub. temporibus. *Muretus*. Conſulatum etiam ſummum omnium dignitatum apicem fuiſſe ſub ipſis etiam imperatoribus, unde illum plerique omnes imperatores appetebant tam cupide, quam privatæ ſortis homines, dudum Sirmondus ad Sidonium, aliique viri docti oſtenderunt. *Grævius*.

Vir-

[redacted]

adſcendere? Illud perficiam profecto, Quirites, ı, quae geſſi in conſulatu, privatus tuear atque or- : ut, ſiqua eſt invidia in conſervanda republica pta, laedat invidos, mihi valeat ad gloriam. deni- ita me in repub. tractabo, ut meminerim ſemper geſſerim, curemque ut ea virtute, non caſu geſta videantur. Vos, Quirites, quoniam jam nox eſt, ramini illum Iovem, cuſtodem hujus urbis ac ve- n, atque in veſtra tecta diſcedite: & ea, quam- ı jam eſt periculum depulſum, tamen aeque ac :i nocte, cuſtodiis vigiliiſque defendite. id ne vo- liutius faciendum ſit, atque ut in perpetua pace eſſe tis, providebo, Quirites.

te non caſu] Interdum enim etiam homines caſu aliquid præclarum :morabile perficiunt: ſed poſtea t ad ingenium: atque hoc ipſo t, id virtute geſtum non eſſe. Cicero de L. Trebellio loquens, m aliquando bonus civis fuiſſet, ſe ad Antonium contulerat: *Quis, , eſt, qui hunc non caſu exiſtimet recte* Muretus.

niam jam nox eſt] Hanc orationem n eſſe ſub noctem, Plutarchus e teſtatur. *Idem.*

ramini illum Iovem, cuſtodem hu- is, ac veſtrum, atque in veſtra tecta] primus rotundius: *Venerati illum Iovem cuſtodem hujus urbis ac veſtrum in veſtra tecta diſcedite.* Græviús.

Æque ac priori nocte, cuſtodiis] Eſt a Pal. ſec. neque aliter editus ab P. Victorio. poſteriores, *nocte feciſtis, cuſtodiis.* inſulſe. *Gruterus.*

Providebo] Pall. omnes, item edd. nec non H. F. V. adjiciunt, *Quirites.* Idem.

Vt in perpetua pace eſſe poſſitis providebo Quirites] Vltimam vocem non legi in editionibus recentioribus. cum eam tamen quatuor antiqui codices, quibus uſus ſum, & excerpta Pithœi, nec non editio Mediolanenſis anni 1498 agnoſcant. Horum codicum præſidio & fide fultus eam repoſui. *Gravius.*

IN

IN
L. CATILINAM IV.
Habita in Senatu.
ORATIO VICESIMA SECVNDA.

Argumentum Anonymi.

*Hic liber de poena conjuratorum * agitur. & auſi ſunt plerique commentatores negotialem dicere. ubi enim de qualitate poenarum quaeritur, negotialis ſtatus eſt. ſed accidens. cum melius eſt, ut dicas demonſtrationem eſſe. Status enim negotialis eſt, ubi intentio & depulſio eſt. nihil eſt tale. quomodo poteſt eſſe negotialis? Magis demonſtrationis partem eſſe ſcilicet orationem debemus dicere. Secunda denique actio, ſecundi diei actio eſt: nam cum relatum eſſet ad ſenatum ante, & more omnium interrogati eſſent ſententias Conſules deſignati, prior interrogatus eſt Silanus conſul deſignatus: morte multavit conjuratos. interrogatus poſt eum Caeſar, diſſuaſit. Nec dum Caeſaris ſententiam ſolvit Cato. nam poſtea Cato ſolvit ſententiam Caeſaris. Sed Cicero ante retulit; & ſic auctoritas crevit Catonis poſt Ciceronis relationem. Denique conſul non debet referre, niſi quod rei deprehenſi ſunt. Poenam ſtatuite. duae dictae ſententiae ſunt, poenam eligite. Sed laborat orator occidendos eſſe quantum poteſt. & ſuadet aliud agendo, quantum poteſt. Laudando vituperat ejus ſententiam. Sed quoniam illa ſententia crudelior eſt morte multari, laborat oſtendere, crudeliorem eſſe ſententiam Caeſaris quam Silani. Deinde plerique timebant ad gratiam Ciceronis judicare, ne ipſis negotium fieret. quia contra leges occidebantur rei: lex enim vetabat Sempronia. Timebat ergo ne ad gratiam ſuam non damnarentur. Dicebant enim: quam neceſſitatem habet Cicero. quid eſt hoc? ſi non occiderit, periculoſum eſt civitati: ſi occi-*

* l. agit.

'occiderit, contra leges facit. Ergo omnes ſive parcendo Ci- rroni parcebant conjuratis; ſive vituperando crudeliorem ſen- ntiam, parcebant conjuratis. Debet ergo orator oſtendere ſe curum eſſe adverſus omne periculum. ne contra gratiam ipſius arcant, & illam lenem ſententiam, quae morte multavit.

VIdeo, in me P. C. omnium veſtrum ora at- 1
que oculos eſſe converſos. vos video, non ſolum de veſtro ac reip. verum etiam ſi id depulſum ſit, de meo periculo eſſe ſollicios. Eſt mihi jucunda in malis, & grata in dolore vetra erga me voluntas: ſed eam per deos immortales uaeſo deponite, atque obliti ſalutis meae de vobis c de liberis veſtris cogitate. Mihi ſi haec conditio onſulatus data eſt, ut omnes acerbitates, omnes dolores

ANONYMUS.

V*Ideo P. C.*] Stabant omnes & attendebant Ciceronem, quid diceret.

Ora] Sed forte non intenti.

Atque oculos eſſe converſos] Quod ait irgilius: *intentique ora tenebant.*

Verum ſi id depulſum ſit] Bene dubitar, quia adhuc vivunt.

De meo periculo] Si quod mihi immiebit poſt eorum interitum.

VARIORUM.

V*Ideo P. C.*] Hanc orationem qui dicunt habitam eſſe VII Id. Decemb. orum errorem Cicero ipſe coarguit, ui, eam nonis habitam eſſe, libro ſeundo ad Atticum ſcribit. eſt autem in eliberativo genere. ſuadet enim patrius, ut fortiter atque animoſe decerant. cumque duæ contrariæ ſententiæ nt, una D. Silani, qui conjuratos ulmo ſupplicio afficiendos eſſe cenſebat; tera C. Cæſaris, qui ab eis mortem movebat, cæterorum ſuppliciorum mnes, acerbitates ſententia ſua comlectebatur: non improbat ille quidem ntentiam Cæſaris, ſed tamen non obure ad illam alteram inclinat, eamque natui approbare conatur. Quoniam autem multi erant, qui Ciceroni ipſi metuentes, amplexabantur mitiorem ſententiam: iccirco ipſe ſtatim a principio, cum maxima ſignificatione caritatis erga patriam ſuæ orat obteſtaturque eos, ut, omni alia cogitatione omiſſa, nihil aliud, quam ſalutem dignitatemque publicam, ſibi in decernendo proponant. *Muretus.*

Eſt mihi jucunda in malis] Hoc ideo dicit; quoniam in magnis malis vix quicquam eſt, quod proprie jucundum dici queat. *Idem.*

Sed eam per deos immortales quaſo deponite] A meo primo *quaſo* abeſt. Vereor ut irrepſerit a manu interpretis, qui in hac locutione, *per deos immortales*, hanc aut ejuſdem notionis aliam vocem eſſe ſubaudiendam margini adſcripſerat. Paullo poſt in his verbis, *mihi quidem ſi hac conditio*, delevi *quidem*, volentibus omnibus membranis, quas excuſſi, & excerptis Pithoei. nec illam flagitat ſententia. *Gravius.*

Data eſt] Fataliter conceſſa. Terentius:

——— *eſt iſtuc datum*
Profecto mihi, grata ut ſint, qua facio, omnia. Muretus.

ANO-

lores cruciatuſque perferrem, feram non ſolum fortiter, ſed etiam libenter, dummodo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas ſaluſque pariatur. Ego ſum ille conſul, P. C. cui non forum, in quo omnis aequitas continetur: non campus conſularibus auſpiciis conſecratus: non curia, ſummum auxilium omnium gentium: non domus, commune perfugium: non lectus ad quietem datus: non denique haec ſedes honoris, ſella curulis, umquam vacua mortis periculo atque inſidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa conceſſi, multa meo quodam dolore in veſtro timore ſanavi.

ANONYMUS.

Ego ſum P. C. cui non forum] Quod dixit circumſtare tribunal prætorii urbani.

Non campus] Proximis comitiis.

Non curia] Quid eſt curia? ſummum auxilium omnium gentium.

Ego ſum P. C.] Meriti ſui gratiam quærit: enumerat quos in conſulatu labores reip. cauſa ſuſceperit.

Hic hic ſunt noſtro in numero] Id eſt, in curia.

Vacua mortis] Si ergo mortem meam petiverunt. debent mori.

Multa tacui] Oſtendit quia plures merentur, quam quod victi ſunt. quia & ipſi voluerunt occidere cives Romanos.

VARIORUM.

Non ſolum fortiter, ſed etiam libenter] Fortiter, ut Ariſtoteles docet, eſt, ſine moleſtia: libenter, cum voluptate. *Muretus.*

Forum in quo omnis æquitas] Quoniam in foro judicia exercebantur. *Idem.* *Forum in quo omnis æquitas continetur*] Conjicit Guilielmius, *forum, quo omnis æquitas*, &c. Gruterus.

Conſularibus auſpiciis conſecratus] Comitia enim, niſi auſpicato, non habebantur. *Muretus.*

Non curia] Vbi habebatur ſenatus. *Idem.*

Non domus, commune perfugium] Hac de re ita Cajus Iuriſconſultus libro primo ad legem XII tabularum: *Plerique putarunt, nullum de domo ſua in jus vocari licere: quia domus tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum ſit. eumque qui inde in jus vocaret, vim inferre videri.* Vide & orationem pro domo ſua. *Idem.*

Hæc ſedes honoris, ſella curulis] In optimo illo libro, omnibus litteris aperte perſcriptum eſt: *Hæc ſedes honoris, id eſt, ſella curulis:* ex quo, non eſt obſcurum, quid ſuſpicari aliquis poſſit. ego tamen, hoc quidem loco, ἐπέχω. Idem. *Hæc ſedes honoris, ſella curulis*] Muretus teſtatur ſe in antiquo libro longe optimo ita ſcriptum reperiſſe, *hæc ſedes honoris, id eſt, ſella curulis:* unde ſuſpicari poſſit aliquis, inquit ille, hoc totum, *id eſt, ſella curulis*, eſſe adventitium, & ex declaratione ad oram libri adſcripta natum. Ego quidem non ſuſpicor, ſed plane mihi perſuaſi ita eſſe. *Lambinus.* *Hæc ſedes honoris, ſella curulis*] Extat item in Pal. ſexto, *honoris, id eſt ſella curulis*, imo in nono erat, *honoris non ſella curulis*; adeo ut aſſentiar Mureto videri a gloſſa, *ſella curulis*, haud tamen adhuc exturbare audeo. *Gruterus.* In ſolo Duisburgenſi quoque legitur, *hæc ſedes honoris, id eſt ſella curulis.* Ceteri M S S. non præ ſe ferunt, *id eſt*, nec Pith. Cenſeo tamen cum Mureto, Manutio, Lambino & Grutero *ſella curulis* eſſe inculcatum. *Grævius.*

Ego multa tacui] Videtur de multis potentibus intelligere, qui in ſuſpicionem conjurationis vocabantur, Craſſo, Cæſare, aliis. *Muretus.*

Multa meo quodam dolore in veſtro timore ſanavi] Ingenioſe quidem Lipſius li-

bro IV

navi. Nunc, ſi hunc exitum conſulatus mei dii immortales eſſe voluerunt, ut vos, P.C. populumque Romanum ex caede miſera, conjuges liberoſque veſtros, virgineſque Veſtales ex acerbiſſima vexatione: templa atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium noſtrum ex foediſſima flamma: totam Italiam ex bello & vaſtitate eriperem, quaecumque mihi uni proponetur fortuna, ſubeatur. Etenim ſi P. Lentulus ſuum nomen, inductus a vatibus, fatale ad perniciem reipublicae fore putavit: cur ego non laeter meum conſulatum ad ſalutem reipublicae prope fatalem exſtitiſſe?
Quare, P. C. conſulite vobis, proſpicite patriae, con- 2
ſervate vos, conjuges, liberos, fortunaſque veſtras: populi Romani nomen ſalutemque defendite: mihi parcere ac de me cogitare deſinite. Nam primum debeo ſperare, omnes deos, qui huic urbi praeſident, pro eo mihi ac mereor relaturos gratiam eſſe. deinde,
ſi quid

bro IV Var. lect. cap. 22; *ſine veſtro timore.* ſed nihil mutandum, timor enim ex conjuratione ad omnes; dolor ad Ciceronem maxime pertinebat; qui impugnabatur maxime. & de timore populi ac Senatus non Salluſtius tantum, ſed & hi Invectivarum libri pleni. *Gruterus.*

ANONYMUS.

Ex cade miſerrima] Propter virginem Veſtalem, quam corruperat aliquando.

Inductus a vatibus] Noluit dicere a libris Sibullinis. ſed vatum inſaniam poſuit.

Quare P. C. conſulite vobis] Deinde ſi quid obtigerit. quomodo oſtendit mortem non eſſe pœnam. non eſſe crudelem. quemadmodum venit non eſſe crudelem ſententiam Cæſaris.

VARIORUM.

Etenim ſi P. Lentulus] Contraria hic, tanquam paria, comparantur. *Muret.*

Omnes deos, qui huic urbi præſident] Vnaquæque urbs ſuos quoſdam habere putabatur deos, quorum in tutela eſſet. ideoque Romani cum obſiderent aliquam urbem, jamque inibi eſſent, ut eam caperent, prius deos illos certo quodam carmine evocabant: quod aut aliter urbem capi poſſe non crederent, aut, etiam ſi poſſet, nefas exiſtimarent deos habere captivos. eademque de cauſa, & deum, in cujus tutela urbs Roma eſſet, & ipſius urbis Latinum nomen ignotum eſſe voluerunt. Vide Macrobium libro tertio Saturnaliorum. *Idem.*

Pro eo mihi, ac mereor] Legendum putant docti quidam, *mihi, pro eo, ac mereor.* Lambinus.

Relaturos gratiam eſſe] Populariter magis, & uſitate, quam vere, & proprie loquitur. primum enim, refertur gratia ei, qui aliquid fecit. at vero urbem ab eo, quod imminebat, periculo, non Cicero, ſed Iupiter ipſe ſervaverat. ita enim ſcriptum eſt in ſuperiori oratione: *Quibus ego ſi me reſtitiſſe dicam, nimium mihi ſumam, & non ſim ferendus. ille, ille Iupiter reſtitit: ille Capitolium, ille has templa, ille hanc urbem, ille vos omnes ſalvos eſſe voluit.* deinde refert gratiam, qui beneficium accepit. non poteſt au-

ſi quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar. Neque enim turpis mors forti viro poteſt accidere, neque immatura conſulari, nec miſera ſapienti. Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui fratris cariſſimi atque amantiſſimi praeſentis moerore non movear, horumque omnium lachrymis, a quibus me circumſeſſum videtis. neque meam mentem non domum ſaepe revocat exanimata uxor, abjecta metu filia, & parvulus filius, quem mihi videtur amplecti reſp. tanquam obſidem conſulatus mei: neque ille, qui

tem Deus beneficium ab homine accipere. quare ne gratiam quidem referre dicendus eſt. *Muretus.*

Si quid obtigerit] Κατ' εὐφημισμόν. Id.

Neque enim turpis mors] Gravis mors, legiſſe videtur hoc loco Fabius cap. 4, libri 6. niſi forte, ut fit, memoria lapſus eſt: quod & puto. *Idem.*

Turpis mors forti viro] Nam ea demum turpis eſt mors, quam qui oppetit, debilitatur, ac frangitur animo, ignaveque, & muliebriter ſe gerit. quod uſu venire viro forti non poteſt. fortitudo enim in mortis deſpicientia vel maxime cernitur. *Idem.*

Neque immatura conſulari] Nam immatura mors ea dici ſolet, quæ interrumpit inſtitutum ad gloriam curſum. at conſulatum qui adepti erant, ii quem majorem honorem optarent non habebant. hanc autem hujus ſententiæ partem repetit etiam ſecunda oratione in Antonium. *Idem.*

Neque miſera ſapienti] Quia ſapiens perpetuo beatus eſt. videtur autem, ſi quis hanc orationem bene penitus introſpiciat, multo de ſe arrogantius loqui, quam oporteret. plane enim ſubeſt hic ſyllogiſmus:

Neque turpis mors viro forti poteſt accidere, nec immatura conſulari, nec miſera ſapienti.

Ego & fortis ſum, & conſularis, & ſapiens.

Mihi igitur neque turpis mors poteſt accidere, neque immatura, neque miſera. Idem.

Fratris cariſſimi ac amantiſſimi] Q. tamen Cicero, ſi Plutarcho habenda eſt fides, fratrem exacuebat ad ſumendum de conjuratis ſupplicium. *Idem.*

A quibus me circumſeſſum] Mallem cum Francii, *quibus me circumſeſſum*, quia tamen alii libri refragantur, & non nunquam præpoſitiones adduntur, quæ plerumque ſoleant omitti, ut ſexcentis exemplis oſtenderunt Sanctius & Scioppius in ellipſi, nihil hic novo. *Græv.*

Qui mihi videtur amplecti] Omnes, quos mihi quidem videre licuerit, veteres libri ab impreſſis diſcrepant. ita enim in illis legitur, *Quem mihi videtur amplecti reſpub. tanquam obſidem conſulatus mei.* quam ego ſcripturam omnino veram eſſe arbitror. cur autem obſidem conſulatus ſui filium vocet, hæc cauſa eſt. Qui liberis carent, eos veriſimile eſt de ſalute publica minus ſolicitos eſſe, quam quibus ſunt liberi. nam hi non minus liberorum cauſa, quam ſua, ſalvam rempublicam velle debent: niſi omnem exuerint humanitatis ſenſum, ut illam repudient ϛοργὴν φυσικὴν, quæ ingenerata eſt non hominibus modo, verumetiam feris, eaque de cauſa, ut alibi retulimus, Eunuchi apud Maſſilienſes non fiebant, niſi qui & uxorem, & liberos haberent. Parvulus igitur Ciceronis filius, qui patri maxime cordi erat, quaſi obſes erat reip. qui confirmaret, patrem nihil geſturum, niſi quod videretur ſaluti fore. *Muretus.* Lectionem iſtam, *quem mihi videtur amplecti* tuentur omnes libri a me conſulti. quamvis vulgatam tueatur Manutius, ſed parum feliciter & vere, quod oſtenderem, niſi Muretus occupaſſet. *Græviuſ.*

ANO-

qui expectans hujus exitum diei, adſtat in conſpectu meo gener. moveor his rebus omnibus, ſed in eam partem, ut ſalvi ſint vobiſcum omnes, etiam ſi vis aliqua me oppreſſerit, potius, quam & illi, & nos una reip. peſte pereamus. Quare, P. C. incumbite ad ſalutem reipub. circumſpicite omnes procellas, quae impendent, niſi providetis. non Ti. Gracchus, qui iterum tribunus plebis fieri voluit: non C. Gracchus, qui agrarios concitare conatus eſt: non L. Saturninus, qui C. Memmium occidit, in diſcrimen aliquod atque in veſtrae ſeveritatis judicium adducitur. Tenentur ii, qui ad urbis

ANONYMUS.

Stant in conſpectu] Stabant omnes ante oculos ipſius & flebant: gener Piſo. Frater Quintus Cicero. Terentia uxor. filia Tullia. filius Cicero.

Quare P. C. incumbite] Tranſlatio gubernatorum.

Non Tiberius Gracchus] Nomina illorum qui jure occiſi ſunt.

VARIORUM.

Gener] C. Calpurnius Piſo, hic enim tum Tulliam in matrimonio habebat. quæ poſtea Craſſipedi, deinde Dolabellæ nupſit. Quod autem Cœlius Curio hunc, quo de hic agitur, Craſſipedem eſſe credit, aperte errat. *Muretus.*

Nobiſcum] Quidam libri veteres, *vobiſcum:* quod ut probem, adducor iis verbis, quæ ſtatim ſubjicit: *Etiam ſi vis aliqua me oppreſſerit.* Idem.

Una cum rep. pereamus] Hunc locum primus ſic interpolavit Lambinus. Omnes libri veteres manu exarati, omnes editi ante Lambinum, veriſſime & pulcherrime, *una reip. peſte pereamus.* Non intellecta vi locutionis *una peſte perire* hunc locum corrupit Lambinus, quem miror hic non reprehendiſſe Gruterum, cum tamen ei inſultandi ubique captet omnes occaſiones. Sic in cap. ſexto hujus orationis: *Videor mihi hanc urbem videre & ſubito uno incendio concidentem.* quod totam urbem eodem tempore corripit & depaſcitur. Eſt autem *una peſtis*, quæ omnes eodem tempore corripit & perimit. Eodem modo de peſtilentia Statius: *Et populis mors una venit.* magna multitudo hominum eodem tempore perit. Ovid. I Metamor. de Argo:

Centumque oculos mors occupat una.

Sic *unum bellum* per omnes gentes eodem tempore diffuſum apud Flor. III, cap. 17. vide quæ notavi ad ejuſdem ſcriptoris lib. IV, cap. ultimi ultima fere verba. iſta una peſtis, nefaria conjuratio in remp. *Grævius.*

Non Ti. Gracchus] Hæ Hiſtoriæ quibus ex locis peti poſſint, ſupra indicavimus. *Muretus.*

Qui agrarios concitare] Non ſpernenda eſt Franciani libri ſcriptura: *qui agrarios concitare tumultus conatus eſt.* Non recedo tamen a vulgata. Nam & in VII Philippica dixit, *agrarios ſollicitare.* Græv.

C. Memmium] Magna inter ſcriptores in hoc nominando varietas. alii *Nonium*, alii *A. Nonium*, alii *Nummium*, alii *Mummium* vocant. quarum appellationum quæ veriſſima ſit, illi ſolicitius viderint, qui, vel quod abundent otio, vel quod aliud præſtare non queant, quaſi hac una in re omnis eruditio ſita ſit, ita nihil aliud agendum putant. mihi conſilium non eſt in talibus, φλυαρίαις τε, καὶ λεπτολογίαις diutius immorari. *Muretus.*

Sed tenentur ii] *Sed* delevi auctoribus libris antiquis, utroque meo, Pith. Erf. & Duisburg. in quo tamen ſcribitur: *Tenentur vero ii.* Grævius.

bis incendium, ad veſtram omnium caedem, ad Catilinam accipiendum, Romae reſtiterunt. tenentur litterae, ſigna, manus, denique uniuſcujuſque confeſſio: ſollicitantur Allobroges, ſervitia excitantur, Catilina arceſſitur: id eſt initum conſilium, ut, interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem reip. nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relin-
3 quatur. Haec omnia indices detulerunt, rei confeſſi ſunt, vos multis jam judiciis judicaſtis: primum, quod mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis, & mea virtute atque diligentia perditorum hominum patefactam eſſe conjurationem decreviſtis: deinde quod P. Lentulum, ut ſe abdicaret praetura, coegiſtis: tum quod eum & ceteros, de quibus judicaſtis, in cuſtodiam dandos cenſuiſtis, maximeque quod meo nomine ſupplicationem decreviſtis: qui honos togato habitus ante me eſt nemini. poſtremo heſterno die praemia legatis Allobrogum, Titoque Vulturcio dediſtis ampliſſima: quae ſunt omnia ejuſmodi, ut ii, qui in cuſtodiam nominatim dati ſunt, ſine ulla dubitatione a vobis damnati eſſe videantur. Sed ego inſtitui referre ad vos, P.C. tanquam integrum, & de facto quid judicetis: & de poena quid cenſeatis. illa praedicam, quae ſunt conſulis. Ego magnum in repub. verſari furorem, & nova quaedam miſceri & concitari mala jampridem videbam:

ANONYMUS.

Vos jam multis judiciis] *Iam* ut oſtendat non reſtare niſi ſolam pœnam.

VARIORUM.

Ad veſtram omnium caedem] Malui iſtud, repertum a me in Pall. tribus, & a Zinzerlingo meo in Turing. quam hactenus vulgatam, *veſtrum*. Gruterus. Sic & libri noſtri, & Erfurt.

Id eſt initum conſilium] Pal. non. *Initum eſt conſilium*. Colon. *Tale initur conſilium*, quod probat orationis conſecutio, adnotat Guilielmius. *Gruterus*. *Id eſt initum conſilium* eſt in Erfurt. Sed eadem manus correxit: *Tale initur conſilium*.

Hac omnia indices] Enumerat multa præjudicia facta jam adverſus Catilinarios: & tamen ita refert, ut liberum eſſe velit ſenatoribus, tanquam re integra, ſententiam dicere. *Muret*. Erfurt. *Hæc omnia ut indices detulerunt, rei confeſſi ſunt*.

P. Lentulum ut ſe abdicaret pratura coëgiſtis] Pall. ſec. ſext. H. F. V. *Lentulum ſe abdicare pr. c.* melius haud dubio. haud tamen accedunt ulli editi. *Gruterus*. Sic & meus ſecundus & Duisburg. Ceteri vulgatam tuentur.

ANO-

bam: ſed hanc tantam, tam exitioſam haberi conjurationem a civibus numquam putavi. Nunc, quidquid eſt, quocumque veſtrae ſe mentes inclinant atque ſententiae, ſtatuendum vobis ante noctem eſt. Quantum facinus ad vos delatum ſit videtis. huic ſi paucos putatis affines eſſe, vehementer erratis. Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum. Manavit non ſolum per Italiam, verum etiam tranſcendit Alpes, & obſcure ſerpens multas jam provincias occupavit. id opprimi ſuſtentando ac prolatando nullo pacto poteſt. quacumque ratione placet, celeriter vobis vindicandum eſt.
Video duas adhuc eſſe ſententias: unam D. Silani, qui 4
cen-

ANONYMUS.

Nunc quicquid eſt] Oſtendit periculum. ergo cito occidendi ſunt.

Video] Ille quid dixerat, dividendos eſſe per municipia. Vult latenter figuris oſtendere. quia ubique ſunt conjurati. & cum illis miſceri & perdere illos. Oſtende crudeliorem ſententiam Cæſaris, *ceterorumque ſuppliciorum omnes acerbitates complectitur*.

VARIORUM.

Quocunque mentes veſtra inclinant] Erf. & Duisb. *quocunque veſtra ſe mentes inclinant*. quos ſequor. ut & iidem paullo poſt: *quantum facinus ad vos delatum ſit*. Græv.

Statuendum vobis ante noctem eſt] Tum quia periculum erat, ne noctu aliquis tumultus excitaretur, ut per vim eriperentur ii, qui in cuſtodiam dati erant: tum quia ſenatum ante noctem dimitti oportebat. Varro enim apud Gellium, docet, ſenatuſconſultum ante exortum, aut poſt occaſum ſolem factum, ratum non fuiſſe: opus etiam cenſorium feciſſe exiſtimatos, per quos eo tempore ſenatuſconſultum factum eſſe. Seneca autem lib. 1 de tranquillitate vitæ: *Majores*, inquit, *noſtri novam relationem poſt horam decimam in ſenatu fieri vetabant*. ideo Cicero alicubi nocturna Antonii ſenatuſconſulta exagitat. In hac tamen florentiſſima Venetorum rep. ſenatus in multam noctem plerumque producitur. *Muretus*.

Video duas adhuc eſſe ſententias] D. Iunius Silanus, primus ſententiam rogatus, quoniam, ut diximus, conſul deſignatus erat, in eos, qui in cuſtodiam traditi eſſent, & præterea in L: Caſſium, P. Furium, P. Umbrenum, Q. Annium, ſi deprehenſi forent, ultimum ſupplicium decreverat. ei omnes aſſenſi ſunt, uſque ad Ti. Neronem, qui, ut ait Salluſtius, de ſupplicio, præſidiis additis, referendum eſſe cenſuit: ut autem ait Appianus, cenſuit, eos in cuſtodiis habendos, donec Catilina bello profligatus foret: ut tum tota res accuratius cognoſceretur. Cæſar autem ubi ad eum ventum eſt, morte eos afficiendos negavit, ſed publicanda bona, ipſos per municipia diſpertiendos, & perpetuo in vinculis habendos cenſuit. addidit alia, quæ hic a Cicerone ponuntur: tantumque valuit dicendo, ut nonnulli ex iis, qui priore loco ſententiam dixerant, eam, ipſius oratione permoti, mutaverint: inter quos ipſe Silanus, ſi Salluſtio credas, pedibus ſe in ſententiam Neronis iturum eſſe dixit: ſin Plutarchum & Suetonium ſequare, profeſſus eſt, ſe ultimi ſupplicii nomine, non mortem, ſed vincula intelligere. Cæſari aſſenſi ſunt omnes uſque ad Catonem, qui graviſſima oratione ita diſſeruit, eos morte eſſe multandos, ut in eandem ſententiam reliquos omnes adduxerit. Cæſaris & Catonis orationes

legun-

cenſet, eos, qui haec delere conati ſunt, morte eſſe multandos: alteram C. Caeſaris, qui mortis poenam removet, ceterorum ſuppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Vterque & pro ſua dignitate, & pro rerum magnitudine in ſumma ſeveritate verſatur. Alter eos, qui nos omnes, qui populum Romanum vita privare conati ſunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen exſtinguere, punctum temporis frui vita, & hoc communi ſpiritu non putat oportere: atque hoc genus poenae ſaepe in improbos cives in hac repub. eſſe uſurpatum recordatur. alter intelligit, mortem a diis immortalibus non eſſe ſupplicii cauſa conſtitutam: ſed aut neceſſitatem naturae, aut laborum ac miſeriarum quietem eſſe. Itaque eam ſapientes numquam inviti, fortes etiam ſaepe liben-

leguntur illæ quidem apud Salluſtium: ſed non iiſdem, ut puto, verbis, quibus ab illis habitæ ſunt. Vt autem illud, quaſi præteriens, admoneam. illius, qua utitur Cato, principium ad verbum e Demoſthene expreſſum eſt. Salluſtii verba ſunt: *Longe mihi alia mens eſt P. C. cum res, atque pericula conſidero, & cum ſententias nonnullorum ipſe mecum reputo. Illi mihi diſſeruiſſe videntur de pœna eorum, qui patriæ, parentibus, aris atque focis ſuis bellum paravere. res autem monet, cavere ab illis magis, quam, quid in illos ſtatuamus, conſultare.* Demoſthenis autem e principio tertiæ Olynthiacæ: Οὐχὶ ταῦτα παρίσταταί μοι γινώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. Τοὺς μὲν γὰρ λόγους περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον ὁρῶ γιγνομένους, τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα, ὥστε ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοὶ πρότερον κακῶς, σκέψασθαι δέον. Muretus.

ANONYMVS.

Alter eos] Iterum ad Silanum redit; quia dicebat cives Romani ſunt, non licet occidi populum Romanum; quemadmodum ſuaſit occidendos eſſe.

Alter intelligit mortem] Diſputatum eſt mortem ab diis non eſſe, vide ergo, quia mors malum non eſt. nec crudelis ſententia eſt Cæſaris. adprobavit non eſſe crudelem.

VARIORVM.

Alterum C. Cæſaris] Prætoris deſignati. *Muretus.*

Qui mortis pœnam removet] Credebatur enim conjurationi affinis eſſe. *Idem.*

Punctum temporis frui vita] Mendoſe habent multæ editiones, *puncto temporis*. legendum enim eſt, *punctum temporis*. Lambinus.

Non eſſe ſupplicii cauſa conſtitutam] Ita illis temporibus credebatur. at nobis longe aliter perſuaſum eſt: qui e divinis litteris accepimus. primi hominis culpa, totum genus humanum, alioqui futurum immortale, morti obnoxium effectum eſſe. *Muretus.*

Sed aut neceſſitatem naturæ] Qua quicquid compoſitum eſt, id aliquando diſſolvatur, neceſſe eſt. *Idem.*

Aut laborum ac miſeriarum quietem] Τὸ γὰρ θανεῖν κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται: ait Euripides. *Idem.*

Eam ſapientes nunquam inviti] Cum enim cauſas rerum intelligant, non inviti naturæ parent. *Idem.*

Fortes etiam] Vt Codrus rex Athenienſium, ut Curtius, ut Decii. *Idem.*

ANO-

libenter oppetiverunt. vincula vero, & ea ſempiterna, certe ad ſingularem poenam nefarii ſceleris inventa ſunt, quae municipiis diſpertiri jubet. Habere videtur iſta res iniquitatem, ſi imperare velis: difficultatem, ſi rogare. decernatur tamen, ſi placet. Ego enim ſuſcipiam, &, ut ſpero, reperiam, qui id, quod ſalutis omnium cauſa ſtatueritis, non putet eſſe ſuae dignitatis recuſare. Adjungit gravem poenam municipibus, ſi quis eorum vincula ruperit: horribiles cuſtodias circumdat, & digna ſcelere hominum perditorum ſancit, ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per ſenatum, aut per populum levare poſſit. eripit etiam ſpem, quae ſola homines in miſeriis con-

ANONYMUS.

Municipiis diſpertiri jubet] Vt unus illic daretur, alter illic. Et cupiditate ſuadendi raptus eſt orator, & ait.

Habere videtur iſta res iniquitatem] Senſit, quia raptus eſt. & palam videtur de morte ſuadere. quod non debet facere. ne propoſitum ipſius intelligatur. & ait.

Decernatur tamen ſi placet] Quemadmodum occurrit, ne crudeliter agere videatur. Ne intelligatur oratoris aſtutia. Oſtende cuſtodiam, & vide quot genera pœnarum dat in una ſententia. ut mitior videatur illa eſſe ſententia. Oſtende quia mors beneficium eſt damnatis.

VARIORUM.

Municipiis] Noſtri fere omnes libri veteres habent, *municipibus diſp.* Lamb. *Itaque municipiis diſpertiri, jubet*] Vox *itaque* non reperta mihi in edd. vett. aut Palatinis; ſed nec Guilielmio in H. F. V. mirorque cur non expunxerit: hoc etiam aſſeverare Lambinum reſtare in ſuis fere omnibus *municipibus*; cum alterum perſtet in noſtris & vetuſte cuſis. *Gruterus.* *Itaque* abeſt etiam ab omnibus noſtris. Cur igitur illam retinemus? Videtur ex præcedentis periodi initio huc eſſe delata. Ciceronem tamen exiſtimo ſcripſiſſe: *ſontes municipiis diſpertiri jubet.* Præcedens vox *ſunt* ſequentem deglutiit. Niſi ſic legas, hiulca erit oratio, etſi *itaque*, quod interpoſuerunt ad hiatum complanandum editores recentiores, relinquas. Non enim additur quid diſpertiri municipiis voluerit Iulius. *Vincula* ſi quis ἀπὸ κοινοῦ hic repetendum cenſeat, facile ſententiam hanc abjiciet, ſi ad ἀνακολουθίαν orationis attenderit. Tolletur ea ſi legas ex Duisb. codice, *qua municipiis diſpertiri jubet.* ſc. vincula, hoc eſt in vincula datos cenſet diſpertiendos eſſe municipiis. *Grav.*

Habere videtur iſta res iniquitatem] Propter pœnam, quæ proponebatur: ut, ſi quis eorum vincula rupiſſet, totum municipium in hoſtium loco haberetur. *Muretus.*

Et dignitas ſcelere hominum perditorum ſancit, &c.] Sic eſt interpungendum ac diſtinguendum, & præterea, *dignas*, legendum, *s*, littera addita, non *digna.* Lambinus. *Et digna ſcelere hominum perditorum. ſancitne, &c.*] Mureti Lambinique editio, *& dignas.* ſed nullus ſuffragatur liber; eſtque ineptum. male tantum prius cuſi interpunxerant, *perditorum ſancit: ne.* Gruterus.

Eripit etiam ſpem] Spes exules alit, ait Euripides in Phœniſſis. eandem Pindarus ſenii altricem vocat. circumfertur & verſiculus ἀδέσποτος:

Ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεθ᾽ ὑπὸ τῆς ἐλπίδος. Muretus.

Qua ſola hominem in miſeriis] Grævii uterque, Duisburg. Pith. excerpta, & Victor. editio: *qua ſola homines in miſeriis.* Grævius.

conſolari ſolet. bona praeterea publicari jubet: vitam ſolam relinquit nefariis hominibus: quam ſi eripuiſſet, multas uno dolore animi atque corporis, & omnes ſcelerum poenas ademiſſet. Itaque ut aliqua in vita formido improbis eſſet poſita, apud inferos ejuſmodi quaedam illi antiqui ſupplicia impiis conſtituta eſſe voluerunt, quod videlicet intelligebant, his remotis, non eſſe mortem ipſam pertimeſcendam. Nunc, P. C. ego mea video quid interſit. ſi eritis ſecuti ſententiam C. Caeſaris: quoniam hanc is in repub. viam, quae popularis habetur, ſecutus eſt, fortaſſe minus erunt, hoc auctore & cognitore hujuſce ſen-

ANONYMUS.

Multas uno dolore] Quemadmodum reprehendit ejus ſententiam.

Itaque ſi eſſet etiam apud inferos aliqua formido] Ergo formidinis cauſa compoſitum eſt hoc. ceterum fides nulla eſt. ſi hoc ergo eſt mors, non eſt timenda. Oſtendit quia non vera eſt. dum oſtendit populo ſe placuiſſe.

Qua, inquit, populares habetur] Et oſtende quia ipſa melior eſt ſententia.

Fortaſſe minus erunt hoc auctore & cognitore hujus ſententiæ populares impetus pertimeſcendi] Nam ſi non occidantur, non ſic timeant (f. timeam) ſeditionem popularem. Si autem occidantur, male mihi contrahitur.

VARIORUM.

Multas uno dolore animi atque corporis] Nihil variant Pall. quam quod ſext. *multos*, quod placet, niſi forte malimus cum Colon. *animi atque corporis multos uno dolore*, ſubaudi *dolores*, quod qui non viderunt, ſententiam corruperunt. *Grut.* Cum Colonienſi conſentit meus ſecundus: ego vero cum Grutero. Aut *dolores* ſubaudiendum, aut Cicero ſcripſit, *multos uno dolore dolores animi atque corporis, & omnes ſcelerum pœnas ademiſſet.* ut inferius: *qui non dolore ac cruciatu nocentis ſuum dolorem cruciatumque lenierit.* ubi itidem veteres quidam codices peccarunt ut hoc loco. quamvis vulgatam ferri poſſe non negem. Nam *pœna* ſæpe eſt quodvis ſupplicium & malum. Iuſt. III, 5: *Cum per annos 80, &c. ceteraque captivitatis mala perpeſſi eſſent, poſt longam pœnarum patientiam bellum reſtaurant.* Senec. Hippolyto ex emendatione Gronovii: *Quod te ipſe pœnis gravibus infeſtus domas,* Grævius.

Apud inferos ejuſmodi] Plerique veterum in ea ſententia fuerunt, ut crederent, ea, quæ de inferis dicerentur, nihil eſſe aliud, quam fabulas ad territandos imperitorum animos confictas. ipſumque ita ſenſiſſe Ciceronem demonſtravimus in annotationibus Horatianis, atque hac ipſa de re hæc Democriti verba referuntur: Ἔνιοι θνητῆς φύσιος διάλυσιν οὐκ εἰδότες ἄνθρωποι, συνειδήσει δὲ τῆς ἐν τῷ βίῳ κακοπραγμοσύνης, τὸν τῆς βιοτῆς χρόνον ἐν ταραχαῖς καὶ φόβοις ταλαιπωρέουσι, ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθοπλαστέοντες χρόνου. Muretus.

Nunc P. C.] Contentio duarum ſententiarum inter ſe. altera popularior & tutior conſuli: altera conſuli periculoſior, ſed ſalutarior reip. Vincat igitur utilitas publica. *Idem.*

Hanc is in repub. viam, qua popularis habetur, ſecutus eſt] Ciceronis ex oratione pro Sextio verba ſunt: *Duo genera ſemper in hac civitate fuerunt eorum, qui verſari in repub. atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi, & eſſe voluerunt. Qui ea, quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini jucunda eſſe volebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuique*

ſententiae, mihi populares impetus pertimeſcendi. ſin illam alteram, neſcio an amplius mihi negotii contrahatur. ſed tamen meorum periculorum rationes utilitas reip. vincat. Habemus enim a C. Caeſare, ſicut ipſius dignitas, & majorum ejus amplitudo poſtulabat, ſententiam, tanquam obſidem perpetuae in rempublicam voluntatis. intellectum eſt, quid interſit inter lenitatem con-

que probarent, optimates habebantur. Cæſarem autem popularem fuiſſe perpluribus e Suetonio locis intelligi poteſt. *Muretus.*

Hoc monitore, atque auctore] Noſtri omnes libri manuſcr. habent, *hoc auctore & cognitore hujus ſint.* Lambinus. *Hoc auctore & cognitore*] Miror iſtud alios ſequi non potuiſſe, inventum in mſſ. ſuis, & retinuiſſe, *hoc monitore & auctore*, quod in nullo fere noſtrorum; qui omnes alterum illud præſcribunt. & venuſtiſſime profecto C. Cæſar auctor dicitur ejus ſententiæ quam dixit, & cognitor, quam ut ſuam defendit. *Grut.* Erf. & omnes noſtri codices ſtant ab hac lectione, niſi quod in primo ſcribatur, *hoc auctore & genitore hujus ſententiæ*, ſed alia manus adjecerat · *ac cognitore*. Græv.

ANONYMUS.

Sed tamen, inquit, eorum periculorum rationes utilitas reip. vincat] Quemadmodum vituperat & oſtendit magis ſibi eſſe pertimeſcendum, ſi occidantur, tamen occidi debere; nam utilitas, inquit, reip. rationem periculorum vincat.* Lex Sempronia injuſſu populi non licebat quæri de capite civis Romani. Quintus Metellus in quem poſtea dixit. & eſt Metelliana oratio, ſuperiore die, cum deprehenſi eſſent conjurati & adducti. omnia decrevit de conjuratis. laudavit Ciceronem. cetera perfecit quæ deberet facere ſummus orator. Venit ut ſententiam diceret de civibus Romanis; & noluit venire ad ſenatum; & cœpit velle inimicis Ciceronis favere, quaſi pro civibus Romanis; hunc infamat laudando Cæſarem: ecce, inquit, Cæſar vere popularis videlicet qui ſic fecit pro populo, ut conſuleret ſaluti populi Romani. Quid eſt popularis? ſaluti populi Romani conſulentem accipimus. nec popularem ſeditioſum. ſed popularem, populo conſentientem.

* Forte: *lege.*

VARIORUM.

Sin illam alteram] Editi adjecerant, *ſecuti eritis*, repetitum e ſuperioribus, neque habebant mſſ. meliores: unde & reſecuerat Lambinus. *Gruterus.*

Utilitas reip. vendicat] Libri veteres, partim *vendicat*. partim *vindicat*. mihi libere ut loquar, neutrum probatur: planeque legendum cenſeo, *vincat*. ut reſpexerit ad illud dictum Ciceronis in cauſa Tranſpadanorum, *vincat utilitas.* Muretus. *Utilitas reip. vincat*] M. Antonii Mureti conjecturam non potui non probare: quæ ita certa eſt, ut hæc, vera ſcriptura, vulgata autem, *utilitas reip. vindicat*, ſeu *vendicat*, ferri non poſſe videatur. *Lambinus.* *Utilitas reip. vincat*] Eſt a conjectura Mureti; editi olim & Pall. aliique ſcripti *vindicat*. niſi quod Suffridus innuere videtur in ſchedis ſuis, prius illud quoque inventum ſibi in cod. veteri. *Gruterus.* Non fuit Ciceronis hoc dictum, *vincat utilitas*, ſed Curionis, quod Cicero III de officiis valde improbat. *Grævius.*

Tanquam obſidem perpetua] Quæ confirmet, eum ita popularem fore, ut tamen ſemper ſit bonarum in rep. partium. ſic pro Cœlio: *Habet a M. Cœlio reſp. judices, duas accuſationes vel obſides periculi, vel pignora voluntatis.* Muretus.

Inter levitatem concionatorum] Legendum fortaſſe eſt, *inter lenitatem:* ut intelligamus, eum ſignificare, non eſſe hoc tempore lenitati locum: & lenitatem in tam atroci facinore, eſſe vituperandam. ſic infra aliquot poſt verſibus,

concionatorum, & animum vere popularem, ſaluti populi conſulentem. Video de iſtis, qui ſe populares haberi volunt, abeſſe non neminem, ne de capite videlicet civis Romani ſententiam ferat. is & nudiuſtertius in cuſtodiam cives Romanos dedit, & ſupplicationem mihi decrevit, & indices heſterno die maximis praemiis affecit. Iam hoc nemini dubium eſt, qui reo cuſtodiam, quaeſitori gratulationem, indici praemium decrevit, quid de tota re & cauſa judicarit. At vero C. Caeſar intelligit, legem Sempronia eſſe de civibus Romanis conſtitutam. qui autem reip. ſit hoſtis, eum civem eſſe nullo modo poſſe: denique ipſum latorem legis Semproniae juſſu

atque obtinebo, eam multo leniorem fuiſſe, &c. verumtamen nihil hic mutandum cenſeo. *Lambinus.* *Lenitatem* eſt in omnibus, quos vidi, excepto primo meo, in quo legitur, ut in vulgatis *levitatem*. ſed illud verius. *Gravius.*

ANONYMUS.

Non neminem] Quintum Metellum dicit, obligat illum.

Is & nudius tertius cives Romanos dedit] Ad invidiam conjuratos cives Romanos modo dicit. Vult oſtendere, quia & C. Cæſar contra legem Semproniam facit: quanquam enim non occidebat, tamen ſententiam dicit de capite civium Romanorum; vult oſtendere & Silani ſententiam & Cæſaris capite punire. Sed Cæſaris ſententia injuſſu populi condemnat cives Romanos. laudat ergo Cæſarem, & oſtendit ipſum contra leges eſſe.

Illum latorem] Scilicet G. Gracchum vult oſtendere. More m. (ſ. majorum) licere occidi. Ecce ubi oſtendit, quia popularis fuerat etiam Lentulus, non dicit eum popularem. ſed dicit prodigum, quaſi corruptorem populi.

VARIORUM.

Concionatorum] Eorum qui omnes ventos concionum colligere conſueverunt. *Muretus.* Non hi ſunt concionatores, ſed qui ſeditioſis concionibus populum concitant in ſenatum & optimates, quales erant Gracchi, aliique tribunitii ſpiritus homines. Malam in partem accipitur plerumque vox *concionator*. Grævius.

Video de iſtis] Notat quempiam e ſenatoribus, qui, ut popularis haberetur, eo die venire in ſenatum noluerat: ejusque ſtultitiam oſtendit, qui vereatur judicare de iis, quos multis jam præjudiciis condemnarit. ei autem ex contentione anteponit Cæſarem, quem revera popularem eſſe dicit, id eſt, ſtudioſum ſalutis publicæ. *Muretus.*

Civis Romani] Sic Duisb. & alii. Erf. *C. R.* Grævius.

Cives Romanos Cethegum & Lentulum] Cethegi & Lentuli nomina in pleriſque veteribus libris non leguntur: & ſane delenda ſunt. non enim magis de his duobus loquitur, quam de cæteris, qui in cuſtodiam dati erant. *Idem.* *Cethegum & Lentulum*] Hoc totum abeſt a noſtris libris veteribus. *Lambinus.* Cum his faciunt omnes noſtri, excepto Francii.

Iam hoc nemini dubium eſt] Argumentum ab antecedentibus. *Muretus.*

Legem Semproniam] Latam a C. Graccho, ne injuſſu populi quiſquam civis Romanus morte multaretur. at ea lex nihil pertinet ad conjuratos. amiſerunt enim jura civium, cum eos hoſtes judicarit ſenatus. *Idem.*

Qui autem reip. ſit hoſtis] Argumentum a repugnantibus. *Idem.*

ANO-

juſſu populi poenas reip. dependiſſe. idem ipſum Lentu-
lum largitorem & prodigum non putat, cum de pernicie
populi Romani exitio hujus urbis tam acerbe tamque
crudeliter cogitarit, appellari poſſe popularem. Itaque
homo mitiſſimus atque leniſſimus non dubitat P. Lentu-
lum aeternis tenebris vinculiſque mandare; & ſancit in
poſterum, ne quis hujus ſupplicio levando ſe jactare, &
in pernicie populi Romani poſthac popularis eſſe poſſit.
adjungit etiam publicationem bonorum, ut omnes animi
cruciatus & corporis etiam egeſtas ac mendicitas conſe-
quatur. Quamobrem ſive hoc ſtatueritis; dederitis mihi
comitem ad concionem, populo carum atque jucundum:
ſive Silani ſententiam ſequi malueritis, facile me atque
vos a crudelitatis vituperatione defendetis: atque obtine-
bo, eam multo leviorem fuiſſe. Quamquam, P. C. quae 6
poteſt eſſe in tanti ſceleris immanitate punienda cru-
delitas? ego enim de meo ſenſu judico. Nam ita mihi
ſalva

ANONYMUS.

Dederitis mihi comitem populo carum] Quia putabatur Silani ſententia crudelis, & ideo timebat ſenatus, quod videretur crudelis; promittit illis invidiam. . (raſa) . . . eneporan (in margine adſcriptum cum ſuperſcripta hac nota, '· *immanitate.* Forte, immanitate ſuperari ſcelerum) ſcelerum; ponit quae poterant evenire.

VARIORUM.

Juſſu populi] Cauſae ſerviens, hoc dicit, neque enim populi juſſu interfectus eſt Gracchus. *Muretus.*

Ipſum largitorem Lentulum] Hoc vitium largitionis in Lentulo alicubi notat etiam Salluſtius. *Idem.* *Idem ipſum Lentulum, largitorem & prodigum, non putat, cum de pernicie populi Romani exitio hujus urbis, &c.*] Emendatio omnis transpoſitioque eſt a Pall. & H. F. V. illud praeterea *populi Romani*, ab olim editis, quos ratio Ciceronis adjuvat, e conjugatis ducta. eadem de cauſa & infra quoque paucis interjectis verſibus, ſcripſimus, *in pernicie populi Romani*, ex fide earumdem membranarum. *Gruter.* Vtrumque ſtabiliunt noſtri MSS.

Exitio hujus urbis] Duisb. *& exitio hujus urbis*, quod non improbo. *Gravius.*

Se jactare] Popularem auram captare. *Muretus.*

Atque vos a crudelitatis vituperatione defenditis] Pal. ſex. & dec. interponunt, *P. R. def.* & vero veterrima ed. *populum defend.* Colon. *a crud. vitup. P. R. exſolvitis.* unde faciebat Guilielmius, aut, *populo Romano exſolvetis*, aut *certe P. C. exſolvetis.* Gruterus. Francii: *facile me atque vos a crudelitatis vituperatione defendens obtinebo.* Meus ſecundus & Erf. non aliter legunt ac Colonienſis. *Gravius.*

Quanquam P. C.] Quia lenitatis mentionem injecerat., iccirco reprehendit ſeipſum: affirmans nullam in tanti ſceleris atrocitate vindicanda metuendam eſſe crudelitatis famam: ac tum demum ipſos in patriam crudeles fore, ſi in eis, qui de illius incendio ac vaſtitate conſilia inierunt, puniendis remiſſi ac miſericordes eſſe voluerint. *Muretus.*

ANO-

ſalva republica vobiſcum perfrui liceat, ut ego, quod in hac cauſa vehementior ſum, non atrocitate animi moveor, quis enim eſt me mitior? ſed ſingulari quadam humanitate & miſericordia. Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, ſubito uno incendio concidentem: cerno animo ſepulta in patria miſeros atque inſepultos acervos civium: verſatur mihi ante oculos adſpectus Cethegi, & furor in veſtra caede bacchantis. Cum vero mihi propoſui regnantem Lentulum, ſicut ipſe ſe ex fatis ſperaſſe confeſſus eſt, purpuratum eſſe hunc Gabinium, cum exercitu veniſſe Catilinam, tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginum Veſtalium perhorreſco: &, quia mihi vehementer haec videntur miſera atque miſeranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me ſeverum vehementemque praebebo. Etenim quaero, ſi quis paterfamilias, liberis ſuis a ſervo interfectis, uxore occiſa, incenſa domo, ſupplicium de ſervis quam acerbiſſimum ſumſerit, utrum is clemens

ac

ANONYMUS.

Cerno animo ſepulta in patriam] Quia dixit ſepulta. inſepultos acervos civium.

Purpuratum] Purpurati, dicuntur ſatellites majores circa tyrannum, qui ſunt eodem loco quo tyranni ad fallendum. forte ſi quis voluiſſet occidere.

Purpuratum eſſe huic Gravinium] Id eſt, ſatellitem.

Miſera atque miſeranda] Multa ſunt miſera, ſed non ſunt miſeranda, ut, ſi torqueatur homicida, miſer eſt quidem, ſed non eſt miſerandus: innocens ſi torqueatur, & miſer eſt, & miſerandus.

VARIORUM.

Videor enim mihi] Ὑποτύπωσις aptiſſima ad ſenatorum animos inflammandos. *Idem.*

Sepulta in patria] Sic reſtitui, libros omnes noſtros veteres ſecutus: quæ ſcriptura, quanto ſit vulgata potior, *ſepultam patriam*, nemo non videt. *Lamb.* *Sepulta in patria*] Sic & præter Lambinianos Ah. & V. vulgata prius, *ſepultam patriam*, quod non omnino etiam damnem. *Gruterus.* *Sepulta in patria* Pith. & Græv. ſecund. tuentur. Ceteri vero *ſepultam patriam*. Utrum alteri præferas digitum non verterim. *Gravius.*

Purpuratum] Prætorem, aut conſulem. *Muretus.*

Vehementemque prabeo] Pall. duo & Guilielmiani, item ed. vet. *prabebo*. videtur tamen melior altera. *Gruterus.* *Prabebo* exhibet uterque Græv. Franc. Erfurt. & Duisburg.

Etenim quæro] Argumentum ab exemplo ficto. *Muretus.*

Supplicium de ſervo non quam acerbiſſimum, &c.] Sic hunc locum emendavi, addita negatione, quæ deerat, idque

ex

ac miſericors, an inhumaniſſimus & crudeliſſimus eſſe videatur? mihi vero importunus ac ferreus, qui non dolore ac cruciatu nocentis, ſuum dolorem cruciatumque lenierit. Sic nos in his hominibus, qui nos, qui conjuges, qui liberos noſtros trucidare voluerunt: qui ſingulas uniuſcujuſque noſtrum domos, & hoc univerſum reipublicae domicilium delere conati ſunt: qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in veſtigiis hujus urbis, atque in cinere deflagrati imperii collocarent: ſi vehementiſſimi fuerimus, miſericordes habebimur: ſin remiſſiores eſſe voluerimus, ſummae nobis crudelitatis in patriae civiumque pernicie fama ſubeunda eſt. niſi vero cuipiam L. Caeſar, vir fortiſſimus & amantiſſimus reipublicae crudelior nudiuſtertius viſus eſt, cum ſororis ſuae, faeminae electiſſimae, virum praeſentem & audientem vita privandum eſſe dixit, cum

ex Lactantio libro I de ira Dei, cap. 17. Sic autem ille. Quid ſi fiant illa, quæ a Cicerone dicuntur? *Etenim quæro, ſi quis paterfamilias liberis ſuis a ſervo interfectis, uxore occiſa, incenſa domo, ſupplicium de ſervo nunquam acerbiſſimum ſumſerit*, &c. ex *nunquam*, igitur, quod eſt apud Lactantium corruptum, facio, *non quam*, quæ ſine dubio vera, & recta ſcriptura eſt. præterea, *de ſervo*, repoſui, ut eſt apud eundem, cum libri omnes habeant, *de ſervis*. Nunc hujus loci ſententia ita plana, & aperta eſt, ut explicatione neque mea, neque cujuſquam egeat. Nam quod eam Muretus ſecus explicat, non hominis, ſed vitioſæ ſcripturæ culpa eſt. *Lambinus*. *Supplicium de ſervis non quam acerbiſſimum, &c.*] Secutus ſum Lambini ſententiam, niſi quod retinui, *ſervis*, quod reperitur in omnibus exemplaribus retro editis, nedum ſcriptis. moris enim Romanis legibus, omnes ſervos qui ſub eodem manſerant tecto, necare ob parricidium unius, quemadmodum videre apud Tacitum libro XIV, cap. 42, & deincipibus. *Gruterus*.

ANONYMUS.

Niſi vero L. Cæſar] Flaccus occiſus eſt cum liberis; hujus nepos fuerat L. Cæſar. nepos Flacci. cujus ſoror nupta fuerat Lentulo. L. Cæſar iratus, in ſenatu, ecce, dixit, qui vivit & habet ſororem meam in matrimonio. Avus meus juſſu conſulis occiſus eſt, & iſte vivit. Avus Fulvius Flaccus.

Sororis ſuæ] Vxori Lentuli.

VARIORUM.

Mihi vero importunus ac ferreus] Non tantum, inquit, abeſſe mihi videbitur a crudelitate, ſi quis ab ejuſmodi ſervo pœnas quam acerbiſſimas ſumpſerit: verumetiam ſi quis id non fecerit, is mihi demum importunus ac ferreus eſſe videbitur. *Muretus*.

Niſi vero cuipiam L. Cæſar] Hac ipſe de re ita commemorat ſecunda oratione in Antonium: *L. Cæſar, avunculus tuus, qua oratione, qua conſtantia, qua gravitate ſententiam dixit in ſororis ſuæ virum, vitricum tuum?* Idem.

Sororis ſuæ, fœmina electiſſima, virum] P. Lentulum Suram. *Idem*. In Francii ſcribitur: *fœmina clariſſima*.

ANO-

cum avum juſſu Cos. interfectum, filiumque ejus impuberem, legatum a patre miſſum, in carcere necatum eſſe dixit. Quorum quod ſimile factum? quod initum delendae reip. conſilium? largitionis voluntas tum in repu-

ANONYMUS.

Avum ſuum] Flaccum.

Iuſſu conſulis] Opimi.

Legatum miſſum] De Abentino in Capitolium.

Largitionis voluntas] Propter leges agrarias.

VARIORUM.

Cujus avi juſſu conſularem interfectum] Locus hic, cum aliter antea legeretur, emendatione indigere viſus eſt Hieronymo Ferrario, homini erudito imprimis, ac diligenti; qui in eo libro, quo Ciceronis Philippicas emendavit, hunc quoque locum pronunciavit ita ſcribendum eſſe, ut in hiſce libris legitur. ſed ego hanc ipſius correctionem (libere ut loquar) nullo modo probare poſſum. primum, quod valde recedit ab antiquorum codicum fide. deinde, quod M. Fulvius Flaccus, de quo hic agi conſtat, non P. Lentuli ejus, qui princeps ſenatus fuit, ſed L. Opimii juſſu interfectus eſt. quod ſi remp. ſenatus Opimio commiſerat: tamen ſenatus juſſu, non autem P. Lentuli juſſu, interfectus hac ratione Fulvius diceretur. præterea vix mihi perſuadere poſſum, Ciceronem ita locutum eſſe, *cujus avi juſſu conſularem interfectum*. dixiſſet potius, ut opinor, hominem conſularem. non quia conſularis aliquando etiam ſine adjectione dicatur: ſed quia hoc loco, neſcio quo modo, vix ſatis e Ciceronis conſuetudine dictum videtur. at hæc in conjectura poſita ſunt. illud vero ita firmum, ut convelli non poſſit; quod quæ in omnibus antiquis libris, etiamque in pleriſque impreſſis ſcriptura eſt, ea ita præclaram ſententiam efficit, ut vel tacita coarguere poſſit temeritatem noſtram, ſi quicquam mutandum, aut movendum putemus. ita igitur in eis ſcriptum video: *Niſi vero cuipiam L. Cæſar vir fortiſſimus, & amantiſſimus reip. crudelior nudius tertius eſt viſus cum ſororis ſuæ, fœmina lectiſſima, virum præſentem, & audientem vita privandum eſſe dixit; cum avum juſſu conſulis interfectum, filiumque ejus impuberem. legatum a patre miſſum, in carcere necatum eſſe dixit.* hic nihil eſt, cur quiſquam, mutando, aut corrigendo, ingenioſius videri velle debeat. Dixit enim Cæſar, P. Lentulum ſororis ſuæ virum vita privandum eſſe: idque confirmavit hoc argumento, quod avus quoque ſuus, multo minus atroci ſcelere infectus, tamen juſſu Opimii conſulis interfectus fuiſſet, avus autem maternus L. Cæſaris fuerat M. Fulvius Flaccus: nam ejus filiam L. Cæſar, hujus Lucii pater, in matrimonio habuerat. quocirca, rejecta Ferrarii opinione, cenſeo veterum librorum auctoritatem eſſe inſequendam. *Muretus.* *Cujus avi juſſu conſularem eſſe interfectum*] Ant. Auguſtinus legit, *cujus avunculum interfectum*: & paullo poſt retinet *necatum* pro *necandum*, ut quidam habent. Nam M. Fulvius ſocius furoris C. Gracchi, & ipſe juſſu conſulis L. Opimii interfectus eſt, & ejus filius impubes adhuc legatus miſſus a patre ad Conſulem. Hoc loco docemur P. hujus Lentuli Suræ Prætoris II. & conſularis conjurati matrem fuiſſe Fulviam. *F. Urſinus.*

Filiumque ejus impuberem] Duodeviginti annos natum, ſpecie excellentem. alter autem major natu dimicans ceciderat. *Muretus.*

In carcere necatum eſſe dixit] Ita hunc locum reſtituit Sebaſt. Corradus, commentar. in Brutum, ſine auctoritate librorum manuſc. Quem ſecutus eſt Muretus: ejuſque conjecturam antiquorum librorum teſtimonio confirmat. *Lambinus.*

Quorum quod ſimile fuit factum?] Elegantius, ut eſt in veteribus libris, detracto verbo: *Quorum quod ſimile factum?* ut ſimile ſit illi ex Adelphis: *Nullum hujus ſimile factum.* Muretus.

Lar-

publica verſata eſt, & partium quaedam contentio. Atque illo tempore hujus avus Lentuli, clariſſimus vir, armatus Gracchum eſt perſecutus: ille etiam grave tum vulnus accepit, nequid de ſumma republica minueretur. hic ad evertenda fundamenta reipublicae Gallos arceſſit, ſervitia concitat, Catilinam vocat, attribuit nos trucidandos, Cethego, ceteros cives interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Caſſio, totam Italiam vaſtandam diripiendamque Catilinae. Vereamini, cenſeo, ne in hoc ſcelere tam immani ac nefando nimis aliquid ſtatuiſſe ſevere videamini; cum multo magis ſit verendum, ne remiſſione poenae crudeles in patriam, quam ne ſeveritate animadverſionis nimis vehementes in acerbiſſimos hoſtes fuiſſe videamur. Sed ea quae exaudio P. C. diſſimulare non poſſum. jaciuntur enim voces, quae

Largitionis voluntas tum in republica] Cum C. Gracchus agros dividere, & frumentum plebi dare inſtitueret. *Muret.* In meo primo, *largitionis voluntas tantum in republica.* ſed *tan* addidit alia manus.

Et partium quadam contentio] Quod alii populares eſſent, alii optimates. *Muretus.*

Atque illo tempore hujus avus Lentuli] Meminit Cicero VIII Philip. & Valerius cap. 3, lib. 5. *Idem.*

Armatus Gracchum eſt perſecutus] Ita Pall. quinque. et enim Hitt. *conſecutus*, quod plane melius viſum Guilielmio. *Gruterus.*

De ſumma reip. dignitate minueretur] Pal. nonus non habet illud *dignitate*, ſextus praeterea eo excluſo ſervat *de ſumma rep.* quod perplacet. *Idem.* *Dignitate* non habetur etiam in meo primo, nec in Francii, nec in Erfurt. quamvis ab alia manu eſſet *τοῦ reip.* impoſitum, nec dubito ſextum Palatinum veram ſcripturam ſervaſſe, ut monet Gruterus, & nos ad Invectivam ſecundam notavimus. *Graev.*

Gallos arceſſivit, ſervitia concitavit, Catilinam evocavit] Efficacius &, ut ita dicam, animoſius quatuor veteres codices a me verſati, quibus poſt acceſſit Erfurtenſis, ut & Pithoei excerpta: *Gallos arceſſit, ſervitia concitat, Catilinam vocat.* niſi quod in Duisburg. *evocat.* Idem.

Vereamini cenſeo] Fortaſſe legendum eſt, *vereamini, credo, ne in h. ſc. t. imm. ac nef.* &c. ſine interrogatione. *Lamb.*

Videamini] Veteres libri, *videamur.* Muretus.

Sed ea qua exaudio] Erant, qui dicerent, etiam ſi ſenatus fortiter decreviſſet, vereri ſe tamen, ne aliquis e caede conjuratorum in urbe tumultus oriretur; ad quem comprimendum Cicero ſatis praeſidii non haberet. Eam ſuſpicionem ipſe nunc elevat, oſtenditque tantum omnium aetatum atque ordinum in hac cauſa eſſe conſenſum, nihil ut tale ſit extimeſcendum. *Idem.*

Iactantur enim voces] Pal. pr. & ſec. non agnoſcunt illud *enim.* Zinzerlingius monuit cap. 48. Promulſidis exſtare in Turing. *Iaciuntur enim.* res eodem redit. *Gruterus.* Quoſcunque ego inſpexi MSS. prae ſe ferunt *jaciuntur*, ut & excorpta Pithoei. Quamvis vero nihil interſit legatur ne *jactantur* an *jaciuntur*, vincat tamen conſenſus meliorum librorum. *Gravius.*

ANO-

quae perveniunt ad aures meas, eorum, qui vereri vi-
dentur, ut habeam ſatis praeſidii ad ea, quae vos ſtatue-
7 ritis hodierno die, tranſigunda. Omnia & proviſa, &
parata, & conſtituta ſunt, P. C. cum mea ſumma cura at-
que diligentia, tum multo etiam majore populi Romani
ad ſummum imperium retinendum, & ad communes
fortunas conſervandas voluntate: omnes adſunt omnium
ordinum homines, omnium denique aetatum: plenum
eſt forum, plena templa circa forum, pleni omnes aditus
hujus loci ac templi. Cauſa enim eſt poſt urbem condi-
tam haec inventa ſola, in qua omnes ſentirent unum at-
que idem, praeter eos, qui cum ſibi viderent eſſe pereun-
dum, cum omnibus potius, quam ſoli perire voluerunt.
hoſce ego homines excipio & ſecerno libenter. neque
enim in improborum civium, ſed in acerbiſſimorum ho-
ſtium numero habendos puto. Ceteri vero, di immor-
tales, qua frequentia, quo ſtudio, qua virtute ad com-
munem dignitatem ſalutemque conſentiunt? Quid ego
hic equites Romanos commemorem? qui vobis ita ſum-
mam ordinis conſiliique concedunt, ut vobiſcum de
amore

ANONYMUS.

Ut habeam præſidii] Antiqua locutio; modo dicimus, timeo ne moriar; apud antiquos ſic legebatur, *timeo ut vivam.* id eſt, timeo ne non vivam. ne non habeam præſidium; veremur ut habeat præſidium.

VARIORUM.

Omnes adſunt omnium ordinum homines, omnium, &c.] Pal. ſec. *omnes adſunt omnium hominum ordines.* Hittorp. *omnes adſunt omnium ordinum, hominum, omnium, &c.* quod amplectitur Guilielmius ut intelligat præter patres equitem, plebem, etiam libertinos. *Gruterus.*

Plenum eſt forum, plena templa circum forum] Sic edidimus, libros tres veteres ſecuti: nam vulgati non habent hoc totum, *plena templa circum forum*, quæ mihi videntur eſſe germana verba Ciceronis. non celabo lectorem autem, ſupra octodecim ante circiter verſibus, ubi libri vulgati habent, *Gallos arceſſivit, ſervitia concitavit, Catilinam evocavit*, &c. libros noſtros manuſcr. omnes habere, *Gallos arceſſit, ſervitia concitat, Cat. evocat*, &c. Lambinus.

Neque enim in improborum, ſed in acerbiſſimorum, &c.] Videri queat verius, quod in F. & V. *neque improborum civium, ſed acerbiſſ. hoſtium numero*, &c. Gruterus.

Ordinis conſiliique] Libri veteres: *Ordinis, auxilii, conſiliique.* Muret. *Ita ſummam ordinis conſiliique concedunt*] Eſt a quatuor Pall. & H. F. V. neque aliter ultimæ originis editio. recentiores enim *ſumma*, dilute. *Grut.* Sic & Duisburg. & Erfurt. ſed in quo præterea: *in quo vobis* (ſupra quam vocem ſcripſerat eadem manus vel *urbis*) *ita ſummam ordinis auxiliique* (ead. manus impoſuerat huic voci vel *conſilii*) *concedit.*

ANO-

amore reipublicae certent: quos ex multorum annorum diſſenſione ad hujus ordinis ſocietatem concordiamque revocatos hodiernus dies vobiſcum atque haec cauſa conjungit: quam conjunctionem ſi in conſulatu confirmatam meo, perpetuam in republica tenuerimus; confirmo vobis, nullum poſthac malum civile ac domeſticum ad ullam reipublicae partem eſſe venturum. Pari ſtudio defendendae reipubl. conveniſſe video tribunos aerarios, fortiſſimos viros, ſcribas item univerſos, quos cum caſu hic dies ad aerarium frequentaſſet, video amore de-

ANONYMUS.

Scriba ad ærarium] Ipſo die convenerunt ad ærarium ſcribæ, ut ſortirentur officia, qui ſcriba eſſet conſulis, qui tribuni plebis. viderunt conjuratos adduci ad ſenatum. dimiſerunt ſortem. & omnes promiſerunt præſidium.

Ad ærarium] Quia in ærarium ſolebant ſortiri.

VARIORUM.

Ex multorum annorum diſſenſione] Propter Sempronias & Cornelias leges de judiciis. lege Aſconium. *Muretus.*

Revocatos] Lege Aurelii Cottæ. *Id.*

Tribunos ærarios] Non magiſtratus, ſed ordinis nomen eſt: ut ex Aſconio colligitur. eorum munus erat, attributam pecuniam militibus dare. *Idem.*

Scribas item univerſos] Horum munus erat, acta publica ſcribere, & apparere magiſtratibus. eſt autem hoc quoque ordinis nomen. Cicero: *Quæ pars operæ, aut opportunitatis in ſcriba eſt; cur ei non modo merces tanta detur; ſed cur cum eo tanta pecunia partitio fiat?* Ordo eſt honeſtus, quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? eſt vero honeſtus: quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ periculaque magiſtratuum committuntur. Diſtributi erant in aliquot decurias. quarum in aliqua locum ſibi emere conſueverant; qui ſcribæ fieri volebant. Æmilius Probus in vita Eumenis ait, *ſcribæ munus multo eſſe apud Græcos honorificentius, quam apud Romanos. nam apud nos*, inquit, *revera, ſicut ſunt, mercenarii ſcribæ exiſtimantur. at apud illos contra, nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide, & induſtria cognita: quod neceſſe eſt, omnium conſiliorum eum eſſe participem.* Idem.

Frequentaſſet] Ad ſortiendas, ut opinor, inter ſe procurationis ſuæ partes. *Idem.*

Ad ærarium frequentaſſet] Ita editum voluit Guilielmius cum Lambino, voce Plautina. & ſic erat in Colonienſi & V. quorum prior ſtatim etiam commate auctior eſt: *video ab amore debitæ pecuniæ, ab expectatione ſortis.* quod ad obruſſam veritatis adfricabunt critici otioſiores. *Gruterus.* *Frequentaſſent* mei quoque probant. ſed Francii, & Duisburg. cum vulgatis *frequentes advocaſſet*. Sed hoc eſt Latinis frequentare, non Plauto modo, qui Ciſtell. 1, 1:

Poſt iſtoc quidem nos pretio eſt facile
Frequentare tibi.

Quem locum recentiſſimi intepretes non intellexerunt, cum ajunt *frequentare tibi*, pro *frequentare te.* Hic eſt ordo verborum, facile eſt tibi frequentare iſtoc pretio, pro frequenter arceſſere, facere ut frequentes ad te veniamus. Non apud Plautum ſolum, ſed & in hac agentis notione ſic habetur apud Tullium in oratione pro domo ſua: *An tu populum Romanum eſſe illum putas, qui conſtat ex iis, qui mercede conducuntur?* &c. *quem tu tamen populum, niſi tabernis clauſis, frequentare non poteras.* Convocare ut operam tibi præſtent. Ceterum illa verba *ab amore debitæ pecuniæ*, quod in Colonienſi & Verdenſi reperit Guilielmius, leguntur etiam in excerptis Pithœi,

debitae pecuniae, ab expectatione ſortis ad communem ſalutem eſſe converſos. Omnis ingenuorum adeſt multitudo, etiam tenuiſſimorum. Quis eſt enim, cui non haec templa, adſpectus urbis, poſſeſſio libertatis, denique lux haec ipſa, & hoc commune ſolum patriae cum
8 ſit carum, tum vero dulce atque jucundum? Operae pretium eſt, P. C. libertinorum hominum ſtudia cognoſcere, qui ſua virtute fortunam civitatis conſecuti, hanc vere ſuam patriam eſſe judicant: quam quidam hinc nati,

thœi, meo ſecundo, & Erfurt. in quo tamen ab eadem manu margini ſunt adſcripta, cum nota, hic ea debere inſeri. quæ ſane non fuerunt negligenda. Ignoramus quidem, quæ pecunia fuerit ſcribis in ærario pendenda, ſed num propterea tot veterum codicum ſcriptura fuit repudianda. An non æque ignoramus, quæ fuerit *ſors* illa, quam expectabant ad ærarium? Repoſui igitur, quæ in antiquis membranis leguntur. Sortitæ autem ſunt ibi decuriæ, ut conjicit Muretus non modo, ſed clare docet Anonymus vetus Scholiaſtes, functionis ſuæ partes, quas ſuſtinerent ad certum tempus, & forte alia procuratio fuit alia lautior & fructuoſior. Tempore ſtato elapſo videntur conveniſſe ad ærarium decuriæ, ut cuilibet pro opera reip. navata debita pecunia ſolveretur, denuoque tum fuiſſe illæ ſortitæ de futuri temporis, ſive id menſtruum, ſive trimeſtre, ſive annuum fuerit, nam hæc incerta ſunt, ſtatione, quam quæque obiret. vide Scholiaſten. *Gravius.*

Qui ſua virtute fortunam civitatis] Multi libri veteres: *Qui fortuna ſua hujus civitatis jus conſecuti*: idque verum eſſe arbitror. nam, conſequi jus civitatis, probe & uſitate dicitur: conſequi fortunam civitatis, neſcio, an uſquam legatur. *Muret.* *Qui ſua virtute fortunam hujus civitatis conſecuti*] Ita legebatur paſſim, antequam Muretus prodiderat, eſſe mſſ. in quibus hæreret, *qui fortuna ſua civitatis jus conſ.* id invaſit Lambinus ejuſque adſeclæ. at prius tamen hærere in Pal. ſec. in E. H. F. V. aperte teſtor. ceteros autem Palatinos retinere potius, *qui ſua fortunam hujus civitatis.* nam decimus ſolum præfert. *qui fortunam civitatis conſecuti.* Grut. Erf. & omnes noſtri, ut ante Lambinianam omnes editi: *qui ſua virtute fortunam hujus civitatis conſecuti.* quod nolim ego damnare. Nam quamvis frequenter legatur, *jus civitatis conſequi*, an propterea *fortunam civitatis conſequi* improbandum? *Fortuna* eſt ſtatus, conditio. Cic. 1 de offic. *Eſt autem infima conditio & fortuna ſervorum.* Pro Milone: *Si in gladiatoriis pugnis, & infimi generis hominum conditione atque fortuna timidos & ſupplices, & vivere liceat obſecrantes, etiam odiſſe ſolemus.* Et contra Quintus frater ad Marcum in l bello de petit. Conſul. *Quanto melior tibi fortuna petitionis data eſt, quam C. Cœlio.* quanto tua conditio in petendo conſulatu melior eſt, quam Cœlii. Cur ergo non liceat dicere, *ſua virtute conſecutus eſt fortunam civitatis Romanæ*, ſeu ſtatum civis Romani, aut e contrario, *ſuis flagitiis conſecutus eſt fortunam ſervitutis?* Malo ſane ego ſcriptorum codicum, quos præter me viderunt Victorius, Manutius, Lambinus, Gruterus, tueri, quam ſolitæ unius & alterius, quos ſolus Muretus vidit, fidem ſequi. Non minus frequens eſt loquendi hoc genus, *jus fortuna civitatem conſequi*, quamvis non ignorem, quæ hujus locutionis vis ſit, quam iſtud, *virtute fortunam civitatis conſequi.* Gravius.

Civitatis jus] Qui enim juſtam plenamque libertatem aſſequebantur, ſimul & liberi fiebant, & cives Romani. ut qui manumittebantur vindicta. *Muretus.*

ti, & ſummo nati loco, non patriam ſuam, ſed urbem hoſtium eſſe judicaverunt. Sed quid ego hujuſce ordinis homines commemorem, quos privatae fortunae, quos communis reſpublica, quos denique libertas ea, quae dulciſſima eſt, ad ſalutem patriae defendendam excitavit? ſervus eſt nemo, qui modo tolerabili conditione ſit ſervitutis, qui non audaciam civium perhorreſcat: qui non haec ſtare cupiat: qui non tantum quantum audet, & quantum poteſt, conferat ad communem ſalutem voluntatis. Quare ſi quem veſtrum forte commovet hoc, quod auditum eſt, lenonem quendam Lentuli concurſare circum

ANONYMUS.

Lenonem, inquit, Lentuli] Hominem, inquit, ſuum Lentulus miſit. noluit dicere hominem. impoſuit illi nomen turpe, *Lenonem quendam.* ut oſtendat, non poſſe a tali populum corrumpi.

VARIORUM.

Sed quid ego hujuſce ordinis homines commemorem, &c.] Mavult Guilielmius quod eſt in H. & V. *Sed quid ego hoſce homines ordineſque com.* quomodo item Pall. quatuor & editio vetus. nam Pal. pr. *ego hos & hujuſce ordinis homines com.* Grut. Erfurt. *ſed quid ego hujus ordinis homines commemoro?*

Qui modo tolerabili conditione ſit ſervitutis] Servorum quaſi gradus erant, & aliorum melior, aliorum deterior conditio: ut atrienſium, & ordinariorum melior, quam vicariorum & mediaſtinorum. *Muretus.* *Qui modo tolerabili conditione ſit ſervitutis*] Pal. ſec. *qui non modo tolerabili conditione ſit ſervus.* ſext. non agnoſcit *modo* Gruterus.

Qui non audaciam civium perhorreſcat] Ita omnes Pall. & H. G. Ah. V. & olim excuſi. poſteriores *civium ve:literum perhorreſcat*, minus ingenue. *Idem.*

Qui non hac ſtare cupiat] Sic reſtitui. noſtrorum omnium librorum manuſcr. auctoritate fretus, longe ſine controverſia concinnius, & melius, quam vulgo impreſſum eſt, *qui non obſtare cupiant:* quam lectionem, quamvis ſit ſpecioſa, qui non videt eſſe adulterinam, ab iis, qui antiquam non intellexerant, ſuppoſitam, is ſe nihil videre fateatur. porro M. Tullius, cum haec pronuntiabat. *qui non hac ſtare cupiat:* manu porrecta, aedificia urbis Romae, publica, & privata demonſtrabat. *Lamb.* *Qui non hac ſtare cupiat*] Sic iidem noſtri, niſi quod pr. & ſextus Pal. *hic ſtare.* ſenſu non ita abſurdo. editi prius ante Lambinum, *non obſtare cup.* Grut. Firmat *qui non hac ſtare cupiat.* Erfurt. & alii codd.

Ad communem ſalutis voluntatem] Quidam veteres libri: *Ad communem ſalutem voluntatis.* Muretus. *Ad communem ſalutem voluntatis*] Eſt a Pal. pr. ſec. nono atque Gembl. & V. reperitque in ſuis aliquot Muretus: unde admiſit Lambinus. *Grut.* Confirmant omnes noſtri.

Lenonem quendam Lentuli] Salluſtius: *Dum hac in ſenatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & T. Vulturcio, comprobato illorum indicio, praemia decernuntur: liberti, & pauci ex clientibus Lentuli, diverſis itineribus, opifices atque ſervitia in vicis ad eum eripiendum ſolicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio remp. vexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios, familiam atque libertos ſuos lectos, & exercitatos orabat in audaciam: ut grege facto cum telis ad ſeſe irrumperent.* Appianus: Αὐτῶ δὲ Λέντλου καὶ Κεθήγου θεράποντες, οἵ τε ἐξελεύθεροι χειροτέχνας πολλοὺς προσλαβόντες, κατ' ἀγυιὰς ὁδοὺς ἐπῄεσαν ἐπὶ τὰς τῶν στρατηγῶν οἰκίας, ὡς τοὺς δεσπότας ἐξαρπασόμενοι. Idem etiam narrat Dio. *Muret.*

cum tabernas, pretio ſperare ſollicitari poſſe animos egentium atque imperitorum: eſt id quidem coeptum atque tentatum: ſed nulli ſunt inventi tam aut fortuna miſeri, aut voluntate perditi, qui non ipſum illum ſellae atque operis, & quaeſtus quotidiani locum, qui non cubile ac lectulum ſuum, qui denique non curſum hunc otioſum vitae ſuae ſalvum eſſe velint. multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis ſunt: niſi vero, id enim potius eſt dicendum, genus hoc univerſum amantiſſimum eſt otii. etenim omne eorum inſtrumentum, omnis opera ac quaeſtus frequentia civium ſuſtentatur, alitur otio: quorum ſi quaeſtus occluſis tabernis minui ſolet, quid tandem incenſis futurum fuit? Quae cum ita ſint, P. C. vobis populi Romani non deſunt praeſidia: vos ne populo
9 Romano deeſſe videamini providete. Habetis conſulem ex plurimis periculis & inſidiis, atque ex media morte non ad vitam ſuam, ſed ad ſalutem veſtram reſervatum: omnes ordines ad conſervandam rempublicam mente, voluntate, ſtudio, virtute, voce, conſentiunt: obſeſſa facibus & telis impiae conjurationis vobis ſupplex manus ten-

ANONYMUS.

Sellae atque operis] Bene locum paupertatis deſcripſit.

Quae cum ita ſint P. C.] Iam hic cohortatio eſt poene ad occidendos.

VARIORUM.

Pretio ſperare ſollicitari, &c.] Haud aliter noſtri & V. nec non Gembl. vulgata *ſperantem*. Gruterus.

Imo vero id enim, &c.] Sic quidem hodie legitur, ſed ſupremae vetuſtatis cuti, *niſi vero*, quod & exſtat in Pall. omnibus, at in V. eſt, *niſi videro* quem ſolum excuſſit Guilielmius. aliorum variantes lectiones nactus videtur ab aliis. *Idem*. Sic & L. furt. & alii, *niſi vero, id enim*.

Frequentia civium ſuſtinetur] Codex Memm. & alii omnes habent, *ſuſtentatur*. Lambinus. Sic & Grav. prim. Erfurt. Franc. Duisb. In Pith. excerptis: *Frequentia ſuſtentatur*.

Occluſis tabernis] Vt cum itur ad ſaga: cum tumultus eſt in civitate: in luctu publico. *Muretus*.

Incenſis] Erat autem futurum, ut incenderentur, ſi conjurati, quod moliebantur, efficere potuiſſent. *Idem*. *Quid tandem incenſis futurum fuit*] Ita Pall. omn. at reſtat in Hitt. *futurum ſit*, quod ultimum putarim interpretamentum prioris. Guilielmius tamen conjicit, *futurum fiet*. niſi tamen, inquit, ſuſpicari libet, alterutrum e gloſſemate eſſe, & fortean ſcribendum, *quid tandem incenſis fiet?* cur autem magis putem illud *futurum*, hic legitimum, nec requiri *eſt*, facit liber Mureti, & F. & Ab. & V. in quibus *futurum fuit?* haec enim diverſitas arguit fucum. *Gruter*. Palatinis accedit Erfurt. & alii noſtri.

Obſeſſa facibus & telis] Perſonae fictio ad animos commovendos efficaciſſima. *Muretus*.

ANO-

tendit patria communis: vobis ſe, vobis vitam omnium civium, vobis arcem & Capitolium, vobis aras Penatium, vobis illum ignem Veſtae ſempiternum, vobis omnia deorum templa atque delubra, vobis muros atque urbis tecta commendat. Praeterea de veſtra vita, de conjugum veſtrarum ac liberorum anima, de fortunis omnium, de ſedibus, de focis veſtris, hodierno die vobis judicandum eſt. Habetis ducem memorem veſtri, oblitum ſui: quae non ſemper facultas datur: habetis omnes ordines, omnes homines, univerſum populum Rom. id quod in civili cauſa hodierno die primum videmus, unum atque idem ſentientem. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute ſtabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggerataſque fortunas una nox quam paene delerit. Id ne umquam poſthac non modo confici, ſed ne cogitari quidem poſſit a civibus, hodierno die providendum eſt. Atque haec non ut vos, qui mihi ſtudio paene praecurritis, excitarem locutus ſum: ſed ut mea vox, quae debet eſſe in rep. princeps, officio functa conſulari videretur. Nunc ante quam, Patres Conſcripti, ad ſententiam redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus eſt, conjuratorum, quam videtis eſſe permagnam, tan-

ANONYMUS.

Hodierno die] Vt oſtendat non poſſe differri.

VARIORUM.

Illum ignem Veſta] De quo vide Ovidium in Faſtis, & Plutarchum in Numa. *Mur.* *Illum ignem Veſta perpetuum ac ſempiternum*] Lambinus delevit *perpetuum ac*, aberatque Ah. H. V. ſed tamen cum hæreat in edd. antiqq. & Pall. omn. locum ei ſuum reliqui. *Gruterus.* Iſta vero duo verba in Francii tantum libro extant, in utroque meo, Erfurt. Duisburgenſi, Pith. non leguntur, & puto ego interpretationem eſſe τῦ *ſempiternum*. Grævius.

Omnia templa deorum] Erfurt. Duisb. & alii: *Omnium deorum templa.*

Id quod in civili cauſa hodierno die primum videmus] H. & Ah. non habent *die*, probaturque Guilielmio, ut ſit adverbium temporis, ut *horno*, *anno*, *de repentino*, ſexcenta alia. *Gruterus.* Sic & Græv. ſecundus.

Vna nox pene delerit] Turingicus & Col. *una nox quam pene delerit*. longe venuſtius. *Gruterus.*

Ne cogitari quidem poſſit a civibus, vobis hodierno die prov. &c.] Reſtitui editionis primæ ſcripturam, quæ & extabat in H. F. V. alludebantque Pall. in quibus *a vobis.* ſcilicet exaratum fuit primitus, *civibus.* vulgata; *poſſit, vobis hodierno.* Id. Lectionem a Grutero repoſitam ſtabilit Erfurt. & alii.

Nunc antequam ad ſententiam] Erfurt. *Nunc antequam, Patres Conſcripti, ad ſententiam.* Grævius.

tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe ſed eam eſſe judico turpem, & infirmam, & conte & abjectam. Quod ſi aliquando alicujus furore & concitata manus iſta plus valuerit, quam veſtra dignitas, me tamen meorum factorum atque conſil numquam, P. C. poenitebit. Etenim mors, quam hi fortaſſe minitantur, omnibus eſt parata: vitae laudem, quanta vos me veſtris decretis honeſtaſtis, eſt aſſecutus. Ceteris enim bene geſta, mihi uni c vata rep. gratulationem decreviſtis. Sit Scipio c ille, cujus conſilio atque virtute Hannibal in A redire atque ex Italia decedere coactus eſt: ornetu eximia laude Africanus, qui duas urbes huic impe feſtiſſimas, Karthaginem, Numantiamque delevi beatur vir egregius L. Paullus ille, cujus curru potentiſſimus quondam & nobiliſſimus Perſes ho vit: ſit in aeterna gloria Marius, qui bis Italiam dione & metu liberavit ſervitutis: anteponatur om

ANONYMUS.

Superior Africanus] Bello Punico ſecundo revocavit Hannibalem. Sequens Africanus Carthaginem Numantiamque delevit. Paulus Macedoniam & regem Perſam. Marius Teutonas & Cimbros. Pompejus mundi fines virtute ſubegit. Nunc Cicero praefert ſe omnibus meliorem.

Finit Liber IV. Incipit pro Ligario.

VARIORUM.

Omnibus eſt parata] Euripides:

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται. Muretus.

Veſtris decretis] Quid interſit ſenatus decretum, ac ſenatuſconſultum, e Sex. Pompejo cognoſces. *Idem.*

Ceteris enim bene geſta, mihi uni conſervata reip.] Abjecimus *ſemper*, ſuaſu H. & V. & fere erat ut praeterea admiſiſſemus lectionem ejuſdem H. ut & F. *bene geſta, mihi uni conſervata rep.* quomodo & alias legi, annotarum ad Pal. ſec. & ſic locutus fuit libro ſuperiore. *Grut.* Equidem: bene geſta, mihi uni conſervata quoque in Erf. & Duisb. quos ſec cum ſic ſemper loquatur Cicero.

Gratulationem] Eſt ſupplica qua diis gratias ag.bant. Phil *Supplicationes decernitis, hoſtem n latis: gratia vero veſtra diis imm gratulationes erunt, grata victis interfecta ſit civium multitudo?* nus l. 8. D. ad ſc. Turpilianum *tio aut publice ſit ob diem inſignem, blicam gratulationem, aut priva tore poſtulante.* Plura notavi ad Verrem. *Gravius.*

Sit Scipio] Africanus ſuperior vide Livium lib. 30. *Muretus.*

In Africam redire, atque ex Ita dere] Ὕστερον πρότερον. Idem.

Qui duas urbes] Vide Florun de iis autem qui poſtea nominant de Plutarchum in parallelis. *Ide*

Anteponatur omnibus] De eo oratione pro Dejotaro ad Ca *Tanto ille ſuperiores vicerat gloria, tu omnibus praeſtitiſti.* Idem.

Pompejus, cujus res geſtae atque virtutes iiſdem quibus ſolis curſus regionibus ac terminis continentur. erit profecto inter horum laudes aliquid loci noſtrae gloriae: niſi forte majus eſt patefacere nobis provincias, quo exire poſſimus, quam curare, ut etiam illi, qui abſunt, habeant quo victores revertantur. Quamquam eſt uno loco conditio melior externae victoriae, quam domeſticae: quod hoſtes alienigenae aut oppreſſi ſerviunt, aut recepti beneficio ſe obligatos putant: qui autem ex numero civium dementia aliqua depravati hoſtes patriae ſemel eſſe coeperunt, eos, cum a pernicie reipublicae repuleris, nec vi coercere, nec beneficio placare poſſis. Quare mihi cum perditis civibus aeternum bellum ſuſceptum eſſe video: quod ego veſtro bonorumque omnium auxilio, memoriaque tantorum periculorum, quae non modo in hoc populo, qui ſervatus eſt, ſed etiam in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper haerebit, a me atque a meis facile propulſari poſſe confido. neque ulla profecto tanta vis reperietur, quae conjunctionem veſtram equitumque Romanorum & tantam conſpirationem bonorum omnium perfringere & labefactare poſſit. Quae cum ita ſint, Patres Conſcripti, 11
pro imperio, pro exercitu, pro provincia, quam neglexi, pro triumpho, ceteriſque laudis inſignibus, quae ſunt a me, propter urbis veſtraeque ſalutis cuſtodiam, repudiata, pro clientelis, hoſpitiiſque provincialibus, quae tamen urbanis opibus non minore labore tueor, quam comparo: pro his igitur omnibus rebus, pro meis in vos ſingularibus ſtudiis, proque hac, quam conſpicitis, ad

Vt illi qui abſunt] Huc pertinet dictum Pompeji, quod refertur lib. 1 de offic. *Muretus.*

Aut recepti, beneficio, &c.] Additur ad oram Lamb. ed. alias legi in vulgg. *aut recepti in amicitiam*; inepte. notum vel ex Terentio quid ſit, *recipere*. Gruterus.

Non minore labore tueor, quam comparo] Hoc ex Demoſthene traxit, qui χαλεπώτερον dicit eſſe τὸ φυλάττειν τῶ κτήσασθαι τ' ἀγαθά. Fulvius Urſinus.

Pro his igitur omnibus] Illud *igitur*, mutatum in Hitt. in *ergo*: faciebat inde Guilielmius *ego*. Gruterus.

Ad

ad conſervandum remp. diligentia, nihil aliud a vobis, niſi hujus temporis, totiuſque mei conſulatus memoriam poſtulo: quae dum erit veſtris mentibus infixa, firmiſſimo me muro ſeptum eſſe arbitror. Quod ſi meam ſpem vis improborum fefellerit atque ſuperaverit, commendo vobis parvum meum filium: cui profecto ſatis erit praeſidii non ſolum ad ſalutem, verum etiam ad dignitatem, ſi ejus, qui haec omnia ſuo ſolius periculo conſervaverit, illum eſſe filium memineritis. Quapropter de ſumma ſalute veſtra, P. C. populique Romani de veſtris conjugibus ac liberis: de aris ac focis; de fanis ac templis; de totius urbis tectis ac ſedibus; de imperio, de libertate, de ſalute Italiae, deque univerſa republica decernite diligenter, ut inſtituiſtis, ac fortiter. Habetis eum conſulem, qui & parere veſtris decretis non dubitet, & ea, quae ſtatueritis, quoad vivet, defendere & per ſe ipſum praeſtare poſſit.

Ad conſervandam rempubl. diligentia] Meus primus, & Erfurt. *adeo conſervanda reip. diligentia.* forte: *adeo conſervanda reip. diligentia.* Præterea in præcedentibus verbis pro vulgatis, *quam conſpicitis*, Erfurt. & Duisb. *quam proſpicitis.* Grævius.

Firmiſſimo me muro ſeptum] Meus primus, & Erfurt. *tutiſſimo me muro ſeptum.* Paullo ante Francii & Erf. *Totiuſque mei conſulatus memoriam poſtulabo, quæ erit in veſtris fixa mentibus.* Paullo inferius ex eodem codice reſcripſi: *Quapropter de ſumma ſalute veſtra P. C. populique R.* cum in vulgatis ſit: *Quapropter de ſumma ſalute veſtra populi R. P. C.* Grævius.

Qui hac omnia ſuo ſolus periculo] Erf. Hitt. V. *ſuo ſolius periculo.* nihilo deterius vulgato. Pal. pr. videtur malle *ſui ſolius periculo*, quod etiam non malum. *Gruterus.* Meus primus quoque elegantem ſcripturam illam *ſuo ſolius periculo* ſervavit.

De aris ac focis] Has quatuor voculas omiſere editiones Lambinianæ, quæ tamen in omni ſcripta lectione atque edita. *Gruterus.*

Habetis enim Conſulem] Editio princeps, *Habetis enim eum Conſulem.* noſtri ſcripti plerique: *Habetis eum*, ſine illo *enim.* non male. *Idem.* Profecto optime & efficaciſſime applaudente utroque meo & Pithœano. *Grævius.*

Et per ſe ipſum præſtare poſſit] Sic Pall. & edd. vett. ſed Colon. *præſtare quoad poſſit*, quod genuinum habet Guilielmius; & eſſe videtur. *Gruterus.* Exiſtimo Ciceronem ſcripſiſſe: *& per ſe ipſum quoad poſſit præſtare.* Grævius.

Finis Tom. II. Part. I.

[redacted]

PAVLLI MANVTII

COMMENTARIVS

IN

M. TVLLII CICERONIS

ORATIONES.

TOM. II. PARS I.

[redacted]

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XIII.

Capvt I.

Pag. 3. *Qvamquam mihi ſemper*] Orditur a modeſtia ſua: quod benevolentiam conciliat: & ſuperioris vitæ rationem exponit: ne ſerius fortaſſe, quam deceret, cœpiſſe de roſtris verba facere videatur.

Hic autem locus] Ipſa roſtra, ex quibus tunc primum concionabatur, Manliam legem ſuadens.

Ad agendum] De lege aliqua, id enim eſt agere cum populo. Gellius ex Meſſalla.

Ampliſſimus] Cum in eo, qui de roſtris cum populo agat, auctoritas maxima ſit.

Ad dicendum ornatiſſimus] Cum dicenti plurimum afferat ornamenti. Diſtinguit, agere, & dicere. illud ad rem, quæ agitur, hoc ad ejus, qui agit, orationem pertinet.

Optimo cuique] Vel magiſtratum gerenti, vel privato, data a magiſtratu concione.

Pag. 4. *Mea vitarationes*] Quia me totum ab ineunte ætate, omiſſa rerum publicarum cura, ad agendas cauſſas contuli. planius hoc infra: *Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putavi.*

Ab ineunte ætate] Non pueritiam, ſed adoleſcentiam ſignificat: adoleſcens enim, natus annos XXVI, Decula & Dolabella cos. privatam pro P. Quinctio cauſſam egit, publicam anno ſequenti, pro Roſcio Amerino, Sulla & Metello cos.

Prohibuerunt] Quamquam enim & quæſtor, & ædilis fuerat, de roſtris tamen nondum dixerat.

Per ætatem] Graviſſimis tantum viris patere aditum ad hunc locum exiſtimabam.

Statueremque] Tertia cauſſa, cur antea roſtra non aſcenderit. Prohibuit vitæ ratio, ab ineunte ætate ſuſcepta: Pudor deterruit: judicium non permiſit: cum ſtatuerem, nihil huc, niſi perfectum ingenio, elaboratum induſtria, afferri oportere.

Perfectum ingenio, elaboratum induſtria] Ingenio res inventas perficit induſtria.

Amicorum temporibus] Ita meum tempus traducendum putavi, ut amicorum tempora tulerunt, cauſſas eorum egi, laborantibus opem tuli.

Tranſmittendum] Traducendum. ſic enim accipio: ut auferendi caſu *temporibus* dictum ſit.

Pag. 5. *Qui veſtram cauſſam defenderent*] Roſtra enim nemo, niſi pro populo dicturus aſcendit.

Caſte, integreque] Ita multos defendi, ut me numquam pecunia corruperit, numquam a veritate & innocentia deflexerim. Vel, *caſte*, nulla lege violata: *Integre*, recto animi ſenſu.

Ex veſtro judicio] Quod in prætore me cunctis centuriis renunciando declaraſtis.

Propter dilationem comitiorum] Cum ea, quaſi vitium aliquod obveniſſet, irrita putarentur, ideoque ſemel & iterum inſtaurata eſſent.

Prætor primus] Quod etiam in Bruto gloriatur: *Et prætor*, inquit, *primus*, *& incredibili populari voluntate ſum factus.* Prætor autem primus, quia plures, quam ceteri, centurias tuliſſet.

Pag. 6. *Quid aliis præſcriberetis*] Quid? hoc ſcilicet, ut ita viverent, quemadmodum ego vixi, ſuumque tempus amicorum temporibus tranſmitterent.

Honoribus] Præſertim prætura, qui magiſtratus major eſt.

Mandandum] Tribuendum.

Pag. 7. *Certe. &*] Et, ex antiquo libro delendum puto. hæc enim concluſio eſt, e duabus nata ſuperioribus cauſſis.

Iis] Vobis.

Ei quoque rei] Induſtriæ, quæ ponitur in amicis defendendis.

Fructum] Fructus prætura fuit.

Suo judicio] Mandandis honoribus: quo facile poſſum de me quid judiceris intelligere.

De Cn. Pompeji] Vis eſt in nomine. jam enim ex rebus geſtis Magnus appellabatur.

Exitum] Propter copiam rerum, quæ de illius virtute dici poſſunt.

CAPVT II.

Atque ut inde] Narrationis initium ſum ita tribus cauſſis, a bello, a damno, ab hoſte. de bello quid eſt, quod ad populum commovendum dici poſſit? grave, & periculoſum eſſe, de damno? calamitatem inferri vectigalibus populi Romani. de hoſte? non unum eſſe hoſtem, ſed duos, & duos reges, & reges potentiſſimos.

Atque ſociis] Hoc & reges nomine continentur. infra: *Regno expulſus eſt Ariobarzanes rex, ſocius populi Romani atque amicus.*

Tigrane] Mithridatis genero, Armeniæ rege.

Alter relictus, alter laceſſitus] Relictus Mithridates a Lucullo victore: de quo paullo poſt, *Lucullum, magnis rebus geſtis ab eo bello diſcedere:* laceſſitus Tigranes ab eodem Lucullo, qui exercitum in Armeniam præter ejus opinionem trajecit. Plutarchus.

Pag. 8. *Occaſionem*] Lucullo diſcedente.

Aſiam] Cujus certiſſima & magna vectigalia.

Equitibus Rom.] Publicanis, qui Aſiæ vectigalia de cenſoribus conduxerant.

Pag. 9. *Occupata*] Quid ſit occupata, fortaſſe non omnes animadvertunt. eſt autem, in iis rebus, unde lucrum ſperatur, collocata. ſic pro Flacco: *Pecuniam adoleſcentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, collocaviſti.* Et in Verrem lib. 1. *Pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas fecerat.* Nonius etiam ſic interpretatur.

Ad me] Non ut principem civitatis, ſed ut ad hominem conjunctiſſimum. ideo ſubjungit, *pro neceſſitudine*, quæ mihi eſt cum illo ordine.

Pro neceſſitudine] Plus eſt, quam amicitia. neceſſitudinis autem cauſſa, quod Cicero patre natus equite Romano.

Cauſſam reip. periculaque rerum ſuarum] Cum privata cauſſa publicam conjungit: ne de ſolis equitibus, ordine ſibi conjunctiſſimo, laborare videatur.

Nunc] Paullo enim ante regnum fuerat. reliquit eam populo Romano Nicomedes rex Octavio & Cotta Coſ. Eutropio teſte.

Veſtra provincia] Hoc non diceret in ſenatu, dicit autem in roſtris, quia publicæ res non cuivis de populo notæ erant.

Regnum Ariobarzanis] Cappadociam. Falluntur, qui putant hunc eum eſſe, quem bis antea pulſum, & reſtitutum, tertio pulſum Pompejus reſtituit. hic enim rex eſt Cicerone prætore, quo hæc anno habita oratio eſt: quem vero Pompejus reſtituit, cum ſenatus Cicerone conſule regem appellavit: ut ep. 17. lib. 2. ad Caninium quem filium ejus fuiſſe, qui hic nominatur. licet intelligere cum ex eadem epiſtola, tum ex lib. xv. ad Catonem.

Quod finitimum eſt veſtris vectigalibus] Itaque celeritatem auxilii res deſiderat.

Pag. 10. *Huic qui ſuccurrerit*] Pro, ſucceſſerit. ſucceſſerat autem M. Acilius Glabrio, ſuperioris anni conſul. nam ei Bithynia provincia cum bello Mithridatico contigit. Plutarchus in Pompejo, Dio lib. xxxv.

Cauſſa quæ ſit videtis] Quæ res agatur, quo in periculo veſtra vectigalia ſint, quis ad bellum imperator depoſcatur, jam videtis. Et, *videtis*, dixit quaſi re ante oculos propoſita. quam ſententiam,

tiam, *intelligitis*, aut, *cognoſcitis*, non exprimebat.

Pag. 11. *Excitare, atque inflammare*] Diverſa tranſlata: quæ ſi uno loco ſint, vitioſum putatur: ſed hic excuſantur, quia, ſicut alia multa, in propriorum naturam, uſu jam trita, tranſierunt.

Tradita eſt] Quo turpius videtur amittere. Infra. *Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere, ſic vobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepiſtis, tueri & conſervare non poſſe.*

Certiſſima] Oratorie ſervit tempori. nam orat. 2. in Rullum negat ullum vectigal eſſe certum excepto Campano. aut, *certiſſima*, pacatis temporibus, non, ut Campanum quovis tempore. dicit enim infra: *Ceteris in rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non ſolum adventus mali, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem.*

Et pacis ornamenta, & ſubſidia belli] Fructibus enim vectigalium & pax ornatur, & bella ſuſtentantur. Sic in Rullum orat. 2. *Pacis ornamentum, ſubſidium belli, fundamentum vectigalium. Hic vero*, infra inquit, *ſi & belli utilitatem, & pacis dignitatem ſuſtinere vultis.*

Requiretis] Non habebitis. quod enim adeſt non requiritur.

Multorum civium] Equitum Romanorum, quorum res magnas in vectigalibus exercendis occupatas eſſe dixit.

Et a moderatoribus reip.] A ſenatu. moderari, eſt regere. lib. 2. de Nat. deor. *Rectorem, & moderatorem, & tamquam architectum tanti operis, tantique muneris.*

CAPUT III.

Pag. 12. *Semper appetentes gloriæ*] Quæ re militari maxime quæritur. paullo ante. *Agitur populi Romani gloria, quæ vobis a majoribus cum magna in rebus omnibus, tum ſumma in re militari tradita eſt.*

Pag. 13. *Una die*] *Die*, dixit, pro tempore. id enim intra diem trigeſimum fieri Mithridates juſſit, auctore Appiano, quamquam in epitome Liviana, *uno die*, legatur. nos autem, quod veriſimilius eſt, id potius credimus.

Tota Aſia] Ea ſcilicet, quæ ipſi parebat. nam pars melior, quæ infra *lux Aſiæ* vocatur, populi Romani erat.

Regnat, & ita regnat] Figura exornandæ ſimul & amplificandæ orationis, ut infra: *De Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione noſtra, neque falſa affictа eſſe videatur.* Aliquanto poſt. *Quid aut Colophonem, aut Samum, nobiliſſimas urbes, innumerabileſque alias captas eſſe commemorem; cum veſtros portus, atque eos portus quibus vitam & ſpiritum ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis?* In Divin. *Huic ego homini jam ante denuncio, ſi a me cauſam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam eſſe mutandam, & ita tamen mutandam, ut meliore, & honeſtiore condicione ſit, quam ipſe eſſe vult.* Pro Rabirio Perd. R. *Quid eſt tam veriſimile, quam cariorem huic ſororis maritum, quam ſororis filium fuiſſe? atque ita cariorem, ut alter vita crudeliſſime privaretur, cum alteri ad prolationem judicii biduum quæreretur?*

Cappadociæ latebris] Quia gentium univerſarum, quæ Pontum accolunt, una maxime introrſus recedit. orat. 2. in Rullum: *In Paphlagoniæ tenebris, atque in Cappadociæ ſolitudine.*

Veſtri imperatores] Duo, Sulla, ejuſque legatus Murena.

Inſignia victoriæ] Signa, & indicia victoriæ, ut ad Appium: *Inſignia virtutis multi etiam ſine virtute conſecuti ſunt.* Alii, *inſignia victoriæ*, triumphos, interpretantur: ſed, *ab illo reportarent*, ad triumphos referri poſſe non videtur. non enim a Mithridate triumphum reportarunt, ſed victoriæ ſigna, quæ triumphus poſtea eſt conſecutus.

Laus eſt tribuenda, quod egerunt, venia danda, quod reliquerunt] Ex eo, quod egerunt, ex eo, quod reliquerunt. hoſtem enim ſuperarunt, non omnino ſuſtulerunt.

Pag. 14. *Reſp.*] Optimates, in quibus potius quam in plebe, reſp. ſita eſt. optimates autem in Sullæ partibus, plebs in Marianis præſidiis fuit. cumque a Mario, & Cinna reſp. bellum

Mithridaticum gerente Sulla, vexaretur; eum in Italiam revocavit.

Revocavit] Decula, & Dolabella Cos. quo primum anno dictaturam Sulla geſſit.

CAPVT IV.

Omne reliquum tempus] Poſt Murenæ diſceſſum.

Non ad oblivionem veteris belli] Non modo, a duobus imperatoribus victum ſe eſſe, oblitus non eſt, ſed etiam, de victoria cogitans, totum ſe ad novum bellum contulit.

Ornaſſetque claſſes] Ornare, pro inſtruere, ut *ornare provincias*, *ornare prandium*, uſurpari ſolere plerique ſciunt.

Boſporanis] Qui ab ipſo ad Romanos defecerant.

Simulaſſet] Vere tamen eis bellum intulit. ſed *ſimulaſſet* dixit, quia Mithridates nihil ſe præter Boſporanum bellum cogitare ſimulaſſet, cum tamen ad Sertorium in Hiſpaniam legatos mitteret Appianus.

In Hiſpaniam] Ad Sertorium, Marianarum partium ducem, bellum, contra remp. gerentem.

Legatos] L. Magium, & L. Fannium, qui nominantur lib. 1. in Verrem. ubi Aſconius, *Hi transfugæ*, inquit; *facti a Mariano exercitu, apud Mithridatem agentes, ab eodem rege ad Sertorium miſſi erant de paciſcenda ſocietate belli adverſus Romanos: quos in Italia jam poſitos, & ad Sertorium feſtinantes, & hoſtes judicaverat, & inquirendos mandaverat ſenatus.*

Et litteras miſit] Libri veteres quinque, *Ecbatanis miſit* quod non diſplicet, ac dicam etiam, placet. nam, *& litteras*, frigidum eſt: & cum legatos miſerit Mithridates, de litteris adjungere minime neceſſarium videtur. mutationis occaſionem dedit ignorantia urbis Ecbatanorum, quæ Medici caput imperii fuit, in ditione Tigranis. de Media autem, aliiſque regionibus victis Mithridate & Tigrane, Pompejum triumphaſſe, auctor Plutarchus: & quoniam non de Ecbatanis, ſed de Sinope, Ponti urbe regia, mentionem Cicero facit, cum ait de Magio, & Fannio: *Hoc illi navigio ad omnes populi Romani hoſtes uſque ab Dianio, quod in Hiſpania eſt, ad Sinopen, quæ in Ponto eſt, navigaverunt:* poteſt oriri dubitatio, quaſi mendoſum ſit, *Ecbatanis*, cum Cicero de Sinope loquatur. in quo primum illud reſpondeo, Magium, & Fannium Ecbatanis profectos eſſe a Mithridate ad Sertorium, rurſus a Sertorio ad Mithridatem Sinopen veniſſe. deinde fieri poteſt, ut amplificandi cauſſa in hac oratione Ecbatana potius, quam Sinopen, nominare voluerit, ut eam urbem, quo longius ab Hiſpania diſtaret nec tamen impedio quin, utrum malit, lector ſequatur. mihi quidem illud, *& litteras*, ut dixi, languidum, & otioſum videtur. Ecbatana autem, ut omittam, quod antiquorum librorum teſtimonio comprobatur, ea quoque ratione placet, ut duo disjunctiſſima loca nominentur, Hiſpania, & Ecbatana: quemadmodum duo quoque nominantur lib. 1. in Verrem, *ab Dianio ad Sinopen.*

Pag. 15. *Ab unis hoſtium copiis*] Si ſententiam conſideres, ſi veteres libros inſpicias, non, *ab unis*, ſed *a binis* legendum eſſe mecum ſenties. quo modo autem, *ab unis*, cum non unus, ſed hoſtes duo populi Romani, Mithridates, & Sertorius, nec uno loco, ſed duobus disjunctiſſimis bellum gererent? & ſententiæ non modo vis, verum etiam venuſtas quædam tamquam ex oppoſitis acquiritur, *Vno conſilio, a binis hoſtium copiis.*

Pag. 16. *Alterius partis periculum, Sertoriana, atque Hiſpanienſis*] Quis non videt, *Sertoriana atque Hiſpanienſis*, gloſſema eſſe? cum loquatur Cicero de notiſſimis rebus.

Quæ multo plus firmamenti, ac roboris habebat] Vel ita ſentit, vel Pompejo gratificatur, præſertim in comparatione Luculli.

Hac autem extrema] Quod Mithridates non modo regnum ſuum Pontum, diſcedente Lucullo, recuperaverit, verum etiam in populi Romani provinciam irruperit, victiſque una & altera pugna Romanis copiis, quibus legati a Lucullo relicti præerant, magnam Aſiæ partem occupavit. qua de

re

-pe infra, & apud Plutarchum, Appianum, alios.

Non culpæ, ſed fortunæ tribuendæ eſſe videantur] Non enim affuit Lucullus, cum accepta calamitas eſt, & excuſatur infra his verbis. *Veſtro juſſu coactus, quod imperii diuturnitati modum ſtatuendum, veteri exemplo, putaviſtis, partem militum, qui jam ſtipendiis confectis erant, dimiſit, partem Glabrioni tradidit.*

CAPVT V.

Majores veſtri] Cohortatio per comparationem: ut ex eodem fonte ſumitur accuſatio. quo de genere diximus in eo loco lib. v. in Verrem. *Vide, quid interſit inter tuam libidinem, majorumque auctoritatem; inter amorem, furoremque tuum & illorum conſilium, atque prudentiam. Illi aditum litoris Syracuſanis ademerunt: tu maritimum imperium conceſſiſti. Illi habere in eo loco Syracuſanum, quo naves accedere poſſent, noluerunt: tu claſſi, & navibus Syracuſanum præeſſe voluiſti. Quibus illi urbis ſuæ partem ademerunt, iis tu noſtri imperii partem dediſti.* Et orat. 2. in Rullum: *Videte, quid interſit inter Cn. Domitium, tribunum pl. hominem nobiliſſimum, & P. Rullum: qui tentavit, ut opinor, patientiam veſtram, cum ſe nobilem eſſe diceret. Domitius, quod per cærimonias populi fieri non poterat, ratione aſſecutus eſt, ut id, quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, populo ad partes daret, hic, quod populi proprium ſemper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutavit, quin ii, qui populo agros eſſent aſſignaturi, ante acciperent a populo beneficium, quam darent, id totum eripere vobis, atque e manibus extorquere conatus eſt. Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodam modo dedit: hic, quod adimi nullo pacto poterat poteſtate, quadam ratione eripere conatur.*

Pag. 17. *Mercatoribus*] Lib. v. in Verrem.

Injurioſius tractatis] Leviter offenſis. nam, *injurioſius*, minus eſt, quam *injurioſe*.

Tot civium Romanorum millibus] Centum quinquaginta millibus auctore Plutarcho.

Appellati ſuperbius] Sordes in eo eos de tectis injectas, ait Strabo, pulſatos, Livius, & Aſconius. Cicero neutrum dicit, ſed, *appellati ſuperbius*, ut oratorie rem minuat: quo magis populus Romanus in Mithridatem incendatur, qui legatum conſularem vinculis ac verberibus, atque omni ſupplicio excruciatum necaverat. Legatorum autem, item ut tribunorum pl. ſacroſancta corpora putabantur.

Legatum populi Romani conſularem] M' Aquillium, qui ſervos in Sicilia devicerat, conſul autem cum C. Mario fuerat. Epitome Liviana 77. & 78.

Pag. 18. *Verbo violatum*] Quod legati ſuperbius erant appellati.

Videte, ne] Proponit infamiam, ut agraria 2. in Rullum. Vt nunc vos de majoribus veſtris prædicatis; hunc agrum nobis majores noſtri reliquerunt: ſic veſtri poſteri de vobis prædicabunt, hunc agrum patres noſtri, acceptum a patribus ſuis, perdiderunt.

Regno expulſus eſt Ariobarzanes rex] Pater ejus, quem Pompejus poſtea reſtituit, atque hunc per inſidias necatum Cicero videtur indicare, cum ait in ep. ad Catonem: *Amicoſque in patris ejus fide, atque judicio probatos hortatus ſum, regis ſui vitam, docti caſu acerbiſſimo patris ejus, omni cura, cuſtodiaque defenderent.*

Pag. 19. *Exſpectare*] Cum ipſæ ſuis viribus hoſti occurrere potentiſſimo non audeant.

Alium] M' Acilium Glabrionem, ſuperioris anni conſulem.

Summo ſine periculo] Propter Acilii Glabrionis imperium.

Quod & vos] Callide: ne quod alii vident, & ſentiunt, populus Romanus ignorare videatur.

Vnum virum eſſe] Pompeji laudem cum quadam aliorum contumelia conjungit.

In quo ſumma ſint omnia] Scientia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas.

Prope eſſe] Piraticum enim bellum gerebat, & milites, & legiones in Aſiam in hiberna deduxerat. infra: *Hic miramur, hunc hominem tantum excellere ceteris, cujus legiones ſic in Aſiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exerci-*

tus, ſed ne veſtigium quidem cuiquam pacati nocuiſſe dicatur? Iam vero; quemadmodum milites hibernent, quotidie ſermones, ac litteræ perferuntur. Hoc multo poſt: *Accepta in Ponto calamitate ex eo prælio, de quo vos paullo ante invitus admonui, cum ſocii pertimuiſſent hoſtium opes, animique creviſſent; cum ſatis firmum præſidium provincia non haberet; amiſiſſetis Aſiam, Quirites, niſi ipſum id temporis divinitus Cn. Pompejum ad eas regiones fortuna populi Romani attuliſſet. hujus adventus Mithridatem, inſolita inflammatum victoria continuit, & Tigranem, magnis copiis minitantem Aſiæ, retardavit.*

Quo etiam tenent agros] Minus enim quod ſperatur, id minus etiam expetitur. minus autem ſperatur, quod longe diſtat, quam quod prope eſt: & contra.

Hoſtium impetus repreſſus eſſe] Sive hoc ita eſſet, ſive ſecus, oratorie ad Pompeji laudem refert: ut in ſervili quoque bello: quod cum M. Craſſus, abſente Pompejo, confeciſſet, *exſpectatione tamen Pompeji attenuatum atque imminutum, adventu ſublatum ac ſepultum*, infra dicit.

Quoniam libere loqui non licet] Metu proconſulis Acilii.

Sicut cæterarum provinciarum ſocios] Quibus opem juſſu veſtro Pompejus tulit.

Pag. 20. *Non multum ab hoſtili expugnatione differat*] Ob rapinas.

Nunc audiebant antea] Cum in Italia, Africa, Gallia, Hiſpania bellum gereret.

Tanta temperantia] Hanc virtutem primam nominat, ut opponat aliorum libidini, & rapacitati; quorum adventum in urbes ſociorum non multum ab hoſtili expugnatione differre, proxime dixit.

CAPUT VI.

Propter ſocios] Cum Antiocho, & Ætolis propter fœderatas Græciæ civitates, cum Philippo propter Athenienſes, cum Pœnis primo bello propter Meſſanam, Siciliæ urbem, altero propter Saguntum. Temporum autem ratio poſtulare videbatur prius ut Philippus quam Antiochus; [illegible] orat. 2. in Rullum: *Multa poſt* [illegible] *geſta cum regibus, Philippo, Antiocho, Perſa.*

Tanta ſint] Tanta, minuit; nihil auget, ut ad Caſſium. *Si quæ ſint* [illegible] *tantæ ſint, ut* [illegible] *poſſis; nihil tibi erit laudi*[illegible]*, ſint: ſin majora; conſidera, ne* [illegible] *tempus* [illegible] Cœlius ad Ciceronem: *Sin autem* [illegible] *non erit iſtic bellum, aut tantum erit, ut vos, aut ſucceſſores, parvis additis copiis ſuſtinere poſſitis: Curionem video* [illegible] *jactaturum.* Sic & Cæſar lib. [illegible] bell. Gall. *Hoc autem ſuis fortunæ* [illegible] *Romanorum contulit: præſidio* [illegible] *tum eſt, ut ne murum quidem* [illegible] *nec quiſquam egredi extra munitiones* [illegible]*:* Et lib. III. bell. civ. *Tantum* [illegible] *reperit, ut anguſte XV millia* [illegible] *militum, & quingentos equites transportari poſſent.*

Pag. 21. *Et ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur*] Tria commemorat, unde capitur vectigal, unum, *& ubertate agrorum*; quam infra agriculturam, & decumas vocat: alterum, *& magnitudine paſtionis*, quod infra & pecus, & ſcripturam appellat: tertium, *& magnitudine earum rerum, quæ exportantur*, quam partem infra & mercatorum navigationem, & portum nominat: Illud, *varietate fructuum*, de omni frugum genere dictum eſt: ſicut, *ubertate agrorum*, proprie de frumentis, quorum decumæ ſolvuntur.

Et belli utilitatem, & pacis dignitatem] Supra, *Et pacis ornamenta, & ſubſidia belli.*

Pag. 22. *Pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum navigatio conquieſcit*] Tribus igitur ex rebus vectigal capitur ex mercatorum navigatione, id eſt ex portu, unde portitores publicani ſunt appellati: ex agricultura, id eſt ex decumis, unde decumani: ex pecore, id eſt ex paſcuis publicis, unde pecuarii: quam partem Cicero, ſingula ſingulis reddens, appellat ſcripturam: ut in oratione etiam pro Flacco: ſcriptura, decumæ, portorium. & Feſtus

agrum

rum vocat ſcripturarium in quo ut pe-ra paſcantur, certum æs eſt: quod ıblicanus ſcribendo conficit rationem .m paſtore. Aſconius autem non ad ıam partem, ſed ad univerſam pu-licanorum rationem ſcripturæ nomen letur adjungere. *Manceps*, inquit, *nt publicanorum principes*, *Romani ho-ines: qui*, *quaſtus ſui cauſſa*, *ſi decu-ae redimunt decumani appellantur: ſi rtum*, *aut paſcua publica*; *portitores*, *it pecuarii. quorum ratio ſcriptura dici-r.* Cum quo lib. 2. in Verrem ſentire detur ipſe Cicero: ait enim: *In ſcri-ura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Car-natius.* Et infra, eodem ſenſu: *Por-m*, *& ſcripturas eadem ſocietas habebat.* bi, *ſcripturas*, dicit de paſcuis, & de-ımis, non, ut hic, de ſolis paſcuis. onius quoque, & Feſtus eos appellant *riptuarios* qui mancipum rationes fa-ebant. Quæ quaſi controverſia tolli-r, ſi ſcripturæ nomen ita generale pu-mus ut idem ſingulis partibus aſſigna-poſſit.

In ſalictis] In paſcuis, ubi ſalices.

CAPUT VII.

Pag. 23. *Nam & publicani*] Requi-ur alterum, *&*: ſed ejus loco ſubji-ur *deinde.* nec vitioſum eſt. habetur ım ratio ſententiæ potius quam ver-orum: ut cum, præpoſiti, *primum*, terdum non ſubjicitur, *deinde.* cujus neris exempla non deſunt.

Honeſtiſſimi, *& ornatiſſimi*] Primum l exiſtimationem, alterum ad rem fa-iliarem refertur.

Suas rationes, *& copias*] Quod ſta-m dicit, *res & fortuna.*

Ceteris ex ordinibus] Exceptis ſenato-bus, quibus negotiari non licebat.

Pag. 24. *Etenim illud primum parvi re-rt*] Occurrit tacitæ cogitationi, poſſet ıim aliquis dicere: ſi vectigalia nunc nittentur, victoria tamen poſtea re-ıperabuntur. Parvi, inquit, hoc re-rt: & cur parvi referat ſtatim cauſſam .bjungit.

Initio belli Aſiatici] Annis ante XXIII.

Pag. 25. *Fidem concidiſſe*] Cum pe-ınıæ creditæ non ſolvuntur, fides con-diſſe dicitur. orat. 2. in Rullum: *Sub-lata erat de foro fides.* Cæſar lib. III. bell. civil. *Cum fides tota Italia eſſet an-guſtior.*

Videte, *num dubitandum vobis ſit*] In, *videte*, cohortatio quædam liberior eſt ex auctoritate dicentis, præſertim ad populum: nam in ſenatu, *videte*, ſine arrogantiæ culpa nemo diceret. eadem licentia ſupra cognoſcitur in eo: *Sed pro veſtri imperii dignitate*, *atque gloria*, *vi-dete*, *quem vobis animum ſuſcipiendum putetis.* Illa vero etiam aliquanto ma-jor: *Videte*, *ne*, *ut illis pulcherrimum fuit*, *tantam vobis imperii gloriam relin-quere*, *ſic vobis turpiſſimum ſit*, *illud*, *quod accepiſtis*, *tueri*, *& conſervare non poſſe.*

CAPUT VIII.

Pag. 27. *Cyzicenorum*] Pro Murena, pro Archia, Tacitus, Plutarchus, Ap-pianus.

Claſſem magnam] Cum qua Lucul-lus apud Tenedum pugnavit, auctore Cicerone pro Murena, pro Archia; vel apud Lemnum, non longe a Tenedo, teſtibus Plutarcho, & Appiano.

Ducibus Sertorianis] A Sertorio ad Mithridatem miſſis. amplificat plures ſignificans, cum unus in ea pugna Ser-torii dux fuerit. Plutarchus, Appianus.

Ad Italiam ſtudio inflammato rapere-tur] Quod pro Murena dixit: *Cum con-tento curſu*, *acerrimis ducibus*, *hoſtium claſſis Italiam*, *ſpe*, *atque animis inflata*, *peteret.*

Pag. 28. *Patefactumque*] Mithridate pulſo. pro Archia: *Populus Romanus a-peruit*, *Lucullo imperante*, *Pontum*, *& regiis quondam opibus*, *& ipſa natura re-gionis vallatum.* Quod hic dicit, *omni aditu clauſus.*

Ad alios reges] Ad generum Tigra-nem, Armeniæ regem.

Pag. 29. *Iſtorum*] Catulum, & Hor-tenſium præcipue ſignificat.

Qui huic obtrectant legi, *atque cauſſa*] Lucullo faventes: cujus gloriam Pom-pejus, confecto Mithridatico bello, imminuit.

Similiter] Vt intelligatur, ſuadere me Maniliam legem reip. cauſſa, non, quo Luculli gloriæ, partæ maximis rebus geſtis, detractum quidquam velim.

Ex hoc loco eſſe laudatum] Occaſione legis a C. Manilio promulgatæ, Lucullum ex roſtris optimates, duo potiſſimum a nobis appellati, laudaverant, legem vero diſſuaſerant infra.

CAPVT IX.

Ex eodem Ponto Medea] Pervulgatas fabulas recitare conſilii & inſtituti noſtri non eſt.

Fratris ſui] Abſyrti.

Pag. 30. *Illum*] Æetam, Medeæ patrem.

Fani] Comana, Bellonæ templum, ſignificat, cujus ſacerdos majeſtate, imperio, potentia, ſecundus a rege, conſenſu illius gentis habebatur; ut ait Hirtius de bello Alexandrino, Appianus in fine Mithridatici: quod Cicero etiam oſtendit ep. ad Catonem. Strabo duo Comana, eodem & urbis, & templi nomine, eidem deæ dicata in Ponto, & in majore Cappadocia fuiſſe narrat lib. XII. id ſi ita eſt, de Pontico fano locutum hic eſſe Ciceronem crediderim. cum dicat, in eas oras, tamquam hoſtiles, & barbaras: nam Cappadocia Ariobarzani rege ſocio, atque amico parebat.

Pag. 31. *Vrbem ex Tigranis regno*] Tigranocerta. Plutarchus.

Maturus] Citius, quam oportuit.

Pag. 33. *In exercitum veſtrum*] A Lucullo diſcedente relictum, legato commendatum, ut Mithridati jam victo, ſi quid conaretur, obſiſterent.

Sicut poëtæ ſolent] Nævius, qui primum Punicum bellum, Ennius, qui ſecundum verſibus perſecutus eſt. Poëtas Cicero nominat ex more potius, quam e ſententia Ariſtotelis, qui poëtam negat eſſe, qui non fingit. Nævio autem, & Ennio in rerum Romanarum hiſtoria fingere nihil licuit. ita nec Empedocles, phyſica ſcribens, Ariſtoteli poëta videtur.

Non ex prælio nuncius] Ὑπερβολικῶς. nam infra, expulſum dicit exercitum Romanum, non omnino deletum.

Veſtro juſſu coactus] Abrogato a vobis imperio. Appianus.

Pag. 34. *Stipendiis confectis*] Cum annos jam decem militaſſent.

Glabrioni] Quem ſucceſſiſſe Lucullo jam diximus.

Integra] Neque laceſſitæ bello, neque tentatæ. ſupra: *Cujus in regnum poſteaquam Lucullus venit, plures etiam gentes contra imperatorem noſtrum concitatæ ſunt.*

Novus] Non belli peritus, ut Lucullus, qui ſeptem jam annos in Aſia bellum geſſerat.

Vetere expulſo exercitu] De quo dixit: *Sinite hoc loco, Quirites, præterire me veſtram calamitatem.*

CAPVT X.

Pag. 35. *Ego enim ſic exiſtimo, in ſummo imperatore quattuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem*] Loci communes, quales hi ſunt, orationem ab eo, qui rhetoricam artem doceat prolixiorem, ab interprete breviorem requirunt. Itaque memor inſtituti, muneriſque mei, moderabor ſic, ut neque nihil omnino, neque pauciora, quam res poſtulet, attingam.

Scientiam rei militaris] Diuturna militia partam. quamquam nonnulli, legendis libris, aut percunctando a peritis, cum ignari bellorum eſſent, præclari duces evaſerunt. non enim omnes, qui bellica laude excelluerunt, ab ineunte ætate, aut a juventute in caſtris educati. contigerit hoc Alexandro Magno, qui tot bella duce Philippo patre cognovit, tot victorias vidit. Hannibali, cujus primam pueritiam pater Hamilcar Hiſpanienſibus bellis erudivit: C. Mario, qui ad Numantiam Africano imperatore adoleſcens militiam exercuit: ipſi Cn. Pompejo, qui e ludo atque pueritiæ diſciplina, bello maximo, atque acerrimis hoſtibus ad patris exercitum, atque in militiæ diſciplinam profectus eſt. Alii vero, cum ante virilem ætatem, aut nunquam, aut perquam raro bellis gerendis interfuiſſent, obſervatione tamen earum rerum, quas a ſummis ducibus geſtas excellentis ingenii doctrinæque viri ſcriptis expreſſas reliquerant, tantum in otio profecerunt, ut præſtantiſſimorum poſtea ducum bellicam gloriam aſſecuti ſint.

ta-

tale[illegible]ero L. Lucullum deſcribit: cujus [illegible]enio. memoriæ, virtuti præclarum illud Acad. lib. 2. teſtimonium dedit: *Ad Mithridaticum bellum miſſus a ſenatu, non modo opinionem vicit omnium, quæ de virtute ejus erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum. itaque eo fuit admirabilius, quod ab eo laus imperatoria non admodum exſpectabatur, qui adoleſcentiam in forenſi opera, quæſturæ diuturnum tempus in Aſia pace conſumpſerat. ſed incredibilis quædam ingenii magnitudo non deſideravit indocilem uſus diſciplinam. itaque, cum totum iter, & navigationem conſumpſiſſet partim in percunctando a peritis, partim rebus geſtis legendis, in Aſiam factus imperator venit, cum eſſet Roma profectus rei militaris rudis, habuit enim divinam quandam memoriam rerum.*

Virtutem] Quam in duo genera divisit, unum, quod ad bella proprie pertinet, de quo paullo poſt: *Non enim illæ ſunt ſolæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgo exiſtimantur, labor in negotiis, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in providendo. Alterum, quod in moribus conſideratur; cujus partes ſunt, innocentia, temperantia, fides, facilitas, ingenium, humanitas:* de quibus aliquanto poſt. Vtroque virtutum genere qui excelluerint, per quam pauci in omni ætate ſunt inventi. exemplis una tantum Roma priſcis temporibus cum aberat omnis luxus, & corruptrix illa animorum corporumque voluptas, ita floruit, ut plures propemodum præſtantes omni laude viros, vel ex una familia numerare liceat, quam quos multis ſæculis reliquæ ſimul omnes provinciæ tulerint. in Græcia quidem, tot celebrata ingeniis, præter Thebanum Epaminondam, Ageſilaum Spartiatem, Themiſtoclem Athenienſem, paucos præterea, qui cum fortitudine juſtitiam, integritatemque conjunxerint quos habemus? Magna igitur Pompeji laus, qui talis, ac tantus exſtiterit: ſingularis autem in commemorandis ejus virtutibus Ciceronis eloquentia: ut vere dixerit illud in quadam ad Atticum epiſtola: *Omnibus a me pictum, & expolitum artis coloribus.*

Auctoritatem] Virtute partam, felicitate auctam. infra: *Vehementer pertinere ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocii de imperatoribus veſtris exiſtiment, quis ignorat? cum ſciamus, homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament; opinione non minus famæ, quam aliqua certa ratione, commoveri. Africanus quidem ille major, (ut illius omittam) Hannibale ſuperato auctoritate tantum valuit, ut, cum L. Scipio, frater ejus, cum C. Lælio conſul eſſet, ageretur que in ſenatu de Aſia provincia alterutri mandanda, in qua bellum cum Antiocho, opulentiſſimo rege, & cum Hannibale duce gerendum eſſe putabatur, inclinante ad Lælium ſenatu, ſurrexerit, & ſe cum fratre legatum iturum eſſe dixerit. qua voce ſenatus commotus L. Scipioni Aſiam tradidit, in Africano prorſus omni rerum ſecundarum ſpe collocata.*

Felicitatem] Fortunæ donum, cujus eſt cum in omni re, tum in re militari poteſtas maxima. fortuna vero a Diis immortalibus pendet: quo pluris etiam æſtimanda. propterea divinam Cicero ſortem appellat Phil. 3. & hic infra in hanc ſententiam egregie diſputat. Nec ſine cauſſa, cum de Pompejo diligendo loqueretur, ad ceteras res, quæ in imperatore neceſſario requiruntur, hanc addendam putavit, ſæpe enim præſtantibus viris, cum cetera quibus magnæ res præclare geruntur, adeſſent omnia, hæc una defuit, adeoque curſum virtutis impediit, nihil ut proſpere ſuccederet. inde illa ad filium Æneæ vox apud Virgilium:

> *Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem,*
> *Fortunam ex aliis.*

Et illa, item ad filium, Ajacis apud Sophoclem:

> Ὦ παῖ, γένοιο μὲν πατρὸς εὐτυχέστερος,
> Τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος, καὶ γένοιο μὲν οὐ κακός.

Iam Demoſthenes ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης non dubitat humanæ ſapientiæ felicitatem præferre. ἐν συμπάσῃ, inquit, ἐγὼ τῆς ἐν ἀνθρώποις οὔσης δεινότητος, καὶ σοφίας ὁρῶ κρατοῦσαν.

Bello maximo] Sociali.

Pag. 36. *Extrema pueritia*] Pro Balbo: *Qui pueritiæ tempus extremum principium*

cipiam habuit bellorum, atque imperiorum maximorum.

Miles fuit ſummi imperatoris] Patris ejus, non Sullæ. dux enim, non miles ad Sullam profectus eſt.

Maximi exercitus] Trium legionum. Plutarchus.

Pag. 37. *Qui ſæpius cum hoſte conflixit, quam quiſquam cum inimico concertavit: plura bella geſſit, quam ceteri legerunt: plures provincias confecit, quam ceteri concupiverunt*] Egregius laudandi modus ex comparatione. ſimiliter pro Marcello. *Nec vero dis junctiſſimas terras citius cujuſquam paſſibus potuiſſe peragrari, quam tuis non dicam curſibus ſed victoriis luſtrata ſunt.*

Concertavit] Verbis. nam, confligere, eſt armis contendere, unde illud ad Attic. lib. III. *Quia nunquam accidit, ut cum eo verbo uno concertarem.*

Confecit] Adminiſtravit. quamquam, *conficere*, plus quiddam eſt: nam exitum rei ſignificat ad Attic. lib. IV. *Confecta Britannia, obſidibus acceptis.*

Triumphis] Triumphaverat adhuc eques Romanus ex Africa de Hiarba, Numidiæ rege, & ex Hiſpania debellatis hoſtibus reip. Sertorianis ducibus Plutarchus, & alii.

Civile] Marianum.

Africanum] Quo Cn. Domitium, & Hiarbam devicit.

Tranſalpinum] Gallicum: quod quale fuerit, paullo poſt oſtenditur. Et in ipſius Pompeji epiſtola ad ſenatum, quæ legitur inter fragmenta Salluſtii, ſcripta ſunt hæc: *Nomine modo imperii a vobis accepto, diebus* XL *exercitum paravi: hoſteſque in cervicibus Italiæ jam agentes, ab Alpibus in Hiſpaniam ſummovi: per eas iter aliud, atque Hannibal, nobis oportunius patefeci; recepi Galliam, Pyrenæum.* Appianus autem hoc amplius, iter ab eo patefactum in Alpibus, inter Padi & Rhodani fontes.

Pag. 38. *Miſſum ex civitatibus*] Quæ a populo Romano ad Sertorium defecerant.

Ex bellicoſiſſimis nationibus] Hiſpanis & Luſitanis.

Servile] A Spartaco gladiatore excitatum: cujus tamen confecti laus ad M. Craſſum proprie pertinet. Et hic Pompejo gratificatur, Cr[illegible] cum eo communicans.

CAPUT XI.

Teſtis eſt Italia] Civili bello liberata.

Pag. 39. *Sicilia*] In qua Marianarum partium ducem Cn. Carbonem oppreſſit. Plutarchus, Appianus.

Africa] In qua dixi jam ab eo devictos eſſe Domitium, & Hiarbam regem.

Per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter, Gallorum internecione patefactum eſt] Inter Padi, & Rhodani fontes, Romanis opportunius, quam quod Hannibal aperuerat.

Hiſpania] In qua ſæpe cum Sertorio primum, deinde cum ejus ducibus pugnavit.

Pag. 40. *Iterum*] Civili bello primum, deinde ſervili.

Expetivit] Oratorie. confecto enim Hiſpanienſi bello, Pompejus in Italiam redibat, non quod ab eo abſente auxilium Italia expeteret. Plutarchus tamen, deletas a Pompejo ſervorum reliquias, auctor eſt.

Tam vetus] Ortum ante annos viginti, Appiano teſte.

CAPUT XII.

Pag. 41. *Niſi ſumma hieme*] Piratarum metu.

Tranſmiſerint] In Græciam, aut ipſam Aſiam, contra Mithridatem.

Duodecim ſecures] Duos prætores, Sextilium & Bilenum, ut ait Plutarchus, in provinciam euntes. nam ſenis faſcibus in provinciis prætores utebantur, binis in urbe. Polybius, Cicero agr. 2. Cenſorinus.

Pag. 42. *Veſtros portus, atque eos portus*] Iterato verbo, *portus*, efficitur illa figura, de qua ſupra diximus in eo loco, *Annum jam tertium & vigeſimum regnat, & ita regnat, ut ſe non Ponto*, &c.

Quibus vitam, & ſpiritum ducitis] Propter ea, quæ victus gratia in urbem aſſidue invehuntur.

In prædonum fuiſſe poteſtatem] Pro poteſtate. de quo genere ſermonis diximus in ea pro Quinctio ad illum locum, *res eſſe in vadimonium cœpit.*

In-

Inſpectante prætore] Ignotum prætoris nomen. Sed hic prætor Cajetæ quid ageret, cum prætores in magiſtratu diſcedere non ſolerent, divinare non poſſum: miſſum tamen a ſenatu ſuſpicor, ut piratas a Cajetano litore arceret. quod factum non eſt: & ad ejus prætoris contumeliam, *inſpectante prætore*, dicitur.

Liberos] Sic veteres, licet de uno tantum, loquebantur: exempla duo ſunt in Cluentiana, unum: *Fratris liberos prius vita privavit, quam illi hanc ab natura propriam lucem accipere potuerunt.* Alterum: *Cujus filium faceret heredem, eum tutorem liberis non adſcripſit.* In ea de Prov. *Si ad jucundiſſimos liberos, ſi ad clariſſimum generum redire properaret.* Loquitur de C. Cæſare, qui unam filiam Iuliam, Pompeji Magni uxorem, habebat. Et Phil. 1. *per liberos ejus*, dixit, unum Antonii filium ſignificans. Hic autem, cum ait, *ejus ipſius liberos*, de una loquitur M. Antonii oratoris filia, auctore Plutarcho in Pompejo.

Pag. 43. *Conſul populi Romani*] Vitat, omiſſo nomine, contumeliam.

Tam brevi tempore] Vnde quinquageſimo die: ut infra. alii piratas omnes quadraginta diebus a Pompejo deletos eſſe prodiderunt.

Intra Oceani oſtium] Intra fretum Herculeum.

Belli impetus navigavit?] Poëtice: ut illud infra: *Venti, tempeſtateſque obſecundarint.* Et pro Cœlio: *Ex hac igitur domo progreſſa iſta mulier de veneni celeritate dicere audebit? nonne ipſa domum metuet, ne quam vocem eliciat? non parietes conſcios non noctem illam funeſtam, & luctuoſam perhorreſcit?* Et pro Marcello: *Parietes medius fidius, C. Cæſar, ut mihi videtur, hujus curiæ tibi gratias agere geſtiunt.* Quibus in locis, cum ſenſus tribuatur inanimis rebus, exſiſtit quidam orationis decor, & quædam poëtarum propria venuſtas, oratori nonnumquam, præſertim in laudando, conceſſa.

Inde Sardiniam cum claſſe venit] *In Sardiniam*, vel, *inde in Sardiniam*, videtur eſſe rectius. cum Sardinia non ſit proprium loci nomen. & ſubjungitur, *inde ſe cum in Italiam recepiſſet.*

Pag. 45. *Duo maria*] Superum, & inferum.

Cretenſibus] Cum quibus bellum gerebat Q. Metellus, cui poſtea cognomen ex victoria fuit Cretico.

Vſque in Pamphiliam] Quod infra dicit, *in ultimas prope terras.* Cretenſium, inquit, legati, cum in eorum inſula noſter imperator, exercituſque eſſet, ad Cn. Pompejum in ultimas terras venerunt, eique ſe omnes Cretenſium civitates dedere velle dixerunt.

CAPVT XIII.

Quas paullo ante commemorare cœperam] Cœpit in eo loco, *Non enim illæ ſunt ſolæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgo exiſtimantur.* Quamquam, interpoſita virtutum illarum narratione, mentionem earum, quæ ad mores pertinent, hucuſque diſtulit.

Hujus adminiſtræ, comiteſque virtutis] Quia victoriam adjuvant. populi enim, harum virtutum fama commoti, tali ſe tantoque viro libenter dedunt.

Pag. 46. *Quanta innocentia*] Iure orditur ab ea virtute, quæ reliquis antecellit, & quaſi familiam ducit. nam ut ceteræ ſint virtutes, ipſa præſtat.

Contentione] Comparatione. nam, *contendere*, interdum eſt comparare. orat. 2. in Rullum: *Opidorum autem finitimorum illam copiam cum hac per riſum, ac per jocum contendent.*

Cujus in exercitu veneant centuriatus, atque venierint?] Non arbitror hæc in Lucullum conferri, quem haud multo ante magnifice laudavit, & Lucullus ante aliquot annos contra Mithridatem profectus erat. hic autem, quem Cicero deſcribit, paullo ante profectus videtur. ſubjungit enim: *Quid hunc hominem magnum, & amplum de rep. cogitare qui pecuniam, ex ærario depromptam ad bellum adminiſtrandum, aut, propter cupiditatem provinciæ, magiſtratibus diviſerit, aut, propter avaritiam Romæ in quæſtu reliquerit?* Eodemque pertinet, quod ſtatim ſequitur: *Veſtra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoſcere videamini, qui hæc fecerint.* Sed multo apertius aliquanto poſt: *Difficile eſt dictu, Quirites, quanto in odio ſimus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eos hoc anno cum imperio miſimus injurias, ac libidines.* Potius igitur indicari crediderim Acilium

lium Glabrionem; cui partem militum, ſucceſſori ſuo, a Lucullo jam eſſe traditam, ſupra dixit. *Centuriatus* ordo militiæ fuit, quo centuriones, meritis inſignes ornabantur.

Magiſtratibus diviſerit] Quo diutius, ipſis concedentibus, aut etiam adjuvantibus adminiſtrare provinciam poſſet. jam enim increbuerat imperii prorogandi conſuetudo.

Roma in quæſtu reliquerit?] Idem objicit Piſoni his verbis: *Nonne ſeſtertium centies & octogies, quod quaſi vaſarii nomine, in venditionem ei capitis adſcripſeras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæſtu reliquiſti?*

Pag. 48. *Sic in Aſiam pervenerunt*] Piratico bello. hibernandum enim fuit incontinenti.

CAPVT XIV.

In ultimas terras] In Pamphiliam, de qua infra dicit, *in ultimas prope terras.*

Non avaritia] Et Plutarchus, & alii, hoc eum vitio liberant. tantum enim abfuit a continuandæ poſſeſſionis cupiditate, ut nullum umquam fundum a vicinis emere voluerit.

Pag. 49. *Nunc denique incipiunt credere*] Credimus enim cognita re potius, quam audita.

Illis gentibus lucet] Obſcuratus intermiſſione virtutum.

Iam vero ita faciles ad eum privatorum] Si propoſitus earum artium ordo, quæ, præter bellandi virtutem, in ſummo imperatore ſunt quærendæ, ſervandus eſt: non hic *facilitatis*, verum fidei laudandæ locus erat.

Quantum conſilio] *Conſilium* hic appellat, quod ſupra *ingenium*. gravitas enim, & copia dicendi, ab ingenio maxime proficiſcitur. Sed quia ſine conſilio, atque prudentia nihil fit, ideo conſilium vocavit ad majorem Pompeji laudem. ingenium enim naturæ bonum eſt, non voluntatis, & induſtriæ.

Hoc ipſo in loco ſæpe cognoſtis] Cum eum de roſtris concionantem audiretis

Hoſtes omnium gentium] Piratæ, qui cum omnibus gentibus bellum gerunt, prædam undecumque capientes. Itaque paullo poſt, *commune omnium gentium* bellum appellat.

Sanctiſſimam eſſe judicarint?]
illi tradiderunt, hoſtile nihil ti

Pag. 50. *Virtutem ejus*] Belli
tutem ſignificat: manſuetudin
tem ut artem hujus adminiſtran
temque virtutis agnoſcit.

Et quiſquam dubitabit] Pro
tandum non eſt. ut paullo poſt:
*quam dubitabis, quid virtute pr
ſit, qui tantum auctoritate profec*

Tranſmittendum ſit] Deferen
hoc verbo fortaſſe uſus eſt, ha
ſentis Pompeji ratione, cui qu
bellum oportet.

CAPVT XV.

In bellis quoque adminiſtrandis
ſolum in urbe.

Pag. 51. *Tanta, & tam præclar
feciſtis?*] Delatis ad eum ſumm
riis, in quibus maritimi belli c

Illius diei] Quo legem de P
contra piratas mittendo A. G
tribunus pl. tulit.

Hic locus] Roſtra.

Commune omnium gentium bell
raticum.

Pag. 52. *Invitus admonui*] N
ſerui multis verbis, ne veſtran
calamitatem ante oculos ponere
paucis admonui: ne quid ſcilic
modi, vobis caventibus, in pc
poſſet accidere. ſupra: *Sinite h
Quirites, ſicut poetæ ſolent, qui re
nas ſcribunt, præterire me veſtram
tatem; quæ tanta fuit, ut eam a
L. Luculli non ex prælio nuncius,
ſermone rumor afferret.*

Non haberes] Diſcedente I
juſſu veſtro.

Ipſum id temporis] Eo ipſo te

Divinitus] Non humano cc
non enim Aſiæ Pompejo, ſed m
belli adminiſtratio tradita fuerat.

Fortuna populi Romani] Et h
conſtat, cum dixerit, *divinitus* po
deorum immortalium fortunam

Attuliſſet] Actionem fortun
ut animatæ rei. ſic pro Milone
*mihi medius fidius fortuna populi R
& crudelis videbatur, quæ tot annos
hanc remp. inſultare videret, & pa*

Inſolita] Cum antea victus
Sulla, a Murena, a Lucullo.

ſtituis] Hoc eſt, quod ſupra dicit: *adventu ipſo, atque nomine, tametſi ad maritimum bellum venerit, tamen us hoſtium repreſſos eſſe intelligunt, rdates.*

ardavit] *Continuit*, de propinquo Mithridate dixit: *retardavit*, de ne, qui longius aberat. Mithridam, non Tigranis, illa victoria fuit.

quiſquam dubitabit, quid virtute turus ſit, qui tantum auctoritate pro-?] Optima ratio. nam ſi aucto- virtute jam parta, aliquid prodeſt: lubitet, quin ipſa virtus profutura um ſit?

CAPUT XVI.

-53. *Noſter imperator*] Q. Me-

itimas prope terras] In Pamphilia.

eum potiſſimum] Cum tamen ſi- cum eo Q. Metellus Pius imperio ontra Sertorium bellum gereret.

es] Poſt Hiſpanienſe bellum.

us geſtis] Contra piratas.

ris judiciis] Et hoc referri neceſſe maritimum bellum, populi ſuf- ei mandatum Gabinia lege.

em preſtare de ſe ipſo nemo poteſt] ſibi poteſt felicitatem conficere: ſt in cujuſquam hominis poteſtate as: pendet enim a diis immortali- & in eorum poteſtate ſita eſt. nam e recte ac prudenter agentibus e- parum proſpere ſuccedunt: & con- i conſilio ac prudentia minus va- iis interdum ſecunda ſunt omnia. robatur neminem a ſe ipſo felicita- praeſtare poſſe, idque deorum eſſe m, & ab iis vel dari, vel auferri.

ide] Ne, quod eſt deorum, ho- tribuiſſe videar.

ca] Ideo pauca, quia timide.

ximo, Marcello, Scipioni] Q. Fa- laximo Cunctatori: M. Claudio llo, qui primus docuit Hanniba- oſſe vinci: P. Cornelio Scipioni, filio: hunc enim potius, quam orem, ſignificari puto.

-54. *Invidia*] Si fortunam in eji poteſtate poſitam fuiſſe dicam, eorum in poteſtate poſita eſt.

rata] Si nec praeterita meminiſſe, liqua ſperare videamur.

Venti, tempeſtateſque obſecundarint] Et hoc poëticum, ut illud ſupra, *belli impetus navigavit.*

Sicuti feceritis] Quod imperia ad illum a vobis extra ordinem delata declararit.

CAPUT XVII.

Pag. 55. *Fortuna*] Propter nobilitatem.

Virtutis] Propter integritatem, & prudentiam.

Ingenii] Propter eloquentiam.

Pag. 56. *Obſolevit*] Iam non valet, jam locum non habet.

Re] Exemplis.

Pag. 57. *Legati, praetores*] De quibus ſupra.

CAPUT XVIII.

Nihil timebat] Opibus freta populi Romani.

Pag. 60. *Appia via*] Quae cum ſit propinqua mari, per eam iter habere, piratis mare tenentibus, ſine periculo non licebat.

CAPUT XIX.

Pag. 61. *Dolori ſuo*] Propter incommoda a praedonibus accepta.

P. 62. *Eſſe potuerunt*] Contra morem.

Tam diligentes?] Negant enim anno poſt tribunatum proximo legatum eſſe poſſe.

Inimicum edictum] Si quis edixerit, ne quis ad ſenatum, praeter conſules, referre poſſit.

Veſtrum jus, beneficiumque] In lege Gabinia ſcriptum arbitror fuiſſe, ut Pompejus, quos ipſe vellet legatos poſtularet.

Pag. 63. *Praeter interceſſionem*] Blanditur populo, cum ſe ſolis tribunis pl. intercedentibus ceſſurum eſſe dicit.

Qui minantur] Se interceſſuros, aut, alii ut intercedant operam daturos.

Quid liceat] Contra jus beneficiumque veſtrum.

CAPUT XX.

Pag. 64. *Si quid de eo factum eſſet*] Si quid humanitus ei contigiſſet: ſi obiiſſet, ominis cauſſa, mortis mentionem vitavit.

In eo ipſo] Idem Valerius Max. & Plutarchus.

Non

Non dico hoc loco] Figura benevolum, promiſſa brevitate, auditorem reddens, & eadem attentum, quia majus aliquid, quam quod omittit, pollicetur. hujus generis illud eſt orat. I. in Rullum: *Non queror diminutionem vectigalium, non flagitium hujus jacturæ, atque damni: prætermitto illa quæ, nemo eſt, quin graviſſime & veriſſime conqueri poſſit, nos caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani poſſeſſionem, ſubſidium annonæ, horreum belli, ſub ſigno, clauſtriſque reip. poſitum vectigal ſervare non potuiſſe; eum denique nos agrum P. Rullo conceſſiſſe, qui ager ipſe per ſeſe & Sullanæ dominationi, & Gracchorum largitioni reſtitiſſet: non dico, ſolum hoc in rep. vectigal eſſe, quod, amiſſis aliis, remaneat, intermiſſis non conquieſcat; in pace niteat, in bello non obſoleſcat; militem ſuſtentet, hoſtem non pertimeſcat: prætermitto omnem hanc orationem & concioni reſervo: de periculo ſalutis, ac libertatis loquor.*

Pag. 65. *Punicum, & Hiſpanienſe*] Quorum altero Carthaginem ipſam, altero, Numantiam Africanus, Paulli filius, delevit: cum ei ſemel ante tempus, vetere lege præſcriptum, ædilitatem petenti, conſulatus mandatus eſſet; iterum autem contra eam legem, quæ vetabat quemquam iterum conſulem fieri.

Nuper] Nuper dicit, cum de patrum ætate loquatur.

Bellum adminiſtraret] Continuatis in eo contra legem conſulatibus.

CAPVT XXI.

Pag. 66. *Adoleſcentulum privatum*] Annos natum vigintitres. Plutarchus.

Exercitum] Legiones tres.

Difficili reip. tempore] Italico bello, periclitante rep.

Cujus a Senatorio gradu ætas longe abeſſet] Ante annum ætatis XXIV. multos enim menſes in bello conſumpſit, modo victus, modo victor. triumphavit autem anno XXIV. ut in Epitome & Eutropio legitur.

Imperium, & exercitum dari?] Vt in Sicilia contra Carbonem, in Africa contra Domitium, & Hiarbam, Numidiæ regem, bellum gereret.

Equitem Romanum triumphare?] Ex Africa, de Hiarba rege, L. Sulla dictatore, qui revertenti ad urbem obviam prodiit, & magnum appellavit. Plinius lib. VII. *Pompejus Sicilia recuperata, Africa tota ſubacta, Magnique nomine ſpoliis inde capto eques Romanus, id quod ante nemo, curru triumphali prævectus eſt.*

Sed etiam ſtudio omnes viſendum putavit] Arbitror hoc dici, quia triumphus ei extra ordinem datus eſt, cum eſſet adoleſcentulus, nondum ſenator.

Pag. 67. *Duo conſules*] D. Brutus, & Mam. Æmilius.

Ad bellum maximum] Sertorianum, cui dux unus ſufficere Q. Metellus Pius non videbatur.

Proconſule] Proconſulari imperio, ut Metello par eſſet.

Mitteretur] A ſenatu. nam a populo imperium non accepit Phil. 2. *Sertorianum bellum a ſenatu privato datum eſt quia conſules recuſabant: cum L. Philippus pro conſulibus ſe eum mittere dixit, non pro conſule.* Hoc eſt, cur ipſe ad ſenatum ſcripſerit: *Nomine modo imperii a vobis accepto, diebus XL. exercitum paravi.*

Pag. 70. *Ex, S. C. legibus ſolutus*] Decem enim annis antequam ei per leges liceret, quæſtura nondum geſta, ex equite Romano conſul factus eſt.

Quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet] Nullum enim antea magiſtratum, ne quæſturam quidem, neque ceperat, neque per leges ei capere licuerat.

Vt iterum eques Romanus ex. S. C. triumpharet?] Ex Hiſpania, cum antea triumphaſſet ex Africa. Ex. S. C. autem, quia miſſus eſt in Hiſpaniam a ſenatu, non a populo.

Pag. 71. *Poſt hominum memoriam*] Omnibus ſæculis.

A Q. Catulo] Qui nunc Maniliam legem diſſuadet.

CAPVT XXII.

Pag. 72. *Aliæ quoque virtutes animi multæ*] Vt temperantia. artes appellavit ſupra, non virtutes.

Pag. 73. *Hoc anno*] Omiſſo nomine, Glabrionem carpit.

CAPVT XXIII.

Pag. 74. *Videbat enim populus Romanus non locupletari quotannis pecunia publica, præter paucos*] De mendo convenit inter omnes

omnes: correctio non eadem omnibus arridet. mihi quidem hæc, vel ideo fortaſſe, quia noſtra, vel quod optimam habere ſententiam, nec tamen a litterarum ſimilitudine longius diſcedere videtur minime diſplicet. *Videbat enim populi Romani nomine locupletari quotannis pecunia publica pratores paucos.* Vt ita dicat, *populi Romani nomine*, quemadmodum ſtatim, *claſſium nomine.* aut, ſi quem offendit iteratio ejuſdem verbi: cujus tamen generis exempla ſæpe occurrunt, conſideret, an hoc ſit rectius: *Videbat enim pratores noſtros locupletari quotannis pecunia publica, prater paucos.* Quæ non ita magna mutatio eſt. nam & *populus Romanus*, *P. R.* & *prator*, *P. R.* duabus litteris æque ſcribebatur. Videbat certe ad oram maritimam potius, quam ad populum Romanum, referri decet.

Pag. 75. *Quibus jacturis*] Empta provincia. quod ſequenti verbo, *conditionibus* comprobatur.

Ignorant videlicet iſti] Ironia. dixit enim paullo ante: *Noverant ſociorum vulnera: vident eorum calamitates, querimonias audiunt.*

Qui ad unum deferenda eſſe omnia non arbitrantur] Hoc ſupra tribuit Hortenſio.

T. Servilius] Iſauricus, ab Iſauris in Cilicia devictis. nota hiſtoria.

Pag. 76. *C. Curio*] Qui de Dardanis ex Macedonia triumphavit. In Piſonem, Frontinus, Florus, alii.

Cn. Lentulus] Clodianus, qui conſul fuerat cum L. Gellio.

C. Caſſius] Is, opinor, qui ante Lentulum anno proximo conſul fuit: ut tres conſulares nominet, quorum auctoritas in lege ſuadenda magni apud populum Romanum debet eſſe ponderis, quamquam ut Lentulo præponeretur, temporis ratio poſtulavit. ſed hoc ſupra quoque notavimus, in facilitate contra propoſitum ordinem fidei præpoſita.

CAPVT XXIV.

C. Manili] De cujus lege, & eo, poſt tribunatum ſtatim accuſato, Aſconius in Corneliana.

Quantum non iterum in eodem homine praficiendo vidimus] In omnibus antiquis libris eſt, *non*: in nullo, *vidimus* ſed, *videremus*; quod mendoſum eſſe conſtat: aut, *viderimus*; quod placet. Cum, inquit, magnam in maritimi belli cura ad Pompejum deferenda multitudinem viderimus populi Romani: majorem tamen nunc videmus. qua ſententia, *non*, retineo, ab aliis improbatum.

Pag. 77. *De re*] De tanto viro deligendo.

De perficiendi facultate] Cum e ſumma populi Romani frequentia, ſummoque ſtudio quid de promulgata lege ſentiat, facile cognoſcatur.

Huic loco] Multa enim circa forum templa, Iovis, Caſtoris, Concordiæ, alia.

Templeque] Roſtra templum vocat, ut pro Sextio, in Vatinium.

Rogatu] Pompeji abſentis, aut ejus amicorum. Sic orat. 2. in Rullum de eodem Pompejo. *Feci adhuc, qua potui, neque familiaritate illius adductus, nec ſpe honoris, atque ampliſſima dignitatis.*

Vt hominem praſtare oportet] Quatenus præſtare homo debet, innocentiæ præſidio.

Eadem noſtra illa] Illa, quam ab ineunte ætate ſuſcepimus: de qua in exordio.

Si veſtra voluntas feret] Honores enim veſtra beneficia ſunt.

Pag. 78. *Mihi non neceſſarias*] Nam, quod ad me attinet, ſimultatibus his carere potui.

Vobis non inutiles] Perſpecta enim civium voluntate facile bonos a malis diſtinguetis.

Veſtram voluntatem] Multis de Pompejo judiciis patefactam.

Reip. dignitatem] Agitur enim populi Romani gloria: quæ cum ei magna in rebus omnibus, tum ſumma a majoribus in re militari tradita eſt.

Provinciarum] In qua vectigalia veſtra ſunt.

Sociorum] Et populorum, & regum.

Rationibus] Latius patet, quam, *commodis*. omnes enim res dicit; quæ ad ipſum pertineant.

Praferre oportere] Si gratus erga vos, ſi bonus in rep. civis eſſe volo.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XIV.

Pag. 79. PRo *A. Cluentio Habito*] Cluentii cognomen ex ignoratione veteris orthographiæ ſuſpicor eſſe depravatum. quod enim conſtat ex antiquis monumentis, *B* pro *V* ſcribi ſolebat. inde factum eſt *Habitus* pro *Avitus*. nam, cum, *Abitus*, mendoſum putaretur, *Avitus* autem differret ab *Abitus*: bonam correctionem librarii, aut homines imperiti exiſtimarunt, ſi, *Habitus*, tamquam uſitatum verbum, reponeretur in quo repugnat veterum exemplorum obſervatio. nam ſæpe *Aviti* cognomen reperitur, *Habiti* numquam. Vibium Avitum nominat Plinius lib. XXXIV. cap. 7. & Tacitus lib. XIII. Accedunt lapidum antiquorum teſtimonia, in domo Cæſia Romæ. CLODIAE. AVITAE in domo Arberinorum. CLAVDIVS. AVITVS in hortis Io. Georgii Cæſarini. BAEBIO. AVITO Lubiani in Germania. DVRIVS. AVITVS Neapoli. AVR. AEITVS. Id ſenſiſſe videtur, aut ratione ductus, aut antiqui exemplaris auctoritatem ſecutus, Tryphonius juriſconſultus, qui cum hujus orationis teſtimonio utitur A. Cluentium Avitum appellat.

CAPVT I.

Pag. 84. *Accuſatoris*] T. Attii Piſaurenſis, infra nominati.

Niti, & magnopere confidere] Incipit ex ipſo accuſatoris judicio innocentiam Cluentii judicibus oſtendere.

Invidia jam inveterata] Infamia illius judicii quo Oppianicus accuſante Cluentio, judice quæſtionis C. Iunio, ante annos octo condemnatus erat, quam infamiam non dubia corrupti judicii fama pepererat, & quia damnatus erat Oppianicus, accuſatoris in eo potius, quam rei culpam fuiſſe, veriſimile videbatur.

Conſuetudinis cauſſa] Quo enim de crimine quis accuſat, id ſi argumentis probare non poteſt, aliquid tamen dicere conſuevit.

Timide] Cum augere veritas animum ſoleat.

Attingere] Proprio timentis & diffidentis verbo uſus eſt.

Criminum] Tria veneficii crimina objiciebat accuſator, unum, quod C. Vibium Capacem veneno ſuſtuliſſet: alterum, quod ejus conſilio adoleſcenti Oppianico paratum venenum fuiſſet, quod cum Balbutius quidam interceptum bibiſſet, ſtatim eſſe mortuum: tertium, quod patrem Oppianicum veneno per Aſellium quendam in pane dato necaſſet, infra quoque: *Agitur in criminibus A. Cluentii periculum.*

Pag. 85. *Lege*] Cornelia, L. Sullæ dictatoris. infra.

Subterfugere] Hoc ad invidiam pertinet judicii Iuniani. quod vero ſubjungitur, *obſcurare*, ad crimina veneficii.

Quantum in agendo difficultatis] Inſitam enim corrupti judicii opinionem ex animis evellere, perdifficile videtur: itaque non tam ego multa poſſum dicere quam dici intelligo oportere.

Pag. 86. *Purgandis criminibus*] Hoc dicit, ut cauſſæ confidere videatur.

Inter vos diſceptare] Inter vos judicare. pro Milone. *Iſti & præpoſitus quæſtioni, qui hæc juſte, ſapienterque diſceptet.*

Pro

Pro Dejotaro: *Si hanc cauſſam in foro dicerem, eodem audiente, & diſceptante te.*

In invidia, cauſſa communis] Nam ſi propter invidiam condemnetur Cluentius; quis eſt, cui non idem periculum impendeat? Paullo poſt ſubjungitur, *in communi incendio.*

Vt oremus] Tota enim hæc pars veſtræ voluntatis eſt: docere vos, & purgare crimina non oportet.

Diligentia veſtra] In audiendo, & cognoſcendo.

Fides] Integritas ea, quam præſtare jurati judices debent: ne hominem falſa invidia circumventum opprimi ſinatis.

CAPVT II.

Agitatam in concionibus?] Accuſatam a tribuno pl. L. Quintio, Oppianici patrono. *Exagitare*, eodem ſenſu dixit in ep. ad Lentulum: *Vt in rebus multo ante, quam tu profectus es, clam exulceratis deinde a conſularibus palam exagitatis.*

Iactatam in judiciis] Quibus damnati ſunt judices illi, qui pecuniam acceperant.

Pag. 87. *In communi incendio*] Agitur enim cauſſa communis.

Alius in locus] Sequitur ſtatim interpretatio, *Dominetur in concionibus.*

Repentinos impetus] Plebis imperitæ.

Conſeneſcat] Langueat, tamquam ſenectus impetu vacet.

· *Sine invidia*] Nulla invidiæ ratione habita.

Sine culpa] Cum abeſt culpa.

Pag. 88. *Ne quid huc præjudicati afferatis*] Huc illud pertinet infra dictum: *Aggrediar ad crimen, cum illa deprecatione, judices qua mihi ſæpius utendum eſſe intelligo; ſic ut me audiatis, quaſi hoc tempore hæc cauſſa primum dicatur, ſicuti dicitur, non quaſi ſæpe jam dicta, & numquam probata ſit.* Et aliquanto poſt: *Præſertim, judices, cum a vobis quoque ipſis hoc impetrare ſit æquiſſimum, quod ego & ab initio petivi, & nunc peto, ut ſi quam huc graviorem de illo judicio opinionem attuliſtis, hanc cauſſa perſpecta atque omni veritate cognita, deponatis.*

CAPVT III.

Pag. 89. *Per octo annos*] Ab Oppianici condemnatione. infra: *Anni ſunt octo, cum iſta cauſſa in iſta meditatione verſatur.* Et aliquanto poſt: *Habetis, judices, quæ in totam vitam de moribus A. Cluentii, quem illi invidioſum reum volunt eſſe, annos octo meditati accuſatores collegerunt.* Hic locus, ut opinor, annum indicat, quo damnatus eſt Oppianicus, ſic enim ratiocinor. Anni ſunt octo ab Oppianici damnatione ad conſulatum Lepidi, & Tulli, quo anno hanc Cicero prætor cauſſam egit, ut ipſa docet oratio. quod ſi ita eſt, cauſſam dixit Oppianicus L. Lucullo, M. Cotta Cos. ab his enim ad Lepidum, & Tullum anni numerantur octo. quod ne quis in dubium revocet, ſumamus ab hiſtoria teſtimonium, quod refelli non poſſit. Defenſus eſt Oppianicus a L. Quinctio tribuno pl. quod hæc oratio declarat: is autem tribunus pl. fuit L. Lucullo conſule. cognoſcitur ex Marci tribuni pl. concione, quæ legitur inter fragmenta Salluſtii. in ea quattuor deinceps anni commemorantur, primus, Lepido & Catulo Cos. alter, Bruto & Mamerco; tertius, Octavio, & Curione; quartus, Lucullo, & Cotta. vexatum autem a Lucullo conſule Quinctium tribunum pl. ea enim concio ſignificat, his verbis: *Lucullus ſuperiore anno quantis animis fuerit in L. Quinctium, vidiſtis.* Sed quid ambigua quærimus? ipſe Cicero, L. Quinctium L. Lucullo conſule tribunum pl. fuiſſe, infra declarat his verbis. *At enim ſenatus univerſus judicavit, illud corruptum eſſe judicium. quo modo ſuſcepit cauſſam, an potuit rem delatam ejuſmodi repudiare? cum tribunus pl. populo concitato rem pæne ad arma revocaſſet.* Aperte de Quinctio loquitur & ſubjungit paullo poſt de Lucullo. *Sed quæro a vobis, num iſtam legem ex iſto S. C. L. Lucullus conſul, homo ſapientiſſimus, tulerit, num anno poſt. M. Lucullus & C. Caſſius.* Si Quinctius igitur tribunatum geſſit. L. Lucullo conſule, & idem tribunitia poteſtate præditus, Oppianicum defendit; ſequitur, ut octo annorum primus L. Lucullo conſule fuerit.

Ex contraria parte audiatur] Propter ſermones ab adverſariis Cluentii diſſeminatos.

Si quis Deus] Confugit ad Deum, non ut judicibus diffidere, ſed ut vehementer optare videatur, optare autem ad audiendum benevolentiam judicum eſt cauſſæ confidere.

Pag. 90. *Explicare*] Tacite rogat, ut cauſſam patrono meliorem putent.

De communis invidiæ periculo] Quæ vobis, judices, cavenda ſunt. cavebitis autem abſolutione Cluentii, falſi criminis invidia laborantis. ſupra: *Agitur enim in criminibus, A. Cluentii periculum; in invidia, cauſſa communis.*

Ad crimen] Vetus crimen, objectum jam antea Cluentio, corrupti judicii, quo damnatus eſt Oppianicus.

Sæpe jam dicta] Cum ii damnati ſunt, qui de Oppianico judicaverant. non enim ea quaſi præjudicia contra Cluentium facta ſequi debetis. ſupra: *Ne quid huc præjudicati afferatis.*

Numquam probata] Contra Cluentium, licet probata contra judices illos.

Multorum annorum accuſationi] Octo annorum, poſt Oppianici damnationem: non quod in judicio Cluentius eſſet accuſatus: ſed accuſationem Cicero vocat ea, quæ in Cluentium ejus adverſarii de corrupto Oppianici judicio conjecerant. neque nunc de illo judicio, ſed de veneficio Cluentius reus eſt: ejus tamen judicii inveterata opinione laborabat. quod Cicero in ipſo orationis exordio attigit his verbis. *Animadverti, judices, omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes: quarum altera mihi niti, & magnopere confidere videbatur, invidia jam inveterata judicii Juniani; altera*, &c.

Breviter, dilucideque] Quo nihil judici gratius. & hoc promittit orator, ut benevolentiam ad audiendum conciliet.

Benigne, attenteque] Quorum alterum boni viri, alterum boni judicis eſt.

CAPVT IV.

Corrupiſſe dicitur A. Cluentius judicium pecunia] Ne parum attentus lector varietate perturbetur, intelligat, narrationis hic quidem initium eſſe, non ejus tamen, quam veneficii criminis; de quibus jurati judices ſedent, neceſſario poſtulant. ſunt enim & in hac oratione, & in aliis narrationum duo genera, unum in cauſſa, alterum extra cauſſam, quod tamen ad cauſſam pertineat. extra cauſſam poſſunt eſſe narrationes multæ, in cauſſa, ſi crimen unum objicitur, una tantum requiritur; ſi plura pluribus uti licet. Conferuntur in Cluentium tria veneficii crimina, unum de C. Vibio Capace, alterum de Oppianico adoleſcente, tertium de Oppianico ſene: tres igitur narrationes neceſſariæ ſunt. Extra cauſſam autem hæc prima eſt: Corrupiſſe dicitur A. Cluentius judicium pecunia: agit enim non de veneficio, ſed de vita, & moribus Oppianici: ut in eo judicio, quo Oppianicus accuſante Cluentio damnatus eſt, uter pecuniam dederit, ab antecedentibus arguatur, nam Oppianico in infamiam adducto, Cluentio ſuſpicione culpæ liberato, uſurum ſe Cicero ſperat æquioribus judicibus in hoc toto veneficii crimine cognoſcendo. Sequuntur aliæ tres ejuſdem generis, una de Scamandro, altera de C. Fabricio, ejus patrono, condemnatis, quod, eorum opera Cluentio venenum ab Oppianico paratum eſſe probatum in judicio ſit. quibus duobus præjudiciis adductus, ad eum accuſandum Cluentius deſcendit. Quarta narratio, quo modo, & per quos corruptum illud judicium fuerit, ita docet, ut remotam a Cluentio culpam in ipſum Oppianicum totam transferat. His abſolutis, hac quaſi præmunitione ad ipſam cauſſam aggreditur; & quoniam, ut diximus, objecta Cluentio tria ſunt veneficii crimina, ad ſingula ſingulis narrationibus utitur.

Inimicum ſuum innocentem] Ex perſona accuſatorum.

Illius atrocitatis] Infamiæ contra Cluentium excitatæ.

Pag. 91. *Ea de eo præjudicia eſſe facta*] Scamandri, & Fabricii damnatione.

Quid res ipſa tulerit] Tulit enim, ut corrupti ab Albio judices eum tamen damnaverint.

Quid error affinxerit] Errore creditum eſt, cum in judicio verſata pecunia eſſet,

non

non ab eo datam, qui damnatus eſt, ſed ab eo, qui accuſavit.

Quid invidia conſtarit] Ex illo errore orta infamia eſt, ex infamia Cluentii periculum.

Ad accuſandum deſcenderit] *Deſcendere in forum, & in campum*, uſitatum eſt: quia ſuperioribus locis honeſtiores, plebs, infima humilioribus habitabat. in Divin. *Si quis veſtrum judices, aut eorum, qui adſunt, forte miratur, me, qui tot annos in cauſſis, judiciiſque publicis ita ſim verſatus, ut defenderim multos, læſerim neminem, ſubito nunc mutata voluntate ad accuſandum deſcendere.* Quo loco plura.

Pag 92. *Pro incolumi, & vivo*] *Incolumis* opponitur damnato: unde pro Archia: *Cum Gabinii, quam diu incolumis fuit, levitas, poſt damnationem calamitas omnem tabularum fidem reſignaſſet.*

Ignominia periculum] Quod ab ignominia periculum naſci poteſt.

Abſtulerit] Damnatus enim nullum præterea periculum exſpectat.

Pag. 93. *Oſtentatione*] Vt ingenium oſtentaret.

Gloria] Gloriæ cupiditate: quæ multos ad accuſandum impulit.

CAPVT V.

A. Cluentius Habitus fuit, pater hujuſce] Non, *fuit pater hujuſce*, ſed cum diſtinctionis nota, *fuit, pater hujuſce.* atque hoc ſæpe modo narrare Cicero incipit. infra *Larinas quadam fuit Dinea ſocrus Oppianici.* Et aliquanto poſt: *Fuit Ajulius quidam Larinas.* In Divin. *Agonis eſt quadam Lilybatana, liberta Veneris Erycina.* In Verrem lib. IV. *C. Hejus eſt Mamertinus, omnibus rebus in illa civitate ornatiſſimus.* Et in ep. ad Acilium: *L. Manlius eſt Soſis.*

Virtute] Probitate, & animi præſtantia. non enim hoc nomen doctrinam neceſſario complectitur.

Pag. 94. *Annos XV natum*] Annos natus eſt quindecim & annum agit decimum quinctum, proprie Latine dicitur: at recentiores multi (nominibus meo more parco) perturbant, & annum natus eſt decimum quinctum, annos agit quindecim, contra veterem conſuetudinem dicunt.

Honeſto, & nobili] Bonæ exiſtimationis, claris majoribus. nam *honeſto*, ad ipſum, *nobili*, ad familiam refertur.

Pag. 95. *Non pudor non pudicitia*] Pudor animi, pudicitia corporis.

Pag. 96. *Illo communi dolore muliebri*] Qui ex pellicatu ſuſcipitur.

De quo ne queri quidem ſine ſcelere ſe poſſe arbitraretur] Matrem enim de tanto ſcelere accuſare, ſcelus eſt. Simile illud ad Attic. lib. 2. Eo ſum miſerior, quod mihi non modo iraſci, graviſſima injuria accepta, ſed ne dolere quidem impune liceat.

Pag. 97. *Solatium malorum omnium*] Pellicem matrem non videre, ſolatium eſt.

Vt in tantis injuriis, non invita; ut a viro non libenter] Miram habet hæc figura venuſtatem. Sumit enim ornamentum a ſententia pariter, & ſermonis elegantia. Sic ad Attic. lib. IV. *Ita ſunt res noſtra; ut in ſecundis, fluxa: ut in adverſis, bona.* Ad M. Brutum: *Hujus belli fortuna, ut in ſecundis, fluxa; ut in adverſis, bona.*

CAPVT VI.

Pag. 99. *O mulieris ſcelus incredibile*] Dixi alio loco, narratione abſoluta, exclamationem ſubjici, ad judices inflammandos.

Pag. 100. *Vicit pudorem libido*] Revocat pudor ab inhoneſta, turpique cupiditate: timor, propoſita pœna vel infamia deterret: ratio diſſuadet. hæc ubi contemnuntur omnia, ſcelus emergit omnium graviſſimum.

Pertimuiſſe hoc ad cauſſam] Vt a me exponeretur. non enim hoc temere dixi: ſed ut, ea cur filium oderit, intelligatis.

Pag. 102. *Nihil in vita vidit calamitatis*] *Vidit*, pro tulit.

Quæ hoc tempore ſileret omnia] Silet omnino reus: ſed loqui videtur, cum loquitur is, qui cauſſam ejus agit. propterea infra ſubjungitur: *Cluentio ignoſcere debetis, quod hæc a me dici patiatur.*

Sed ea vero ſic agit] Ad ornatum aliquid, ad ſententiam *vero*, nihil affert. ſic in Verrem lib. v. *O præclarum imperatorem, nec jam cum M'. Aquillio fortiſſi-*

mo viro, ſed vero cum Paullis, Scipionibus conferendum. Curtius lib. III. *Semper quidem ſpiritus meus ex te pependit, ſed nunc vero ſacro, & venerabiliore trahitur. Sed* autem, ejuſdem generis eſt apud Plautum in Rud. *Sed autem quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam, Sacram urnam Veneris?* eodem modo & ſimpliciter, *at*, & cum *vero*. interdum uſurpatur, ut lib. I. de orat. *At vero filis ejus deſerti.* In ep. ad Pætum: *At vero Piſo ille frugi.* Pro Marcello: *At vero hac tua juſtitia.* Virgil. lib. X. *At vero ut vultum vidit morientis, & ora.*

Illa accuſatio] Cur non, *hac*, potius quam, *illa?* quia digito accuſatores oſtendit, ut infra: *Is fecit heredem illum adoleſcentem Oppianicum, ſororis ſuæ filium.* Et aliquanto poſt: *Avunculus illius adoleſcentis Oppianici.* In orat. pro Flacco: *Tmolites ille vicanus, homo non modo nobis, ſed ne inter ſuos quidem notus, vos docebit, qualis ſit L. Flaccus?* Pro Scauro: *Vndique mihi ſuppeditat, quod pro M. Scauro dicam, quocumque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. curia illa de graviſſimo principatu patris, fortiſſimoque teſtatur.* Et ſubjungit de templo Caſtoris, & Pollucis: *L. ipſe Metellus, avus hujus, ſanctiſſimos deos illo conſtituiſſe in templo videtur in veſtro conſpectu judices, ut ſalutem a vobis nepotis ſui deprecarentur.*

CAPVT VII.

Pag. 104. *Quibus criminibus Oppianicus damnatus ſit*] Multis eum veneficii criminibus accuſavit Cluentius, quæ infra narrantur, de duobus filiis, de uxore Cluentia, de fratris uxore gravida, de Socru Dinea: quos omnes Oppianicus ipſe veneno ſuſtulit. ideo crimina, non crimen, appellantur: & ſubjicitur, *Iis accuſatum eſſe criminibus Oppianicum:* non, *Eo accuſatum eſſe crimine Oppianicum.*

Conſtantiam A. Cluentii] Qui, cognitis, & patefactis Oppianici inſidiis, non tamen eum ſtatim reum fecit. aut, *conſtantiam* in accuſando. ſequitur autem paullo poſt: *Accuſavit Oppianicum, quam conſtanter & quam diligenter,* poſtea dicam.

Rationem accuſationis] Cauſſam, cur accuſaverit.

Deprehendiſſet] In Scamandri manibus, qui propterea damnatus eſt.

Quam conſtanter, & quam diligenter] Vt judices ab eo corrumpi neceſſe non fuerit.

Pag. 105. *Ad Staleunum*] Indicem, quem primum corrupit.

Cn. Magium, & filiam Magiam] Ex alio viro: ut Aurii ex Aurio, Magii ex Magio naſcantur.

Bello Italico captus] Larinatibus contra Romanos pugnantibus.

Inter Sicarios] Dicebant crimen veneficii, majeſtatis, repetundarum, & ſimilia, non tamen *Sicariatus*, ſed, *inter Sicarios*, aut, *de Sicariis*. infra. *Quid ergo eſt? hac quaſtio ſola ita gubernatur? quid M. Platorii, & C. Flaminii inter Sicarios?* Pro Sex. Roſcio: *Qui inter Sicarios, & de veneficiis accuſabant.* In orat. *De Sicariis, de veneficiis, de peculatu, infitiari neceſſe eſt.*

Illum adoleſcentem Oppianicum] Intento ad eum digito, dixit, *illum*, ut infra, *Avunculus illius adoleſcentis Oppianici.*

Pag. 106. *Eſſe in ſervitute*] In ergaſtulo apud Q. Sergium.

A. Aurius] Opinor nunc eſſe Melinum illum, cui Saſſia, expulſa filia, nupſerat. nam & eum ab Oppianico interfectum eſſe, infra dicitur: & alium A. Aurium, præter hunc, non video nominari.

H·S CD millia] Scutatorum duodecim millia.

CAPVT VIII.

Gallicanum] Qui primum Gallus fuerat, deinde, cum in Italiam habitatum veniſſet, non amplius Gallus, ſed Gallicanus eſſe cœpit: quemadmodum de avo Piſonis materno dixit Cicero: Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi cœptus eſt.

Non magna jactura facta] Non magno pretio.

Pag. 107. *Denunciarat*] Prædixerat: ut pro Murena: *Cum ille M. Cato, judicium minitanti, ac denuncianti, reſpondiſſet,*

uid eſſet in ſuas fortunas incen- atum, id ſe non aqua, ſed rui- nam.

ı. *Q. Metelli*] Pii, qui con- , in illa ſociorum pæne defectione pro rep. pugnabat.

ſe] Quattuorviros.

vium] Vltimum de quattuor- enim reliqui Aurii fuere.

CAPVT IX.

. *Qui poſtulet*] Vt ea ſibi nu- virum occiderat.

e humanitatem, conſtantiam- æ ſunt nomina virtutum, ea uit per ironiam. non enim umanus, & conſtans, ſed humanus, uterque pertinax litate, quæ ad exitum perduci e non poſſet.

o. *Tres filios*] Quorum duos pianicus necavit: tertium ſibi eum, qui nunc, a ſocru Saſſia , Cluentium accuſat.

decima] Dixi jam, quocum- tempore duodecim horarum es fuiſſe, totidemque noctes; horas æſtate longiores, hie- a.

um] Acerba ironia.

CAPVT X.

2. *Illos*] Qui Oppianicum, Cluentio, damnarunt.

odiſſe non poteſtis] Mortuum n odimus: cum ſit odium no- iditas; nocere autem ei, qui t, nemo poſſit.

uiſquam] Turpis rei narratio- itur exclamatio, interrogatio- ta, ut hic, & infra: *Pro dii s, Oppianicum quiſquam, hu itis circumventum dixit eſſe?* Si- d ſupra: *His rebus in cauſſa ju- atefactis, quis eſt, qui illum ab- iſſe arbitraretur?*

ventum eſſe innocentem?] Vn- n Cluentium accuſatorem in-

e] De uxore Oppianici Cluen- ratre, de fratris uxore gravida, ecatis.

CAPVT XI.

Pag. 114. *Cum eſſem in Aſia*] Quo ivit, habita oratione pro Roſcio Amerino, metu Sullæ dictatoris, quem offendiſſe videbatur, quod in ejus libertum Chryſogonum in ea oratione liberius eſſet invectus. Hoc Plutarchus, & opinor, vere. ipſe tamen in Bruto aliam cauſſam affert in Aſiam proficiſcendi. *Erat*, inquit, *eo tempore in nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collum: qui habitus, & quæ figura non procul abeſſe putatur a vitæ periculo, ſi accedit labor, & laterum magna contentio. eoque magis hoc eos, quibus eram carus commovebat, quod omnia ſine remiſſione, ſine varietate, in ſumma voce, & totius corporis contentione, dicebam. itaque cum me & amici, & medici hortarentur, ut cauſſas agere deſiſterem; quodvis potius periculum mihi adeundum, quam a ſperata dicendi gloria diſcedendum, putavi. ſed cum cenſerem, remiſſione, & moderatione vocis, & commutato genere dicendi, & periculum vitare poſſe, & temperatius dicere; ut conſuetudinem dicendi mutarem, ea cauſſa mihi in Aſiam proficiſcendi fuit.* Et ſubjungit: *Poſt a me Aſia tota peragrata eſt, cum ſummis quidem oratoribus quibuſcum exercebar, ipſis lubentibus: quorum erat princeps Menippus Stratoniceenſis, meo judicio tota Aſia illis temporibus diſertiſſimus: &, ſi, nihil habere moleſtiarum, nec ineptiarum, Atticorum eſt, hic orator in illis numerari recte poteſt. Aſſiduiſſime autem mecum fuit Dionyſius Magnes, erat etiam Æſchylus Gnidius, Adramitenus Zenocles. hi tum in Aſia rhetorum principes numerabantur.*

CAPVT XII.

Pag. 115. *Illius adoleſcentis Oppianici*] Oſtendebat eum judicibus ut ſupra, cum dixit, *Is facit heredem illum adoleſcentem Oppianicum.*

Heredem] Secundum. nam primus in utero matris erat.

Pag. 116. *Ei teſtamento legat grandem pecuniam a filio*] Modus loquendi, ut in Topicis: *Pater familias uxori ancilla-*

rum uſumfructum legavit a filio. Similiter. *ſolvere ab aliquo*, dicebat, ut ep. 17. lib. VII. *Quinctus frater laberat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio ſolvat.*

Ab ſecundo herede] A ſororis ſuæ filio.

Nihil legat] Ne ſibi ipſa fortaſſe partum medicamentis abigeret, ab Oppianico corrupta.

Liberis] Liberis, de uno filio dixit: ut pro lege Manilia: *Ex Miſeno autem ejus ipſius liberos qui cum prædonibus antea ibi bellum geſſerat*, a prædonibus eſſe ſublatos? Cum unam tamen M. Antonii filiam ſignificet. Et Phil. I. *Pax denique per eum, & per liberos ejus cum præſtantiſſimis civibus confirmata eſt*, obſidem autem Bruto & Caſſio M. Antonius unicum filium dederat.

CAPVT XIII.

Pag. 118. *Perdita nequitia, & ſumma egeſtate*] Apte conjunguntur. nequitiam enim, id eſt ſumptus immoderatos, brevi ſequitur egeſtas.

In ſolitudine] Vt Larini: quod municipium ſi cum urbe Roma conferretur, ſolitudo fuit.

Pag. 119. *Ad alia properanti*] Ad ea, quæ propiora Cluentii cauſſæ, & adjunctiora ſunt, id enim ſupra dixit.

Obſignato] Septem ſignis, de more.

Pag. 120. *In diſcordiis civitatis*] Cum alii Sullam, alii Marium, Marianoſve ſequerentur.

Ad eam columnam] Ius dicebat, opinor, ad columnam Mæniam: ad quam debitores, fures, & ſervi fugitivi accuſabantur. ejus mentio fit in Divin. in orat. pro Sextio, apud Aſconium.

Multorum] Petentium, quod ſibi Manilius debebat. de levioribus autem ſummis triumviri ſedentes ad columnam Mæniam, Aſconio auctore, judicabant.

Conviciis] Aſſiduis, moleſtiſque petitionibus. id enim nonnumquam valet convicium. aut dic, conviciis cum convicio petentium.

Actum] Cum eſt accuſatus a Cluentio Oppianicus.

Inter allegatos] Cum ſubjungat, *Oppianici nomen primum eſſe conſtabat*. neceſſe eſt, ut, qui allegati dicuntur, nocentes ipſi quoque ſint: in quibus ideo nomen Oppianici primum fuerit, quod ejus in primis opera Aſinius eſſet interfectus. Eodem ſenſu illud accipio in ep. 3. lib. 2. ad Q. frat. *Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vatiam, & C. Cornelium.*

Pag. 122. *Ejus*] Cum amara ironia dictum.

Vos] Qui Cluentium accuſatis.

Miſerum, atque innocentem] Accuſatorum verba ad judices commovendos.

Quid?] Modus tranſeundi ad aliam rem, ut paullo ante, *Quid illa cædes Aſinii Larinatis?*

CAPVT XIV.

Cui tu es heres] Suſpicioſa verba, nam quod heres, ideo videtur illa ab heredis patre necata.

Suos omnes] Qui heredes ei eſſe potuiſſent.

Perdidiſſet] Non culpa, ſed inſcientia.

L. Clodium] Libertum. nam ingenuus operam tam ſordido quæſtui non dediſſet.

Pag. 123. H-S *quadringentis*] Scutatis duodecim. qua mercede vix arbitror de tanto ſcelere Clodium cum Oppianico tranſegiſſe. quæ ſi cui non abſurda ſuſpicio, videtur, conſideret, an ſit rectius H S quadraginta: ut ſubaudiatur, millibus. ita ſcutati erunt mille ducenti. niſi tamen hæc quoque ſumma, præſertim pharmacopolæ circumforaneo, data, nimia eſt. Sed quæ dicimus, dubitantes dicimus, non affirmantes. dubitatio autem veritatem ſæpe parit.

Ipſius tabulis] In quas retulit, ſe dediſſe L. Clodio, ut ſocrum ſuam Dineam curaret, H-S *quadringentos*, vel, quod potius exiſtimo, *quadraginta*.

Tum] In eo judicio, quo damnatus eſt Oppianicus.

Fora multa] Obeunda: ut ſua pharmaca diverſis locis venderet.

Prima potione] Præſenti veneno uſus.

Neque poſtea Larini punctum eſt temporis commoratus] Ne, ſuo ſcelere per corporis notas patefacto, pœnas daret.

Faciente] Non, dum faceret, ſed, quo tempore fecit.

Pre-

rehendiſſet] Furtim.

Digito] Cur, digito, potius, quam
mo? quia ceratis in tabulis teſta-
ntum de more ſcriptum erat: unde
d, *in ima cera.*

Legata delevit] Vt ſolus heres eſſet
filius Oppianicus.

Multis locis] Vbicumque aliquid le-
atur.

n alias tabulas] Ceratas.

Pag. 124. *Cenſorias*] In municipiis
que cenſores erant, qui cenſu, per-
, in tabulas diligenter omnia re-
ent.

Decuriones univerſi] Senatus uni-
us.

udicaverant] Decreto publico.

ationem] Rei pecuniariæ.

Affinibus] Exemplum jam attulit
. Magii: qui cum frater eſſet uxoris
pianici, ejuſque filium faceret here-
, Oppianicum tamen patrem filio
poſtumo tutorem non adſcripſit.

Aditu] Ad quem adiretur.

ongreſſione] Congreſſum omnes vi-
int.

*t natura, & voluntate, & inſtituta
ne vita*] Actionum humanarum
ia primum a natura proficiſcuntur:
de voluntas, niſi malis artibus ab-
tur, naturam ſequitur: ex utraque
ium oritur, & conſuetudo. hæc ubi
junguntur omnia, non facile quiſ-
m ab inſtituta vitæ ratione ad no-
onſilia deflectit. omnia tamen in-
um neceſſitas vincit, ut in Cluen-
qui Oppianicum numquam accu-
t, ſi id prætermittere ſalvo capite
potuiſſet. Refertur ad hunc locum
quod ſupra dictum eſt: *Ac primum,
andi cauſſa quæ fuerit, oſtendam; ut
ſum A. Cluentium vi & neceſſitate
um feciſſe videatis.* Et infra: *Quis
us dubitet, quin, hac re comperta, ma-
loque deprehenſa, aut obeunda mors
ttio, aut ſuſcipienda accuſatio fuerit?*

g. 125. *Iuſte*] Propter Oppiani-
inſidiantem vitæ ſuæ.

eque] Erga ſe ipſum. eſt enim pie-
a ſe ipſo mortem depellere.

cerbe] Per vim a vitrico illatam.

digneque] Nullo ſuo merito.

oque modo poſſet] Eo magis, cum
, pieque poſſet.

Illo modo] Acerbe, indigneque quod proxime dixit. opponuntur autem, *quoquo modo, illo modo*, cum aliqua venuſtate.

CAPVT XV.

In Martis familia] Quæ libera non eſt. ſervi enim familia, dicuntur.

Pag. 126. *Civeſque Romanos*] Vt ceteros Larinates. municipes enim erant.

Ab omni ejuſmodi negotio] Vt quemquam accuſaret.

Removiſſet] Natura, voluntate, inſtituta ratione vitæ.

Pro loco] Quem obtinebat honoris, & dignitatis. ad Terentiam: *Vos videte, quid aliæ faciant iſto loco feminæ.*

Publiceque defenderet] Publico nomine, tamquam actor cauſſæ publicæ.

Pro antiquitate generis ſui] Quæ cives ei ſuos commendare videretur. novus enim civis reliquos minus amat.

Natum eſſe] E ſententia Platonis, qui in epiſtola ad Archytam naſci nos patriæ, parentibus, amicis dixit. quem locum ita Cicero convertit offic. lib. 1. *Sed quoniam, ut præclare ſcriptum eſt a Platone, non nobis ſolum nati ſumus, ſed ortus noſtri partem patria, partem parentes vindicant, partem amici*, &c.

Tanta voluntati univerſorum Larinatium] Graviter enim eam rem & decuriones ipſi, & cuncti municipes tulerunt.

Ex utriuſque ſtudio defenſionis] Non, utriuſque defenſionis, ſed utriuſque, Cluentii, & Oppianici: quorum alter Martiales, alter cauſſam publicam defendebat.

Erat ipſe] Ipſe per ſe, vel ſi non incenderetur ab uxore.

Mater Habiti] Addere nomen Habiti, neceſſe non videtur: cum dixerit, inimica filio: itaque gloſſema puto.

Hunc] Cluentium.

A cauſſa Martialium] Quam pro Larinatibus contra Martiales Cluentius agebat.

Illius judicii] Quo Oppianicum de veneno Cluentius accuſavit.

Pag. 127. *Ejuſmodi matri*] Quæ primum genero ſuo Aurio Melino, deinde Oppianico, quæ Melinum occiderat, nu-

nupſiſſet, poſtremo quæ ſibi infeſta vehementer eſſet.

Id cum Oppianicus ſciret, neque enim erat obſcurum] Similiter in ep. ad Lentulum: *Quæ cum viderem, neque enim erant obſcura.* Pro Sextio: *Hæc ego cum viderem, (neque enim erant occulta.)* In Rullum orat. 2. *Quæ cum ego non ſolum ſuſpicarer, ſed plane cernerem; (neque enim obſcure gerebantur.)* ex Demoſthene fortaſſe ſumptum; cujus eſt hoc in oratione περὶ τοῦ στεφάνου: ταῦτα δ' ὁρῶν ὁ Φίλιππος: (οὐ γὰρ ἦν ἀφανῆ.)

CAPUT XVI.

Pag. 128. *Quantus ſplendor*] Et habent copias, & ſplendide utuntur.

Prope æquabilis] Pari fere omnium probitate.

Studiorum] Cum eaſdem res & iidem probant, &, quæ expetantur, dignas judicant.

Natura] Cum ad eaſdem res iidem natura feruntur.

Circumſcriptioneſque adoleſcentium] Adoleſcentes, ætate incauti, facile in fraudem inducuntur. inde natum eſt verbum, *circumſcribere*, pro decipere: ut Phil. 14. *Aut ejiciunt vicinos, aut adoleſcentulos circumſcribunt.* Pro Q. Roſcio: *Dic nunc te ab Roſcio* H-S I ↃↃↃ *circumſcriptum eſſe.* Circumſcriptor, in Catil. orat. 2. *Quis teſtamentorum ſubjector, quis circumſcriptor, quis ganeo?* Circumſcriptio. lib. III. offic. *Atque iſte dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela XII tabulis, & circumſcriptio adoleſcentium lege Platoria.*

Cleophanto] Græco: nam Romanis medicina in artium liberalium numero non erat.

Frugi] Proprie de ſervo dicitur, qui rem domini diligenter cuſtodiat: ſed ad probitatem ſæpe transfertur, ut hic, & lib. III. in Verrem, *Frugi, & ſobrii homines.* Nam ut nequitiam multa vitia, ſic frugalitatem virtutes comitantur multæ.

Non eſt aſpernatus] Aures dedit, quaſi condicionem non recuſans.

Qua fide] In amicitiis tuendis, & in colenda juſtitia.

Pag. 129. *Qua prudentia*] In cognoſcendis, judicandiſque rebus.

Qua dignitate] Et quod ſenator, & quod virtute præditus.

Pro dii immortales] Exclamatio narrationi ſubjecta, ut ſupra. *Et eſt quiſquam, qui, cum hæc cognoverit, ſuſpicari poſſit Oppianicum judicio oppreſſum & circumventum eſſe innocentem?* Infra, poſt Scamandrum prima actione condemnatum: *Quis tum erat omnium, qui Scamandro condemnato, non judicium de Oppianico factum eſſe arbitraretur?*

CAPUT XVII.

Quis umquam audacior?] Argumentum a ſuperiore vita.

Quis nocentior?] A crimine veneficii.

Quis apertior] A comperta re manifeſtoque deprehenſa.

Quod ingenium, quæ facultas dicendi] Sic in Verrem act. I. *Quod eſt ingenium tantum, quæ tanta facultas dicendi, & copia, quæ iſtius vitam, tot vitiis flagitiiſque convictam, jampridem omnium voluntate in judicioque damnatam, aliqua ex parte poſſit defendere.*

Huic uni crimini] De veneficio, cujus eum Cluentius accuſavit.

Obeunda mors] Exitum illi parari Oppianico, qui ſuum ſcelus, veneno in Scamandri manibus deprehenſo, patefactum videret.

Pag. 130. *Re ſemel atque iterum præjudicata*] Damnatione Scamandri, & Fabricii.

Vicinitatem] Vicini enim Arpinatibus.

Pag. 131. *Sicut neceſſe erat*] Peſſime ſcilicet, ob improbitatem vitæ. ſupra.

Patroni] C. Fabricii; cujus libertum Scamandrum fuiſſe, paullo ante dictum eſt.

Neque illud tantum] Excuſatio. nam orator, cum, vir bonus definiatur, bonas recipere cauſſas debet, malas rejicere.

Sicut nec illi quidem ipſi] Altera excuſatio: ne impudentes fuiſſe videantur Aletrinates, qui tam turpem cauſſam commendaverint.

CAPUT XVIII.

Cauſſa inſidiarum] Quod Oppianicus Habitum ideo veneno tollendum curadet,

radet,

raſſet, ut eo mortuo, qui teſtamentum adhuc nullum fecerat, bona ejus omnia ad matrem venirent: quæ ab ſeſe poſtea, aucta pecunia, majore præmio, orbata filio, minore periculo necaretur.

Magno cum metu incipio dicere] Quod eſt hominis de ingenii fama, & de officio ſuo laborantis. In Divin. *Ita Deos mihi velim propitios, ut, cum illius diei mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum ſit, non ſolum commoveor animo, ſed etiam toto corpore perhorreſco.* De orat. lib. I. *Mihi quique optime dicunt, quique id facillime, atque ornatiſſime facere poſſunt, tamen, niſi timide ad dicendum accedunt, & in exordienda oratione perturbantur, pæne impudentes videntur, tametſi id non accidere non poteſt. ut enim quiſque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, varioſque eventus orationis, hominumque judicia pertimeſcit.*

Pag. 132. *Virtute*] Probitatis, non enim hoc ad eloquentiam refertur: cum de ingenio ſeparatim jam dixerit.

CAPVT XIX.

Pag. 133. *Qua tum eram*] Octo annis ante, cum Cicero annos 32. natus eſſet. hanc enim orationem annis octo poſt Oppianici damnationem prætor habuit. Oppianici autem judicium Scamandri Fabriciique damnationem nullo fere temporis intervallo ſecutum eſt, cum L. Quinctius, Oppianici defenſor, tribunus pl. eſſet, L. Lucullo, M. Cotta Cos.

In minus firmis cauſſis] Minus bonis: in quibus pro reo quod diceret, defenſor invenire vix poſſet.

Quod timide dicam] Ne mihi ipſe arrogaſſe nimium videar.

Vt quidquid] *Quidquid* pro quidque, & quiſquis pro quiſque uſitatum Ciceroni, & Lucretio.

Pag. 135. *Cur ſolus*] Scamander.

Summa religione] Qui falſum non diceret: cujus animus ab omni fraude, mendacioque abhorreret.

Summa auctoritate] Gravis auctor. ut ejus teſtimonio fidem abrogare non liceat.

Re quidem vera] Apparebat enim, venenum illud ejus conſilio paratum.

Periculo] Quod ei, Scamandro condemnato, certum impendebat.

Tota accuſatione] Supra: *Omnia tela accuſationis in Oppianicum conjiciebantur.*

Advocabat] Advocatus interdum eſt, qui præſens reo favet. inde *advocare*, eodem ſenſu.

Pag. 136. *Illi cauſſa*] Scamandri.

Hoc ipſo loco] In ſubſelliis reorum: ex quibus Cicero Cluentii cauſſam agebat.

CAPVT XX.

In conſilium iri] Sententias ferri. id eſt enim, *in conſilium ire.* infra: *In conſilium ituri judices triginta duo:* pro, ſententias laturi.

Quæſitor] Quæſtioni præerat, non tamen prætor erat. interdum tamen, atque adeo ſæpe prætor idem & quæſitor.

Ex lege illa Cornelia] Quam L. Cornelius Sulla tulerat, ut ſententiæ clam aut palam ex rei voluntate ferrentur.

Quæ tum erat] Aliquid igitur poſtea mutatum videtur in illa lege, & opinor hoc ipſum de ſententiis ferendis.

Itum eſt in conſilium] Sententiæ latæ ſunt.

Stalenus] Ab Oppianico corruptus, ut idem mox in ipſius Oppianici judicio.

Dicebat] Peccato improbus, confeſſione impudens.

Prima actione] Ampliandi poteſtatem lege permittente.

Pag. 137. *Eſſe quæſitum?*] Eſſe comparatum.

Sua ſponte] Non alieno conſilio.

Re] Cum is damnatus eſſet, cujus in judicio ſcelus Oppianici patefactum jam eſſet.

Lege] Quæ judicum ſententiis reum condemnat.

Pronunciatione] Sententiis judicum. infra: *Placuit, repente judices pronunciare. judices, ſe id velle dixerunt.*

Vtique ei locus primus conſtitueretur] Vt ejus cauſſa, quod cum Scamandri cauſſa conjuncta eſſet, ſtatim ageretur. ſic Oppianico poſt damnatum Fabricium locus primus eſt conſtitutus. infra.

Pag. 138. *Rem enim integram*] Nullo dum judicio damnatam.

Rem

Rem enim integram] Cauſſam Scamandri, nullo antea præjudicio damnatam.

Hominis non alieni] Ipſius Fabricii, pro Scamandro rogantis, ut periculum a ſe removeret.

Defendere] Quam defenderat Cicero, rogatus ab Aletrinatibus.

Labefactare] Immutare, reſcindere. eadem enim erat Fabricii, Scamandrique cauſſa.

Ad Cepaſios fratres] De quibus in Bruto: *C. & L. Cepaſii fratres fuerunt: qui multa opera ignoti homines, & repentini, quæſtores celeriter facti ſunt, oppidano quodam & incondito genere dicendi.*

Quacumque dicendi poteſtas eſſet data] Vel in cauſſa peſſima: quod eſt impudentiæ.

CAPVT XXI.

Niſi forte hæc cauſſa eſt] Niſi forte deterrimus, & obſcuriſſimus patronus ideo adhibetur, quod ab oratore auctoritas etiam requiritur. ironia. non enim hæc eſt cauſſa: nam ſi eſſet, optimus, & clariſſimus adhiberetur. quid igitur eſt cauſſæ, cur deterrimus & obſcuriſſimus adhibeatur? quia nocentis rei defenſionem optimus orator non ſuſcipit ita neceſſario ad deterrimum confugitur.

Artificium] Vt in curando non peccent: auctoritas is iis non requiritur.

Etiam auctoritatem] Vt etiam boni viri putentur.

Pag. 139. *Erigebat animum*] Cum attente audiri videret orationem Cepaſii, quaſi capitis illius eloquentia judicibus.

De re] Abſoluto præmio.

Quæ erant in cauſſa] Contra Fabricium.

Nova quædam vulnera] Per imprudentiam dicebat ea, quæ Fabricio nocerent.

Sedulo] Studioſe, ex animo, non vulnera putans, ſed remedia. Notatur imprudentia Cepaſii, qui ſe prodeſſe cauſſæ arbitraretur, in quo noceret.

Pag. 140. *Callidiſſime*] Pro Fabricio, quæ contra Fabricium erant.

Putaret] Quod idem ceteri non putabant.

Illa verba graviſſima] Ironia.

Ex intimo artificio] Quod intimum erat Cepaſio. nam revera artificium in iis verbis nullum erat.

Reſpexit ipſe] Ad reum, & a ſubſelliis diſcedentem vidit.

Diſceſſerat] Abſolutione deſperata, ex infantia, & imprudentia defenſoris ſui, quem videret ad ea, quæ erant in cauſſa, addere nova quædam vulnera.

CAPVT XXII.

Pag. 141. *Locus ei primus eſt conſtitutus*] Propter conjunctionem cauſſæ, ut Fabricio poſt damnationem Scamandri.

Pag. 142. *Fabricius*] De uno Fabricio nominatim locutus eſt: ſed Fabricius quoque Scamander fuit, cum Fabriciorum eſſet libertus. patet infra.

Pag. 143. *Illa judicia ſenatoria*] Quæ tum per ſolos adminiſtrabantur ſenatores: poſtea communicata ſunt Aureliæ legis tribus ordinibus, Pompejo & Craſſo Coſ.

Non falſa invidia] Quam tamen in Verrinis orationibus veram eſſe dixit, ut judices a corruptela deterreret.

Suis] Ipſorum judicum.

CAPVT XXIII.

Pag. 144. *T. Atti*] Hic eſt T. Attius Piſaurenſis, de quo in Bruto: *T. Attium Piſaurenſem, cujus accuſationi reſpondi pro A. Cluentio: qui & accurate dicebat, & ſatis copioſe, eratque præterea doctus Hermagoræ præceptis: quibus etſi ornamenta non ſatis opima, dicendi tamen ut haſtæ velitibus amentatæ, ſic apta quædam & parata ſingulis cauſſarum generibus argumenta traduntur.* Attius, gemina T. ex antiquioribus libris Græca ſcriptura, lapidibus malo ſcribere, quam Accius, vel Atius: quamquam dixerit Virgilius, *Parvus Atis, genus unde Atii duxere Latini*: demente litterarum poëtica licentia.

Alter] Scamander.

Ipſe ſe condemnavit?] Fabricius a ſubſelliis diſcedens ante perorationem cauſſæ.

Pag. 145. *Occurram exſpectationi veſtræ*] Omittam, quæ dici poſſunt: veniam

niam ſtatim ad id, quod exſpectatis, id eſt ad ipſam illius judicii, quo Oppianicus damnatus eſt, corruptionem ſupra: *Acervatim jam reliqua, judices, dicam; ut ad ea, quæ propiora hujus cauſſæ & adjunctiora ſunt, perveniam.*

Eam potius] Major enim metus in eo, qui de ſua ſalute periclitatur, quam in eo, qui alteri perniciem quærit.

Pag. 146. *De illo ipſo*] De corrupto ab Oppianico judicio.

CAPVT XXIV.

Pag. 147. *C. Ælio Staleno*] Quid ſi, *Stajeno*, non *Staleno*, legatur? ut e Stajena gente per adoptionem in Æliam tranſierit, aſſumpto, ut infra patet, Pæti cognomine. nam in Bruto, *C. Staienus*, inquit, *qui ſe ipſe adoptaverat & de Staleno Ælium fecerat.* De quo ſubjungit: *Fervido quodam, & petulanti, & furioſo genere dicendi: quod quia multis gratum erat & probabatur, adſcendiſſet ad honores, niſi in facinore manifeſto deprehenſus pœnas legibus, & judicio dediſſet.* Facinus autem illud fuit, accepta ab Oppianico pecunia ad corrumpendum judicium.

Tanta pietate] Erga patrem damnatum. Oppianici adoleſcentis infantiam infra quoque notat his verbis. *Quid autem magnopere Oppianicum metuebat? cum ille verbum omnino in hac ipſa cauſſa nullum facere potuerit, huic autem accuſatores, matre viva, deeſſe non poſſent.*

In eo loco] In ſubſelliis accuſatorum. Nam etſi, me dicente poteſtatem non habetis interpellandi: ego tamen vobis eam poteſtatem remitto; &, ut negetis ab Oppianico Staleno judici pecuniam datam, concedo. negate, negate, inquam in eo loco: quid reticetis? Similiter pro Sex. Roſcio: *Non quæro abs te, quare patrem Sex. Roſcius occiderit, quo modo occiderit. ita quæro abs te, L. Eruti, quo modo, & ſic tecum agam, ut in eo loco vel reſpondendi, vel interpellandi poteſtatem faciam.*

Repetiſti] A Staleno: qui cum pecuniam pro abſolutione Oppianici accepiſſet, eum condemnavit: itaque reddenda pecunia fuit.

Abſtuliſtis] judicio populi, agente tribuno pl. Quintio. infra.

Pag. 148. *Tantum donis datis, muneribuſque profecerat*] Vlpianus ita diſtinguit donum a munere, ut genus a ſpecie: quia donum a donando dictum ſit, munus autem cum cauſſa donetur, ut natalitium, nuptialitium. conjunguntur igitur diſtinctionis gratia, ut pro Archia: *Iure ſuo noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas, quod quaſi deorum aliquo dono, atque munere commendati nobis eſſe videantur.* Et lib. 2. de orat. *M. Cincius, quo die legem de donis, & muneribus tulit.* Confunduntur tamen interdum.

Profecerat] Corruptus enim in Scamandri judicio Stalenus ab Oppianico, ſententia ſua Scamandrum unus abſolverat. ſupra: *Omnibus ſententiis, præter unam, quam ſuam Stalenus eſſe dicebat, prima actione condemnatus eſt.*

Patronus] Fabricius.

Ne ſua quidem ſententia liberatus] Quia, cauſſam illius agente Cepaſio, a ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat. ſupra: *Num etiam illa judicia pecunia corrupta eſſe dicas, quibus judiciis alter a Staleno ſolo abſolutus eſt, alter etiam ipſe ſe condemnavit.*

CAPVT XXV.

Pag. 149. *Bonorum Safinii Atella*] Cum Safinius Atella pupillus bona ſua judicio repeteret ab iis, qui male empta poſſidebant.

DC *millia nummum*] Scutatorum XVIII millia.

Suppreſſit] Non dedit judicibus, ipſa clam retinuit.

Nec Safinio] Qui cauſſa cecidit.

Nec bonorum emptoribus] Vtrique parti reddenda non fuit, cum ab uno Stalenus eam accepiſſet. hoc tamen Cicero dicit, ut pecuniam ſibi habuiſſe Stalenum oſtendat, cum nemini omnino reddiderit, quæ reddenda certe fuit alterutri parti, id eſt ei quæ, cum dediſſet, condemnata tamen eſſet. Simile illud paullo poſt: *Illo abſoluto pecuniam illam aut judicibus diſpertiendam, aut ipſi eſſe reddendam.*

Pag. 150. *Ex ipſo Oppianico*] A Staleno ſe proditum querente.

Gravari cœpit] Quo ſe ſuamque operam pluris venderet.

Pag. 151.

Pag. 151. *Quod conſici potuit*] Quod obtinere potuit ab Oppianico.

H-S DCXL.] Scutatorum XIX millia, ducentos.

CAPVT XXVI.

Pag. 152. *Nonne reddendum eſt?*] Repetet enim ſuam pecuniam : dicet ſe non opera mea, ſed propter innocentiam ſuam abſolutum.

Pag. 153. *Initium facit a Bulbo*] Feſtive admodum. nam cum initium cœnæ a bulbo fieri non ſoleat, Stalenus tamen a Bulbo judice initium fecit judicii corrumpendi, ideo vocavit eum Cicero præpoſterum, atque perverſum, in ambiguo jocum quærens.

Conditor totius negotii, Guttam aſpergit huic Bulbo] Mirum Ciceronis ingenium in lepore dictorum. Iudex eſt Bulbus, judex & Gutta. rurſus, bulbus eſt cibus: gutta, liquor, quo conditor bulbus. ex ambiguo igitur ſumpſit occaſionem jocandi, conditur enim bulbus adſperſa gutta.

Is] Bulbus judex facilem ſe præbuit adjuncto Gutta judice: ut bulbus cibus adſperſa liquoris gutta conditur, & amarum ſaporem amittit.

Pag. 154. *Deguſtarat*] Non diſcedit a tranſlatione. nam condire bulbum gutta, deguſtare aliquid ſpeculæ, ſimilitudinem habent.

Sequeſter] Cujus in manu pecunia deponeretur.

Confirmator pecuniæ] Qui de pecunia ſponderet a Staleno promiſſa, quaſi evictionis nomine, ut juriſconſulti loquuntur. ſic *venditionis confirmatorem* Iulianus vocat eum, qui ſecundus auctor eſt. nam primus auctor, ipſe venditor.

Hominem] Stalenum.

Ex imaginibus Æliorum] Æliæ enim gentis cognomen Pætus, ut in faſtis, anno urbis DLII. P. Ælius Pætus.

Pag. 155. *Delegerat*] Arbitratu ſuo: qui etiam ſe ipſe adoptaſſet, Æliumque de Staleno feciſſet.

Si ſe Ligurem feciſſet] Si Liguris cognomen ex imaginibus Æliorum ſumpſiſſet. fuerant enim & Ælii Pæti, & Ælii Ligures, ut in faſtis.

Nationis magis ſuæ] Quia ortus ex Liguria.

Generis] Ælii. celandam lenus in cognomine patriam Romanus omnino videri volu tiqua Æliorum gente.

Planus] Deceptor. Græcum Horatius lib. I. ep. *Fracto cru* Plinius lib. XXXV. cap. 10. *vultum plani rege.*

Pag. 156. *Quam palam e eſſent*] Ex lege Cornelia; qu tem reo dabat, ut ſententiæ vel palam ferrentur. reus eni nicus, qui Staleno pecunian rumpendum judicium dediſſe lam ſententias ferri vellet, ut leni fidem noſſet, minime dul ſupra: *Quæſivit ab reo C. Iuni ex lege illa Cornelia, quæ tum an palam de ſe ſententiam ferri* fra: *Cum ſententias Oppianicus, erat poteſtas, palam ferri velle d*

CAPVT XXVI[I]

Placuit] Potuit iterum cau re: ſed, ne perfici res a Stalen ſententias ferri ſtatim voluit.

Repente] Antequam res perfici poſſet.

Pronunciare] Sententias ferr judicare. ſupra: *Oppianico re, matione jam, lege, & pronuncia dum condemnato.*

Pag. 157. *Triginta & duo*] Stalenum.

Eum numerum ſententiarum debebant] XL nummorum mil eſt ſcutatis MCC. in ſingulo diſpertitis.

Septimadecima] Iudices igit no XXXIII.

Pag. 158. *Nummarii*] Quib leno promiſſa, nec tamen da nia eſſet, ut Bulbus, & Gutt nominati.

Omnes irati] Cur irati, ſtati ſubjicitur.

In campo] Futuris comitiis.

Ejuſmodi judices] Qui pecu cipere conſueſſent.

Cæteri] Integri, & juſti.

CAPVT XXVIII.

Pag. 159. *Sortitio*] Sortiebantur judices ex lege illa Cornelia deferendarum ſententiarum loco.

Bulbo, & Staleno, & Gutta] Quos ceteri judices corruptos putabant.

Primo condemnare] Actione prima; cum eundem paullo poſterius, patefacta re, condemnare mallent.

Non liquere dixerunt] Ii fuere novem judices, quorum nomina infra ponuntur. quinque autem Oppianicum abſolverunt, reliqui XIX. condemnarunt. omnes enim judices, adjuncto Staleno XXXIII fuere.

Si alii] Bulbus, Stalenus, Gutta, alii nonnulli.

Verum judicabant] Reo damnato. *Verum* pro æquum, ut alibi.

Superioribus ſuis judiciis] De Scamandro, & Fabricio.

Illum veſtrum innocentem Oppianicum] Ironia. nam ſi innocens, ut vos clamatis; cur eum quinque tantum abſolverunt?

Aliqua ſuſpicione] Corrupti a Cluentio judicii.

Pag. 160. *Ambitione*] Vt boni viri viderentur, diſſimiles Bulbo, Staleno, Guttæ, qui jam reum damnarant. infra: *O innocentiam Oppianici ſingularem: quo in reo, qui abſolvit, ambitioſus: qui diſtulit, cautus; qui condemnavit, conſtans exiſtimatur.*

CAPVT XXIX.

Pag. 161. *In forum prolata*] Agente tribuno pl. Quinctio.

Pag. 162. *Ad inflammandos animos multitudinis accommodatus*] In Brutio: *Cn. Carbonem, M. Marium, aptiſſimos cognovi turbulentis concionibus, quo in genere nuper L. Quinctius fuit.*

Pag. 163. *Ab iis*] A judicibus.

Pag. 164. *Ab ſuis*] A populo circumaudiente.

Id adeo ſic cognoſcite] Familiare Ciceroni genus loquendi, ut in Verrem lib. IV. *Id adeo, judices, ut mihi ab illis demonſtratum eſt, ſic vos ex me cognoſcite.* Pro Cæcina: *Id adeo, ſi placet, conſiderate.* Eſt enim in iis locis, *adeo*, quaſi rogantis.

CAPVT XXX.

Tum] In illa temporis iniquitate, atque invidia.

Diſceptatione] Conſideratione.

Pag. 165. *Propter conſcientiam mei ſceleris*] Quia mei ſceleris eſſent conſcii.

Condemnatum] Duobus præjudiciis.

Anni ſunt octo] Poſt Oppianicum damnatum.

Pag. 166. *Cluentius, & Cannutius*] Accuſatores Oppianici.

Pag. 167. *Eo tranſire*] Lepida translatio in tribus verbis, tranſire, diſcedere, acceſſiſſe.

CAPVT XXXI.

Ad conciliationem gratiæ] Vt ſecum in gratiam Cluentius opera Staleni rediret. infra: *Qui enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius?*

Pag. 168. *Cum faucibus premeretur*] Cum reus eſſet; cum ſalutem ſuam in ſummum diſcrimen adductam videret; cum neceſſitas cogeret, quod paullo poſt dixit, *cum re premeretur.*

Pag. 169. *Conciliationis & gratiæ*] Ego inducta copula, *conciliationis gratiæ*: pro conciliatæ gratiæ.

Ab reo] Ab Oppianico.

Conſeſſus eſſet] In ædibus T. Annii, bonis viris in occulto audientibus.

Minus fidele] Aſtu: cum ſciret, exploſum iri, ut inane, commentum illud conciliationis gratiæ.

Non eſt conſilium Cethegi repudiandum] Minus fidele fuiſſe non eſt putandum.

Cum re premeretur] Cum eſſet in diſcrimine. paullo ante: *cum faucibus premeretur.*

Pag. 170. *Hærebat*] Scriptus, ut tolli non poſſet.

Reus, & accuſator] Reus Oppianicus: accuſator, Cluentius: ut nec Oppianicus effugere poſſet, quin ab aliquo, vel ſi cum Cluentio in gratiam rediret, accuſaretur: (elabi autem quovis accuſante non poterat) nec ipſe Cluentius ab accuſando deſiſtere, quin calumniæ ſubiret infamiam.

Ad corrumpendum judicium pertinet] Hoc ſi verum eſſet; corruptum ab Oppianico judicium per ſequeſtrem Stalenum, dici poſſet. nam accuſatorem a

ſuſcepta

accuſator Attius, Iunio quæſitore, Bulbo, Popillio, Gutta, Staleno: nam Falcula eſt abſolutus. ideo judicium ejus ab accuſatore commemoratum non arbitror: cum ex eo capere argumentum judicii a Cluentio corrupti non poſſet.

Suo nomine] Nemo enim ante hoc tempus in judicium eſt vocatus, quod a Cluentio pecuniam propter Oppianici damnationem accepiſſet. Loquitur hic Cicero de iis tantum judicibus, qui damnati ſunt: quorum nemo, quod a Cluentio pecuniam accepiſſet, accuſatus eſt, ſed Iunius, quod in legem non juraſſet, & quod ex lege ſubſortitus non eſſet; Bulbus, & Stalenus majeſtatis; Popillius, & Gutta de ambitu. itaque, quod ad hos quinque, qui damnati ſunt, attinet, res illa in judicium vocata non eſt. Falcula vero bis cauſſam dixit, ſemel, quod non ſuæ decuriæ munere, neque ex lege ſediſſet: iterum quod a Cluentio pecuniam accepiſſet: & utroque judicio eſt abſolutus. itaque pertinere ad hunc illa verba non poſſunt, *Ante hoc tempus omnino iſta ipſa res ſuo nomine in judicium numquam eſt vocata.*

Pag. 172. *De illo judicio*] De pecunia in Oppianici judicio accepta.

Dicerentur] Non revera eſſent, ſed ab accuſatore dicerentur.

Ruina ſimiliora] Vt illud, quo Iunius damnatus eſt propter ſeditionem & turbam.

Nihil contra Habitum valere] Vt Bulbi, Popillii, Guttæ

quæreretur. quæſivit au
prætor, quod Oppiani
ruptum per eum putabat

Pag. 173. *Diſceptati*
ſæpe, diſceptationem e
nem eorum, qui judica

Paucos dies] Donec
deſiiſſet.

Privatus] Perfunctus

Quod in legem non jur
jurare judices ſolent.
dit, differre judicem qu
tore, prætor enim non

Pag. 174. *Homo ſanct*
Ironia. jam enim de re
Cicerone Siciliæ nomi
damnatus Verres exſula
ſic act. 1. in Verrem: *In*
tores, qui, C. Verre præ
tente exirent in eum reum
ta cauſa condemnarent.

Subſortitionem ejus]
erat ex univerſo judicum
prætorem urbanum: ait
reo & accuſatore judici
rejectorum, quæ fiebat
lib. 1. in Verrem: *De*
Iuniana, judices, nihil
ni diligentiam requiro.
Iunium, ſed prætorem
ſubſortitum eſſe. nec ta
conſtat: nam ſubjicit:
dex quæſtionis, ſubſor
cum rejectorum.

Interlitus] Transfert
in Verrem, qui codicem

CAPVT XXXIV.

Si ex lege ſubſortitus non erat Iunius] Quia falſos judices ſuppoſuiſſet : cum alii eſſent in Verris codice. Non dicit, ſubſortitum non eſſe Iunium, ſed, ex lege ſubſortitum non eſſe : quod, ſimulata ſubſortitione, corruptos judices contra legem ſuppoſuiſſet.

His legibus] Hæc igitur duo crimina, unum omiſſi a Iunio jurisjurandi, alterum, quod ex lege ſubſortitus non eſſet, duabus legibus vindicabantur.

Quod contra aliam legem commiſerat] Quod contra legem Corneliam de veneficiis Oppianicum, judicio corrupto, damnaverat. itaque Iunii damnatio præjudicium in Cluentium fuit. Hoc ex perſona accuſatoris.

Qui hoc confitentur] Reſponſio Ciceronis: in qua verbum *confitentur*, iniquam rem ſignificat, quod, quibus criminibus a Iunio petita multa eſſet, quod in legem ſcilicet non juraſſet, quod ex lege ſubſortitus non eſſet, eorum criminum legibus damnatus quidem eſſet, verum non propter ipſa crimina, ſed quia contra legem aliam commiſiſſet. quod qui confitentur, iidem, injuſte damnatum eſſe Iunium, ſimul confitentur. hoc quaſi κατὰ παρένθεσιν pronunciatur. ſi qui, inquit, ideo damnatum fatentur Iunium iis legibus, non quod adverſus eas, verum quia contra aliam legem, id eſt contra legem de corruptis judiciis, commiſerit: iidem quod nos dicimus, poſſunt defendere, idem illud judicium, quo damnatus eſt Iunius, judicium non fuiſſe. ita noſtram cauſſam agent. Poſſunt, inquit, id eſt, licet eis defendere, id quod a nobis defenditur, judicium illud non fuiſſe.

Poſſunt defendere] Idem faciunt ac ſi defenderent: imprudentes defendunt.

Pag. 175. *Prætor*] Quo quærente de corruptis judiciis, damnatus eſt Iunius.

Rem ullam potuiſſe mutari] Aut eadem nunc valere debent, ſi recta: aut, ſi hæc recta, illa mutari quæ tum geſta ſunt.

Ad ſubſellia] Iudicum, quærente prætore.

Pag. 176. *Illi*] Quos digito oſtendebat. erant enim in foro, adverſum judicia.

Quaſi pro theatro] Cujus in gradibus quamplurimi ſedent.

Fauſto Sullæ] Sullæ dictatoris filio, Pompeji Magni genero.

De pecuniis reſiduis] Quæ ad peculatum ſpectant. nam Orchinium de peculatu quæſiſſe, infra legitur, pecuniæ vero reſiduæ, quibus accuſari Fauſtum judices noluerunt, erant eæ, quas ex publica adminiſtratione Sullani homines ipſo Sulla largiente, in uſum privatum converterant. Huc illa pertinent ex agr. 1. *Audite vos, qui ampliſſime populi, ſenatuſque judicio exercitus habuiſtis, & bella geſſiſtis quod ad quemque pervenit, pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario, quod neque conſumptum in monumento, neque relatum in ærarium ſit. id ad decemviros referri jubet. hoc capite multa ſperant: in omnes imperatores, heredeſque eorum quæſtionem ſuo judicio comparant: ſed maximam pecuniam ſe a Fauſto ablaturos arbitrantur. quam cauſſam ſuſcipere jurati judices noluerunt, hanc decemviri ſuſcepere. idcirco a judicibus fortaſſe prætermiſſam eſſe arbitrantur; quod ſit ipſis reſervata.* Et illud pro C. Cornelio: *Idem, niſi hæc ipſa lex, quam C. Cornelius tulit, obſtitiſſe, decrevisse id, quod palam jam iſti defenſores judiciorum pugnaverunt, ſenatui non placere id judicium de Sulla bonis fieri. quam ego cauſſam longe aliter prætor in concione defendi, cum id dicerem, quod iidem judices poſtea ſtatuerunt, judicium æquiore tempore fieri oportere.* Quo loco Pedianus: *Quia defuerat ſuperioribus temporibus in ærario pecunia publica, multa & ſæpe ejus rei remedia erant quæſita, in quibus hoc quoque ut pecunia publica, quæ reſidua apud quemque eſſent, exigeretur. id autem maxime pertinebat ad Cornelium Fauſtum, dictatoris filium, quia Sulla per multos annos, quibus exercitibus præfuerat, & remp. tenuerat, ſumpſerat pecuniam ex vectigalibus & ex ærario populi Romani: eaque res ſæpe erat agitata, ſæpe omiſſa, partim propter Sullanarum partium potentiam, partim quod iniquum videbatur, poſt tot annos, quam quis pecuniam acceperat ejus reddere rationem.*

Exiguum] Lege ſolutum.

Accuſante] Apud Orchinium prætorem.

Tribunus pl.] Tribuni pl. acceptam a L. Sulla injuriam ulciſci conabantur in filio. tulerat enim Sulla, ut iis, qui tribuni pl. fuiſſent, alios magiſtratus capere non liceret. quam poſtea legem abrogavit C. Cotta conſul.

Diſceptari] Cauſſam agi.

Quid? conferam Sullamne cum Iunio] Fortaſſe diſtinguetur melius hoc modo: *Quid conferam? Sullamne cum Iunio, an hunc tribunum pl. cum Quinctio, an vero tempus cum tempore?*

Pag. 177. *Hunc tribunum pl.*] Qui Fauſtum de pecuniis reſiduis in judicium vocavit.

Cicatricibus plurimis] A patre relictis.

Poteſtate] Tribunicia.

CAPUT XXXV.

Pag. 178. *Nec P. Popillius, nec Q. Metellus*] Popillium C. Gracchus, Metellum L. Saturninus, tribuni pl. expulerunt. poſt Reditum ad Quir. in ſen. pro Domo, pro Balbo.

Illud judicium] Quo Iunius damnatus eſt.

Non fuit] De hac iterati ejuſdem verbi figura diximus in Verrem : hic tamen exemplum non omittam, quod eſt in agr. 2. *Nihil ſibi appetit præcipue Pompejus, nihil.*

CAPUT XXXVI.

P. 181. *Præmia legis*] Vt in integrum reſtituerentur : ut, quo crimine damnati fuerant, abſolverentur, convictis eodem crimine, id eſt ambitus, accuſatoribus ſuis. exemplum ſimile fuit eodem anno. nam Cotta & Torquatus, damnatis de ambitu Sulla & Autronio competitoribus ſuis, conſulibus deſignatis, ipſi legis præmio conſules facti ſunt. Ejuſdem generis illud pro Balbo: *Objectum eſt etiam, quod in tribum Cruſtuminam pervenerit : quod hic aſſecutus eſt legis de ambitu præmio, minus invidioſo, quam qui legum præmiis prætoriam ſententiam, & prætextam togam conſequuntur.*

Majeſtatis eſt damnatus] Accuſatus quidem eſt corrupti judicii nomine, ſed ideo damnatus, quia majeſtatem læſiſſet.

M. Æmilio, clariſſimo viro] Non arbitror ſignificari M. Æmilium Lepidum qui cum Q. Catulo conſul fuit. non enim appellaret clariſſimum virum, qui ſeditioſus, patriæ inimicus, a Catulo collega diſſidens, ad extremum infeſta patriæ ſigna intulit. legendum igitur, *Mam.* non *M.* exiſtimo : ut ſit Mam. Æmilius Lepidus, qui cum D. Bruto conſul fuit.

Iudicii Safiniani] De quo ſupra.

Cominiis] Fratribus, qui etiam C. Cornelium, quem Cicero defendit, de majeſtate accuſarunt. in Bruto: *Me hoc quidem equites Romanos, amicos noſtros, qui nuper mortui ſunt, P. Cominium Spoletinum, quo accuſante defendi C. Cornelium, in quo & compoſitum dicendi genus, & acre, & expeditum fuit : T. Atinium,* Aſconius pro Cornelio.

Pag. 182. *Conciliandæ gratiæ*] Inter Cluentium, & Oppianicum.

Suſcepta] Præter ejus conſuetudinem.

Ad Iuturnæ] Templum. uſitatum loquendi genus.

In ejuſmodi ratione] In pecuniis contra leges captis.

Interpres] Sequeſter ejus pecuniæ, quam ſibi non ad corrumpendum judicium, ſed ad conciliationem gratiæ datam ab Oppianico dicebat.

Pag. 183. *Non probabatur*] Non credebatur dicenti ſe pacis & concordiæ cauſſa pecuniam illam accepiſſe.

Poſt judicium factum] Quo damnatus eſt.

Ablata eſt] Quia, quod promiſerat, non præſtitiſſet.

CAPUT XXXVII.

Pag. 184. *Invidioſiſſimum*] Summæ infamiæ.

Poſt paucos dies] Non ſtatim, ut debuit, ſubſortitione facta, ut cauſſam audire poſſet, ſed poſt paucos dies, incognita cauſſa. hanc rem ſic exagitat act. 1. in Verrem : *Inventi ſunt ſenatores, qui, C. Verre prætore urbano ſortiente, exirent in eum reum, quem incognita*

cauſa

nobiſſe condemnarent. Vbi Pedianus: *C. Fidiculanium Falculam ſignificat, qui ad complendam Oppianici damnationem dicebatur eſſe ſuppoſitus.*

Vno judicio multa eſt ab eo petita] Sed non exacta: eſt enim abſolutus. Alterum judicium de pecunia ob rem judicandam accepta, quò etiam eſt abſolutus, infra nominatur.

Sua decuria munere] Cum reliquis ſenatoribus ex ſubſortitione. ſic enim cauſſam ante cognoviſſet, quam reum damnaret. *Decuria* ſenatores judices ſignificat: qui tum ſoli judicabant ex lege Cornelia lib. I. in Verrem: *Ex hac decuria noſtra erepta eſſet facultas bonorum.* Et ibi Pedianus: *Honeſtiorum decuria, inferiorum centuria dicebantur.*

Pag. 185. *Neque ex lege*] Quæ ſententias ferri, niſi cauſſa prius cognita, vetabat.

Paulo ſedatiore tempore] Cum tribunus pl. non eſſet L. Quinctius. nam paucis poſt Iunii condemnationem diebus e tribunatu exivit. unde illud ſupra: *Paucos dies exſpectaſſet Quinctius. at neque privatus accuſare, nec, ſedata jam invidia, volebat.*

Eadem fere lege, & crimina] Cur addit, *fere?* cum dixerit jam: *Multa eſt ab eo petita, ſicut ab Iunio, quod non ſua decuria munere, neque ex lege ſediſſet.* Quia Iunius non eſt damnatus, quod non ſuæ decuriæ munere, neque ex lege ſediſſet, verum ut ſupra narratur, quia non juraſſet in legem, & quia ex lege ſubſortitus non eſſet.

Prima actione] Non ampliata cauſſa.

Non numero hanc abſolutionem] Alteram enim oſtendam, quæ pro Cluentio ſit: nam hæc nihil habet cum Cluentii cauſſa conjunctum.

Vt illam multam non commiſerit] Multam committere, eſt multam mereri, committere quod multa dignum ſit. lib. III. in Verrem: *Pœnam octupli ſine ulla dubitatione commiſſam.*

Quam captam] A Fidiculanio.

Eadem lege] Cum eadem lege cauſſam diceret, qua Fidiculanius poſtea eſt accuſatus, de pecunia ſcilicet ob rem judicandam accepta: quæ lex de repetundis fuit: ut infra.

Pag. 186. *Quæſtionis ejus*] Qua & Iunius damnatus, & Fidiculanius prima actione eſt abſolutus.

Fidiculanius quid feciſſe dicebatur?] Locutus eſt ab uno judicio, quo abſolutus eſt Fidiculanius: nunc alterum incipit exponere. quod magis pro Cluentio ſit.

H-S c c c c *millia*] Scutatorum duodecim millia.

Qua lege in eo genere a ſenatore ratio repeti ſolet] Hoc dicit, *quia lege de repetundis ratio non repetebatur ab equite Romano:* quod infra diſputat.

De pecuniis repetundis] Vna *lege de repetundis tenebantur*, qui ſocios in provinciis expilaſſent, & qui pecunias Romæ ob rem judicandam cepiſſent. infra: *Quid enim mihi damnatos ambitus colligitis, alia lege, certis criminibus? cum primum illi ipſi debuerint potius accuſari de pecuniis repetundis, quam ambitus.*

Adducti judices ſunt] Adducti ſunt ut credꝛrent, perſuaſi ſunt.

Qui non perpetuo ſediſſet] Quod objiciebatur Falculæ. ſupra: *Cum præſertim, id quod ſuis illo judicio invidioſiſſimum, poſt paucos dies ex ſubſortitione ſediſſet.*

Quæ præjudicia] Vnum in Scamandro, alterum in Fabricio.

Audire præterea nihil debuiſſe] Cum aliquid tamen audierit Falcula, licet non totam cauſſam cognoverit, quippe qui poſt paucos dies ex ſubſortitione ſederit.

CAPVT XXXVIII.

Imperitorum hominum rumuſculos aucupati] Ambitione adducti: ne corrupti, ut Bulbus, Stalenus, Gutta, qui jam Oppianicum damnaverant, viderentur.

Illum abſolverunt] Oppianicum, a ceteris fere omnibus damnatum.

Iam] Abſoluto Falcula. quem qui abſolverunt, Oppianici damnationem probare videbantur.

Suam clementiam] In abſolvendo Oppianico.

Laudari magnopere nolebant] Pœnitebat jam eos clementiæ ſuæ.

Pag. 187. *Vna ſententia*] Quam ſuam Stalenus eſſe dicebat.

Vter] Iudex, qui Oppianicum damnavit, an qui abſolvit.

Sibi] Sententiæ ſuæ.

Rei judicata] Præjudiciis de Scamandro & Fabricio factis.

In principem maleficii] In Oppianicum. nam Scamander & Fabricius maleficii principes non fuerant, ſed conſcii & miniſtri.

Superiora judicia] De Scamandro, & Fabricio facta.

Secuti ſunt] In Oppianico damnando.

Non Staleni fraude] Vt Bulbus, Gutta, Popillius, a Staleno corrupti.

Conſtantiam] Cum enim Scamandrum & Fabricium damnaſſent, declinare de ſuo ſtatu in Oppianici judicio noluerunt.

Paullo poſterius, patefacta re] Ideo ſibi non liquere dixerunt, ut reum paullo poſt, cauſſa iterum cognita, & re patefacta, condemnarent. ſupra.

Patefacta re] Vter pecuniam judicibus dediſſet, Oppianicus, an Cluentius. nam ſuſpicio tantum adhuc erat: res ipſa non patebat.

Ex facto] Ex damnatione.

Quod ii fecerint] Cum ſibi non liquere dixerunt. de iiſdem enim adhuc loquitur.

Pag. 188. *Ita dicere*] Vt de Octavio, & Confidio jam dixi.

Fuit] Obierat.

Ex vetere illa judicum diſciplina?] Nihil muto, ſed, *judiciorum*, fortaſſe rectius. nam & ſupra: *Homines ſapientes, ex vetere illa judiciorum diſciplina.*

Florente rep.] Poſt obitum Sullæ.

Ambitioſus] Supra: *Quinque omnino fuerunt, qui illum veſtrum innocentem Oppianicum, ſive imprudentia, ſive miſericordia, ſive aliqua ſuſpicione, ſive ambitione adducti, abſolverent.*

Qui diſtulit] Qui ſibi non liquere dixit.

Cautus] Supra: *Eorum qui ſibi non liquere dixerunt, ſapientiam laudo: qui abſolvere eum, quem nocentiſſimum cognorant, & quem ſibi bis jam antea condemnarant, nullo modo poterant condemnare, cum tanta conſilii infamia, & tam atrocis rei ſuſpicio eſſet injecta paullo poſterius, patefactare, maluerunt.*

CAPVT XXXIX.

Pag. 189. *Hæc*] Quæ nunc a me demonſtrantur. ſupra: *Ita multum agitata, ita diu jactata res eſt; ut hodierno die primum cauſſa illa defenſa ſit, hodierno die primum veritas vocem contra invidiam, his judicibus freta miſerit.*

In judicio] Quo Iunius damnatus eſt.

Privatus eſt factus] Perfunctus tribunatu pl.

Quod erat odium] Quo erat in omnes in odio.

Pag. 190. *Equitem Romanum*] Oppianicum.

CAPVT XL.

Ad quinquaginta] Prope quinquaginta.

Pag. 191. *Advocati*] Qui judicio adeſſet, reo favens.

A tribunicia voce deſertum] Vivo Sulla, qui tribunis pl. ademit concionandi poteſtatem.

Oppreſſerat] Occupaverat primus. nam etſi quadriennio ante Sulla deceſſerat: concionari tamen ante Quinctium nemo tribunus pl. auſus erat.

Pag. 192. *Satis illis ipſis*] Sullanis. nam L. Luculli exemplum ſupra attulimus e Salluſtio.

Vſque ad talos demiſſam purpuram] Refellitur Plutarchus, qui tribunis pl. purpuram adimit, & hoc utitur argumento ut magiſtratum non fuiſſe tribunatum pl. oſtendat. aut novum hoc in Quinctio propter arrogantiam fuiſſe, exiſtimemus.

CAPVT XLI.

Pag. 195. *Quod eo loco fuit*] Quod novus homo fuit.

Tu] T. Atti.

Ea judicia] De Iunio, Bulbo, Popillio, Gutta, Staleno: quos accuſator ideo damnatos eſſe dicebat, quod, accepta a Cluentio pecunia, innocentem Oppianicum damnaſſent.

Gratis judicaſſe] Falculam in Oppianici judicio.

Omnia Quinctiana judicia] Retorquet argumentum. Nocens Falcula, quia condemnarat Oppianicum, quia cauſſam totam non audierat, quia vehementer & ſæpe in concionibus a L. Quinctio vexatus erat. Immo innocens,

cens, quia, cum hæc ita eſſent, abſolutus tamen eſt. Omnia judicia, Quinctiana vocat, urgente tribuno pl. Quinctio facta, quibus rei damnati ſunt Iunius, Bulbus, Popillius, Gutta, Stalenus. nam Falcula, cum privatus eſſet Quinctius accuſatus eſt, & ideo abſolutus, quia nulla in judicio ſeditio, nulla turba verſata eſt.

Pag. 196. *Quis nocens?*] Quis, accepta a Cluentio pecunia, Oppianicum damnavit?

In quemquam illorum] Illorum judicum, qui damnati ſunt. quo patet, etſi objecta illis judicii corruptela ſit, aliis tamen eos criminibus eſſe condemnatos. nam ſi de corrupto judicio damnati eſſent, damnatus eſſet & Falcula: cum nulla ſit illis objecta res, quæ non objecta Falculæ quoque ſit. ſed Falcula abſolutus ut innocens, ergo innocentes & illi.

Hoc judicium] Quo abſolutus eſt Falcula.

Rebus judicatis] Qui judicia facta commemoras: & ex quorundam judicum damnatione judicium a Cluentio corruptum argumentaris.

Damnatos ambitus] Vt Popillium, & Guttam.

Alia lege] De ambitu.

Certis] Quæ perſpicue commiſerant.

De pecuniis repetundis] Quo crimine accepta ob rem judicandam pecunia comprehendebatur. itaque dixit ſupra: *Fidiculanius quid feciſſe dicebatur? accepiſſe a Cluentio* H·S CCCC *millia. cujus erat ordinis? ſenatorii, qua lege in eo genere a ſenatore ratio repeti ſolet, de pecuniis repetundis, is ea lege accuſatus, honeſtiſſime eſt abſolutus.*

Propria lege hujus peccati] De pecuniis repetundis.

Pag. 197. *Qua quiſque lege*] Diverſa enim lege Iunius, Bulbus, Stalenus, Popillius, Gutta, damnati fuerant.

Hic profertur id, quod judicium appellari non oportet, P. Septimio Scævola litem eo nomine eſſe æſtimatam] Præjudicia multum habent ponderis ad eorum damnationem, qui propter eadem crimina in judicium vocati ſunt. ideo protulerat accuſator Cluentii, litem æſtimatam in cauſſa Septimii: quam dicebat æſtimatam, non quod eo crimine accuſaretur, (nam aliis flagitiis in Apulia commiſſis reus erat, quibus etiam condemnatus eſt, ut infra narratur) ſed ut, cum aliis criminibus damnatus eſſet, plecteretur etiam ob culpam acceptæ a Cluentio in Oppianici judicio pecuniæ. Id Cicero non negat, fateri etiam videtur, ut ex iis verbis, quæ aliquanto poſt ſequuntur, conjicere licet. Quæ res ſi rei judicatæ pondus habuiſſet, ille poſtea reus vel iiſdem, vel aliis inimicis reus hac lege ipſa factus eſſet. Verum id judicium appellari dicit non oportere. nam ſi judicium eſſet, idem Septimius poſtea lege de captis pecuniis poſtulatus eſſet; quoniam eum ſperare poſſent, ac plane confidere ejus inimici condemnatum iri eo crimine, quo de crimine præjudicium eſſe factum in æſtimatione litium viderent: non igitur, quod in ipſo Septimio judicium exiſtimatum non eſt, id Cluentio tamquam præjudicium obeſſe debere, eoque minus, quod illa litis æſtimatio extraordinaria fuit in cauſſa Septimii, & expreſſa a judicibus contentione accuſantium inimicorum: non ſolere enim reos ſemel damnatos ſecundis criminibus affigi, ne ſi illa quidem capitalia ſint. Duplex igitur Ciceronis defenſio: tum quod æſtimatio litis, quæ judicium non ſit, obeſſe Cluentio non debeat: tum etiam, quod judices illi litem æſtimaverint præter conſuetudinem aliorum judicum, contentione accuſatorum adducti.

Quod judicium appellari non oportet] Litis enim æſtimatio, judicii ſuperioris appendix eſt, non judicium.

Eo nomine] Quæ pecuniam ob rem judicandam accepiſſet.

Adhibita eſt] In eodem reo, iterum alio crimine in judicium adducto. inuſitata igitur fuit æſtimatio litis in Septimio jam aliis criminibus damnato.

In litibus æſtimandis] In æſtimatione litium: in quibus judiciis lites æſtimantur: quæ ſunt judicia repetundarum.

Inimicum] Ideo litem non admittunt in illum illatam; ne videantur propter inimicitias infenſi.

Non admittunt] Ne, ſi rurſus eum damnaverint, inimicum damnaſſe videantur.

Perfunctos] Satisfeciſſe jam ſe putant officio ſuo, cum de reo judicarunt repetundarum accuſato: quo in crimine lis æſtimatur.

Pag. 198. *De reo*] De repetundis accuſato.

Attendunt] Cum idem reus alio crimine accuſatur.

Lites eſſent æſtimatæ] In cauſſa repetundarum damnationem ſequitur litis æſtimatio. propterea ſimul utrumque nominatur.

Reo damnato] Vbi quis de repetundis damnatur, ſequitur eam damnationem litis æſtimatio: tantum ſcilicet ut ſolvat, quantum judices furtis cognitis, & comminatis, æſtimarint.

Ad quos perveniſſe pecunias] Hæc erat quaſi quædam appendix cauſſæ de repetundis judicatæ, atque damnatæ; cum reus, æſtimata lite; ſolvendo non erat: tunc enim agebatur in eos, ad quos ea pecunia perveniſſet. vide pro Rabirio Poſthumo, & in epiſtola Cœlii ad Ciceronem, quæ incipit, *eſſ de rep.*

In litibus æſtimandis ſtatutum ſit] Cum lites æſtimabantur, ſtatuebatur, ſi reus ſolvere non poſſet, vocarentur in judicium ii, ad quos ea pecunia perveniſſet. Igitur, *in l. æſ.* id eſt, cum alicui de repetundis damnato lis æſtimata eſt: poſt litium æſtimationem.

Non eſſe judicium] Nam ſi eſſet, non abſolverentur.

Aliis criminibus] Capitalibus: non hoc, de capta in Oppianici judicio pecunia. ſequitur enim: *Omni contentione pugnatum eſt ut lis hæc capitis æſtimaretur.*

Apulia] Cui præfuerat.

Pugnatum eſt] Ab accuſatoribus non contentis unica Septimii damnatione ab iis, qui reo favebat.

Vt lis hæc capitis æſtimaretur] Quæ lis? non illa, in qua Scævolam Apuli accuſaverant: nam æſtimationem hanc, prolatam ab accuſatore Cluentii, diverſam eſſe ab ea lite, indicant ſuperiora verba, *condemnatus eſt aliis criminibus.* *Lis* igitur *hæc capitis* dixit Cicero pro, *lis hæc majeſtatis*, de corruptis judiciis, quæ nunc in Scævolam intenditur: quæ capitis eſt. nam repetundarum crimen capitale non eſt. eam æſtimationem judicii loco habendam non eſſe, iidem illi, qui Scævolam accuſarant, ſubreſponderunt, quia non eundem poſſent hac lege ipſa, qua nunc Cluentius cauſſam dicit, eodem crimine poſtulare. Igitur, *Vt l. h. c. æſ.* id eſt, ut, quæ capitis lis erat, ad pecuniæ ſolutionem rediceretur, judicibus, qui ſe jam perfunctos arbitrarentur, concedentibus.

Hac lege ipſa] De repetundis. nam litis æſtimatio ad crimen repetundarum pertinet. Scævola enim non hac lege, ſed aliis criminibus & reus factus eſt, & condemnatus. lis autem ei æſtimata gratiæ cauſſa: ut, quod capitale erat, pecunia æſtimaretur.

CAPVT XLII.

Hujuſce periculi] Ne Cluentio noceat cenſoriæ animadverſionis exemplum.

Pag. 199. *Qui cenſores proxime fuerunt*] Infra nominantur, Cn. Lentulus, & L. Gellius.

Cum altero vero] Opinor hunc eſſe Cn. Lentulum; quem paullo poſt familiarem ſuum vocat.

De ſubſcriptionibus eorum] Cenſores, cum aliquem damnabant, cauſſas, cur damnarent, ſubſcribebant.

In amicorum periculis] Cum eorum cauſſas agit, ſicuti ego nunc Habitum defendo.

Pag. 200. *Dignitas*] Cenſoria.

Amicitia] Quæ mihi cum ambobus eſt, qui cenſores proxime fuerunt.

Illius conſilii Iuniani] Cum Oppianicus judice quæſtionis Iunio, damnatus eſt.

C. Getam] Licinium, qui cenſor fuit cum Q. Fabio Allobrogico, ſeptem annis poſt eos cenſores, a quibus e ſenatu ejectus erat. Valerius Max. & Frontinus de Aquæduct.

Turpi judicio] Vt furti, & captarum pecuniarum.

Pag. 201. *Illarum ipſarum rerum judiciis*] Sunt enim certa & propria de furto, & de capitis pecuniis judicia.

CAPVT XLIII.

Niſi qui inter adverſarios convenisset] Cujus generis cenſores non ſunt.

Hoc

Hac ignominia cauſſa] A cenſoribus illata.

Pag. 202. *Iudices*] Nominandi cauſſa dictum, non vocandi. qui vero judices, explanat, ſubjungens, ſenatores, equiteſque Rom. qui poſt Pompejum & Craſſum conſules Aurelia lege judicabant.

Optimum quemque] E ſingulis ordinibus.

In ſelectos judices] Verbi gratia, qui de repetundis, de ambitu, de majeſtate judicarent.

Pag. 203. *In ærarios referri*] Si quem de plebe cenſores notabant, in ærarios referebant, id eſt, civem eo tantum nomine patiebantur eſſe, ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. Aſconius.

Tribu moveri] Ex ruſtica in urbanam rejici, aut ex ruſtica nobili in aliam ruſticam minus nobilem, ut Balbus Cruſtuminam eſt adeptus, legis de ambitu præmio.

A magiſtratibus] A prætoribus urbanis.

CAPVT XLIV.

Pag. 204. *Illa acerbiſſima proſcriptio*] Sullana. unde ſubjicit, *Dictatorium gladium*. Eſt autem in ſimilitudine nominum quidam lepor: *Videte, ne ſubſcriptio proſcriptio ſit*.

Stylum] Quo ſubſcribebant cenſores.

Retuderunt] Ne nocere poſſet.

Gladium] Et hic lepor eſt. ſubſcribentis enim ſtylus, proſcribentis gladius.

Quod in cauſſa non eſt] Quid enim cenſoribus cum hoc judicio.

Secus] Male. ſic enim interdum accipitur.

Pag. 205. *Qui tabulas publicas*] Epilogus criminum Oppianici, quæ ſupra latius explicata cognoſcuntur.

Teſtamentum] Socrus ſuæ Dineæ.

Suppoſita perſona] Aiullio Aſinium ſimulante.

Eum] Aſinium.

Avunculum filii ſui] M. Aurium, fratris uxoris ſuæ.

In ſervitute] In ergaſtulo, apud Q. Sergium ſenatorem, in agro Gallico.

Proſcribendos] Victore Sulla, cujus in partibus fuit. proſcripſit autem, & occidit Larinates quattuor ut ſupra.

Ejus uxorem] Saſſiam, Cluentii matrem.

Privigno ſuo] Cluentio.

Pag. 206. *Sive voluntas, ſive opinio fuit*] Cupit in voluntate, cunctatur in opinione. nam voluntas libera eſt, & ab odio interdum proficiſcitur: opinio rationem aliquam ſequitur, & diligit quod rectum eſſe putat: quamquam ſæpe putat, quod non eſt.

CAPVT XLV.

Cauſſa cognita] Quam non audierunt.

Pag. 207. *Habebantur*] Quo tempore Quinctius concionabatur.

CAPVT XLVI.

Pag. 208. *Sortitione in quoſdam*] Vt in decimum quemque ſorte animadverteretur. Livius, Tacitus, Polybius, alii.

Pag. 209. *Religionem*] Iuriſjurandi.

CAPVT XLVII.

Pag. 211. *Illa judicia*] Facta eo tempore.

Ex notatione tabularum] Diſcoloribus enim ceris notatæ ſunt, Hortenſii oratoris, ut creditum eſt, culpa. quod ei Cicero objicit in Divin.

Homines] Cenſores. ſequitur enim paullo poſt, *ſua auctoritate*.

Quos ceteris vitiis] Loquitur de iis judicibus, qui Oppianicum damnarant.

Illis cenſoribus] Pompejo conſule, & Craſſo.

Communicata] Aurelia lege. Aſconius.

Hominum idoneorum] Qui digni cenſoria notatione viderentur.

Illa judicia] Senatoria.

Cum equeſtri ordine] Simul cum equeſtri ordine, illa judicia reprehendente: ut legem de communicandis judiciis neceſſariam fuiſſe oſtenderet.

L. Popilium] Publium ſupra nominavit.

Pag. 212. *Locum ſenatorium ludis*] Vt ſpectaret ludos in orcheſtra: quod ſolis licebat ſenatoribus.

Cetera ornamenta] Vt lati clavi tunicam, calceos lunatos: de quibus Phil 13. *Mutavit calceos: repente pater conſcriptus factus eſt*. Feſtus, Iſidorus, Zonara.

CAPVT XLVIII.

Pag. 213. *In ipſum Habitum*] Equitem Romanum. equum publicum cenſores equitibus Romanis adimebant.

P. Africani] Paulli filii.

Contra] Contra Sacerdotem.

Equum traducere] Non enim adimere equum voluit, contra quem nemo diceret.

Pag. 214. *Facere licuiſſet*] Vt eadem condicione, qua Sacerdos, uteretur: ne ſcilicet in eum ſine teſte aliquo animadverteretur.

Facile] Teſtis enim contra eum nemo diceret.

Illis ipſis judicibus] Ipſorum cenſorum judicio, qui in eum animadverterunt.

Excitata] Turbulentis Quinctii concionibus.

Elogium] Teſtificationem.

Pag. 215. *Videlicet*] Ad ironiam oſtendendam.

Quem oderat] Vt ipſe ais.

CAPVT XLIX.

Invidia flagraret] Infamia judiciorum nondum lata lege Aurelia.

Pag. 216. *Judicium publicum*] Quo de veneficiis accuſatus eſt Oppianicus. id autem judicium publicum eſt.

Iſtam legem] Iſtam, dicit non quæ lata ſit, ſed quæ, facto ejuſmodi S. C. ferenda videtur fuiſſe. non eſt autem lata, quia S. C. illud temporis cauſſa factum eſt, non quia judicium Oppianici corruptum a Cluentio ſenatus judicaret. propterea ſubjicitur: *Factum eſt illorum æquitate, & ſapientia conſulum, ut id, quod ſenatus decreverat ad illud præſens incendium reſtinguendum, id poſtea referendum ad populum non arbitrarentur.*

In quos] Corruptum locum ita ſanari poſſe arbitror: *Is, queis tum conſulibus deſignatis idem illud ſenatus decreverit.*

Referendum ad populum] *Ferri ad populum*, dicitur, *non referri*. itaque malim hic, *ferendum*.

Pag. 217. *Rem illam*] Vt ipſo judice populo de Oppianici judicio ageretur:

Totam illam legem, & quæſtionem repudiavit] Totum conſilium ferendæ legis abjecit, nec apud ſe de C. Iunio quæri voluit, ſed apud eos judices, quorum de criminibus illis, quibus accuſatus eſt, quæſtio legitima erat.

CAPVT L.

Quam ego turpiter pene præterii] Lepida ironia.

Pag. 218. *Ex oratione neſcio qua*] Ex actione I. in C. Verrem. nam infra ſubjicitur, *cum accuſarem*. Vnum autem accuſaverat Verrem. Oratorie fingit ſe oblitum eſſe, quid aliquando in judicio dixerit: quaſi orator, cauſſæ ſerviens, aliud alio tempore dicere cogatur.

Quam meam eſſe dicebat] Quod ego neque confiteor, neque nego.

Illius ipſius judicii Iuniani] Significat illa verba, quæ ſunt in actione ſuperdicta: *Quod inventi ſunt ſenatores, qui, C. Verre prætore urbano ſortiente, exirent in eum reum, quem, incognita cauſſa, condemnarent: quod inventus eſt ſenator, qui cum judex eſſet, in eodem judicio ab reo pecuniam acciperet, quam judicibus divideret & ab accuſatore, ut reum damnaret.*

Et auctoritatis] Vt mihi fides haberetur: ut auctoritatem haberet oratio mea.

Populi Romani] Circa judicium ſtantis.

Pag. 219. *Perinde quaſi*] Excuſat conſilium ſuum de ſcribendis orationibus, & refellit eam rationem, qua ſcribendas non eſſe Antonius judicabat.

CAPVT LI.

In iſto genere] In ſcribendis orationibus.

M. Bruto] Qui male audiit eo nomine, quod induſtriam operamque ſuam ad accuſandum contuliſſet. itaque in Bruto ait Cicero: *In quo magnum fuit, Brute, dedecus generi veſtro: qui cum tanto nomine eſſet, patremque optimum virum habuiſſet, & juris peritiſſimum, accuſationem factitaverit.*

Pag. 220. *In diſſuaſione*] De qua ſic in eodem libro: *Voluit adoleſcens in colonia Narbonenſi cauſſa popularis aliquid*

attu-

tingere, eamque coloniam, ut fecit, ipſe ducere. exſtat in eam legem ſenior, ut ita cam, quam illa ætas ferebat, oratio.

Senatus] Qui nolebat illam coloniam educi.

Legis Serviliæ] Q. Servilius Cæpio nſul, cum equeſter ordo lege C. Gracchi ſine ſenatu judicaret, legem tulit : judiciis inter utrumque ordinem mmunicandis. quamquam Plutarchus tuliſſe Gracchum ait, non ut ſoli quites, ſed ut cum ſenatoribus, pari umero, judicarent. Serviliam vero legem cum ſuaderet L. Craſſus, laudaret natum, & equites accuſare eſt coactus. aque in Bruto, *Mihi quidem*, ait Cicero, *a pueritia quaſi magiſtra fuit illa raſſi in legem Cæpionis oratio, in qua uctoritas ornatur ſenatus, quo pro ordine la dicuntur, & invidia concitatur in judicum, & accuſatorum factionem, contra quorum potentiam populariter fuit dicendum.* Hanc tamen legem ut antiquatam putem, ea ratione adducor, quod andem Cæpionem apud ſolos equites, contra Plutarchi teſtimonium, poſtea uſſam dicere, ſcriptum video lib. I. e orat. *Animos*, inquit, *equitum Romanorum, apud quos tum judices cauſſa gebatur, ad Q. Cæpionis odium, a quo rant ipſi propter judicia abalienati revocaſse.* Accedit illud, quod cum legem e communicandis inter tres ordines judiciis L. Aurelius Cotta prætor tulit, am ſolos equites judicaſſe ſatis conſtat. am hic ipſe locus, *quo animi illorum judicum in Craſſum incenderentur*, ſolos quites judicaſſe non oſtendit?

Flagitabat] Craſſus a Bruto, qui um poſt obitum patris nequitia conumpſerat.

P. 221. *Eas ſe tamen balneas*] Dicebat Craſſus eas balneas a Bruto ſe requirere: um ſignificaret, balneas quoque ab eo amptibus immoderatis eſſe diſſipatas.

Ex tabulis] Domeſticis, in quas omnia referebantur.

Cenſu] Bruti pater, cum profiteretur, alneas nominavit.

Pag. 222. *Magis*] Quam in meis, uæ de rep. non ſunt.

Cum iſta dixi] Contra Verrem. Nunc orationem ſuam agnoſcit, & excuſat uæ tum dixit.

CAPVT LII.

Facto ejus] Innocentia.

Lege] Qua ſoli ſenatores tenebantur. Habitus autem ſenator non erat. hanc legem Sulla tulerat, & de veneficiis, & ne quis judicio circumveniretur: quo de crimine propriam legem C. Gracchus antea tulerat. infra.

Pag. 223. *Itane eſt?*] Lepida irriſio. de quo loquendi genere plura diximus in ea pro Quinctio.

Lex ipſa] Pro ſe ipſa loquens.

Certe] Ad judices orationem convertit. ſequitur enim *hominem*, id eſt accuſatorem.

Inſtituto meo] Nam conſuevi non meo ſolum uti conſilio, ſed ejus etiam, quem defendo, parere voluntati.

Honeſtis] Qui ſuam exiſtimationem minui non vult. nam ſi lege defendatur, cauſſæ diffidere videretur.

Pag. 224. *Civitatis retinendæ*] Exſilium enim pœna erat de veneficio damnatis. infra: *Quid erat, quod Oppianicum, pœna affectum pro veneficiis ejectum e civitate, quiſquam timeret?* Accuſator autem, quo magis judicum animos e ſuperiore Cluentii vita ad damnandum impelleret, corrupti quoque judicii crimen in eum conferebat.

Neque enim id ſemper facere debemus] Non enim quæ Cluentii eadem omnium innocentia eſt.

CAPVT LIII.

Pag. 225. *Quod ait Attius*] Cum vereretur, ne Cluentium Cicero lege, non facto defenderet.

Pag. 226. *Q. Naſo*] Quæſtio de veneficiis Q. Voconio Naſoni prætori obtigerat.

Pag. 227. *M. Platorii, & C. Flaminii*] Miror unam quæſtionem duorum prætorum eſſe. ſuſpicari tamen licet, ita multos accuſatos eſſe inter ſicarios, ut prætor unus non ſufficeret.

C. Orchinii] Quem ſupra nominavit.

Mea] Prætor igitur Cluentium defendit.

De pecuniis repetundis?] Quo crimine damnavit C. Licinium Macrum,

Calvi oratoris patrem. epiſt. 3. lib. 1. ad Attic. & Plutarchus.

C. Aquilii] Iuriſconſulti clariſſimi de quo diximus in Quinctiana. De numero prætorum vide quæ diximus in eadem: ne ſæpius eadem iterentur.

Quid reliquæ quæſtiones ?] Vt de majeſtate, de vi publica: de quibus criminibus prætores quærebant.

CAPVT LIV.

Iudicem quæſtionis, hoc eſt, Q. Voconium] Prætor igitur, interdum vocabatur judex quæſtionis: interdum autem, atque adeo ſæpiſſime, judex quæſtionis non eſt prætor, ut in cauſſa Verris, & in eo judicio, quo Oppianicus damnatus eſt.

Obvenerint] Nam ſorte ducebantur.

Pag. 228. *Non ita eſt*] Nam ſi ita eſſet, omnes mortales alligaret. ita Cluentius quoque comprehenderetur. ſed eum hac lege non teneri ipſa legis verba demonſtrant.

Legionibus quattuor primis] Ordinariis. nam binas legiones ſinguli conſules habebant.

Qui eorum coit] Ipſe ſe ſtatim interpretatur, ſubjiciens: *Qui eorum? quorum? videlicet, qui ſupra ſcripti ſunt.*

Quo quis judicio publico condemnaretur] Diverſis de rebus una eademque lege caveri, mirum videtur. nam qua lege Voconius quærit, ea de veneficiis eſt, hæc autem verba, quo quis judicio publico condemnaretur, ad legem de repetundis pertinent, quæ corrupti judicii crimen complectebatur. itaque tollenda ſuſpicarer, niſi paullo poſt legerem, quæſtionem de corruptis judiciis, quam C. Gracchus propria lege ſanxerat, a L. Sulla conſtitutam eſſe lege de veneficiis qua Cluentius reus factus erat. propterea dicitur infra: *Habitus accuſatur ea lege, quæ tunc erat Sempronia, nunc eſt Cornelia.*

Pag. 229. *Hac facultate defenſionis*] Eo, quod in patrociniis præſtare ipſe poſſim.

Quæ de lege ab Attio dicta ſunt] Dixerat Attius, iniquum ſibi videri, non iiſdem legibus omnes teneri.

De te tibi obſequor] Facto, non lege, defendi vis. in quo tibi obſequor, neque præſidio legis utor.

CAPVT LV.

Pag. 231. *Cum ejus rei quæſtionem in ipſa lege conſtitueret, qua vos hoc tempore judicatis*] Cum quæſtionem de corruptis judiciis in legem de veneficiis includeret.

In equeſtrem ordinem] MDC equites victor Sulla occidit, quia pro Cinnanis partibus fuerunt, id ex Appiani lib. 1. notum eſt. Aſconius autem: *Equeſter ordo pro Cinnanis partibus contra Sullam ſteterat multaſque pecunias abſtulerat: ex quo ſaccularii erant appellati: atque ob ejus rei invidiam poſt Sullanam victoriam erant interfecti.*

Pag. 232. *Quæſtus in veteres judices*] Lego, diſſentientibus antiquis libris: *Quæ eſt uſus in veteres judices.* atque hac ego conjectura, nec a vetere ſcriptura longius diſcedente, & ſententiam illuſtrante, magnopere delector. quid enim eſt, *Quæſtus in veteres judices?* quanto autem aptius, *Acerbitatem proſcriptionis ſua, qua eſt uſus in veteres judices?* veteres enim judices, id eſt equites Romanos, qui lege C. Gracchi per annos XL judicia tenuerant. non modo judicandi poteſtate victor Sulla privavit, verum etiam proſcripſit.

Mihi credite, judices] Ad eos judices hæc maxime ſpectant, qui erant ex equeſtri ordine: ad ſenatores autem, quæ ſubjiciuntur, *Quales ut vere dicam vos eſtis, & ceteri qui ſine cupiditate vixerunt.*

Pag. 233. *Quidquam eſſe*] Aut honorem, aut poteſtatem ullam.

Qui rem judicarent] *Iudicarint* temporis ratio poſtulat.

Auctoritatem hujus ordinis confirmari] Ordinis ſenatorii. confirmati autem ſocietate, & conjunctione equeſtris ordinis.

Iudicia] Quæ nunc per ſenatores & equites adminiſtrantur.

Evellere ſe aculeum ſeveritatis veſtræ poſſe confidunt] Sperant fieri poſſe, ne ſevere judicetis. Hæc autem ad equites dicuntur, qui lege non tenebantur.

CAPVT LVI.

M. Druſo tribuno pleb. reſtiterunt] . Druſi, qui ſenatus cauſſam contra Gracchum defendit, filio. pro Rabio Poſt. *Potentiſſimo, & nobiliſſimo tribuno pl. M. Druſo, unam in equeſtrem ordinem quæſtionem ferenti, ſi quis ob rem judicatam pecuniam cepiſſet, aperte equites Romani reſtiterunt.*

Pag. 234. *C. Mæcenas*] Diphtongus prima ſillaba ponitur, ex antiquis ſis e Græca orthographia, ex vetere ſcriptione, quæ Romæ legitur in ædibus Fuſconum his verbis: LIBERORVM. ET. LIBERTARVM. . MAECENATIS. L. F. PONT. OSTERISQVE. EORVM. ET. VI. AD. ID. TVENDVM. CONVLERVNT. CONTVLERINT. idetur Cilniæ gentis fuiſſe, quantum antiquis monumentis, aliqua licet parte depravatis, conjicere non difficile eſt. nam Auguſtus in ep. apud Macrobium, eum appellavit Cilneorum maragdum. Silius Italicus lib. VII. *tnius Arreti Tirrhenis in oris Clarum nomen erat, Ortum autem a Tirrhenis regibus docet.* Horatius Ode 1. Et, Arretium fuiſſe, ex eadem Auguſti ep. cognoſcitur; in qua laſer Arretinus appellatur.

Recuſando] Ne lege alligarentur.

Cum hac recuſarent] Mallam, *cum &c.*

Iudicio populi Romani] Mandantis os magiſtratus, quibus geſtis, aditus ı curiam, vel ſine lectione cenſoris, atebat. ii qui eſſent, locus his oſtendi non eſt.

Pag. 235. *Locus*] Honeſtas, & dinitas ſenatoria. quam rem ſic attinit in ea pro Poſtumo: *Delectat ampliſſimus civitatis gradus ſella curulis, faſces, mperia, provinciæ, ſacerdotia, triumhi, denique imago ipſa ad poſteritatis memoriam prodita: eſt ſimul etiam ſollicitudo aliqua, & legum, & judiciorum major quidam metus.*

Toga prætexta] Magiſtratus, cujus rat inſigne toga prætexta.

Sella curulis] Curules magiſtratus, dilitas, prætura, conſulatus.

Inſignia] Senatoria. nam toga prætexta, ſella curulis, faſces, magiſtratuum, non ſenatorum, inſignia ſunt. inſignia vero ſenatorum omnium fuere, latus clavus, calcei lunati.

Sempronia] C. Gracchi.

Pag. 236. *Cornelia*] L. Sullæ.

CAPVT LVII.

Per paucos judices adſtringatur] Per vos: qui ſi hac lege Habitum teneri vultis, eandem univerſo populo Romano condicionem imponitis.

Et ii, qui magiſtratum habuerunt] Licet ſenatores non ſint. ſenatores enim dicuntur, quos cenſor in ſenatum legit. multi autem, nondum in ſenatum lecti, magiſtratum gerunt. propterea eſt in lege: *Qui tribunus mil. legionibus quattuor primis, quive quæſtor, tribunus pl. quive in ſenatu ſententiam dixit dixerit.* Et: *Qui magiſtratum habuerit, quive in ſenatu ſententiam dixerit.*

Per eum] Vult enim defendi a me facto, non lege.

In lege autem præſidii nihil fuiſſe] Ita videbuntur equites Romani hac lege omnes teneri, & ſi accuſati fuerint, defendi eos oportebit non lege, ſed facto. quod ego ſi permittam, non populo Romano præſtem id, quod debeo.

Pag. 237. *Quam late pateat*] Alligat enim omnes mortales: ſi modo transfertur in populum Romanum.

Incertum eſt] Non enim conſtat, ad quos proprie pertineat.

Obſcurum, & occultum] Obſcurius enim, & occultius eſt conſentire, quam coire, & convenire.

CAPVT LVIII.

Pag. 238. *Permiſſum*] Permittitur poteſtati.

Commiſſum] Committitur fidei, & religioni.

Pag. 240. *Pro Cluentii voluntate nimium*] Qui legis præſidium recuſat, loqui me de facto, non de lege, vult.

Pro reip. dignitate parum] Poſtulat enim reip. dignitas, ut multis verbis legis defendam.

Pro veſtra prudentia ſatis] Nam ſi plura dicerem, diffidere viderer prudentiæ veſtræ.

Præter

Præter invidiam] Contra judicium illud Iunianum excitatum. hac enim una opprimi Cluentium poſſe, vobis judicibus, non ſperarunt.

CAPVT LIX.

Intelligetis] Ex iis, quæ ſequentur, intelligeris, me pluribus neceſſario verbis egiſſe, quæ jam dixerim: agam enim ea breviſſime, quæ paucis demonſtrari poterunt.

Pag. 242. *Calumniam*] Calumniæ accuſabantur, qui, contra quem agere jus non erat, eum in judicium vocabant.

Hominem multorum hoſpitem] Facete dictum ambiguo ſenſu. nam hoſpitem multorum eſſe, laus eſt in nobilibus viris: in caupone quæſtus eſt, itaque laude caret.

Pag. 243. *Annos octo*] Ab Oppianici judicio ad hoc tempus, id eſt, a L. Lucullo, M. Cotta, ad M. Lepidum, L. Tullum conſules.

CAPVT LX.

Ad hujus voluntatem maxime] Vt objecta refellerem. id enim laborabat Cluentius, etiam ſi ad judicium, quod erat de criminibus veneni, minime pertinerent.

Pag. 244. *Tamquam mihi crimen eſſet diluendum*] Quod dilui non oportet: quia nihil probat accuſator.

Quid magnopere Oppianicum metuebat?] Non enim metuebat, ne accuſaretur ab eo, cujus infantiam videtis: cum in hac ipſa cauſſa verbum nullum facere potuerit. Eundem, tamquam nulla præditum dicendi facultate, ſupra carpit his verbis: *Te appello, Oppianice, te, T. Atti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat.*

Pag. 245. *Crudior*] Pridiana cœna non concocta.

Pag. 246. *Sibi tum non peperciſſet*] Plus comediſſet, quam debebat.

CAPVT LXI.

Pag. 248. *Ab uxorum*] Quas occidit. Magiam, Dineæ filiam, & Cluentiam, Habiti amitam, ſignificat.

CAPVT LXII.

Pag. 249. *Cur deinde tu*] Oppianice adoleſcens.

Habiti exemplo] Qui Fabricios accuſavit, ut per eos de Oppianico præjudicaretur.

Pag. 251. *Statio Albio*] Oppianici liberto: cum ejus appelletur & prænomine & nomine.

Valentes] Bonorum laterum, ut mulieri libidinoſiſſimæ ſatisfacere poſſet.

Incolumi fortuna] Si quis incolumi fortuna eſſet, quamvis ita diſſolutus, ut omnia negligeret, ferre tamen ejus familiaritatem non poſſet. Oppianicus, & afflicta fortuna, & æger, aliquamdiu ferre coactus eſt.

Ad urbem] Extra portam.

CAPVT LXIII.

Pag. 252. *In emendo Dingone*] Superiora iterare non eſt neceſſe.

Pag. 253. *Spe*] Libertatis.

Metu] Tormentorum.

Vi tormentorum] Quæ veritatem exprimunt.

CAPVT LXIV.

Pag. 256. *Auri*] Non pecuniæ, ſed vaſorum, & ſimilium.

H S *] Argenti non multum ſignificari oportet, cum dixerit, *nummorum aliquantum*: numerum autem ſeſtertiis addi neceſſe eſt: itaque x millia, qui ſcutati treceni ſunt, legi fortaſſe poſſit: conſtat enim exemplis, ad parvum ſeſtertiorum numerum, ſententiæ ſi nihil addatur repugnantem, ſubaudiendum eſſe, millia.

Quinque pondo] Scutatos quingentos: ſi aurum illud, quod pecunia non erat, in pecuniam redigeretur.

A coactoribus] Iis, qui cogunt & exigunt pecunias de bonis, quæ in auctione venierunt.

Pag 257. *De furto*] Non de morte Oppianici, ut accuſator dicebat.

CAPVT LXV.

Pag. 258. *Morbo*] Animi, ut antea.

Scelere] Quo præceps agebatur, filio perniciem ſtruens, quem ſuperiore

quæſtione innocentem eſſe cogno-

fuiſſe] Si dicam, nullum adhibi- eſſe virum: vos contra virum quem illa ſecum habere libidinis à conſueſſet, affuiſſe dicetis. lo- ſt ex amphibolia.

CAPVT LXVI.

g. 261. *Quis obſignavit?*] Nullum , cum de Stratone loqueretur ſſe bonum virum, ſupra dixit.

Quem ego proferri malim] Vt, ei endum non eſſe, multis argumen- ſtendam.

dicium ſceleris] Quod Cluentio miſſum dicitis. Libri veteres, *ju- m*: ſed, niſi fallor, ex, *indi-* , ſententia melior elicitur. nam tabellæ quæſtionis, indicium ſce- erant.

dicibus] Cur non reſervata eſt?

Amicis hoſpitibusque Oppianeis] An- , Rutilio, Saturio, qui ſuperiore ſtione affuerant.

ag. 262. *Factum eſt?*] Accidit? a: *Nubit genero ſocrus, nullis auſpi- s, nullis auctoribus, funeſtis ominibus um. O mulieris ſcelus incredibile, præter hanc unam, in omni vita inau- m.*

ag. 263. *Quod nunc denique pate- um eſt*] Quid patefactum? ſceleris conſciam fuiſſe matrem. quo mo- nunc denique patefactum? quia, appropinquare filii judicium ei iciatum eſt, Larino Romam con- im advolavit: ne aut accuſatoribus gentia, aut pecunia teſtibus deeſſet.

Huic] Habito.

ncredibile] Paratum enim ſibi eſſe enum matre conſcia, credere non erat.

ag 264. *Donis, muneribus*] Oſten- jam, quo differant a muneribus na.

CAPVT LXVII.

ag. 265. *Exſectio linguæ*] Stratonis.

CAPVT LXIX.

ag. 268. *Quoſdam alios deos*] Qui n in capitis periculo, tamquam dii, ſervare poſſitis, *quoſdam alios*, præter cæleſtes, a quibus homines in periculo conſtituti, ſalutem petunt.

Pag. 270. *Theano Apulo*] Eſt enim alterum Theanum, Sidicinum dictum, in agro Campano.

Pag. 271. *Res, pecuniarias*] Malim, *Res pecuarias*.

CAPVT LXX.

L. Veluſienum] Lego, *Voluſienum*; ex antiquo libro, ex lapide, ex Cæ- ſare lib. III, IV. de bell. Gall. li- bro III. de bell. civil. & Hirtii lib. IIX. Sic Vibulenus, Cæſidenus, Poſtumu- lenus, quæ deduci videntur a cogno- minibus. nam, quæ deducuntur a no- minibus, non in *enus*, ſed aſſumpta *i*, in *ius* deſinunt: ut a Vibius, Vibie- nus; a Matio Matienus. Voluſenus autem non a nomine *Voluſius*, ſed a Valeriæ gentis cognomine, *Voluſus*, de- rivatur.

Pag. 272. *P. Volumni*] Senatores, & equites judicabant. hic ſenator, e- quesve ſit, incertum. nam duo P. Vo- lumnii fuere, unus ſenator, alter eques Romanus: ut in ep.

Vicinorum] Ex vicinis municipiis.

Vetere inſtituto] Hoc dicit, quia perorandi locus ei dari ſoleret in cauſſis, quod ipſe ſcripſit in Bruto.

Iura hominum convertit omnia] Vxor generi, noverca filii, filiæ pellex.

Pag. 273. *Non ſolum naturæ nomen*] Naturæ nomen eſt mater: at ea nomen hoc propter crudelitatem amiſit.

Vxor generi, noverca filii, filiæ pellex] Magna vis eloquentiæ: cujus ipſe teſti- monium exſtare voluit in eo libro, quem, orator, inſcripſit, *Ab hac*, in- quit, *indole jam illa matura, uxor ge- neri, noverca filii, filiæ pellex.*

Ex victoria liberum] Vt injuſte op- pugnati vincant, non ut opprimantur.

Orbata filio] Verbo uſus eſt, quod in aliis matribus dolorem oſtendit: at hæc, inquit, orbata filio lætabitur.

Pag. 274. *Tot annos*] Octo.

Illam flammam] Invidiæ, in quam, concionibus L. Quinctii excitatam, conjectus eſt C. Iunius, judex quæ- ſtionis.

Alte-

Aliorum facto, & cupiditate] Staleni maxime culpa, & cupiditate. inde enim orta eſt illa flamma.

In judiciis valere non debet] In procemio: *Dominetur in concionibus, jaceat in judiciis.*

CAPVT LXXI.

Si qua calamitas] Dubitanter loquitur, ne quid a judicibus contra leges timere videatur.

Pag. 275. *Sepulcro patris*] Ibit enim in exſulium, & ſepulcro patris, quod miſerrimum eſt, carere cogetur.

In miſeriis] Mœrore confectus ex falſa invidia.

Veſtra dignitatis] Iuſtitiæ patrocinium & innocentiæ veſtra a vobis dignitas poſtulat.

Repetitur] Vt debitum.

Virum optimum, atque innocentiſſimum] Optimum, in omni vita: innocentiſſimum, in eo, cujus accuſatur, crimine.

Plurimiſque mortalibus] A quibus, Cluentio abſoluto, gratiam inibitis.

Aliquando] Refer ad illud, *ſatu diu fuit in miſeriis.*

In concionibus eſſe invidiæ locum] Timet invidiam; quamquam multa jam contra diſputaverit; in concionibus a Quinctio tribuno pl. adverſus Cluentium excitatam.

PAVL-

PAVLLI MANVTII
OMMENTARIVS
IN
ORATIONEM XV.

Capvt I.

280. Q*Va res aperte petebatur*] Quæ deſiderantur in hac oratione, cognoſcuntur in ea, ſequitur, ad Quirites. ibi enim ex-
untur omnia legis a Rullo promul-
capita. Quam autem rem aperte
petitam eſſe, nunc occulte cuni-
oppugnari dicit, ea eſt Alexandrini
l, pulſo a civibus rege, adminiſtra-
quibus autem petebatur? a C. Cæ-
&, opinor, a M. Craſſo. quod ne
re ſentire videar, quid Suetonius
Cæſare ſcripſerit, audiamus. *Conci-*
, inquit, *populi favore, tentavis*
artem tribunorum, ut ſibi Ægyptus
incia plebiſcito daretur, nactus extraor-
ri imperii occaſionem; quod Alexan-
regem ſuum, ſocium atque amicum
atu appellatum, expulerant. reſque
improbabatur: non obtinuit, adver-
optimatum factione. Ipſe Cicero
dit orat. 2. *Committite vos nunc,*
ites, his hominibus hæc omnia, quos
ri hunc decemviratum ſuſpicamini:
ietu partem eſſe eorum, quibus ad ha-
um, parum, quibus ad conſumendum
ſatis eſſe videatur: hæc inquam
dicit, nonne Craſſi primum ava-
n, deinde Cæſaris profuſos indi-
ſumptus videtur? ſed quod ad Cæ-
attinet, Suetonii teſtimonio jam
to, nihil apertius. Craſſum autem
rem cum Q. Catulo collega con-
ſſe Plutarchus ait, ut Ægyptus Ro-
is tributaria fieret. id autem factum
Cotta & Torquato Cos. quo anno
s Cæſar tentavit id, quod e Suetonio retulimus. Nam de Alexandrino rege quis dubitet, quin eodem anno ſit ejectus? cupidus enim Cæſar extraordinarii imperii, ſtatim occaſionem illam, populi erga ſe ſtudio fretus, arripuit. Quis autem fuerit ille rex, Cotta & Torquato Cos. a civibus expulſus, ex hiſtoria non conſtat. nam Ptolemæum Auletem, Cleopatræ patrem, non Cotta & Torquato, ſed multis poſt annis Lentulo & Metello Cos. ejectum, perſpicue Dio, & Cicero in epiſtolis demonſtrat. aut igitur alius eſt: aut bis ejectum, biſque reſtitutum Auletem credamus. quod ſi alius eſt: poteſt Alexander ille eſſe, cujus teſtamento Ægypti regnum populi Romani eſſe factum, & in hac oratione prima, & in ſecunda Cicero narrat. cui ſucceſſiſſe Auletem, ſignificare videtur in iis verbis orat. 2. *Eum, qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque animo regio eſſe, inter omnes fere video convenire.* Regio negat eſſe animo, quia tibiis, humili arte, & rege prorſus indigna, delectaretur: unde Auletæ cognomen. Accedit illud aliquanto certius argumentum, quod Pompejo, Mithridaticum bellum gerenti, Ptolemæum Auletem opem tuliſſe, auctor eſt Plinius. bellum autem Mithridaticum & ante Ciceronem conſulem, & ipſo conſule geſtum eſſe, cum hæc de Alexandrino rege diceret geſtum eſſe, peritus hiſtoriæ nemo neſcit.

Cuniculis] Occulta Rulli legis fraude. orat. 2.

Pag. 282. *Dictum eſt*] A L. Philippo in ſenatu orat. 2.

Poſt eoſdem conſules] Supra nominatos, in ea orationis parte, quam nobis ademit injuria temporis, ii ſunt L. Sulla, Q. Pom-

illud regnum teſtamento regis Alexandri populi Romani eſſe factum? Et ibidem paullo poſt: *Auctoritatem ſenatus exſtare hereditatis aditæ ſentio, tum, quando, Alexandro mortuo, legatos Tyrum miſimus, qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent.* Hic igitur Alexander filius ejus videtur fuiſſe, quia Sulla, ut ſcribit Appianus, regnare juſſus, paucis diebus, quod Sullæ nutu & arbitrio cuncta gereret, ab iratis Alexandrinis occiſus eſt. ille enim prior Alexander vivo Sulla, hic poſterior, eo mortuo, deceſſit: quod ſignificare videntur illa proxime recitata verba orat. 2. *Auctoritatem ſenatus exſtare hereditatis aditæ ſentio, tum, quando, Alexandro mortuo, legatos Tyrum miſimus.* Sic enim ſenatus auctoritas nominatur, quaſi jam Sullæ dominatio præteriiſſet. Senſus igitur hic eſt: cum Alexander, Ægypti rex, poſt Sullam & Pompejum conſules perierit, iſque populum Romanum teſtamento heredem reliquerit; decemviri regnum illud, tamquam publicum, ex ea, quæ lege Rulli datur, poteſtate vendent.

Pag. 284. *Reſtitiſti?*] Propterea dixit Suetonius de Cæſare Alexandriam petente: *Nec obtinuit, adverſante optimatum factione.*

Siccorum] Qui nihil biberint: qui ſapientius cogitare ſolent, quam vinolenti: ideo ſubjungit: *Utrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum vinolentur?* opponens primum ſiccis vinolentos, ſapientibus furioſos, deinde conſiliis ſomnia, cogitatis optata. nam qui

bus, ita in rep. luxurioſu

Hoc eſt] Interpretati
contra Rullum commo

Dividantur] Tribub

Excogitabis] Quod
ſandus eſſet. verum nil
neat, inquit, *ſilva Sca*

Violabantur] Cum d
vellet non populi comit
tribubus, ſed a XVII ta

In commune odium or
per orbem terrarum ſu
rio decemviris, qui p
velint; privata publice
rent: cum eorum, qu
cauſſa, nullo cum imp
gationes obeunt, mole
ventus ſociis noſtris eſſ

Urbes pacatæ] Nulla
riam exſpectantes.

Sectorum] Quibus
ſuarum poſſeſſio non eſ

Regum] Ut Ptolom
drini.

Donabantur] Odioſ
teſtas enim illa ſignifica
Jus vendendi, quæ vell
dabat.

Pag. 287. *Silva Scant*
ſores in Italia locabant.
Scantiam vendis? reſp. p
do. In Bruto: *Cum in ſi*
cades eſſet.

Pag. 288. *In relicti*
Quæ a cenſoribus locari

In cenſorum paſcues] I
res locant. paſcua enim

Inveniſti?] Non tu hoc excogitaſti, ſed inventum in tabulis cenſoriis in tuam legem retuliſti.

CAPVT II.

Pag. 289. *Italiæ poſſeſſiones*] Locari ſolitas a cenſoribus.

Audiſtis] Præcone recitante.

Pag. 290. *A tribuno pl.*] Qui proſcribentibus adverſari deberet.

In menſem Ianuarium] Decembri menſe promulgatam legem, Ianuario ferre cogitabat. non enim, niſi lata lege, auctio illa bonorum publicorum fieri poterat.

Et credo non dubitatis] Ironia. Scilicet, credere vos arbitror, hæc ab iis, qui armis & virtute pepererunt, ærarii cauſſà ideo non eſſe vendita, ut ea nos largitionis cauſſa venderemus. minime vero id credere vos arbitror.

Ærarii cauſſa] Ærario conſulentes ea non vendiderunt. ex vectigalibus enim collectæ pecuniæ in ærarium conferebantur.

Quod nos] Qui armis ea non peperimus. Decemviros in perſona ſua deſignat.

Largitionis cauſſa] Vt largiri arbitratu noſtro poſſemus.

Quo adfectarint iter] Omnes libri veteres, *quo adſecerit iter*. Ego, ſatis, ut puto, modeſta conjectura, ſententiam ipſam, & Latini ſermonis conſuetudinem ſecutus, repoſui, *quo adfectarint iter*: id eſt, quo pervenire conentur. Sic locutus eſt pro Roſcio Amerino: *Nunc vero quam viam muniat, quo iter adfectet, videtis.* In Phormione Terentius: *Gladiatorio animo ad me affectant viam.* In Mercatore Plautus: *Ad eam rem affectas viam.*

Pag. 291. *Se ipſi indicabunt*] Cum in ſuperiore legis parte conſilium ſuum texerint.

Agros Attalenſium, atque Olympenorum] Attalea in Pamphilia, Olympus in Lyeia fuit. Plinius, Strabo, alii.

P. Servilii] Qui ex Cilicia de Iſauris triumphavit. unde cognomen Iſaurici.

Pag. 292. *Regios*] Philippo regia T. Quinctio Flaminio. Perſæ, ejus filio, a L. Æmilio Paulo ademptos.

Felicitate] Victoria.

Duorum Scipionum] Fratrum, Cnæi, & Publii: qui in Hiſpania ſunt interfecti. Livius.

Conſecravit] Ne privatim umquam poſſideretur.

Ad oblatam aliquam religionem] Diis immortalibus eum, ut conſecraret, ſigno aliquo admonentibus.

Pag. 293. *Infulis*] Infulæ faſciæ ſunt, vitis ab utraque parte pendentibus. & quoniam ornamenti genus eſt, ideo Cicero tranſtulit ad ornamenta imperii.

Pag. 294. *Paphlagonia, Ponto, Cappadociaque*] Paphlagoniam Pylemeni regis Cappadociam Ariobarzani Mithridates ademit, Mithridati utramque Pompejus cum patrio regno Ponto. Appianus, Dio.

Prope] Quaſi illa ipſa haſta, quæ auctionis eſt ſignum, inſectetur exercitum Cn. Pompeji.

Haſta] Auctionis ſigno.

Inſectari] Apte: quia dixerat, *haſta*.

CAPVT III.

Pag. 295. *In conſpectu populi Romani*] In foro, de Roſtris orat. 2.

Nequiſſimi] Prodigi, nepotes.

In atriis auctionariis] Quæ cum in foro ſint, magis patent, quam trivia, aut compita. erant autem plura. nam Licinia, in quibus præcones ſederent, in oratione pro Quinctio nominantur.

Pag. 296. *In quibus commodum ſit tenebris*] In quibus libeat: hoc enim loquendi genere nihil aliud ſignificatur. paullo poſt: *Vt iidem poſſint & liberare agros, quos commodum ſit, &, quos ipſis libeat, publicare.* infra: *cum velint, Romæ eſſe; cum commodum ſit, quacumque velint, ſummo cum imperio judicioque omnium rerum ut vagari liceat, conceditur.* orat. 2. *Commodum erit Pergamum, Smyrnam, Tralles, Epheſum, Miletum Cyzicum, totam denique Aſiam, quæ poſt L. Sullam Q. Pompejum conſules recuperata ſit, populi Romani factam eſſe dicere.* In eadem: *Vt veniretis in caſtra Cn. Pompeji, atque ipſa caſtra, ſi commodum vobis eſſet, venderetis.* In Verrem ſæpe.

Solitudine] Orat. 2. tenebras Paphlagoniæ, ſolitudinem appellat Cappadociæ.

Pag. 297. *Hereditatum obeundarum*] Senatores liberas legationes a ſenatu, aut a populo petebant, ut hereditates aliqua cum auctoritate obire poſſent. concedebantur autem iis lictores duo. Erant aliæ quoque legationum liberarum cauſſæ, quæ tamen omnes ad privatum negotium attinerent: ſed Cicero maxime neceſſariam ponit: quo plus terroris & mali ex adventu decemvirum fore demonſtret: cum eorum, qui neceſſaria cauſſa impulſi in provincias exeunt, gravis tamen ſociis adventus eſſe ſoleat. Vtitur eodem argumento orat. 2. his verbis: *Legatos noſtros, homines auctoritate tenui, qui rerum privatarum cauſſa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix poſſunt. grave eſt enim nomen imperii atque id etiam in levi perſona pertimeſcitur: propterea quod veſtro, non ſuo nomine cum hinc egreſſi ſunt, abutuntur, quid cenſetis, cum iſti decemviri cum imperio, cum faſcibus, cum illa delecta finitorum juventute per orbem terrarum vagabuntur: quo tandem animo, quo metu, quo periculo miſeras nationes futuras?* Ne vero vitioſum idem argumentum iterare quiſquam exiſtimet. licet enim diverſis in locis: & hic in ſenatu verba facit, ibi ad Quirites in foro.

Terroris, & mali] Terrorem ſequentibus verbis ſignificat, *ſummo cum imperio:* malum *ſumma cum avaritia, infinitaque omnium rerum cupiditate.*

Pag. 298. *Faſces formidoloſi*] Necis inferendæ poteſtatem indicantes.

Homines ſancti] Ironia.

Pag. 299. *Præfinitum*] Ne ante Sullam & Pompejum conſules parta decemviri venderent.

CAPVT IV.

Agris publicis] Qui privatis dati ſunt. ſequitur enim, *benignitas quæſtuoſior.*

Vt iidem poſſint] Hoc eſt, quod dicit orat. 2. *Cognitio decemvirum, privatus ſit, an publicus.*

Liberare] Vectigali, ſiquid publice pendent.

Agros] Privatim poſſeſſos: cum publici ſint.

Publicare] Quod eſt etiam gravius, quam pergrande vectigal imponere. in orat. 2.

Pag. 300. *Severitas*] In publicandis privatorum agris.

Benignitas] In adimendo vectigali, quod publice pendant.

Sunt tamen] Quaſi pro Rullo contra Rullum loquitur.

In tota lege] Quæ pluribus exceptionibus mitiganda fuit.

Non tam iniqua] Iniquæ non videntur, ſed ſuſpicionem habent quæſtus.

Excipit] Pecunia videlicet. quod orat. 2. ita probatur. *Si eſt privatus ager Recentoricus; quid eum excipis? ſin autem publicus; quæ eſt iſta æquitas, cæteros, etiam ſi privati ſint permittere ut publici judicentur, hunc excipere nominatim, qui publicus eſſe fatentur? ergo eorum ager excipitur, qui apud Rullum alia ratione valuerunt.*

De quibus cautum ſit fœdere] Quamquam id fœdus populus non juſſerit. orat. 2.

Cautum ſit] Ne, tamquam publici venderentur.

In Africa] Quos tamen extra Mauritaniæ regni ſui fines Hiempſal a Pompejo traditos poſſidebat. victo enim Hiarba, regnare filium ejus Hiempſalem Pompejus in Mauritania juſſit. Dio lib. XXXXI. cujus poſtea beneficii memor filius ejus Iuba pro Pompejo contra Cæſarem pugnavit.

Poſſidentur] In Africa ora maritima. orat. 2.

Pag. 301. *Privatus eſt*] A privatis poſſidetur.

Quibus gratis parceret?] Id enim veriſimile non eſt: cum nulli præterea cauſſæ gratis parcat.

Pag. 302. *Architecti hujuſce legis*] Tranſlatum, quod in proprii naturam tranſiit: ideo ſolum uſurpatur, cum ſequenti verbo, *olfecerint*, minime congruens. hujus generis multa ſunt, ut verba, *florere, laborare, affluere, defluere:* nomina, *ſplendor, tenebræ, acutus, hebes.*

Non eſt ſatis] Nam in omnes præterea imperatores, heredeſque eorum

quæ-

quæſtionem ſuo judicio comparant. orat. 2. *Vix jam videtur locus eſſe, qui tantos acervos pecuniæ capiat.* auget, addit, *accumulat:* aurum, argentum, ex præda, ex manubiis, ex coronario, ad quoſcumque pervenit, neque relatum eſt in publicum, neque in monumento conſumptum, id profiteri apud decemviros, & ad eos referre jubet. hoc capite etiam quæſtionem de clariſſimis viris, qui populi Romani bella geſſerunt, judiciumque de pecuniis repetundis ad decemviros tranſlatum videtis.

Pag. 303. *Ex præda*] Ex captis rerum corporibus. Gellius.

Manubiis] Pecunia quæ de præda vendita exigitur.

Auro coronario] Ex aureis coronis, quæ mittuntur imperatoribus ob honorem triumphi, ut ait Gellius. In Piſonem autem: *Mitto aurum coronarium, quod lex decerni, & accipi vetat, niſi decreto triumpho.* Plinius lib. XXIII. cap. 3.

Pag. 304. *In monumento*] Vel in templis deorum, vel in orbis ornamentis ut baſilica, porticu, arcu, ponte. nam utrumque monumenti nomine ſignificat: itaque lib. 2. *Si eſt æquum*, inquit, *prædas, ac manubias ſuas imperatores non in monumenta deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre, ſed ad decemviros, tamquam ad dominos, re portare: nihil ſibi appetit præcipue Pompejus.*

A Fauſto] Quod ad eum e ſummo L. Sullæ patris imperio maximam pervenisse pecuniam credatur.

Quam cauſſam ſuſcipere jurati judices noluerunt] Lepido & Tullo Cos. accuſatus eſt Fauſtus de pecuniis reſiduis: judices audire noluerunt: qua de re ſic in oratione pro Cluentio: *Nuper apud C. Orchinium, collegam meum, locus ab judicibus Fauſto Sullæ de pecuniis reſiduis non eſt conſtitutus: non quo illi aut exlegem eſſe Sullam, aut cauſſam pecuniæ publicæ contemptam, atque abjectam putarent: ſed quod, accuſante tribuno pl. conditione æqua diſceptari non poſſe putaverunt.* Et Pedianus in Corneliana: *Quia deſuerat ſuperioribus temporibus in ærario pecunia publica, multa & ſæpe ejus rei remedia erant quæſita, in quibus hoc quoque, ut pecunia publica, quæ reſidua apud quemque eſſent, exigerentur, id autem maxime pertinebat ad Cornelium Fauſtum, dictatoris filium: quia Sulla per multos annos, quibus exercitibus præfuerat, ſumpſerat pecunias ex vectigalibus, & ex ærario populi Romani, eaque res ſæpe erat agitata, ſæpe omiſſa, partim propter Sullanarum partium potentiam, partim quod iniquum videbatur, poſt tot annos, quam quis pecuniam acceperat, ejus reddere rationem.*

In reliquum tempus] Quia ſcripſit in lege, *pervenerit.*

Pag. 305. *In illa lege*] Papiæ leges duæ de peregrinis ejiciendis latæ ſunt. prior neminem excipiebat, poſterior Italos, lege Iulia civitate donatos. utra ſignificetur, affirmare non licet. Satis eſt intelligere, quod ſimilitudine Papiæ legis Cicero demonſtrat, nullum a Rullo beneficium exceptione illa in Pompejum conferri.

Peregrini] Exterarum gentium. nam Licinia lege & Mucia ſocii Latini, & Italici ejiciebantur: in quibus Glaucippum non fuiſſe, nomen ipſum oſtendit.

Pag. 306. *Adjunxerit*] Adhuc enim bellum gerebat in Aſia contra Mithridatem.

CAPUT V.

Pag. 307. *Quanti velis*] Furti ſuſpicionem affert.

Ab invito emere, injurioſum eſſe; ab non invito, quæſtuoſum] Decemvir, inquit, aut injuriam inferet, aut quæſtum faciet. Non enim, *injurioſum*, ad decemvirum, *quæſtuoſum* ad venditorem pertinet, ſed utrumque ad decemvirum. patet hoc ex orat. 2. in qua eſt: *Hic ager omnis, quoquo pretio coëmptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.* Et in eadem, ex intervallo: *Ut iidem partim invidioſos agros a Sullanis poſſeſſoribus partim deſertos, ac peſtilentes a veſtris neceſſariis, a vobiſmetipſis emptos quanti velletis, populo Romano induceretis.* Nam quod hic ſubjicitur: *Ut poſſeſſionis invidiam pecunia commutent:* quis non intelligit, faciliorem ex eo decemviris quæſtum fore? ement enim agros parvo ab iis, qui cupient vendere: ipſi deinde, quos parvo emerint, inducent populo Romano, quanti volent.

Socer tuus] Valgius, tot agrorum poſſeſſor ex aſſignatione Sullana, ut invidiam jam ſuſtinere non poſſit.

Ejus æquitatem animi] Irriſio non enim, quia moderata poſſeſſione contentus ſit, ideo vendet, ſed quia poſſeſſionis invidiam libenter pecunia commutabit, & id vendet, quod retinere jam vix poteſt.

Pag. 308. *Poſſeſſionis invidiam*] Cum ſit invidioſum tot agros poſſidere. orat. 2. *Sullanus ager latiſſime continuatus, tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni pl. ſtridorem unum perferre non poſſit.*

Referetur pecunia?] In ærarium.

Non licet] Per legem Rulli.

Exigetur?] Exiget aliquis a decemviris.

Vetat] Eadem lex. orat. 2. *Si, qui velint vendere, non fuerint; quid pecunia fiet? referre in ærarium lex vetat, exigi prohibet.*

Pag. 309. *Effundamus ærarium*] Effunditur enim, cum vectigalia venduntur, aut, cum, quæ referri ex præda, manubiis, auro coronario in ærarium debent, decemviris ex lege dantur.

Locupletatis aut invidiæ, aut peſtilentia poſſeſſoribus] Cum decemviri agros ement aut ab iis quibus tot agros habere invidioſum eſt; aut ab iis, qui propter peſtilentiam eos relinquere coguntur. utrumque genus orat. 2. attingitur his verbis: *Ad hanc coëmptionem decemviralem duo genera agrorum ſpectant, Quirites, eorum unum propter invidiam domini fugiunt, alterum propter vaſtitatem Sullanus ager, a certis hominibus latiſſime continuatus tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni pl. ſtridorem unum perferre non poſſit, hic ager omnis, quoque pretio coëmptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Alterum genus agrorum, propter ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum, atque deſertum, emetur ab iis, qui eos vident ſibi eſſe, ſi non vendiderint, relinquendos.* Eodemque ſpectat illud: *Rogabuntur, atque orabuntur, ut agros partim publicos, partim plenos invidiæ, plenos periculi, quanti ipſi velint, decemviris tradant.*

Quo? quotum hominum? in quæ loca?] Abundare videtur, nec tamen abundat, aut, *quo?* aut, *in quæ loca?* nam cum ſequatur, *Quis non videt, in coloniis eſſe hæc omnia conſideranda?* ſermonem eſſe de tribus rebus, non de duabus, intelligitur. quare, *quo?* ut generalius accipiendum: ut tantum locus ipſe ſignificetur: ejus autem loci partes ſint, *in quæ loca?* &, *quo?* referatur ad Capuam: *In quæ loca?* ad urbes, quæ circa Capuam ſunt. itaque dicet infra: *Bello Punico, quidquid potuit Capua, potuit ipſa per ſeſe: nunc omnes urbes, quæ circum Capuam ſunt, a coloniis per eoſdem decemviros occupabuntur.* Et aliquanto poſt: *Quid enim exiſtimatis integrum vobis in rep. fore, aut in veſtra libertate, ac dignitate retinendum, cum Rullus, atque ii, quos multo magis quam Rullum, timetis, cum omni egentium, atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento, & auro, Capuam, & urbes circa Capuam occuparint?*

Quorum hominum?] Egentium ſcilicet, atque improborum; qui tibi, Rulle, & iſtis tuis tamquam milites erunt. Placet tamen aliis, *quot*, pro *quo?* quod non improbo: ſed illi, *quot?* ad hominum numerum referunt: ego ad colonias, ut dicat: quot coloniæ? quorum hominum? in quæ loca? in quo Ciceronem ipſum ſequor interpretem. ait enim orat. 2. *Tu non definias, quot colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis?*

Pag. 310. *Omnium rerum machinatoribus*] Eos indicat, quibus auctoribus in ferenda lege Rullus utebatur, in iis maxime Cæſarem, & Craſſum, quod ſupra oſtendi, opibus firmos, amicis clientibuſque munitos. itaque dicit infra: *Cum Rullus, atque ii, quos multo magis, quam Rullum, timetis, cum omni egentium, atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento, & auro, Capuam, & urbes circa Capuam occuparint?* Quos autem hic machinatores, ſupra vocat architectos ſceleris.

Italiam inermem] Veſtris præſidiis confirmatam coloniis occupatam.

Pag. 311. *Ianiculo*] Qui cum ſit propinquus urbi mons, liberum tibi relinquitur lege tua coloniam in eo,

ſummo

ſummo noſtro periculo, conſtituere. orat. 2. *Quid igitur eſt cauſſa, quin coloniam in Ianiculum poſſint deducere, & ſuum præſidium in capite, atque in cervicibus veſtris collocare.*

Vrbe alia] Vrbe Capua paullo poſt. Capuam deduci colonos volunt: illam urbe huic urbi rurſus opponere, illuc opes ſuas deferre, & imperii nomen transferre cogitant.

CAPVT VI.

Pag. 313. *Militibus ſuis*] Colonis, quos ipſi deduxerint, quibus tamquam ſuis militibus utentur.

Dignitatu] Senatoriæ.

Pag. 314. *Error*] Errari enim poteſt in iis rebus, quæ ſuſpicionibus tantum, & conjectura coarguuntur.

Hoc templum] In quo ſenatus habebatur.

Hanc arcem omnium gentium] Vrbem Romam ſignificat, præſidium ac perfugium omnium gentium.

Pag. 315. *Rurſus*] Vt antea Punico bello.

Pag. 316. *Crudelitatem*] De quo Silius lib. 11.

Quin etiam exhilarare viris convivia cæde
Mos olim, & miſcere epulis ſpectacula dira.
Certantum ferro ſæpe, & ſuper ipſa cadentum
Pocula, reſperſis non parco ſanguine menſis.

Pag. 317. *Majores noſtri Capuæ magiſtratus ſenatum, conſilium commune*] Orat. 2. *Statuerunt homines ſapientes, ſi agrum Campanis ademiſſent, magiſtratus, publicum ex illa urbe conſilium ſuſtuliſſent, imaginem reip. nullam reliquiſſent, nihil fore, quod Capuam timeremus.*

Pag. 318. *Conſilium commune*] Plebis univerſæ. quamquam orat. 2. ſenatum non nominat, ſed ait, *Publicum ex illa urbe conſilium ſuſtuliſſent:* ut videatur conſilium publicum pro ſenatu accipere.

Omnia denique inſignia reip. ſuſtulerunt] *Imaginem reip. nullam reliquerunt.* ſic enim ait orat. 2. *Videbant ſi quod reip. veſtigium illis mœnibus contineretur, urbem ipſam imperio domicilium præbere poſſe*] Orat. 2. *Tres ſolum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam, ſtatuerunt poſſe imperii gravitatem, & nomen ſuſtinere.*

CAPVT VII.

Pag. 319. *Faſtidio*] Ex copia faſtidium, ex faſtidio oritur ſuperbia.

Per ſeſe] Ope nulla earum urbium, quæ circum Capuam erant.

Omnes urbes, quæ circum Capuam ſunt] Cales, Theanum, Neapolim, Puteolos, Cumas, Pompejos, Nuceriam.

In omnia, quæ velint oppida] Hoc refertur ad illud ſupra dictum, *in quæ loca?* & quod hic dicitur, *deducant quos velint;* ad illud, *quorum hominum?*

Agrum Campanum] Non, univerſæ Campaniæ, ſed qui circum Capuam eſt: cui finitimus fuit Stellatis campus.

Pag. 320. *Caput patrimonii publici*] Ipſam Capuam. *Caput veſtræ pecuniæ,* dicit orat. 2. & quod hic, *Pulcherrimam populi Romani poſſeſſionem,* ibi, *Fundum pulcherrimum populi Romani:* hic, *ſubſidium annonæ, horreum belli;* ibi, *ſolatium annonæ, horreum legionum.* quin ipſa verba recitemus: *Vnumne fundum pulcherrimum populi Romani, caput veſtræ pecuniæ, pacis ornamentum, ſubſidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, ſolatium annonæ, diſperire patiemini?*

Pag. 321. *Sub ſigno*] Tutum a rapinis, ut ea, quæ, ſigno impreſſo, cuſtodiuntur, ne per furtum auferantur.

Clauſtriſque reip.] Quia Capua non longe ab urbe; ut quaſi clauſtris quibuſdam incluſa & munita videatur.

Pag. 322. *Conceſſiſſe*] Vt poſſit vendere ſua lege.

Sullanæ dominationi, Gracchorum largitioni] Orat. 2. *Venit enim mihi in mentem, duos clariſſimos, ingenioſiſſimos, amantiſſimos plebis Romanæ viros, Ti. & C. Gracchos plebem in agris publicis conſtituiſſe, qui agri a privatis antea poſſidebantur.* Et in eadem: *Nec duo Gracchi, qui de plebis Romanæ commodis plurimum*

mum cogitaverunt, nec L. Sulla, qui omnia ſine ulla religione, quibus voluit, eſt dilargitus, agrum Campanum attingere auſus eſt. Rullus exſtitit, qui ex ea poſſeſſione remp. demoveret, ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Sulla dominatio dejeciſſet.

Pag. 323. *Amiſſis aliis*] Vt Aſiæ, Mithridatico bello; Hiſpaniarum, temporibus Sertorianis, Siciliæ, bello fugitivorum. orat. 2.

Non obſoleſcat] Nitorem non amittat. unde obſoleta veſtis, cui nitorem vetuſtas ademit.

Militem ſuſtentet] Propterea vocatur hic horreum belli, & in orat. 2. *horreum legionum.*

Hoſtem non pertimeſcat] Quia ſub ſigno, clauſtriſque reip. poſitum ſit.

Concioni reſervo] Iactura enim, & damno magis, quam alia re, populus movetur.

Pag. 225. *Non oſtentatione popularem*] Qualis ipſe es: cum tamen, ut tribunus pl. præter ceteros popularis eſſe debeas.

Pag. 326. *Diſceptatore*] Iudice, cognitore: ut orat. 2. *Vtrum oratio ad ejus rei diſceptationem deerit, an, cum idem & diſſeret, & judicabit, impelli non poterit, ut falſum judicet?* Ibidem: *Hoc quantum judicium, quam intolerandum, quam regium ſit, quem præterit? poſſe, quibuſcumque locis velint, nulla diſceptatione, nullo conſilio, privata publicare, publica liberare.*

CAPVT VIII.

Veſtris legibus] Cum aliis legibus, quas Dio nominat, tum vero agraria ante Kal. Ian. promulgata.

Pag. 327. *Tradidiſtis*] Orat. 2. *Ego qualem Kalendis Ian. acceperim remp. Quirites, intelligo, plenam ſollicitudinis, plenam timoris.*

Fidem de foro] Fidem in credendis pecuniis. orat. 2. *Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novæ calamitatis, ſed ſuſpicione, ac perturbatione judiciorum.* ſuſtulit autem de foro fidem a nonnullis promulgata Rulli collegis novarum tabularum lex: de qua Dio.

Pag. 328. *Nullam alteram Romam*] De Capua loquitur.

Magis popularis] Quam tranquillitatem pacis, atque otii, quam ſperare me conſule debetis.

Pag. 329. *A popularibus tribunis pl.*] Ironia. quam populares enim ſint, fraude legis patefacta perſpicuum erit.

Pag. 330. *Honorem*] Non de provincia, ſed generaliter dictum exiſtimo.

Impediri] Interceſſione, vel auſpiciis. nam ſervare de cælo, id eſt impedire, magiſtratibus omnibus licebat.

Dicit frequentiſſimo ſenatu] Teſtibus quamplurimis: ut intelligatur, præſtare me velle, quod polliceor.

Conſul] Cui non ſtare promiſſis turpe eſt. vel, conſul contra ceterorum conſulum, provincias appetentium, conſuetudinem.

Status hic reip.] Nullo bello. propterea factum eſſe augurium ſalutis, quod pacata rep. fieri ſolebat, ait Dio.

Pag. 331. *Coërcere*] Populo non adverſante. ſic enim me geram, ut per populum ipſum coërcere liceat iratum reip. tribunum pl.

Contemnere] Privatas enim injurias parvifaciam, de rep. tantum laborabo.

CAPVT IX.

Quamobrem, per deos immortales] *colligite vos tribuni pl.*] Admiſcere minis cohortationem, & quos imperio ac poteſtate deterreri non confidimus cum iis leniter, & ratione, agere, ſæpe expedit. quocirca patefacto Rulli conſilio, edoctoque ſenatu, quid ageretur, & quæ eſſent in lege vitia, quæ inſidiæ, quæ fraus, convertit ſermonem ad tribunos pl. eoſque monet, ut, ſeditioſorum civium dirempta ſocietate, cum bonis, id eſt cum ſenatu conſentientes, communem remp. communi ſtudio atque amore defendant. *colligite vos:* cogitate, quid agatis. diſſolvit enim, ac diſſipat animum imprudentia, ratio colligit, & in ſuum ſtatum perducit; qui autem ſe colligit, prudenter conſiderat, & cum ipſa ratione conſilium capit. non eſt enim mutare conſilium, ſed ea, quibus mutari oporteat, diligenter ponderare:

[redacted]

quod animo diſſoluto, ac diſſipato fieri non poteſt. pro multis exemplis unum illud ex Tuſcul. 4. ſufficiet: *Quid eſt, ſe ipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuum locum cogere?*

Deſerite eos] Qui, præter ſuam potentiam, nihil ſpectant. ii ſunt, quos architectos hujuſce ſceleris, machinatores omnium rerum, ſupra nominavit; & quorum aliis nihil ad habendum, aliis nihil ad conſumendum ſatis eſſe dixit; Craſſum in primis, & Cæſarem deſignans.

Deſtremini] Quam enim poteſtatem appetunt, eam lege veſtra conſecuti, & vos, & univerſam remp. oppugnabunt. Quod autem dixit, *niſi proſpicitis*, id valet, niſi, in poſterum proſpicientes, de ferenda lege ſententiam mutatis.

Pag. 333. *Honori velificari ſuo*] Magiſtratus a populo conſequi. eſt enim, *velificari*, favere, & quaſi vela ventis dare, ut ſecundus in aliqua re ſit curſus. Cœlius in ep. ad Cic. *Ne eni velificatus eſſe dicaris.*

Me conſule] Acerrimo turbulentæ rationis adverſario.

Equeſtri ortum loco] Equitibus ortum, non ſenatoribus. nunc autem ſenatorium ordinem conſecutus, equeſtris ordinis eſſe deſierat.

Conſulem vides] Elata verba, quaſi ad terrorem pronunciata.

Pag. 334. *Facillime*] Quod facillimum in turbulenta ratione non eſt.

Perducat] Perducet enim probitas & labor.

Proſitemini] Perſpicuo aliquo ſigno.

Perſiciam profeſſe] In conſulatu meo.

Quæ apud majores noſtros fuit] Qui pro communi dignitate in ipſos etiam tribunos pl. animadvertere non dubitaverunt.

Longo intervallo] Quantum noſtra ætas a majorum ætate diſtat.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XVI.

Capvt I.

Pag. 337. EST *hoc in more poſitum*] Quæ more fiunt, improbari non ſolent: ſed præter morem nonnulla ſæpe naſcuntur, quæ tamquam uſitatis præſtantiora, novi moris initium afferunt. ejus rei ſimilitudinem habet hoc procemium. orditur enim Cicero a more nobilium; ut, in quo ipſe differat, intelligatur, & ſua laus ex comparatione major & illuſtrior appareat.

Inſtitutoque majorum] A majoribus inſtitutum in morem tranſiit.

Beneficio veſtro] Magiſtratus enim, populi beneficium fuit; cum in campo Martio vel tributis, vel centuriatis comitiis mandaretur.

Imagines familiæ ſuæ] Honores eorum, quorum imagines cernuntur. Imagines autem in atriis ſervabantur eorum, qui curules magiſtratus geſſiſſent. itaque deſignatus ædilis cur. Cicero adeptum ſe jus imaginis, lib. v. in Verrem ſcribit.

Qua gratiam beneficii veſtri cum ſuorum laude conjungant] Qua cum gratias vobis agant, tum vero ſuos majores laudent, quaſi ſimiles eorum in gerenda rep. futuri.

Pag. 338. *Majorum loco*] Majorum dignitate.

Reperiuntur] Quia poſſunt aliquid de ſe ipſis dicere, quo majores imitari videantur. ideo lib. 2. de Fin. *Aliquid de majoribus tuis, & de te ipſo dicere, more majorum.*

Pag. 339. *Hoc perficiunt*] Cum, de ſe ipſis quod dicant, nihil habeant.

Debitum eſſe] A populo Romano.

Vnde] *Vt inde*, videbatur uſitatius.

Poſteris] Quamquam non dignis majorum loco.

Solveretur] A populo, mandandis honoribus.

Redundaret] Cum populus non potuerit majoribus eorum digna meritis præmia perſolvere; & aliquid ſupereſſet quod ſolvere poſteris deberet.

Tales] Probitate, ac virtute.

Illorum ſanguine creatos] Qualem enim me videtis, tales eos fuiſſe, quorum ſanguine ſum creatus, exiſtimare debetis. Indicat ex bonis fere bonos oriri.

Pag. 340. *Diſciplinisque inſtitutos*] Ex conſuetudine domeſtica. nam & hoc ad laudem majorum refert.

Laude populari] Quia veſtris honoribus honeſtati non ſunt.

Luce] Magiſtratibus enim homines illuſtrantur.

Veſtro ſummo honore] Conſulatu.

Singularique judicio] Quia me tu prætorem primum cunctis centuriis renunciaviſtis: ut eſt in oratione pro lege Manilia.

Exiſtimaturos] Cogitaturos cum animis veſtris.

Pag. 341. *Qui judicaviſtis*] Me dignum ſummo beneficio veſtro.

Perlongo intervallo] Poſt annos triginta, quam C. Cœlius, Caldus, homo novus, conſul factus erat.

Primum] Noſtris temporibus.

Hominem novum] Ex me ipſo cognitum, nulla commendatione majorum.

Præſidiis firmatum] Suis opibus munitum, ne novis hominibus aditus pateret.

teret.

peret. Tranſlata verba de re militari, præſidiis firmatum obvallatum me duce reſcidiſtis, patere.

Pag. 342. *Me duce locum reſcidiſtis*] Non diſſimili tranſlatione uſus eſt in ea pro Murena, cum inquit: *Cum ego tanto intervallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem, ut aditus conſulatus poſthac, ſicut apud majores noſtros fuit non magis nobilitati, quam virtuti, pateret.*

CAPVT II.

Aliqua occaſione] Cum eorum opera egere in belli reſp. videretur.

Pag. 343. *Cum multis annis poſt petiſſent, quam prætores fuiſſent*] C. Marium deſignat, qui poſt præturam ſeptem annos jacuit lib. III. Offic. Plutarchus, & alii.

Aliquanto ſerius] Nam biennio poſt præturam licebat.

Per ætatem] Lege Villia, quam libro XXX. Livius nominat, honoribus definitam. ea lege ante XLII ætatis annum petere conſulatum non licebat: eoque anno Cicero petiit.

Cum primum licitum ſit]. Per legem Villiam.

Ad alienæ petitionis occaſionem] Obſervato anno, quo parum clari viri peterent.

Pag. 344. *Multis poſthabitis*] Patriciis duobus, P. Galba, L. Catilina; tribus plebejis, L. Caſſio Languino, Q. Cornificio, C. Licinio Sacerdote: quos nominat omnes Pedianus. In oratione autem pro Murena, *Mihi*, inquit, *ipſi accidit, ut cum, duobus patriciis, altero improbiſſimo, atque audaciſſimo, altero honeſtiſſimo, atque optimo viro, peterem: ſuperavi tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam.*

Vindicem tacitæ libertatis] Eſt enim illa tacita libertas, cum ſuffragium tabella fertur. Quattuor tabellariæ leges, ut lib. III. de legibus Cicero prodidit, latæ ſunt. una a Gabinio tribuno pl. de mandandis magiſtratibus; cum populus antea ſuffragium voce ferre ſolitus eſſet: altera a Caſſio de populi judicio: tertia a Carbone, de legibus jubendis ac vetandis: quarta a Cœlio, de perduellione. pro Plancio: Populo grata eſt tabella, quæ frontes aperit hominum, mentes tegit, datque eam libertatem, ut, quod velint faciant.

Pag. 345. *Vocem vivam*] In Piſonem: *Me univerſa civitas non prius, tabella, quam voce, priorem conſulem declaravit.*

Non extremæ tribus ſuffragiorum] Cum dubia res eſt, antequam tribus extremæ ſuffragium ferant. documento hic eſt locus, binis comitiis, tributis, & centuriatis, mandari ſolitos eſſe majores magiſtratus. nam minores binis tributis creabantur. infra: *Majores de omnibus magiſtratibus bis vos ſententiam ferre voluerunt.* Idem ex oratione pro Plancio, & Pediano cognoſcitur.

Pag. 347. *Cui errato nulla venia*] Pro in errato in quo docti ambigunt, ego non offendor.

Ab invitis] Nobilibus invidentibus nobilitati meæ.

Non dubitanti fidele conſilium] Ita conjunge, ſi dubitavero non fidele conſilium, ſi laboravero, non certum ſubſidium nobilitatis oſtenditur.

CAPVT III.

Pag. 349. *Aditum hujus loci*] Vt ex roſtris loquerentur.

Huic voci] His verbis, popularem me futurum eſſe conſulem.

Pag. 351. *Nonnullorum ſimulationes*] Tribunos pl. deſignat.

Inire] A Catilina potiſſimum.

Pag. 352. *Sublata erat de foro fides*] Nemini pecuniæ credebantur: pauca privatim contrahebantur: metu ſcilicet novarum rerum: cum nonnulli tribuni pl. leges de novem tabulis promulgaſſent. Dio.

Novæ calamitatis] Publicæ.

Perturbatione judiciorum, infirmatione rerum judicatarum] Nam ex ea lege perturbabantur judicia, infirmabantur res judicatæ: ut agere contra debitores nemini liceret.

Non imperia, ſed regna] In decemviros conferri hoc videtur. nam infra: Reges conſtituuntur, non decemviri, Quirites.

CAPVT IV.

Quæ cum ego non ſolum ſuſpicarer, ſed plane cernerem; neque enim obſcure gerebantur] Similiter in Cluentiana: *Id cum Oppianicus ſciret; (neque enim erat obſcurum.)* Et in ep. ad Lentulum: *Quæ cum viderem; (neque enim erant obſcura)* Pro Sextio: *Hæc ego cum viderem; (neque enim erant occulta.)*

Pag. 353. *Dixi in ſenatu*] Kalendis Ian. ea, quæ mutila extat, oratione.

Quæ pax?] Quæ hic maxime popularia dicit eſſe, pacem, libertatem, otium; ea ſimul omnia paullo poſt nominat.

Pag. 354. *Impune*] Nullo hoſtili bello.

Pacem externam] Vt pax ſit ab exteris nationibus.

Libertatem] Vt ea me conſule conſervetur.

Otium domeſticum] Ne ſeditiones oriantur.

Cara, atque ampla] Iucunda, & honorifica.

Pag. 355. *Largitio aliqua promulgata*] Vt quam promulgavit Rullus. Aliqua cum dicit, diſtinguere largitiones videtur, & quandam probare, ut Gracchorum, infra nominatam, quandam improbari, ut Rulli.

Niſi exhauſto ærario] Omnis enim largitio de publico ærarium exhaurit.

Iudiciorum perturbationes] Reprehendit leges a tribunis pl. promulgatas, de quibus vide Dionem.

Pag. 356. *Reſtitutio damnatorum*] Vt multos reſtituit C. Cæſar, lege Pompeja damnatos.

CAPVT V.

Genus ipſum legis agrariæ] Totum genus non vitupero, ſed eam tantum legem quam Rullus promulgavit: in qua nihil aliud cogitatum, ſuſceptum, actum video, niſi uti decem reges ærarii, vectigalium, provinciarum omnium totius reip. regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini conſtituerentur, legis agrariæ ſimulatione, atque nomine.

Pag. 357. *Plebem in agris publicis conſtituiſſe*] Hic locus ita videtur intelligendus, cum agri publici a privatis occupati eſſent, ita ut contra legem Liciniam ſupra quingenta jugera multi poſſiderent, Gracchos in iis agris, quos per legem habere non liceret, plebem conſtituiſſe.

Non ſum autem ego is conſul] Præclara verba ad conciliandam populi benevolentiam, ut Rulli lege improbare, tanquam iniquam & inutilem, non ut hominem odiſſe videatur.

Quorum conſiliis, ſapientia, legibus multas eſſe video reip. partes conſtitutas] Videtur ſignificare tres leges, unam de jure civium Romanorum, alteram de provinciis: tertiam de judiciis: quas omnes C. Gracchus trib. pl. tulit, de prima, in ea pro Rabirio: *C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum, injuſſu populi judicaretur.* De ſecunda pro domo: *C. Gracchus provincias conſulares non modo non abſtulit a ſenatu, ſed, ut neceſſe eſſet quotannis conſtitui per ſenatus tulit.* De tertia, pro Cluentio: *Neque coiret, ut publico judicio quemquam condemnaret.*

Pag. 359. *Negabant me adduci poſſe*] Tamquam omnibus plebis Romanæ commodis adverſarium.

Pag. 360. *Princeps erat agrariæ legis*] Pluribus legem ferentibus tribunis pl. unus tamen princeps erat, a quo nomen perlata lex accipiebat. Pro Sextio: *Princeps rogationis Q. Fabricius templum aliquanto ante lucem occupavit.*

Pag. 361. *Capillatior, quam ante barbaque majore*] Quo terrorem inferret. in luctu quoque capillum & barbam alere moris erat.

Legem hominis] Vt promulgaretur, exſpectabam.

Pag. 362. *Explicat*] Quaſi volumen.

Verbis valde bonis] Sententiis tamen obſcuris.

Vtrum inſidiarum cauſſa] Vtrum improbitate, an inſcitia: Inſidiarum autem, ut plebem ipſam deciperet.

Pag. 363. *Me deſignato*] Cum Rullus magiſtratum jam iniſſet. inibant enim, ut jam dixi, tribuni pl. IIII. id. Dec. conſules Kalendis Ian.

C a-

CAPVT VI.

ag. 364. *Auctor ejus*] Tamquam ſul.

adjutor] In ſuadenda lege, ut Ma-am ſua ſit prætor, de Pompejo con-Mithridatem mittendo.

editioſis, atque improbis tribunis pl.] .. Opimius C. Graccho, L. Saturni-C. Marius.

ag. 365. *Vis tribunicia nonnumquam tius reſtitit conſulari*] Reſtiterunt tri-i pl. C. Iulio, T. Quinctio Coſ. quare Livius lib. IV. *Cum alia, in-t, aliis terribiliora afferentur, nec in toritate ſenatus conſules eſſent, Q. Ser-us Priſcus, ſummis honoribus egregie, Vos, inquit, tribuni pl. quoniam ad rema ventum eſt, ſenatus appellat, ut tanto diſcrimine reip. dictatorem dicere ſules pro poteſtate veſtra cogatis.* Qua e audita, occaſionem oblatam rati uni pl. augendæ poteſtatis, *ſecedunt, pue collegio pronunciant, placere, ſe-ne dicto conſules audientes eſſe: ſi ad-ſus conſenſum ampliſſimi ordinis ultra lant, in vincula ſeduci eos juſſures ſules ab tribunis, quam ab ſenatu, vinci lmerunt.*

Iom poteſtatem diſſimilitudo] Æque m tribuni pl. & conſules utrique pro poteſtate tueri remp. debent.

Animorum disjunctio] Ex occaſioni-orta.

Honeſte] Pro ea perſona, quam ſu-eo.

Lubenter] Pro veſtris commodis. e ejuſmodi legem eſſe video, ut eam hi neque per dignitatem meam, ne-: per utilitatem veſtram liceat de-dere.

Cogitatum, ſuſceptum, actum] Servat um ordinem. cogitata enim ſuſci-ntur, ſuſcepta aguntur.

Decem reges] Non decemviri.

Pag. 366. *Liberorum populorum*] Fœ-atorum, ſuis legibus utentium.

Certis hominibus] Decemviris.

Eripi etiam libertatem] Reges enim ſtituuntur. infra: *Reges conſtituun-, non decemviri, Quirites: hicque ab initiis, fundamentiſque naſcuntur, ut, modo congerere cœperint, ſed etiam cum conſtituentur, omne veſtrum jus, po-teſtas, libertaſque tollatur.*

Pag. 367. *Præſidem libertatis*] Ne plebs a patriciis indigna ſervitute preme-retur. Livius.

Simulatione largitionis] Quod ſupra dixit, *ſpecie largitionis*: &, *Legis agra-riæ e ſimulatione, atque nomine.*

CAPVT VII.

Pag. 368. *Qui eam legem tulerit*] Se ipſum ſignificabat Rullus: ipſe enim le-gem agrariam promulgaverat.

Tribus XVII.] Cum XXXV. omnino eſſent, ruſticæ XXXI. urbanæ quattuor.

Pag. 369. *Non certa condicione juris*] Primum peccat in eo, quod creari de-cemviros jubet a paucis tribubus: dein-de, quod eas ipſas non delegit certa con-dicione juris, id eſt ut pro ſua quæque condicione deligatur; (erant enim aliæ aliis nobiliores) ſed ſortitur, æquata omnium condicione.

Pag. 370. *Ad uſurpandam libertatem*] Retinendæ libertatis gratia: ne populo ſuffragiorum jus, & libertatem ſuam adimere videatur. infra: Ad uſurpatio-nem vetuſtatis adumbrata vocavit co-mitia curiata, pro, retinendæ & conſer-vandæ vetuſtatis gratia.

Vocare] Non, vocare ad uſurpandam libertatem, ſed, vocare ad creandos de-cemviros, libertatis uſurpandæ gratia.

Vt comitiis pontificis max.] Comitia vocabat Rullus, in quibus non tribus omnes, ſed tantum XVII ſorte ductæ, de pontifice max. ſuffragium ferrent. at Cicero infra negat eſſe comitia: *Iam hoc*, inquit, *inauditum, & plane novo more, uti curiata lege magiſtratus detur, cui nullis comitiis ante ſit datus.* Creaban-tur pontifices max. a populo, non uni-verſo, ſed tantum a tribubus XVII. ex vetere inſtituto: reliqui ſacerdotes a col-legiis. poſtea ipſi quoque lege Domitia a populo creari cœpti ſunt. qua de re co-pioſe diſputavimus in libro noſtro de Legibus.

Pag. 371. *Per populum creari fas non erat*] Sacrum a profanis.

Propter amplitudinem ſacerdotii] Ma-gnas enim res, & ad civitatem univer-ſam pertinentes, deferri ad populum, ut is judicet, æquum eſt.

Po-

Populo ſupplicari] A populo peti. Temporis cauſſa uſus eſt verbo populi majeſtatem indicante: quo magis Rullum in odium adduceret, qui, comitia e ſolis XVII tribubus conſtituens, populum tribunus pl. contemnere videtur.

De ceteris ſacerdotiis] De pontificibus minoribus, auguribus, quindecimviris Sibyllinis, triumviris epulonum.

Cn. Domitius tribunus pl.] Ahenobarbus, Q. Catuli minoris avunculus. qui tribunus pl. fuit, auctore Pediano, C. Mario II. C. Fimbria Cos. is cum augur eſſe non potuiſſet, iratus, tamquam accepta injuria, cooptandorum ſacerdotum poteſtatem, lege lata, a collegiis ad populum tranſtulit: ut ita crearentur a populo, id eſt a XVII tribubus, quemadmodum pontifex max. creari ſolitus erat. Cicero pro C. Cornelio, Vellejus lib. 2. Suetonius in Nerone.

Vir clariſſimus] Accepta a patre, avo, majoribus nobilitate, ut ait Cicero pro Cornelio: vel clariſſimus, habita bonorum ratione, quos poſtea geſſit: conſul enim cenſorque fuit, argumentum. Si vir clariſſimus hoc fecit, quia aliter facere non poterat, ut ſacerdotes a XVII tribubus creari juberet: tu tibi, Rulle, minime cum eo conferendus, licere idem putas in decemviris creandis?

Pag. 372. *Per cerimonias*] Quod ſupra dixit, *Per religionem ſacrorum.*

Ratione] Conſilio, & prudentia.

Quoad poſſet] Plus enim non poterat.

Quoad fas eſſet] Quantum religio concederet.

Quoad liceret] Per leges de religione latas.

Populi ad partes daret] Partes populi ſunt tribus: ad partes igitur populi, ad trib. XVII. non ad univerſum populum. Suſpectus locus e novitate ſermonis quod ſi, *populo*, legatur, minus offendar.

Pag. 373. *Nemo imminuit, nemo immutavit*] Imminuit ex aliqua parte, immutavit totum.

Ante acciperent a populo beneficium] Ante a populo crearentur, non, ut Rullus jubet, a partibus populi.

Eripere vobis] Creati enim a XVII tribubus decemviri, non a populo, ſed a partibus populi beneficium accipient.

Nullo modo] Excuſatur Domitius, qui quod poteſtate non poterat, ut ſacerdotes a populo univerſo crearentur, ratione conſecutus eſt, ut creati viderentur: accuſatur Rullus, qui, cum decemviros ab univerſo populo creari ſineret, creari potius a populi parte voluerit. ille igitur poteſtatem ratione auxit: hic poteſtatem ratione pervertit.

Quodam] Per contemptum, quidam. non enim cum Domitii ratione conferenda. ea vero ratio eſt, ut XVII tribus ſuffragium ferant; ne ſuam populo poteſtatem eripuiſſe videatur, quam tamen eripit.

CAPVT VIII.

In tanta injuria] Quia, quod populi proprium ſemper fuit, ut curatores agrorum univerſus crearet, id ille vobis eripere, atque e manibus extorquere conatur.

Pag. 374. *Tantaque impudentia*] Qui facere audet, quod in ejuſmodi re nemo unquam.

Pag. 375. *Illi*] De quibus orat. 1. *Dubitatis igitur Alexandriam clam petentibus iis, quibus apertiſſime pugnantibus reſtitiſtis?*

Homo felix] Quia ſortietur, quas volet: quod felicitatis eſt. Fraus autem in ſortitione demonſtratur: ut infra: *Quas tribus, quas volet, nullo cuſtode ſortietur?*

Pag. 376. *Notis hominibus*] In malam partem, pro, corruptis. pro Cælio: *Mulier non ſolum nobilis, verum etiam nota.*

Licinia eſt lex, atque altera Æbutia] Vtraque, ut opinor, tribunicia: ne quid in ferenda lege præter populi commodum ſpectaretur. Liciniæ mentio fit in oratione pro Domo.

Pag. 377. *Gratiam beneficii tui*] Vt tibi gratia apud populum ex beneficio tuo comparetur.

Hoc] Vt qui legem fert, pro ſua libidine ſanciat ea, quæ ſupra infraque dicuntur, contra Liciniam, & Æbutiam legem.

CAPVT IX.

Pag. 378. *Optimæ leges*] Licinia, & Æbutia.

Sin

Sine ulla exceptione] Totæ, nulla excepta parte.

Pag. 379. *Locus primus*] In ferenda lege.

Invidia] Non, ut ipſe putavit, gratiæ popularis.

Ceteri fructus] Hoc unum Rulli proprium erit, ut ſit princeps legis, ejuſque nomen legi præſcribatur: ceteri legis fructus inter decemviros communes.

Cautione] Ita cautum eſt inter eos, ne ſua quiſquam fructuum parte fraudetur.

Pag. 380. *Viderunt ii*] Qui Pompeji gloriæ invidebant, Craſſus in primis Craſſique amicus Cæſar.

Ad Cn. Pompejum] Qui hoc tempore bellum in Aſia contra Mithridatem gerebat, regno quidem expulſum, amiſſo exercitu, adhuc tamen in ultimis terris aliquid molientem, ſeque Mæotide palude, & itinerum anguſtiis, atque altitudine montium defendente.

Pag. 381. *Terra, & mari*] Piratico primum, lege Gabinia, deinde Mithridatico, Manilia.

Romæ denique] Non excipitur. nam ſubauditur, *non*.

Pag. 382. *Præſentem eum profiteri jubet*] Is autem adeſſe non poterat, longinquo bello impeditus: itaque excludebatur lege Rulli.

Quod nulla alia in lege umquam fuit] Ut præſentes profiteri juberentur. licebat enim abſentibus profiteri per amicos præſentes: & eorum ita ratio habebatur, ſi ad comitia prius, quam haberentur, accurriſſent, & præſentes magiſtratum a populo petiviſſent.

Certus ordo] Annali lege præſcriptus.

Pag. 383. *Timebat enim, Pompejus, ne, ſi adeſſet, ferri non poſſet*] Horum verborum hic eſt ordo. Timebat Rullus, ne, ſi Pompejus adeſſet, lex ferri non poſſet. Sed ut dicam quod ſentio, nonnihil offendor hac ſtructura, &, *Pompejus*, gloſſema fuiſſe puto.

CAPUT X.

Contumelia legis] Contumelia, quam Pompejo lex imponit.

Quod initio dixi, regnum comparari, libertatem veſtram hac lege funditus tolli] Initio dixit hæc: *A primo capite legis uſque ad extremum reperio. Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud ſuſceptum, nihil aliud actum, niſi uti decem reges ærarii vectigalium, provinciarum omnium, totius reip. regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini conſtituerentur, legis agrariæ ſimulatione atque nomine. Sic confirmo, Quirites, hac lege agraria, pulchra, atque populari, dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia; oſtentari populo Romano agros eripi etiam libertatem; privatorum pecunias augeri, publicas exhauriri; denique, quod eſt indigniſſimum, per tribunum pl. quem majores præſidem libertatis, cuſtodemque eſſe voluerunt, reges in civitate conſtitui.*

Cupiditatis oculos adjeciſſent] Sic lib. 2. in Verrem: *Videbant adjectum eſſe oculum hereditati.*

Pag. 384. *Curatione*] Agrorum.

Imprudentiam] Inſcientiam. lib. 2. de Invent. *Imprudentia eſt, cum ſciſſe aliquid is, qui arguitur, negat.* Imprudentiam autem in eo, quia non cognitam legem acceperitis.

Negligentiam meam] In eo, quia vitia legis non patefecerim.

A certis hominibus] Iis, quos ſæpe nutu, ſignificationeque appellat.

Pag. 385. *Lege curiata*] Quæ imperium, & rei militari neceſſaria dabat. infra: *Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.*

Ornat] Inſtruit iis rebus, quas habere ſine curiata lege non licet. eæ non multo poſt nominantur.

Magiſtratus detur] Magiſtratum curiata lex non dabat, ſed ornabat. ergo, *detur*, id eſt confirmetur, propterea, quæ magiſtratum curiata lex dabat.

Nullis comitiis] Comitia enim non ſunt XVII tribus.

Pag. 386. *Ab eo prætore*] Et hoc novum. curiatam enim legem conſules ferebant: ut infra: *Conſulibus legem curiatam ferentibus a tribunis pl. ſæpe eſt interceſſum.* Et ad Lentulum: *Legem curiatam conſuli ferri opus eſſe, neceſſe non eſſe.*

Primus] Qui plura, quam ceteri, ſuffragia tulerit. pro lege Manilia: *Ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus ſum.* Et contra competitores: *Neſcis me prætorem primum eſſe factum.*

Nec lex

Majoribus, & minoribus. major autem conſul, & prætor: minores reliqui.

Bis] Centuriatis, & tributis comitiis qui mos manſit. prius autem, quam tributa comitia Publilia lege inducerentur, curiata & centuriata magiſtratum dabant.

Pag. 388. *Centuriata lex*] Legem pro comitiis uſurpat.

Centuriata lex cenſoribus ferebatur] Centuriata comitia, ſine curiatis, cenſoribus creandis fiebant, cum curiatis vero, ceteris patriciis magiſtratibus.

Pag. 390. *Cum curiata ceteris patriciis magiſtratibus*] Difficilis admodum locus; qui præſtanti viros ingenio doctrinaque torſit. ego, cum ita de ceteris exiſtimem, ut eos mihi præferam, audebo tamen meam ſententiam interponere: ne quas interpretandi partes ſuſcepi, eas neglexiſſe videar labore deterritus. Binis comitiis de omnibus magiſtratibus a populo ſententiam ferri, majoribus placuerat. magiſtratus autem ita diſtinguuntur, ut alii patricii ſint, alii plebeji: patricii, quæſtor, ædilis cur. prætor, conſul, cenſor: plebeji, tribunus pl. ædilis pl. alii. Sed bina comitia primum fuere de patriciis magiſtratibus, plebejis nondum creatis, centuriata, & curiata. excipio cenſores, qui licet inter patricios magiſtratus eſſent, unis tamen centuriatis creabantur. ideo dicit Cicero: *Centuriata lex cenſoribus ferebatur.* Vbi vero plebeji magiſtratus creati ſunt: in curiatorum comitiorum locum tributa ſucceſſere. nam curiatis nihil cum

ſuffragium tulit. Nunc
gentiam aditus lectori ſi
gula verba ponderemus.

Tum iterum] Eo tem
tis, curiatiſque comitiis
nondum eſſent, nunc
tributis, cum ſublata c
omnibus plane magiſtrat
populus ferr.

Prima] Ratione curia
bita.

Pag. 392. *Tantum auſ*
Non ut de magiſtratibus
quæ auſpicato fuerant in
nere videantur. infra: *S*
veri neque veris comitiis,
ſuffragiis, neque illis ad ſp
uſurpationem vetuſtatis p
adumbratis, conſtituti.

Hic autem tribunus pl.]
ſtra jura debet.

Populi, aut plebis] P
conſul, id eſt patricios
bejos, plebem tribunus
cios vocandi jus non ha
biſcitum quod a tribuno p
juſſit.

Curiatis ea comitiis]
ſcripta ſunt in lege de o
viris: vel, *eam*, repone
aliis placet: ut ad poteſtate

Non ſiniti] Pro, *ſiniti*
initis, alii, *ſciſſetis*, eg
ut ſit, *non ſinitis*, pro, n
non relinquitis, haberi n
tributa, eorum loco, rep

Reliquum] Cui reliqu

a prætore: jubet ab eo prætore, mus ſit factus: jubet, ſi is ferre ſſit, ab eo ferri qui poſtremus ſit.

, *& perſpexit, ſine curiata lege iros habere poteſtatem non poſſe*] religionem pertinet. nam infra, gionem, inquit, *hominis reverta- 'idet ſine lege curiata nihil agi per iros poſſe.*

393. *Luſiſſe*] Qui a primo præ- l poſtremum, mediis omiſſis, endæ curiatæ legis transferat. Se- : *Ita perverſum, ut ridiculum.*

io *quid*] Fraudem aliquam. ſe- enim, *Aut ita malitioſum, ut* w.

rſum] In ordine: cum latio le- n a primo prætore ad ſecundum, ultimum transferatur.

itioſum] Cupit enim decipere, ne quis fraudem intelligat.

394. *Si ea lata non erit?*] Inter- : aliquo tribuno pl. vel obnun- liquo magiſtratu.

m *jure*] Ampliſſimo ſcilicet. id ıæc addita verba, *Quæ qui optima* ignificabant, ut ait Feſtus.

qui optima lege] Creantur a . ſic locutus Phil. 5.

ſc fieri poteſt] Quod fieri nullo poteſt: ſed ſi poteſt, ut Rullus quid attinet, tertio capite, le- riatam ferre jubere? *Fieri* autem, placet, quam *ferri*: quod antea ur. notat enim Rnlli vel impu- n, vel ignorantiam, qui jubeat od fieri non poteſt.

CAPVT XII.

395. *Exiſtimamus*] De tribuno ediente judicamus.

396. *Poteſtatem tamen eandem is*] Vult enim, ſi curiata lex ferri ſſit, eodem tamen jure decem- ſe, quo qui optima lege.

397. *Populi*] Vniverſi. nam ve- itia non ſunt, cum ſolæ XVII uffragium ferunt.

398. *Per XXX lictores*] Vt triginta curiæ referantur: ne ſublatæ pe- quæ auſpicato inſtituta fuerant, comitia viderentur.

uum] Caput legis quartum.

Auſpicii deducendarum coloniarum cauſ- ſa] Vt auſpicato coloniæ deducantur.

Pag. 399. *Pullarios*] Qui ex pullis gallinaceis auſpicia captarent, rei quæ ageretur, confirmandæ gratia.

Tresviri] Qui agros a divitibus ſupra legitimum numerum, id eſt, ſupra quin- genta jugera, contra legem Liciniam poſſeſſos, pauperibus dividerent. ii fue- re, lator ipſæ legis Ti. Sempronius Gracchus, Ap. Claudius, ejus ſocer, & Cajus Tiberii frater. Plutarchus.

CAPVT XIII.

Pag. 400. *Centeriis*] Si ſic legatur; plane quid hoc ſit, ego non aſſequor: licet mulum centuriatum a Vopiſco in Aureliano videam nominari. *canteriis*, fortaſſe rectius. ſed videntur ſtatim poſt, *mulis*, nominari debuiſſe, non inter tabernacula & ſuperlectilem in- terponi.

Sumptum haurit ex ærario] Quod ſatis eſſe debuit: & tamen ſuppeditat a ſociis.

Ianitores ex equeſtri loco ducentos] Omnibus decemviris. nam ſi ſingulis, dixiſſet, ducenos.

Pag. 402. *Furioſus*] Nemo enim in- ſignia illa poteſtatis, niſi per inſaniam, ſine populi ſuffragiis aſſumeret.

Primum permittitur infinita poteſtas] Caput legis quinctum.

Sine conſilio] Nemine adhibito, qui ſimul judicaret.

Pag. 403. *Sine provocatione*] Erat e- nim a quocumque magiſtratu ad popu- lum provocatio.

Sine auxilio] Affectis injuria tribuni pl. auxilio erant.

Pag. 404. *Liberos populos*] Qui nihil populo Romano penderent.

Regnorum vel dandorum] Regno- rum etiam dandorum, quibus vellear, quo quid majus? Ægyptum in primis, propter Alexandri regis teſtamentum, ſed alia quoque regna ſignificat: de qui- bus infra: *Regna omnia permiſſu legis continentur.*

Cum commodum ſit] Cum libeat: ut orat. I. *Hic permittis ſua lege decemviris, ut in quibus commodum ſit tenebris, aut in qua velint ſolitudine bona populi Roma- ni poſſint divendere.*

Pag. 405.

publice pendunt.

Ignorata] Extra veſtrum imperium. nam de imperio jam dixit.

Datur igitur eu] Verbum, *igitur*, hoc ad idem legis caput, quod eſt de poteſtate decemvirum, pertinere, ſatis oſtendit.

M. Tullio, Cn. Cornelio Coſ.] Dictatore Sulla.

Cæcum] Patiendi ſignificatione, pro, quod non videtur. non enim, ea quæ eſſent, in lege Rullus appellaverat. Eodem ſenſu dixit pro Milone, *cæca nox*: Virgilius lib. VI. *carcere cæco*: Lucretius lib. III. *cauſſa cæca.*

Pag. 407. *Reſtitutam*] Suſtulit Sulla victor, odio, in plebem incenſus, quia pro Mario ſteterat, reſtituere Pompejus & Craſſus conſules.

Nemo attigit] Metu tribunorum pl.

Periculi perfugia] Vt, eo qui confugeret in periculo ſalvus eſſet.

Pag. 408. *Lege tribunitia*] Cùm antea propter ipſos tribunos pl. nemo attigerit.

Mons Gaurus] Campaniæ, ubi vina naſcebantur optima.

Minturnas] Opidum Campaniæ.

Herculanea] Ab opido item Campaniæ Herculaneo.

Multarum deliciarum] Propter amœnitatem: & ideo vendibilis.

C A P V T XV.

Pag. 412. *Commodum erit*] Libebit.

Pag. 413. *Diſceptationem*] Iudicium, nam ſequitur: *Cum idem & differet, & judicabit.* Nota verbi ſignificatio.

Vel, quod potius arbit
improbetur, & decemv
odium adducatur, orat
tem laudantur.

Pag. 415. *Vt occulte*
Quæ res aperte petebatu
cuniculis oppugnatur.

Regis Alexandri] De

Pag. 416. *Auctoritat*
differt a S. C. nec eam
cum plerique ſenatores
rent, nec tamen, tribun
tercedente, S. C. fieri
batur in publicas tabul
eo die decreviſſet: quæ
tas vocabatur.

Alexandro mortuo]
Pompejum conſules.
regnum Ægypti in de
ſtatem veniet.

Tyrum] Vrbem Pho
Plinius lib. V. cap. 19. T
inſula, prealto mari d
ſa, nunc vero Alexan
operibus continens.

Noſtris] Romanis.

L. Philippum] Cum
moria teneo: patrem eju
cellino poſt aliquot an
omnino ſignificat.

Eum] Ptolemæum A

Neque animo regio eſſe
deditum fuiſſe, tibiiſq
tum, unde Auletis cog
docet.

Pag. 417. *Omnium r*
jam ab Attalo Aſiam,

Verum judicabit?] Recte, & juſte judicabit? pro Murena: *Negat verum eſſe, allici benevolentiam cibo.* Pro Domo: *Quid ad te, qui negas eſſe verum, quemquam ulli rei publicæ extra ordinem præfici?*

Vtrumque] Vt judicet, & verum judicet.

Neque concedendum, neque ferendum] Neque judicandi poteſtas concedenda: neque, quod judicabit, ferendum.

Pag. 418. *Ex ſua lege vendet Alexandriam*] Nam ſi regnum illud adjudicabit populo Romano, ſine dubio vendet, ea ratione, quod poſt Sullam & Pompejum conſules publicum factum ſit.

CAPVT XVII.

Eoſdem curſus hoc tempore] Idem orat. I.

Pag. 419. *Directo*] Non oblique, ſed recto curſu. Antea, *decreto*: nos, *directo*.

An quietis iis] Placet vel, *An, Quirites, iis*, vel, *An quietis nobis*.

Tetris tenebris] Occulta legis fraude.

Pag. 420. *Vnaque*] Perſpicue mendoſum, uſitatum, & apertum eſſet, animiſque.

Legatos noſtros] Idem orat. I.

Pag. 421. *Finitorum*] Qui terminos agris imponent.

In imperio] Quod agrorum curatores habere non ſolent.

Pag. 422. *Sumptus*] Quem ſuppeditari a ſociis leges vetant. ad Atticum: *Nullus ſit ſumptus in nos, neque in legatos, neque in quæſtores, neque in quemquam.*

Quanta calamitas populi] Ejus civitatis in quam venerint.

Dixerit?] Decemvir.

Ipſi] Decemviro.

Quæſtus] Magnam enim pecuniam ab eo populo accipiet.

Omnes terras] Vt bellum Mithridaticum.

Omnia maria] Vt bellum piraticum.

Eſſe permiſſa] Extra ordinem.

Multa committi] Vt Pompejo.

Condonari] Vt decemviris. gravius enim eſt, condonari, quam permitti; omnia, quam multa; decemviris, quam Pompejo.

Vel laberi] Etiamſi, *vel*, in ſequenti membro, non iteretur, hic tamen abundare non arbitror.

Pag. 423. *Imprudente*] Inſciente, nam fraude legis decipitur.

CAPVT XVIII.

Pag. 424. *Incidant nervos populi Romani*] Nervi ſunt populi Romani, vectigalia, & ærarium.

Veſtra vectigalia] Vectigales agros: de quibus orat. I. *Iubet eoſdem decemviros omnibus agris pergrande vectigal imponere: ut iiſdem poſſint & liberare agros, quos commodum ſit, &, quos ipſis libeat, publicare.*

Populi Romani auctionem] Acerbius, quam ſi dixiſſet, bonorum publicorum auctionem: ut in extrema oratione, *Ipſum Cn. Pompejum preſcribere*: id eſt, ea, quæ armis a Pompejo parta ſunt.

Pag. 425. *Silvas*] Silvam Scantiam vendi primum jubebat. quam cum præco in auctione recitanda nominaſſet, hæc Cicero ſubjecit: *Vt in ſuis rebus, ita in rep. luxurioſus nepos.*

Quam vineas] Cum vineæ prius vendi ſoleant, ut minoris pretii. ſed ille, perdendi bonorum publicorum cupidus, item ut ſua per luxuriam diſſipavit. initium vendendi non ab aliqua publica vinea, ſed a Silva Scantia ſumpſit.

Perconſuiſti] Ex vectigalibus Italicis nullum eſſe prætermiſſum a Rullo dicit, quod vendi nollet. Cenſorio verbo uſus eſt: quia, quemadmodum cenſores in quinquennium vectigalia locabant, ſic Rullus in perpetuum ea vendebat.

Pag. 426. *Perge in Siciliam*] Recitaſti Italica vectigalia: Sicula nunc recita.

Nihil eſt in hac provincia] Cum præco legiſſet eam partem, quæ ad Siciliam pertinebat; ſubjecit hæc Cicero.

Proprium] Populi Romani.

Nobis] Malim, *vobis*: quo magis populum commoveat: cum ſequatur, *majores vobis.*

Recenti victoria] Cum inferat, *majores*, vix puto de victoria M. Aquilii accipi poſſe. is enim patrum ætate, non majorum, puero Cicerone, ſervos in Sicilia devicerat. Sin, *recenti victoria*,

ad ipſos majores, id eſt ad Rupilii, Lævini, Marcelli victorias, referatur, interpretabimur, *recens*, ſtatim poſt victoriam.

Vinculum pacis] Vt agri parte a nobis poſſeſſa defectionem ſocii non facile cogitent. itaque pacis vinculum poſſeſſio agrorum illorum eſt.

Monumentum belli] Vt extet belli, quo ſocii a nobis victi ſunt memoria.

Pag. 427. *Perſonam hanc impoſuiſtis*] Cum legem Maniliam, de Mithridatici belli cura abſenti Pompejo mandanda, ſuffragiis veſtris, me prætore ſuadente, comprobaſtis.

Illius abſentis] Sic enim nunc abeſt, ut cum Maniliam legem ſuaſi. tunc enim piratici belli reliquias perſequebatur.

CAPVT XIX.

Pag. 428. *P. Servilii*] Qui de Cicilia triumphavit, captis Coryco, Olympo, Phaſelide. Aſconius.

Regios] Poſſeſſos antea a Nicomede rege.

Pag. 429. *Attalicos*] Qui Attali regis fuerant.

Regis Philippi, ſive Perſa] Philippum T. Flaminus, Perſam L. Paulus devicit.

Corinthios] Ex L. Mummii victoria.

Apionis] Ptolemæi, Cyrenarum regis, qui heredem reliquit populum Romanum. Epitome lib. LXX. Tacitus lib. XIV. Marcellinus lib. XXII. & Obſequens.

Pag. 431. *Non legibus datis*] Victis enim leges de ſenatus ſententia a decem legatis dabantur.

Imperatoris] Cn. Pompeji, bellum adhuc gerentis.

Pag. 432. *Potiſſimum*] Vt ab ipſo præcipue, qui legem tulerit, expetitam.

CAPVT XX.

Te volo curare] Invidioſa verba. ſunt enim Rulli Pompejo Magno imperatori, optime de rep. merito, imperantis.

Pag. 433. *An Pompejum non adhibebit?*] Hoc illud eſt, quod ſupra dixit, *Non auditis verbis imperatoris.*

Manubias] Agros armis partos.

CAPVT XXI.

Pag. 436. *Hoc ex loco*] Ex Roſtris.

Indemnatorum] Marianarum partium. damnatis autem adimere bona licebat.

Pag. 437. *Arbitris*] Iudicibus: ut alibi.

Sequitur] Caput ſextum.

Omnes agros extra Italiam] Non recitat omnia legis verba: quæ fortaſſe hæc erant: *Omnes agros publicos extra Italiam vectigales faciunt, pergrandi impoſito vectigali: publici autem qui ſint, quive privati, iidem cognoſcunto.* qua de re ſic orat. I. *Iubet eoſdem decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere: ut iidem poſſint & liberare agros, quos commodum ſit, &, quos ipſis libeat, publicare.* Quibus verbis imponendi primum vectigalis, deinde cognoſcendi poteſtas declaratur.

Infinito ex tempore] Ciceronis, non Rulli verba.

Pag. 438. *Imponitur*] Quia lex imponi jubet. Quo modo autem imponitur? ſi publicus ager judicabitur. judicium autem & cognitio decemvirum e quæſtu pendebit: ſive privatum agrum publicabunt, pergrandi impoſito vectigale: ſive publicum, id eſt eum, qui aliquid publice pendit, pecunia a privatis accepta, liberabunt. orat. I. *Quem judicio, perſpici non poteſt, utrum ſeveritas acerbior, an benignitas quæſtuoſior ſit futura, cognitione omiſſa.*

Nulla diſceptatione] Nulla deliberatione, cognitione omiſſa. orat. I. *Lacesſo vos, in concionem voco: populo Romano diſceptatore uti volo.*

Nullo conſilio] Nullis judicibus.

Privata publicare, publica liberare?] Orat. I. *Iubet eoſdem decemviros omnibus agris publicis pergrand: vectigal imponere; ut iidem poſſint & liberare agros, quos commodum ſit, &, quos ipſis libeat, publicare.*

Excipitur] Ne vectigal imponatur. orat. I.

Propter hominum neceſſitudinem] Conſtitutam in quæſtura Sicilienſi: quam ita geſſit, ut Siculos omnes amore ſibi devinxerit, diſcedens magnum ſui deſiderium, jucundamque memoriam reliquerit.

Propter

Propter æquitatem] Privatum oſtendit agrum eſſe, non publicum.

Sæpe vehementer gaudeo] Cum dicat, *ſæpe*, intermiſſionem gaudii ſignificat. ſed in ea re, quæ probatur, & placet, perpetuum eſt gaudium. itaque, *ſæpe*, mendoſum eſſe ſemper duxi. poſtulat ſententia, *ſane*, vel ſimile aliquid.

Pag. 439. *Amiciſſimis ſedibus*] Malim, *antiquiſſimis*.

Permittere, ut publici judicentur] Quod vendi poſſunt; aut, quo vectigal eis arbitratu decemvirum imponatur.

Hunc excipere nominatim, qui publicum eſſe fateatur?] Sic antiqui libri. mutationem peperit eorum inſcientia, qui, *fateatur*, patiendi ſignificatione non probatur: cum tamen, uſitatum id veteribus fuiſſe, Priſcianus auctor ſit.

Pag. 440. *Alia ratione*] Nummis aut datis, aut promiſſis.

CAPVT XXII.

Quæſtuoſa exceptio] Excipiuntur enim agri, non jure ſed quæſtu, de quibus cautum ſit fœdere. orat. 1. *Excipit in vectigali imponendo agrum Sicilienſem, in vendendis agris eos agros, de quibus cautum ſit fœdere.* hi ſunt in Africa, qui ab Hiempſale poſſidentur.

Tegit] Defendit, excipit. qui enim tegitur, ab injuria tutus eſt. ad Servilium: *Te rogo, ut eum & in reliquiis veteris negotiationis colligendis juves, & ceteris rebus tegas, atque tueare.*

Pag. 441. *C. Cottam*] Aureliæ gentis, clarum oratorem, qui conſulatum geſſit cum L. Octavio, biennio poſt obitum Sullæ.

Veretur Hiempſal, ut ſatis firmum ſit, & ratum] In optatis rebus, *vereor ut*, veteres dicebant; in iis, quæ ſi contingant dolemus, *vereor ne*. optabat autem Hiempſal, ut fœdus illud, quo agri excipiebantur, firmum ratumque eſſet.

Tollitur veſtrum judicium] Quod enim fœdus vos non juſſiſtis, eo agros excipi non licet.

Pag. 442. *Totum*] Agri igitur excipiuntur omnes, fœdere poſſeſſi.

Comprobatur] Tamquam a vobis juſſum.

Minuit] Exceptione. minor enim decemvirum quæſtus erit.

Amico] Diſſenſit igitur ab Hiarba patre, cum quo Pompejus bellum geſſit, de victoque triumphavit. ideo donatus eſt Hiempſal a Victore Pompejo paterno regno.

Volitat] Pecuniam oſtentans, quo fœdus excipiatur lege.

Pag. 443. *Aurum, argentum*] Caput ſeptimum.

Ex præda, ex manubiis] Idem or. 1.

Ad quoſcumque pervenit] Orat. 1. *pervenit, pervenerit.* hic alterum verbum omittitur, librarii fortaſſe culpa.

Pag. 444. *De clariſſimis viris, qui populi Romani bella geſſerunt*] Iterat, quod orat. 1. dixit: *Audite vos, qui ampliſſimo populi ſenatuſque judicio exercitus habuiſtis, & bella geſſiſtis. quod ad quemque pervenit, pervenerit, ex præda, ex manubiis, ex auro coronario, quod neque conſumptum in monumento, neque in ærarium relatum ſit, id ad decemviros referri jubet.*

Tranſlatum] A prætore, ejuſque conſilio.

Nullum judicium] Immo ſummum judicium. mendum igitur in *nullum*.

Pag. 445. *Vir optimus*] Qui nocere nolit ei, quem amat ironia. non enim Pompejum amat. ideo ſequitur: Vnde iſte amor tam improviſus, ac tam repentinus?

Improviſus] Nullo ſigno cognitus.

Repentinus?] Repente declaratus. differunt enim, improviſus, & repentinus.

Prope nominatim] Quia præſentem profiteri jubet. Pompejus autem cum abſit longiſſime, prope nominatim excludi videtur honore decemvirali.

Legumque datio] Diximus jam, victis populis leges dari ſolitas.

Pag. 446. *Ius imperatorium*] Vt judicaret, leges daret, cognoſceret.

Soli eripitur] Solus enim hoc tempore bellum gerebat.

CAPVT XXIII.

Invidia quæri] Qui ſolus excipiatur: quod invidioſum eſt.

Nihil ſibi appetit præcipue Pompejus, nihil] Iterum verbum in fine ſententiæ, vim habet: ut in Cluentiana: *Non fuit illud judicium judicii ſimile, non fuit.*

Pag. 447. *Portitores*] Tamquam publicani, qui, conductis portibus, veſtigal exigunt, excuſſis omnibus, ne mercede non ſoluta prætereant. propterea ſubjicitur: *Imperatores noſtros excutiant.*

Quam ceteri] Qui exercitus habuerunt, & bella geſſerunt.

Pag. 448. *Remiſſis manubiis*] Quas Pompejum ad decemviros referre non vult.

Pag. 449. *Nihil prætermiſſum, ſed omnes urbes*] Lego aliter, & diſtinguo, non dubitans quin ſit rectius hoc modo: *Nihil prætermiſſum ſit: omnes urbes.*

CAPVT XXIV.

Ad certorum hominum importunam avaritiam] Mirus eſt in amplificanda re. nam &, *avaritiam*, &, *importunam*, &, *certorum hominum* dixit.

Nomen] Cum a nomine res ipſa vehementer differat. quod enim populo oſtentatur, id paucorum erit, qui ſe decemviros ſperant futuros.

Quæſitum] Vt vos grato & auribus veſtris jucundo nomine deciperent.

Hac pecunia jubet agros emi] Caput octavum.

Pag. 450. *Luſcinos, Calatinos, Acidinos*] Significat C. Fabricium Luſcinum, qui conſul primum de Eutruſcis, Galliſque iterum de Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, Samnitibus triumphavit: A. Atilium Calatinum qui triumphavit prætor ex Sicilia de Pœnis: nam C. Atilio, qui de Pœnis navalem triumphum conſul egit, non Calatino ſed Regulo primum, deinde Serrano cognomen fuit; quia miſſi a ſenatu ad eum accerſendum, ut imperium populi Romani ſuſciperet, ſemen ſpargentem invenerunt, id Cicero pro Sex. Roſcio, Valerius lib. IV. Plinius lib. XIIX. docet. L. Manlium Acidinum, qui propr. citeriore in Hiſpania re bene geſta, urbem ovans introivit.

Pag. 451. *Patientia paupertatis*] Quia paupertatem, quæ gravis & odioſa multis eſt, æquiſſimo animo tulerunt. itaque repudiatam a Fabricio, quam ei Pyrrhus rex pecuniam miſit, ſcripſit Cicero in Paradoxo ultimo. ejuſdem paupertatem efferunt Valerius, Plinius.

Ornatos] Vt aliis divitiis, ſic his ornamento paupertas fuit.

Catones] Cato ille Cenſorius.

Phili] L. Furii Phili, æqualis Africani, & Lælii, quem Cicero de juſtitia diſputantem induxit in libris de rep. nominatur in oratione pro Archia, & in ea pro Murena, ſed mendoſe: legitur enim non in pervulgatis modo libris, verum etiam in ſcriptis *L. Philippo*, pro, L. Philo.

Lælii] Qui ſapiens eſt appellatus; quia, cum Ti. Graccho legem agrariam ferenti, favere cœpiſſet, poſtea, locupletum factione commotus, ne periculoſam civitati ſeditionem excitaret, deſtitit ab incepto.

Pag. 452. *Odorari*] Quaſi prædam quærentes, ut venaticos canes.

Committite vos nunc, Quirites, his omnibus hæc omnia, quos odorari hunc decemviratum ſuſpicamini: reperietis] Partem eſſe eorum quibus ad habendum, partem, quibus ad conſumendum nihil ſatis eſſe videatur permittit, & minatur. permittit in, *committite:* minatur, in, *reperietis.* Præclara figura, ex præſentibus futura proponens: cui ſimilis illa pro Domo: *Probate genus adoptionis: jam omnium ſacra interierunt.* Ibidem: *Date hanc tribuno pleb. licentiam, & intuemini paullisper animis juventutem, & eos maxime, qui imminere cupiditate videntur in tribuniciam poteſtatem: collegia medius fidius tribunorum pl. tota reperientur, hoc jure firmato, quæ coeant de hominum locupletiſſimorum bonis.* Et aliquanto poſt: *Date de hac religione aditum, pontifices: jam nullum fortunis communibus exitum reperietis.*

Partem eſſe eorum, quibus ad habendum, partem, quibus ad conſumendum nihil ſatis eſſe videatur] *Ad habendum*, de M. Craſſo, *ad conſumendum*, de C. Cæſare dictum.

CAPVT XXV.

Pag. 453. *Omnibus legibus*] Semproniana jam nominavit.

Agris publicis privatos eſſe deductos] Cum eos nullo jure poſſiderent. Rullus autem contra majorum conſuetudinem emere agros a privatis decemviros jubet.

Horrido, ac truce] De quo ſupra: *Veſtitu obſoletiore, corpore inculto & horrido capillatior, quam ante, barbaque majore: ut oculis & adſpectu denunciare omnibus vim tribuniciam, & minitari reip. videretur.* Horrido igitur ad veſtitum, Truce ad animum refero: cujus indices oculi ſunt.

Pag. 454. *Mercaturam*] Non ſatis honeſtam ex quacumque re: ideo ſenatoribus eam exercere non licebat: ex bonis vero populi Romani turpiſſimam.

Obſcura ſpe] Sperat enim opimos, & fertiles agros: ſed obſcura ſpe ducitur, cum a Rullo, nec qui agri illi ſint, quos emi vult, nec quibus in locis, definiatur.

Pendere] Vſurpatur hoc verbum in rebus dubiis. nam qui pendet, firmus non eſt. transfertur ad animum: unde, *animi pendeo.*

Albanus ager eſt] A porta Capena, qua in Appiam viam iter eſt. Albanus autem ager, Setinus, Privernas, in Latio: Fundanus, Veſtinus, Falernus, Linternus, Caſſinas, Cumanus, in Campania.

Pag. 455. *Ab alia porta*] Collina.

Capenas, Faliſcus] In Etruria.

Venafranus, Alliſanus] In Samnio.

Trebulanus] In Sabinis: itaque conjungi cum Reatino debuit.

Coacervare] Nullo delectu, nulla mora: cum abundet pecunia.

Pag. 456. *Definio, inquit, Italiam*] Quia lex in Italia jubebat eos agros emi, quo plebs deduceretur.

Satis certa regio] Ironia. non enim certa regio eſt Italia; cum in ea regiones multæ ſint. Italiam igitur, Rulle definiſti, ut arbitratu ſuo decemviri poſſent, quoquo vellent, tam ſcilicet in Apuliam, quam in Maſſici montis radices, plebem deducere. quod ſi in Apuliam, vel incultam ob ſterilitatem, vel deſertam ex peſtilentia: nullum plebs ex tua lege beneficium capiet.

An in Italiam] Lego, *An in Apuliam.* nam ſi locus eſt cum loco conferendus: quis putet cum Maſſico monte Italiam, quæ Maſſicum ipſum continet, totum videlicet cum aliqua parte, conferri? Apulia vero recte opponitur Maſſici radicibus, locus videlicet maxime vitandus loco maxime expetendo.

Pag. 457. *Quidnam agri?*] Pro, qui ager? Agri enim generandi caſu dixit.

Vero, inquit] *Vero*, affirmantis adverbium veteribus uſitatum.

Pag. 458. *Exſule*] Tenue, non denſum.

Perſtringi] Exerceri, findi. transfertur ad offenſiones animi. pro Sextio: *Nemo unquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit quem non præverterim.* Ad Atticum: *Craſſus in Pompejana laude perſtrictus.* id eſt, læſus non tamen graviter.

CAPUT XXVI.

Pag. 459. *Vim*] Sententiam.

Ne ii quidem] Nedum qui ſuos non publicos agros poſſident.

Qui agros publicos poſſident] Qui decedere, non accepta pecunia, debent, cur enim, quod publicum eſt, vendat? ſupra: *Omnibus legibus agris publicis, privatos eſſe deductos.*

Pag. 460. *Invidoſas*] Licet non publicas: invidioſas autem ob eam cauſſam, quia ſupra modum: cum cives plurimi premantur inopia. Infra quoque: *Agros aut publicos, aut plenos invidia.*

Fortunis locupletat] Quia publicorum agrorum poſſeſſores, quanti volent, eos decemviris vendent, quaſi mercatura quadam inter eos conſtituta.

Invidia liberat] Imminuto poſſeſſionum modo, accepta ſcilicet a decemviris pecunia.

Sullanorum] Quos inimicis ademptos aut largitus eſt militibus ſuis aut proſcriptos vendidit.

Horrebant] Metu agrariæ legis.

Pag. 461. *Veſtram vim*] Veſtram poteſtatem. licet enim vobis, Sullanas aſſignationes veſtris infirmare ſuffragiis.

Orabuntur] Prope a ſupplicibus.

Hoc carmen] Certis, immutabilibusque verbis. id enim eſt carmen. pro Rabirio perduellionis reo: *Lictor, colliga manus: iſta ſunt cruciatus carmina.* Livius lib. 1. *Lex horrendi carminis eſſe: Duumviri perduellionem judicent.*

Sibi intus canit] Hoc non ad veſtram, ſed ad ſuam utilitatem confert. ſumptum de Aſpendio citariſta, ſibi intus

omnia canente: unde proverbium. Lib. I. in Verrem, & ibi Pedianus.

Socerum] Valgium: de quo orat. I. *Quantum tibi agri vendet, ut alios omittam, ſocer tuus?* Et orat. 3. *Vt facile appareat, eam legem non a veſtrorum commodorum patrono, ſed a Valgii genero eſſe conſcriptam.*

Virum optimum] Contrarium intelligi, ſatis indicant ea, quæ ſtatim ſubjiciuntur. & de eodem orat. 3. *Socer hujus, vir multum bonus eſt*, cum ironia ſcilicet. De ipſo autem Rullo ſupra: *Hic tamen, vir optimus, eum, quem amat, excipit, Cn. Pompejum.*

In illis reip. tenebris] Oppreſſa civili bello rep. cum in Sullæ partibus eſſet Rulli Socer.

Pag. 462. *Subvenire*] Emendis ab eo agris.

Sullanis oneribus gravi] Multitudine agrorum, quos, victore Sulla ad libidinem occupavit. *Gravi* autem ex invidia laboranti qui ſi agros vendet, invidiam, quæ gravis eſt, deponet. Tranſlatio in quinque verbis, *ſuccumbenti, oppreſſo, oneribus, gravi, deponere.*

Et vos non dubitatis] Hæc inſeruntur, ut plebem ab accipienda Rulli lege removeat. Legem, inquit, non pro veſtris, ſed pro domeſticis commodis ferente Rullo, & quaſi carmen ſibi intus canente, dubitatis vectigalia veſtra vendere, plurimo majorum veſtrorum ſanguine & ſudore quæſita, ut Sullanos poſſeſſores divitiis augeatis, periculo liberetis? Id eſt: dubitare debetis, & minime vendenda ſtatuere. nam ſi pro lege Manilia cum ait Cicero: *Et dubitabit quiſquam, quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit, qui ad omnia veſtra memoria bella conficienda divino quodam conſilio natus eſſe videatur?* hæc, inquam, cum ait, ſi affirmat, & Pompejo transmittendum eſſe bellum Mithridaticum ſignificat: certe hic, addita particula, *non*, negat potius, quam affirmat & oſtendit vectigalia non eſſe vendenda: & ut ex his verbis, *dubitabit quiſquam, quin*, elicitur affirmatio, ſic ex his, *non dubitatis quin*, id, quod affirmationi contrarium eſt.

Pag. 463. *Periculo*] Quod ex invidia imminet.

Veri] Qualis non eſt Rullus, qui ſe fingit popularem eſſe, cum ſit oſtentatione potius, quam veritate.

Fortis] Quid eſt enim bona mens animo deſtituta? Fortis igitur, quem a populari cauſſa nihil deterreat.

Stridorem unum] Nedum conciones multas, magna voce habitas.

Vobis inducetur] Vobis, ut magno emptus, oſtendetur. Animadvertenda verbi ſignificatio. nam, inducere, & hic, & infra, valet, in tabulas publicas referre: ut ad Appium: *Teſtes ſunt rationes civitatum: in quibus, quantum quaque voluit, legatis tuis datum, induxit.*

Pag. 464. *Vaſtum*] Nullis cultoribus: ut pro Sextio, *vaſtum forum*, in quo ſolitudo.

Emetur ab iis] Pro de iis. ement enim decemviri ab iis, qui propter ſterilitatem agros illos non eſſe colendos, aut propter peſtilentiam relinquendos putant.

Dictum eſt in ſenatu] Potuit hoc Rullus dicere ante Kal. Ian. cum aliquot diebus antea vetere inſtituto magiſtratum iniviſſet.

Pag. 465. *Vrbanam plebem*] Agris carentem. propterea ruſtica nobilior, cui rura. erant autem urbanæ tribus, Palatina, Eſquilina, Collina, Suburana: in quas tranferri, ut ait Plinius, ignominia eſſet. in his & urbana plebs, & libertini ſuffragium ferebant. Epitome lib. XX. & Aſconius.

Nimium in rep. poſſe] In ſuffragiis: cum in quattuor tribubus diſpertita eſſet.

Exhauriendam] Verbum plebis auribus injucundum. contemptu enim quodam dici videtur, ſimilitudine rerum, quæ, quia non placent, exhauriuntur.

CAPVT XXVII.

Retinete iſtam poſſeſſionem] Vrbem Romam ne relinquite ſuaſu tribuni pl. certorum hominum, ſuaque potiſſimum, non veſtra commoda cogitantem.

Gratia] Quam inire licet ab iis, de quibus magiſtratum petentibus in campo Martio ſuffragium fertis.

Libertatis] Nam ſervire legibus libertas eſt. alibi alia fortaſſe ratio.

Suffra-

Suffragiorum] Quæ ſunt in manu veſtra.

Dignitatis] Non modo dignitas, verum etiam majeſtas tribuitur interdum populo Romano, quid enim majus, quam poſſe magiſtratus & imperia mandare?

Pag. 466. *In Sipontina ſiccitate*] Vnde ſterilitas.

In Salapinorum peſtilentia finibus] Vnde ſolitudo. Opida Apuliæ ſunt Sipontum, & Salapia. Vitruvius, Plinius, Strabo, Lucanus.

Pag. 467. *Rullo duce*] Videte, quem ſecuturi ducem ſitis: eum, qui vos eo ducet, ubi vel agri ſteriles, vel peſtilens cœlum.

At dicat] Si mentior, ipſe me refellat, agris nominatis, quos empturus ſit.

Arenam aliquam] Vbi inculti agri, ut in Sipontina ſiccitate.

Paludes] Vbi peſtilentes, ut in Salapinorum finibus.

Emat] Deinde magno ſe emiſſe dicat, quod minimo emerit, in hoc quoque carmen ſibi intus canens.

Quid pecunia fiet?] Pro, de pecunia uſitatus loquendi modus. in Verrem lib. 1. *Quid hoc homine faciatis?* Terent. Andr. *Nec, quid me nunc faciam, ſcio.*

Referre in ærarium lex vetat, exigi prohibet] Orat. 1. *Pecunia coacta eſt ad agros emendos: ii porro ab invitis non emuntur: ſi conſenſerint poſſeſſores non vendere, quid futurum eſt? referetur pecunia? non licet exigetur? vetat.*

Pag. 468. *Noſtra*] Privatos agros.

Pag. 470. *In Ianiculum*] De hoc, & ſequentibus, orat. 1.

Ad vim tuam] Libri veteres, *Ad vim tuam etiam.* quod ſi accipimus, erit ſenſus: *Ad vim quoque tuam nedum ad reliquas libidines.*

CAPVT XXVIII.

Pag. 471. *Suis præſidiis, & coloniis*] Præſidia vocat colonos in veteres colonias adſcriptos: quos alibi ſuos milites.

Colonos deducant] *Colonos* non colonias: quia colonia nova in coloniam veterem, auſpicato deductam, dum eſſet incolumis, deduci non poterat: novos tamen colonos adſcribi licebat. Phil. 2.

Pag. 472. *At enim*] Argumentum pro Rulli lege; quod infirmatur paullo poſt.

Capuam] Quæ adhuc præfectura erat, colonia vero facta eſt C. Cæſaris lege.

Vrbem ampliſſimam, atque ornatiſſimam] Quo gratior plebi Lex debet eſſe. cum ei ſedes ac domicilium in ejuſmodi urbe proponatur.

Atqui quid ad hæc poſſumus dicere?] Hoc loco quid eſt quod reſpondeam? Quaſi reſponderi nihil poſſe videatur: cum tamen ipſe paullo poſt multa reſpondeat.

Pag. 473. *De opido*] Vide ingenium, cum pro lege diſputat, quod ex Rulli perſona facit, urbem vocat, dignitatis gratia: cum adverſus legem, opidum, ut plebi minuat migrandi cupiditatem.

Si quis eſt forte] Satis argute: cum eſſe nemo debeat.

Roma] Emphaſis in nomine.

Ad hunc numerum] Vt hic numerus conficiatur.

Quingenos ſibi ſinguli ſument] Arbitratu ſuo decemviri permittente lege, deligent, ſinguli quingenos, ut quinque colonorum milia ſint. quo primum beneficio ſibi devinctos habebunt: deinde quos in agrum Campanum deduci lex jubet, eorum nomine agrum ipſi tenebunt, & fruentur.

P. 474. *Conſolari*] Spe agri Campani.

Vere] Vti ſe res habet, non & inani & falſa quadam ſpe.

Integris] Probis: unde integritas.

Quietis, otioſis] Quietis ad animum, otioſis ad corpus refertur.

Veſter honos] Hoc ſignificat, laborandum eſſe populo de honore potius, quam de commodo, ſe tamen commodi quoque rationem habiturum.

Omnes reip. partes] Ne quid reſp. detrimenti patiatur.

Pag. 475. *Connivebo*] Quaſi honoris immemor.

Veſtro nomine] Quaſi vobis hac agraria lege conſulatur.

Opes] Decemvirum.

Præſidia] Milites, colonorum ſpecie, ac nomine.

Pag. 476. *Continuabunt*] Aliis emptis jugeribus. ſupra: *Sullanus ager latiſſime continuatus.*

Corneliam] L. Sullæ.

Agrum Præneſtinum] Quo Sulla, Præneſtinis, tamquam Marianis, infenſus, coloniam miſerat & colonia vocatur orat. 1. in Catil.

A paucis] Ademptum colonis a Sulla miſſis.

Pag. 477. *Familiarium*] Servorum.

Sumptum] Qui fit maximus voluptatis gratia in amœniſſimis Cumanis, Puteolaniſque prædiis.

CAPVT XXIX.

Pag. 478. *Vrbanis*] Qui agros non habent.

Oſtenditur?] Cum in ſenatu dixerit, *Vrbanam plebem in rep. nimium poſſe, exhauriendam eſſe.* quaſi eam in agrum Campanum mittere cogitaret.

Omnibus rebus] Et ruſticis, & urbanis tribubus.

Deſcribat] Dividat agrum Campanum. infra: Adjungit Stellatem campum agro Campano, & in eo duodena deſcribit in ſingulos homines jugera. Et ad Caſſium: Immunitates dantur: pecuniæ maximæ deſcribuntur.

Pag. 479. *A Suburbana*] Libri veteres, *ab uſura nam.* de quo dubitante olim Faërno, dixi reponendum, *a Suburana.* erat enim Suburana tribus, urbana: & in urbanis eam Varro primam nominat: valet autem, *a Suburana uſque ad Arnienſem*, a prima urbana uſque ad ultimam ruſticam: ut populus comprehendatur univerſus.

Arnienſem] Locorum intervallo a Suburana longiſſime disjunctam: quod ex ipſo patet nomine: dicta eſt enim ab Arno, Etruriæ fluvio.

Pag. 480. *Deludi voſmetipſos*] Falſa agrorum oſtentatione.

Pag. 481. *Fundum pulcherrimum populi Romani*] Hac de re ſic orat. 1. *Prætermitto illa, quæ; nemo eſt, quin graviſſime, & veriſſime conqueri poſſit, nos caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani poſſeſſionem, ſubſidium annonæ, horreum belli, ſub ſigno, clauſtriſque reip. poſitum vectigal ſervare non potuiſſe.* Et pro lege Manilia: *Aguntur certiſſima populi Romani vectigalia, & maxima: quibus amiſſis, & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis.* In eadem oratione dicit idem aliis verbis: *Hæc vobis provincia, Quirites, ſi & belli utilitatem, & pacis dignitatem ſuſtinere vultis, non modo a calamitate, ſed etiam a metu calamitatis eſt defendenda.*

Italico bello] Quod & Sociale, & Marſicum dictum eſt, Itali enim ſe jure civitatis, jam promiſſo, excludi ægerrime ferentes, graviſſimum populo Romano bellum intulerunt.

Quantos agri Campani, fructibus exercitus alueritis?] Idem lib. 2. in Verrem.

Pag. 482. *Illa magnifica*] Tranſmarina, quæ pluris, quam Italica, locantur.

Tenuiſſima ſuſpicione prædonum, aut hoſtium injecta?] Hoc eſt, quod ait pro lege Manilia: *Ceteris in rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non ſolum eventus mali, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem. nam cum hoſtium copiæ non longe abſunt; etſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum navigatio conquieſcit. ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt. quare ſæpe totius anni fructus uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur.*

Pag. 483. *Bellis infeſtum*] Quia bellis non vexatur, cum ſit ſub ſigno, clauſtriſque reip. poſitum: ut orat. 1. dixit. Infeſtum, hic patiendi ſignificatione accipiendum, ut pro Sex. Roſcio: *Filii vita infeſta, ſæpe ferro, atque inſidiis appetita.* Pro Plancio: *Dolebam, judices, & acerbe ferebam, ſi hujus ſalus ob eam ipſam cauſſam eſſet infeſtior, quod is meam ſalutem, atque vitam ſua benevolentia, præſidio, curaque texiſſet.*

Nec fructibus varium] Numquam enim fructus imminuuntur.

Cælo, ac loco] Propter cæli temperiem, loci ſalubritatem.

Non imminuerunt] Non diviſerunt, quos dividi Rullus lege ſua vult plebi Romanæ agros de Campanis captos, ſed, ut fundum populi Romani, ſubſidium belli, fundamentum vectigalium, retinendum putarunt.

Quod & tenebant] Sequor antiquorum librorum conſenſum, non adverſante ſententia. alii pro, *&*, reponunt, *ei:* ut ſit, *Quod ii tenebant.* Sed, *ei*, nominandi caſu inuſitatum puto.

Quibus adimi jure non poterant] Quia victi bello non erant, ſed in pace manſerant.

Pag. 484. *Duo Gracchi*] Qui leges agrarias tulerunt. ſupra.

Sine ulla religione] Cui tamen religio fuit Campanum agrum attingere.

Dimoveres] Vt plebi divideret.

CAPVT XXX.

Veſtrum eſſe dicitis] Quod enim publicum eſt, populi Romani eſt.

Quem per] Poëtice, pro, per quem, ut *Tranſtra per & remos*, Virgilius. ſed in antiquis libris quod legitur, *Quem pariter, iter qui faciunt*, ego ſane non contemno. quid enim habet vitii? at illud, *quem per*, improbari ea ratione poteſt, quod iter per viam, non per agrum fit: idque confirmatur verbo, *prætereuntes*. nam, *præterire*, non eſt, per aliquem locum, ſed ante aliquem locum tranſire: ut ad Att. *Præteriit villam meam Curio.*

Pag. 485. *Ad paucos*] Ad ipſos decemviros. ſupra: *Deducent ſuos, quorum nomine ipſi teneant, & fruantur. coëment præterea: iſta dena jugera continuabunt.*

Pag. 486. *Paternis, atque avitis*] Quas patres, avique veſtri, non privatim, ſed publico vectigalium nomine tenuerunt.

P. Lentulus] Is, qui cum Catilina conjuravit. orat. 3. in Catil.

Publica pecunia coëmeret] Vt ager publicus continuaretur, privata poſſeſſione non interruptus.

Ex illo ſolo fundo numquam malum nuncium audiſſet] Hoc ideo dicit, ut populus Romanus. privati hominis exemplo, turpe ſibi putet a rep. dimoveri, & quinque millibus colonorum dividi vectigal agri Campani, unde malus nuncius numquam audiatur, id eſt, quod ſemper idem ſit, non bellis infeſtum, non fructibus varium, non cælo ac loco calamitoſum: cum e ceteris vectigalibus malus nuncius nonnumquam audiatur.

Pag. 487. *Gratis*] Vult enim Rullus in eum agrum quinque millia colonorum deduci, pecunia non ſoluta. nam colonis agri dividebantur gratis.

M' Aquilius] Qui de ſervis, in Sicilia deletis ovavit.

Belli facultatibus] Rebus iis, quæ ſunt in bello. eſt enim lepor quidam in ſententia, iteratione ejuſdem verbi. Cetera vectigalia belli facultatibus affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur. quod ſi quis malit, *difficultatibus*: ejus non improbabo ſententiam, a mea tamen non diſcedam.

Pag. 488. *Non oportere*] Quaſi nunc ea ratione Rullus ad agri Campani diviſionem adducatur, quòd ab hominum cultura deſeratur.

CAPVT XXXI.

Plebem] Campanam, quæ publicum agrum colit, & inde ſibi victum quærit.

A plebe, & a plebe optima] A pauperibus, optimis viris quo minus expelli debent. Leporem habet iteratio ejuſdem verbi.

Pag. 489. *Plebicola*] Deriſio: qui enim ſe plebis conſulere commodis profitetur, is plebem optimam, & modeſtiſſimam ex iis agris, in quibus nata, educataque eſt, exturbabit, atque expellet.

Glebis ſubigendis] Cum ceteras artes ignorent, quibus parare victum poſſent.

Pag. 490. *Hunc agrum*] De Campano loquitur.

Aliis] Ipſis decemviris. ſupra: Agrum Campanum, quem vobis oſtentant, ipſi concupiverunt: deducent ſuos, quorum nomine ipſi teneant, & fruantur.

Eripiatur vobis] Ager enim Campanus publicus patrimonium eſt populi Romani, majorum armis, & virtute partum.

Stellatem campum agro Campano] Hic non differt campus ab agro: ut ſequentibus apparet. Campum tamen appellat, vel, quia non, ut Campanus, totus coleretur, vel quia parem fructum non ferret. ad Atticum etiam lib. 2. campum vocat, non agrum: ſimiliter Suetonius in Iulio.

Pag. 491. *Et multitudo*] Placet quod aliis, *ſed*, pro, *&*: cum in antiquis libris, *Ac Stellatis & multitudo* legatur.

Pag. 492. *Theanum*] Quod eſt in Campania. nam alterum in Apulia nominatum in Cluentiana.

Nunc] Libertate fortaſſe, & ſuo jure Sulla donati. quia pro Mario non pugnaſſent. quo patet, cetera opida, proxime nominata, in ſua poteſtate, ut Puteolos, non fuiſſe, nec ſuo jure, ſuaque libertate uſos eſſe: quia ſcilicet municipia erant, & cum civitatis Romanæ jus haberent, ſuffragiumque in tribubus ferrent Romanis legibus uti cogebantur.

CAPVT XXXII.

Exſilium] *Vexillum*, eſſe reponendum, docet antiquus mos, indicatus Phil. 2. his verbis: *Caſilinum coloniam deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta ut vexillum tolleres, ut aratrum circumduceres.* Coloniæ igitur cum vexillo, auctore etiam Appiano lib. 2. deducebantur.

Pag. 493. *Inferetur*] Hoſtile verbum: quo magis timeatur decemvirum poteſtas.

Communem patriam omnium noſtrum] Sive nati Romæ ſimus, ſive non ſimus. ipſe enim Arpinas, alii alibi nati. duas autem patrias, naturæ unam, juris alteram appellat lib. 1. de leg.

Quo in opido] Iterato opidi vocabulo, magis periculum oſtendit ex nova colonia, argumento a majoribus ducto.

Pag. 494. *Portibus*] Duobus, uno ad occidentem, altero ad orientem ſpectante.

Excurrere] In mediterraneas regiones: vel generatim dictum, excurrere quocumque vellet.

Imminere] Vt maxime propinquis.

Ita] Aut abundat, aut mendoſum eſt. nec, Italiæ, placet: non enim Africæ Italiæ, ſed propinquioribus imminet inſulis.

Fructuoſiſſimis] Siciliæ, & Sardiniæ.

Pag. 495. *Duo maria*] Ionium, & Ægæum: unde bimarem poëtæ nuncuparunt.

Diverſa] Cum Ionium ad Italiam. Ægæum ad Aſiam ſpectet.

Pertenui diſcrimine] Iſthmo, ſex millibus paſſuum. alioqui peninſula Peloponneſus.

Pag. 496. *Littera publica*] Non epiſtolæ, ſed quæ ſcripta ſunt ad rei memoriam in ſenatu. lib. 1. in Verrem: *Quo in negotio induſtriam meam celeritas nuntiationis, diligentiam multitudo litterarum, & teſtium declaravit.* Ibidem: *Vnam ex decem navibus, non vi tempeſtatis, ſed hac horribili tempeſtate ſociorum amiſſam, in litteras publicas retulerunt.*

Senatum, publicum ex illa urbe conſilium ſuſtuliſſent] Quaſi definitionem ſenatus addidit, publicum conſilium.

CAPVT XXXIII.

Pag. 497. *M. Bruti*] Qui legem tulit de colonia Capuam deducenda.

Pag. 498. *Qui hanc remp. Capuam totam transferre vellent*] Indignationis commovendæ gratiæ, non, coloniam Capuam deducere, quod propriis aptiſque verbis explicari poterat, ſed, remp. & remp. totam Capuam transferre dixit: ut ſupra quoque.

Pag. 499. *Quibus conſulibus*] Diſſentit a Livio, qui non a Q. Fulvio conſule, ſed ab eo proconſule, biennio ante captam Capuam ſcribit.

Philippo] Philippus, & Perſa filius Macedoniæ reges, ille a T. Quinctio Flaminino, hic a L. Æmilio Paullo victus eſt. Antiochus Aſiæ, ab Africani majoris fratre L. Scipione Pſeudophilippus Macedoniæ, a Q. Metello: Ariſtonicus Aſiæ minoris, Attali filius ex pellice, a M' Aquillio: Mithridates Ponti, a Sulla, Murena, Lucullo, Pompejo: quorum duo priores antea, Lucullus hoc anno, Pompejus triennio poſt triumphavit.

Carthaginienſium] Primum, ſecundum, tertium, quod Africanus minor, everſa Carthagine, confecit.

Pag. 500. *Corinthium, Numantinum*] Corinthum L. Mummius delevit, Numantiam Africanus. uterque triumphavit, ſicuti omnes jam nominati.

Fregellanum] Fregellas L. Opimius, is, qui conſul C. Gracchum occidit, prætor cœpit, & evertit. Vellejus, Aſconius, Epitome, alii.

Marſicum] Sociale: a Marſis primis arma ſumentibus, ademptæ civitatis dolore, & iracundia Italicum, Sociale, Marſicum, idem vocatur.

CAPVT XXXIV.

Pag. 502. *Reprehendenda*] Quia de coniis Capuam deducendis cogitarunt.

Pag. 503. *Ipſe, qui deduxit*] Lator ;is Brutus, idem coloniam deduxit.

Qui magiſtratum Capuæ & Leocreanti ... runt] Conſidium, & Saltium, umviros, ſignificat. Illud autem, *& ... creanti*, quod corruptum eſſe con- :, ſimilitudinem litterarum, & ſen- .tiæ veritatem ſecutus, ita corrigo, *lege creati*. nam & Cæſare conſule ge- : ejus Pompejus, ſocer Piſo, eadem e, quam ille de colonia Capuam de- cenda tulit, duumviri creati ſunt.

Impiorum] Quaſi de patria, qui Ca- æ colonos, & magiſtratum eſſe vel- it, contra quam majores ſtatuerant, pie cogitarint.

Coloniam deductam] Lege M. Bruti.

Pag. 504. *Non cum bacillis*] Solis, ut ceteris coloniis.

Prætoribus] Vt, quod ſibi nomen npſerant, prætoriæ poteſtatis inſignia eferentes, re ipſa comprobarent.

Pag. 505. *Cum faſcibus duobus*] In ur- prætores binis lictoribus, in provin- ſex utebantur: ut ex Cenſorino, lybio, Ciceronis oratione pro lege anilia intelligitur.

Hoſtiæ majores] Vt taurus, juvencus. nores enim, agna, ſus, caper, capra.

Ab his prætoribus] Cum irriſione: ia, cum duumviri eſſent, prætores pellari malebant.

Probatis] Vitioſa vox: integra, pro- ntibus. ſed omnes in mendo conſen- nt veteres libri.

Pag. 506. *Ad tibicinem*] Præcinere itum in ſacris tibicinem, ut omit- n Livium, indicat lapis antiquus, em accurate depictum miſit ad me optimus, excellens jure civili, & m elegantiore doctrina perpolitus ca Pætus, nobilis Romanus civis.

Patres conſcripti] Ironia. tunicati e- n erant qui Capuæ a duumviro nſidio, tamquam Romæ ſenato- a conſule, aut a prætore, voca- ntur.

Vt grandi macie torridum] *Va grandi*, ctius videtur.

Pag. 507. *Magios, Bloſſios, Iubelios*] Veteres Campanos. D. Magius nominatur a Livio lib. XXIII. D. Iubelius Taurea eodem libro, & XXVI. & in epitome lib. XII. Bloſſius a Cicerone in Catone. Quod autem, Decios, Magios, legitur oratione in Piſonem, fortaſſe mendoſum; & reponi poteſt, Decimos Magios.

Pag. 508. *Tunicatorum*] Non, ut Romæ, togatorum.

In Albana, & Seplaſia] Quibus in foris unguenta vendebantur.

Hinc Roma] Quaſi ex urbe ignobili.

CAPVT XXXV.

Pag. 509. *Hæc*] Superbiam, & arrogantiam ingeneratam ex iis rebus, quibus alimur, & vivimus.

Pag. 511. *Campani ſemper ſuperbi*] De quorum ſuperbia ſic apud Valerium Max. lib. IX. cap. 5. *Inſolentia inter Carthaginienſem & Campanum ſenatum quaſi æmulatio fuit, ille enim ſeparato a plebe balneo lavabatur: hic diverſo foro utebatur.*

Pag. 512. *Alterum Capua conſulem poſtulavit*] Bello Punico ſecundo. Livius lib. XXIII.

Hæc] In eum locum, qui mores hominum facile corrumpat.

Iſti decemviri] Iſti, qui ſuam potentiam, non veſtra commoda, curabunt.

Pag. 513. *Centum decuriones*] Tamquam ſenatores in colonia. centum autem ad imaginem ſenatus a Romulo conſtituti.

Non optimis viis, anguſtiſſimis ſemitis] Qualis ad incendium Neronis manſit: ut ex Taciti verbis colligitur. *Impetu*, inquit lib. XV. *pervagatum incendium plana primum, deinde in edita aſſurgens, rurſus inferiora populando anteiit remedia velocitate mali, & obnoxia urbe arctis itineribus, hucque & illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit.*

Pag. 514. *Præ illis ſemitis*] Semitæ differunt a viis: anguſtiores enim ſunt. Illis dixit tamquam irridendis, ex perſona Campanorum.

Contendent] Conferent. pro lege Manilia: *Ea magis ex aliorum contentione, quam ipſa per ſeſe, cognoſci, atque intelligi*

telligi poſſunt. Tacitus lib. IV. *Nemo noſtros annales cum ſcriptura eorum contenderit, qui veteres populi Romani res compoſuere.*

Pag. 515. *Non comparabunt*] Abeſt, non, ab antiquis libris. ut hæc Cicero cum ironia dicat, pro, ſcilicet comparabunt.

Si paullum aſſumpſerint vetuſtatis, ac roboris] Si inveteraverint; ut eorum vires dies augeat.

CAPVT XXXVI.

Pag. 517. *Sceleris*] Quia coloniam deducere Capuam, agrumque Campanum publicum unde annuum reſp. fructum capit, privatis dividere conatus eſt. Cum verbo, *ſceleris*, congruit illud de eodem Bruto ſupra dictum, *impiorum pœnas pertulerunt.*

Monumenta] Magnifice loquitur de majoribus. præſtant enim monumenta veſtigiis, & majores. M. Bruto, de quo dixit, *veſtigia.*

Auctoribus] Iis, qui tibi, ut agrariam legem ferres, auctores fuerunt.

Pag. 518. *Venderetis*] Vt ea pecunia dividendos plebi agros divideretis.

Expilaretis] Non, venderetis, verum expilaretis, exacta pecunia, quæ poſt nos conſules ex novis vectigalibus recipietur. Significat, quod ſupra dixit: *Cavet, ut ſi qua pecunia poſt nos conſules ex novis vectigalibus recipiatur, ea decemviri utantur.*

Nova] Pompeji virtute parta. hæc enim præcipue ſpectabat Rullus.

Cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis] Exhaurit ex ærario, qui vectigalia vendit, aut eos agros, unde vectigal capitur, plebi dividit. Hoc puto ſignificari, non eum ſumptum quem in decemviros fieri lex jubebat: de quo ſupra: *Ornat apparitoribus, ſcribis, librariis, præconibus, architectis præterea mulis, tabernaculis, centuriis, ſuppellectili: ſumptum haurit ex ærario.* Non enim eo de ſumptu diceret, cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis.

Pag. 519. *Invidioſos*] Ob latitudinem poſſeſſionum. Supra: *Sullanus ager, a certis hominibus latiſſime continuatus, tantam habet invidiam, ut veri, ac fortis tribuni pl. ſtridorem unum perferre non poſſe.*

A Sullanis] De Sullanis. emptores enim decemviros, venditores Sullanos poſſeſſores fore ſignificat.

A veſtris neceſſariis] Et hic accipio è veſtris neceſſariis: qui vendent liberum deſertos, ac peſtilentes agros: quos tamen vos, quaſi magno emptos, inducetis, id eſt, in publicas tabulas relatum oſtendetis populo Romano, non mediocri lucro per hanc fraudem quæſito. Eodem ſenſu ſupra: *Hic ager omnis, quoquo pretio coëmptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.*

Pag. 520. *A vobiſmetipſis emptus*] Vt fraus lateat. quis enim, quanti emeritis ſcire poterit, cum vosmetipſi emetis.

Improbiſſimos cives] Vt Domitium Carbonem, Sertorium, alios.

Proſcribere] Vendere. invidioſum verbum: quaſi Pompejus ipſe vendeventur, cum pecuniam ex vectigalibus ejus virtute partis, poſt Ciceronem conſulem decemviri venderent. Eodem modo, *vicinos proſcribere.* orat. 3.

Horum conſpectu privare] Cum ſine populi Romani judicio ex novis Pompeji vectigalibus in longinquis regionibus recepta pecunia decemviri uti poſſent.

Numero, & ſuffragiis] Pro, numero ſuffragantium. nota ſignificatio.

Nihil elata manu] Cum ſequatur, *perſtringi*, placet eorum ſententia, qui legendum putant, *nihil vi ac manu:* cum ſit in uno vetere libro, *velata*, in altero, *vel lecta.* nam, vel, parum diſtat a vi. Scribebant enim veteres, *vei*, pro *vi.* quod & Politianus in Miſcell. admonuit. atque hac obſervatione duobus ex locis mendum olim ſuſtulimus, primum ex libro de Vniverſitate, ubi legebatur, *Vel cum eadem conjunxit*, pro, *Vi cum eadem conjunxit:* deinde ex Tuſc. 1. ubi erat, *Quaſi vero iſta vel quid quantum potuerit ei melius accidere:* cum legendum ſit, *iſta vi.*

Pag. 521. *Si commodum vobis eſſet*] Si vobis liberet. quo de genere loquendi jam diximus.

Pag. 522. *Magiſtratus reliquos*] Cum tamen decemviri eſſetis.

Le-

Legibus omnibus ſoluti] Nam nec qui gerit magiſtratum, alium petere poteſt, nec, qui abeſt, niſi ſolvatur legibus.

Adducere] Vt acta veſtra judicentur.

Producere] Quod minus eſt, quam adducere. videtur enim adducere magiſtratus, producere privatus.

Pag. 523. *Non in cunabulis*] Vt ii, qui majorum claritate, rebuſque geſtis populo Romano commendantur.

In campo] Suis meritis.

Appellare] Tranſlata verba, a creditoribus ſumpta, *ſpoponderunt*, *creditum eſt*, *petere*, *debeo*, *appellare*.

CAPVT XXXVII.

Pag. 525. *Habitandum*] Diu manendum: ut, *habitabant in Roſtris*, in Bruto: *habitaverunt in foro*, pro Murena: *quorum in vultu habitant oculi mei*, Phil. 12.

Si tribunus pleb. duci juſſiſſet?] Vt Bibulum conſulem duci juſſit quadriennio poſt P. Vatinius tribunus pl. & de Bruto ac Naſica Cos. a C. Curiatio tribuno pl. in carcerem conjectis, hiſtoriæ loquuntur. Malim autem, *juſſerit*, quam, *juſſiſſet*.

Nondum veſtris armis armatus] Nondum conſul, qui armatur inſignibus, imperio, auctoritate.

Pag. 526. *In hunc locum*] In roſtra.

Improbitati hominis] Cujus hominis? non Verris, quem non de Roſtris ad populum, ſed ad judices privatus accuſavit. præterea de reo non diceret, reſiſtere. reſiſtimus enim oppugnanti, non cauſſam dicenti. An Catilinæ? credi poteſt. male enim de rep. cogitanti reſiſtere, & in eum concionari conſul deſignatus Cicero potuit.

Tantis munita præſidiis] Me conſule. jam enim conſularia præſidia nominavit.

Pag. 527. *Quæ nobis deſignatis timebatis*] Supra: *Omnia turbulenta conſilia contra hunc reip. ſtatum, & contra veſtrum otium partim iniri, partim, nobis conſulibus deſignatis, inita eſſe decebantur. ſublata erat de foro fides, non ictu aliquo novæ calamitatis, ſed ſuſpicione, ac perturbatione judiciorum, infirmatione rerum judicatarum: novæ dominationes, extraordinaria non imperia, ſed regna quæri putabantur.*

Conſilio meo, ac ratione proviſa ſunt] Hoc ad Catilinam pertinere potius, quam ad Rullum, videtur.

Quibus otioſi negotium faceſſimus] Quibus ita moleſtum eſt otium noſtrum, ut, nobis quieſcentibus, ipſi quieſcere non poſſe videantur. quærunt enim res novas, hoc reip. ſtatu non contenti. ep. ad Appium a Dolabella accuſatum: *Cum eſt ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent.*

Otioſiſſimos reddam] Non permittam, ut remp. perturbare poſſint.

Pag. 529. *Nam etſi is*] Aptius videtur, *nam ſi ii.*

Sub ipſo otio] Locus multis maculis inquinatus, quas ſine veterum librorum ope vix arbitror eluere quemquam poſſe.

Pag. 531. *Qui honori inviderunt meo*] Inviderunt nobiles, claritatem novi hominis non ferentes.

PAVLLI

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XVII.

Pag. 532. DE *lege agraria*] Dixi jam, non in hac ratione. Ciceronem diſputare contra legem, ſed reſpondere tribunus pl. criminantibus eum, quod ideo legem reprehenderet, ut Sullanarum aſſignationum poſſeſſoribus gratificaretur. propterea epiſt. 1. lib. 2. ad Attic. tres orationes non nominat, ſed ait: *Sunt propterea dua breves, quaſi ἀποσπασμάτια legis agraria.*

Capvt I.

Commodius] Rectius: ut lib. 1. de orat. *Oratio commode ſcripta.* Et lib. 1. de fin. *Dialectica veſtra nullam vim exiſtimat eſſe nec ad melius vivendum, nec ad commodius diſſerendum.*

Veſtra diſceptationis] Veſtræ deliberationis, veſtri judicii: ut orat. 2. Populo Romano diſceptatore uti volo.

Superiorum] Tribunorum pl.

Ius ſua poteſtatis] Quæ enim ad vos de me retulerunt, ea cum, abſente me, dixerint, jus ſuæ poteſtatis imminuere, & quodam modo præſentem timere viſi ſunt.

Pag. 533. *Provocati a me*] Proxima ſuperiore concione.

Pag. 534. *Revocati*] Iucunditatem quæſivit in ſimilibus verbis, *provocati, revocati.*

Neſcio quid] Contra me.

Proxima] Superiorem orationem ſignificat.

Pag. 535. *Leviter immutates*] Propter ea, quæ apud vos de me tribuni pl. detulerunt; quaſi veſtris commodis obſiſtam.

Septem tyrannis] Verbum uſurpavit, quo tribuni pl. uſi erant. Septem autem Sullani homines potiſſimum invidia poſſeſſionum, quas a Sulla maxime acceperant, laborabant.

Pag. 536. *Minui*] Si non prorſus adimi, ſaltem minui.

Certo capite legis] De quo ſatis infra.

Impudentiſſime] Contra veſtra commoda, quorum ſe defenſorem eſſe profitetur.

A Valgii genero] A P. Rullo: ut ſocero ſuo Valgio, Sullanos agros poſſidenti, ſua lege caveat.

Pag. 537. *Vſus eſt*] Valgii gener Rullus.

Veſtram] In verbis legis ſuæ conſiderandis.

Capvt II.

Cicatricem] Ex belli civilis memoria.

Pag. 538. *Hunc ſtatum reip.*] A Sulla relictum.

Tacere] In ſua lege: ne loquendi de ſe occaſionem præbeat.

Pag. 539. *De Sulla tulit*] Quæ ſignificatur & lib. 1. de leg.

Valeria] L. Valerii Flacci interregis.

Pag. 541. *A ſuſpicione*] Ne quis ab eo Sullanos agros confirmari, & ſanciri putaret; non dixit, poſt Sullam dictatorem ſed poſt C. Marium, Cn. Carbonem Cos. Marium autem juniorem ſignificat.

Marianus] Vt ipſe fingit: cum Sullanus vere ſit, qui, ea, quæ Sulla dictator dedit, aſſignavit, conceſſit, lege ſua confirmet.

Nos Sullanos] Vt ipſe ait, ita d nobis mentiens, ut de ſe ipſo.

Pag. 542.

Pag. 542. *Data*] Generale vocabu-
.m : cui particularia ſubjiciuntur. dan-
ır enim ea, quæ aſſignantur, vendun-
ır, conceduntur. Dedit autem Sulla
s Marianorum bonis.

Labefactat] Sullanas aſſignationes.
onia.

P. 543. *Partem aliquam juris*] Quam
ullam habent: & eos tamen Rullus
onfirmat.

Pag. 544. *Iſtorum*] Qui Sullanos a-
ros poſſident.

Praclare ſecum agi] Sed res aliter ha-
et. nullam enim iſti agri partem juris,
ullam ſimilitudinem propriæ poſſeſ-
onis, nullam ſpem diuturnitatis attin-
ant. Quo Rullus impudentior; qui,
uod quiſque habet habere vult.

Quis vetat?] Nemo obſtat, cur
on habeant. at tu non hoc modo
næris, verum etiam, ut ita habeant
ge tua, ut quæ optimo jure privata
nt.

Vt privatum?] Vt ita habeant, ut
rivatum? at tu meliore etiam condi-
one eos habere vis.

Fundus Irpinus] Circa Soractem
nontem.

Id enim caves] Iis verbis, ut quæ
ptimo jure privata ſint. non enim opti-
o privata omnia jure ſunt.

Pag. 545. *Serva*] Quæ publice ali-
uid pendent.

Si modo Sullana ſunt] Sullanis enim
intum cavet Rullus.

Aqua Crabra] Nominatur in ep. ad
'ironem, & a Frontino de Aquæ-
uctibus.

CAPVT III.

Pag. 546. *Paternis*] Quæ non opti-
a condicione ſunt.

Quæ ejuſmodi cauſſa] Quæ eo nomi-
e inſimulare quemquam audeat, quod
tiones Sullæ nimium vehementer de-
ndat.

Quemquam] Criminatus enim erat
Ciceronem Rullus, rationes eum Sullæ
imium vehementer defendere.

Pag. 547. *Repentinus Sulla*] Aſſignat
nim ut alter Sulla.

Pag. 548. *Quo optimo privatum*] Quo
ure optimo privatum tenetur.

Ius civile] Quo poſſeſſionum jura di-
ſtinguuntur: cum Rullus omnia con-
fundat, nihil diſtinguens.

Prætorum interdicta] Quibus de poſ-
ſeſſione litigatur.

Pag. 549. *Privatos facit*] Tamquam
privatos poſſideri vult: cum a Sulla
publicati ſint. infra: *Habet publicos a
reddam privatos.*

Quæ veſtra ſunt] Cum ea Sulla ne-
mini aſſignaverit, aut vendiderit ſed
publicaverit. publica enim veſtra.

Condonari] Eo verbo, *poſſeſſa*.

Poſſeſſoribus] Paucis hominibus, con-
tra legem Corneliam impudentiſſime
poſſidentibus.

Pag. 550. *Vir multum bonus eſt*]
Quia non diſſimulat, nec appetit alie-
na, ut Rullus, ſed, quod occupavit
antea, retinere vult. occupavit autem
& Irpinum agrum totum, & in Caſi-
nati fundos multo. Adverbii loco, *mul-
tum*, dixit, pro valde: ut Horatius:
Quærentes vario multum diverſa palato.
Et Tibullus: *Securus multum.*

CAPVT IV.

Dubia] Sullana: quorum certa poſ-
ſeſſio non eſt, utpote quæ ab unius li-
bidine nata ſit.

Pag. 551. *Per vos*] Veſtris ſuffragiis.
nam ſancit, ut ea omnia eo jure ſint,
ut quæ optimo jure privata.

Reſiſte] Contra legem ejus diſpu-
tans.

Defendere criminatur] Si ſic lega-
tur ſubaudiendum eſt, *me*, ſed cum
Priſcianus libro IIX. ſcripſerit: *Quæ-
dam eadem voce utrumque ſignificant,
id eſt, actionem, & paſſionem, ut oſcu-
lor te, & oſculor a te, criminor te,
& criminor a te:* libenter ſequor an-
tiquos libros, in quibus eſt, *defendere
criminor.*

Inquit] Lepida objectio, dicentem
inducens Rullum, quod cogitabat po-
tius, quam dicebat.

Quanti volet] Ement enim ipſi
decemviri in quibus erit Valgii gener
Rullus, & inducent populo Roma-
no, quanti volent. ita & Valgius, &
decemviri, decepto populo quæſtum
facient. ſupra.

Reddam

Cum aliquo metu] Propter invidiam poſſeſſionis injuſtæ. vicinos enim, quo ad libuit proſcripſit.

Pag. 553. *Vos eſtis in poſſeſſione*] Nam ſi publicus eſt, veſter eſt, ut reliqua vectigalia.

Pag. 554. *Praclara illa Capua*] Superba, crudelis, luxu diffluens, mi-

agro Campan
conſtituent, qu
millia, ſingul

Vobis flagita
nationibus pr
Captat a popul
qui abſentem
lentiam.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XVIII.

CAPVT I.

. 558. CApitis] Vitæ: nam civibus Romanis uno perduellionis crimine, quod inter crimina maje- is maximum, & graviſſimum erat, ni vita poterat.

alus reip.] Hæc eſt cauſſa, de qua di- : *Qua juſtiſſima mihi cauſſa ad hunc de- endum eſſe viſa eſt, eadem vobis ad ab- endum debet videri.*

Mihi uni a vobis] Centuriatis comi- : quemadmodum & nunc centuriatis aitiis de Rabirio judicatis.

ag. 559. *Veteres, juſta, graveſque*] injuſtæ, quibus L. Appulejus tribu- pl. & C. Servilius Glaucia prætor, & Sauſejus, & alii perditi cives adducti :, ut remp. oppugnarent.

ummum auxilium majeſtatis, atque erii] Cum illud S. C. exprimit neceſ- s temporum, *Dent operam conſules, ne l reſp. detrimenti patiatur.*

De rep. tolleretur] Quandoquidem ex S. C. Rabirius conſules C. Marium, & Valerium ſecutus, contra reip. hoſtes ia ſumpſit. quem qui capitis in diſcri- n vocant nimirum illud majeſtatis at- : imperii ſummum auxilium tollere iantur.

Auctoritas ſenatus] Quæ, niſi valeat d S.C. quod extremis reipub. tem- ibus, domeſtici belli metu, fieri ſo- , prorſus exſtinguetur.

Conſulare imperium] Imperant enim iſules ex eo S. C. ut, qui remp. ſalvam : velint, arma capiant, & ſequantur.

Conſenſio bonorum] Qui conſulari paren- imperio, nefarios cives, Saturninum, Glauciam oppreſſerunt.

Infirmitas, ſolitudoque] Cum ſit infirmus ab opibus, nudus a propinquis, facile ſperarunt eum poſſe opprimi: non quod de unius hominis exitio ac morte admodum laborent: ſed hunc tentant, hunc oppugnant, ut cum eo ſimul res illas evertant.

CAPVT II.

Pag. 561. *A tribuno pl.*] T. Attio Labieno.

A conſule] Se ipſum ſignificat.

Vt nullum ſit poſthac in rep. publicum conſilium] Nullus in repub. ſenatus. Dicit idem quod ſupra: Vt illud ſummum auxilium majeſtatis, atque imperii, quod nobis a majoribus eſt traditum de repub. tolleretur; ut nihil poſthac auctoritas ſenatus, nihil conſulare imperium, nihil conſenſio bonorum contra peſtem, ac perniciem civitatis valeret.

Pacem] Inter cives. Reſpexit ad verbum, *dimicatione.*

Veniam] Vt, ſi quid a nobis contra eorum voluntatem commiſſum eſt ignoſcant.

Pag. 562. *Ad rempubl. conſtituendam*] Cujus agitur ſalus in hoc judicio, cum ſalute Rabirii.

Hominis miſerrimi atque innocentiſſimi] Ejus hominis, cujus miſeriis veſtra miſericordia, innocentiæ juſtitia debetur.

Salus reip.] Eadem precatur a populo, quæ precatus eſt ab Iove Opt. Max. vitam Rabirii, ſalutem reip.

Adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam] Iuſtitiam non poſtulat, ne diffidere videatur, in quo populus offenderetur, ſed miſericordiam rogat, quæ extra juſtitiam eſt, ut altera cum altera conjungatur.

Reddam privatos] Quia mea lege, quæcumque poſſidentur, eo jure eſſe jubeo, ut quæ optimo jure privata ſint. ſupra: *His cavet, hos defendit, hos privatos facit.*

Pag. 552. *Vicinos proſcriberet*] Vicinorum agros. ſic orat. 2. *Vt ipſum Cn. Pompejum proſcribere poſſetis.*

Oculos continuando] *Continuavit fundos*, proxime dixit: aptius igitur, *oculis*, quam, *oculos*. quod aliis quoque placuit.

Cum aliquo metu] Propter invidiam poſſeſſionis injuſtæ. vicinos enim, quo ad libuit proſcripſit.

Pag. 553. *Vos eſtis in poſſeſſione*] Nam ſi publicus eſt, veſter eſt, ut reliqua vectigalia.

Pag. 554. *Præclara illa Capua*] Superba, crudelis, luxu diffluens, minime vobis expetenda. perſpicua ironia.

Contra Cn. Pompejum] Orat. 2. *Sperant, ſi conceſſum ſit inimicis Cn. Pompeji cum imperio, cum judicio omnium rerum, cum infinita poteſtate, cum innumerabili pecunia non ſolum aliis in locis vagari, verum etiam ad ipſius exercitum provenire, aliquid illi inſidiarum fieri, aliquid de ejus exercitu, copiis, gloria, detrahi poſſe.*

Hominum audaciſſimorum] Quos in agro Campano arbitratu ſuo decemviri conſtituent, quinque ſcilicet colonorum millia, ſinguli quingenos.

Vobis flagitantibus] Vt eorum criminationibus præſens reſpondere poſſet. Captat a populo, tamquam ſui ſtudioſo, qui abſentem accuſari noluerit benevolentiam.

PAVLLI

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XVIII.

CAPVT I.

Pag. 558. CApitis] Vitæ: nam civibus Romanis uno perduellionis crimine, quod inter crimina majeſtatis maximum, & graviſſimum erat, adimi vita poterat.

Salus reip.] Hæc eſt cauſſa, de qua dixit: *Qua juſtiſſima mihi cauſſa ad hunc defendendum eſſe viſa eſt, eadem vobis ad abſolvendum debet videri.*

Mihi uni a vobis] Centuriatis comitiis: quemadmodum & nunc centuriatis comitiis de Rabirio judicatis.

Pag. 559. *Veteres, juſta, graveſque*] Sed injuſtæ, quibus L. Appulejus tribunus pl. & C. Servilius Glaucia prætor, & C. Sauſejus, & alii perditi cives adducti ſunt, ut remp. oppugnarent.

Summum auxilium majeſtatis, atque imperii] Cum illud S. C. exprimit neceſſitas temporum, *Dent operam conſules, ne quid reſp. detrimenti patiatur.*

De rep. tolleretur] Quandoquidem ex eo S. C. Rabirius conſules C. Marium, & L. Valerium ſecutus, contra reip. hoſtes arma ſumpſit. quem qui capitis in diſcrimen vocant nimirum illud majeſtatis atque imperii ſummum auxilium tollere conantur.

Auctoritas ſenatus] Quæ, niſi valeat illud S. C. quod extremis reipub. temporibus, domeſtici belli metu, fieri ſolet, prorſus exſtinguetur.

Conſulare imperium] Imperant enim conſules ex eo S. C. ut, qui remp. ſalvam eſſe velint, arma capiant, & ſequantur.

Conſenſio bonorum] Qui conſulari parentes imperio, nefarios cives, Saturninum, & Glauciam oppreſſerunt.

Infirmitas, ſolitudoque] Cum ſit infirmus ab opibus, nudus a propinquis, facile ſperarunt eum poſſe opprimi: non quod de unius hominis exitio ac morte admodum laborent: ſed hunc tentant, hunc oppugnant, ut cum eo ſimul res illas evertant.

CAPVT II.

Pag. 561. *A tribuno pl.*] T. Attio Labieno.

A conſule] Se ipſum ſignificat.

Vt nullum ſit poſthac in rep. publicum conſilium] Nullus in repub. ſenatus. Dicit idem quod ſupra: Vt illud ſummum auxilium majeſtatis, atque imperii, quod nobis a majoribus eſt traditum de repub. tolleretur; ut nihil poſthac auctoritas ſenatus, nihil conſulare imperium, nihil conſenſio bonorum contra peſtem, ac perniciem civitatis valeret.

Pacem] Inter cives. Reſpexit ad verbum, *dimicatione.*

Veniam] Vt, ſi quid a nobis contra eorum voluntatem commiſſum eſt ignoſcant.

Pag. 562. *Ad rempubl. conſtituendam*] Cujus agitur ſalus in hoc judicio, cum ſalute Rabirii.

Hominis miſerrimi atque innocentiſſimi] Ejus hominis, cujus miſeriis veſtra miſericordia, innocentiæ juſtitia debetur.

Salus reip.] Eadem precatur a populo, quæ precatus eſt ab Iove Opt. Max. vitam Rabirii, ſalutem reip.

Adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam] Iuſtitiam non poſtulat, ne diffidere videatur, in quo populus offenderetur, ſed miſericordiam rogat, quæ extra juſtitiam eſt, ut altera cum altera conjungatur.

In ſemihora curriculum coegiſti] Videtur in perduellionis judicio poteſtatem accuſator habuiſſe præſcribendi temporis rei defendendæ: idque ſubito Labienus fecit præter opinionem Ciceronis, qui ſibi ſpatium defenſionis comparaverat, & conſtituerat. ita ſe excuſat ſimul, & accuſatorem ut iniquum accuſat: populum conciliat ſibi, alienat a Labieno.

Pag. 563. *Parebitur*] Et hoc verbo quærit invidiam accuſatori. paretur enim ei, qui imperat: æqua vero condicio non eſt, cum ita duo contendunt in judicio præſertim capitis, famæ, fortunarumque omnium, ut alter imperet, alter parere cogatur; imperet autem & accuſator, & idem inimicus; pareat non ſolum defenſor, ſed etiam conſul.

Niſi ſorte] Significat ideo ſe a Labieno coactum eſſe in curriculum ſemihoræ, ne pluribus verbis ad ea, quæ objeciſſet, reſpondere poſſet.

Pag. 564. *A C. Macro*] Qui Rabirium jam antea de locis religioſis, & de locis ab eo violatis accuſaverat. Hunc opinor eſſe C. Licinium Macrum qui de repetundis reus cum ſe damnari videret a Cicerone prætore, damnationem voluntaria morte vitavit. ita rem domeſticam legis beneficio ſervavit. hoc Plutarchus in Ciceronis vita, & Valerius Max. memoriæ tradiderunt: hoc & Cicero ipſe ep. 7. lib. 1. ad Attic. his verbis: *Nos hic incredibili, ac ſingulari populi voluntate de C. Macro tranſegimus. cui cum æqui fuiſſemus, tamen multo majorem fructum ex populi exiſtimatione, illo damnato, cepimus, quam ex ipſius, ſi abſolutus eſſet, gratia cepiſſemus.*

CAPUT III.

Pag. 565. *Propinquus C. Rabirii*] Sororis maritus: ut infra conſtat.

Virtute] Innocentia.

Ad judicii moram] Iudicii, quo C. Curtius reus erat.

Atque ita cariorem] Amplificandi modus, ut pro lege Manilia: *Regnat, & ita regnat, ut ſe non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, ſed emergere e patrio regno, atque in veſtris vectigalibus, hoc eſt in Aſia luce verſari.* Quo loco pluribus exemplis hanc figuram confirmavimus.

Pag. 566. *Apuliæ*] Ex qua regione ortus, aut etiam in qua natus erat Rabirius.

Campaniæ vicinitatis] Non repugno antiquis libris: magis tamen arrideret, *Campanæ vicinitatis.*

Longam orationem] Quid multa reſpondeam, cum tu nihil dixeris?

In eadem multæ irrogatione] Irrogabat Rabirio Labienus accuſator multam, violatæ & ſuæ, & alienæ pudicitiæ nomine. Eadem irrogatione, dicit, quia irrogatio eadem plura complectebatur, de locis religioſis, luciſque violatis, de peculatu facto, de tabulario incenſo, de necato ſororis filio, de ſervis alienis contra legem Fabiam retentis, de civibus Rom. contra legem Porciam verberatis, aut necatis.

Pag. 567. *Quæ patroni diligentiam deſiderant*] Cum ab accuſatore intenduntur, qui de his aliquid dicere videamur, non, ut a te ſunt objecta, nullo argumento.

Intelligis] Ex iis, quæ breviſſime reſpondi, vides eam ipſam ſemihoram, quam tu mihi ad reum defendendum præſtituiſti. nimium etiam longam fuiſſe.

Illam alteram partem] Duas partes Labieni complectebatur accuſator, unam, quæ Rabirio mulctam propter crimina ſupra nominata, alteram, quæ mortem propter Saturninum ab eo interfectum irrogabat.

Nimis exiguam, atque anguſtam] Quod ad Rabirii defenſionem attinet. me enim conſulem, quod perduellionis judicium ſuſtulerim, non Rabirium, quod Saturninum occiderit, accuſaſti.

Aut primus, aut ſolus] Suſtulit enim ante Ciceronem M. Porcius Cato, ſuſtulit & C. Gracchus. ita ſolus eam laudem Cicero non eſt adeptus.

Pag. 568. *Carnificem de foro*] Ne carnifex civem Romanum, injectis vinculis, ullo crimine de foro poſſet abducere.

Crucem de campo] Ne quis, a populo damnatus, in crucem, quæ in campo Martio figebatur, agi poſſet. quo intelligitur, civium Romanorum, qui perduellionis crimine damnarentur, ſupplicium, item ut ſervorum, crucem fuiſſe.

In-

Inſtigatam] Paſſive, pro, vexatam: de quo jam diximus.

Lenitate legum] Vt leniter vobiſcum, non crudeliter ageretur.

CAPVT IV.

Comitiis centuriatis] Vt maximum inter crimina majeſtatis erat perduellio, ſic maximis populi comitiis, id eſt centuriatis, judicabatur. exemplum in Rabirio non obſcurum, clariſſimum autem in Claudio & Sempronio cenſoribus: de quibus lib. XLIII Livius.

Pag. 569. *Auſpicato in loco*] Auſpiciis conſularibus conſecrato. ſic enim eſt in orat. 4. in Catil.

Funeſtari] Pollui, contaminari, quaſi funere ad mærorem traduci.

Contagione carnificis] Ne carnifex impurus in concione quemquam attingat.

Nefarii ſceleris] Quod eſt in capiendo cive Romano, & in campum Martium, id eſt ad necem, ſi a populo damnaretur, adducendo.

Veſtigiis] Ne quod, remoto carnifice, veſtigium ſupereſſet.

Caſtam] Puram a ſcelere.

Porcia lex] Quam, ut opinor, tulit, M. ille Porcius Cato cenſorius, etſi nec auctor Plutarchus in ejus vita ſit, nec alius quiſquam.

Pag. 570. *I lictor, colliga manus*] Verba decemviri in Horatii judicio apud Livium lib. 1. & Torquati, cum filium occidi juberet, apud eundem lib. IIX. *I lictor, deliga ad palum.*

Pag. 571. *Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito*] Verba Hoſtilii regis de Horatio, qui ſororem occiderat, hæc a Livio recitantur lib. 1. *Duumviros, qui Horatio perduellionem judicent ſecundum legem facio.* ſequitur: *Lex horrendi carminis erat: Duumviri perduellionem judicent: ſi a duumviris provocarit, provocatione certato: ſi vincent, caput obnubito, arbori infelici recte ſuſpendito: verberato vel intra pomerium, vel extra pomerium.* Infelices arbores fuere ficus atra, quæque baccam nigram, nigroſque fructus ferunt, acrifolium, & quæ præterea Macrobius nominat lib. III. felices ab infelicibus diſtinguens.

CAPVT V.

Pag. 572. *Patrui tui*] Cum Saturnino interfecti.

Tuis facultatibus] Iis rebus, quæ in te ſunt.

Pag. 574. *Hanc condicionem*] Vt poteſtatem in corpora civium Rom. habeat carnifex, ut eorum caput obnubat, ut eos in crucem agat.

Obductio capitis] Cum dicat Livius, *Caput obnubito*, rectius hic putarem, *obnuptio.* mendum fortaſſe verbi peperit inſolentia.

Pag. 575. *Vna vindicta*] Vna manumiſſione: cum in libertatem ſervi dominorum benignitate vindicantur. Liberandorum autem ſervorum tria genera cum ſint, cenſus, vindicta, teſtamentum, ut in Topicis Cicero docet: uſitatius vindicta fuit.

Nos a verberibus ab unco] Perduellionis damnati, primum verberabantur, deinde unco trahebantur, poſtremo in crucem agebantur. hic quidem ſupplicii ordo e Ciceronis verbis colligitur.

Fateor] A me ſublatum eſſe perduellionis judicium: quod tu criminari ſoles.

Pag. 576. *Eſſe depulſum*] Cogitabas enim, id quod ego conſul mea lege vetui, crudeliter, importune, non tribunicio, ſed regio more in cives Romanos agere.

Qua tu in actione] Contra Rabirium.

Omnia exempla majorum, omnes leges] Non enim majores occidi quemquam civem Romanum voluerunt: de quo lex eſt Porcia, atque Sempronia. Hoc eſt, quod ſupra dixit: *Iſta laus primum eſt majorum noſtrorum, qui, expulſis regibus, nullum in libero populo veſtigium crudelitatis regia retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui veſtram libertatem non acerbitate ſuppliciorum, ſed lenitate legum munitam eſſe voluerunt.*

Omnem auctoritatem ſenatus] Quo ego auctore legem de tollendo perduellionis judicio tuli.

Omnes religiones, atque auſpiciorum publica jura] Dicit, quod ſupra: *In campo Martio, comitiis centuriatis, auſpicato in loco, crucem ad civium ſupplicium defigi, & conſtitui jubes.*

Clariſſimi patrui tui] Rectius videtur, *cariſſimi*, ut ſit amore Labieni deriſio, qui patruum hoſtem reip. amore & caritate adductus, exitio Rabirii conetur ulciſci.

CAPVT VI.

Q. Hortenſio copioſiſſime defendente] Ejus orationem pro Rabirio nominat Cariſius in verbo, *cicatricum*.

Si mihi eſſet integrum] Quod non eſt. jam enim confiteri non poſſum, quod Hortenſius multorum teſtimoniis docuit eſſe falſum.

Nihil me clamor iſte commovet] Apoſtrophe ad quoſdam in concione clamantes, cum illud audiſſent, *Vtinam hanc mihi facultatem cauſſa concederet, ut poſſem prædicare, C. Rabirii manu L. Saturninum, hoſtem populi Romani, interfectum.* Cædes ejus nonnullos commovebat, quia necatus tribunus pl. eſſet.

Pag. 577. *Si vere poſſem, aut etiam ſi mihi eſſet integrum*] Non modo ſi verum eſſet, confiterer, ſed etiam, ſi jam non probaſſet Hortenſius eſſe falſum: cujus oratio hanc mihi confitendi criminis facultatem ademit, effecitque ne jam ſit integrum.

Ad crimen] Ad agnoſcendum, confitendumque crimen, de quo tu Rabirium accuſas.

CAPVT VII.

Pag. 578. *Præter Glauciam*] Lege, *Prætores præter Glauciam.* omiſſum eſt enim verbum, *Prætores*, propter ſimilitudinem ſequentis. prætorem autem C. Servilium Glauciam cum L. Saturnino tribuno pl. occiſum eſſe, quis ignorat? unum tamen ex orat. 1. in Catil. exemplum afferre non gravabor: *Similis S. C. C. Mario & L. Valerio Coſ. permiſſa eſt reip. num unum diem poſtea L. Saturninum tribunum pl. & C. Servilium prætorem pœna remorata eſt?*

Pag. 579. *C. Saufejus*] Quæſtor.

Ille ex compedibus, atque ergaſtulo Gracchus] Qui cum ſe Ti. Gracchi filium ſimularet, tribunus pl. creatus, cum Saturnino, Glaucia, Saufejo arma cepit. De quo Valerius Max. lib. IX. cap. 7. his verbis: *L. Equitium, qui ſe Ti. Gracchi filium ſimulabat, tribunatumque adverſus leges cum L. Saturnino petebat, a C. Mario ſextum conſulatum gerente in publicam cuſtodiam ductum, populus, clauſtris carceris convulſis, raptum humeris ſuis, per ſummam animorum alacritatem portavit.* Et cap. 16. *Ne Equitium, Firmo Piceno monſtrum veniens, relatum jam in hujuſce libri ſuperiore parte, prætercam; ejus in amplectendo Ti. Graccho patre, evidens mendacium, turbulento vulgi errore, ampliſſima tribunatus poteſtate vallatum eſt.* Eundem cum Saturnino fuiſſe, non tamen occiſum, ſignificat Appianus lib. 1.

Pag. 580. *Omnem dignitatem judiciorum*] Tunc enim equeſter ordo lege C. Gracchi judicia adminiſtrabat: donec Sulla, rerum potitus, ab equitibus ad ſenatores judicia tranſtulit: poſtremo C. Aurelius Cotta prætor legem tulit, ut tres ordines judicarent, ſenatores, equites, tribuni ærarii.

M. Æmilius] Scaurus, cujus conſtantiam, & gravitatem Cicero laudat.

Pag. 581. *Q. Scævola*] Q. F. augur, qui cum L. Metello Dalmatico conſul fuerat. nam Q. Scævola P. F. pont. max. cum L. Craſſo oratore quinquennio poſt Marium & Flaccum conſules, qui Saturninum, & Glauciam oppreſſerunt, conſulatum geſſit.

Præpeditus morbo] Pedum. Duo veteres libri, *præditus:* tres, *perditus:* quod placet.

L. Metellus] Dalmaticus. qui cum Q. Scævola Q. F. conſulatum geſſerat. conſulares enim hic nominantur.

Ser. Galba] Sulpiciæ gentis, qui conſul fuit cum M. Æmilio Scauro.

C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus] Serranus cum Q. Cæpione. Rutilius cum Cn. Manlio, Fimbria cum C. Mario, Q. Catulus cum eodem Mario conſules fuerunt.

Cn. & L. Domitii] Vterque Ahenobarbus, &, opinor, fratres. Cnæus cum Caſſio Longino, Lucius cum Cælio Caldo conſul fuit.

L. Craſſus, Q. Mucius] Craſſus orator, Mucius pont. max.

C. Claudius] Conſul cum Perperna.

M. Druſus] Qui conſul non fuit, ſed in tribunatu pl. initio belli Marſici a neſcio quo domi ſuæ eſt interfectus.

Octavii] Tres Octavii conſulatum geſſere, primus Cn. F. Cn. N. qui a L. Cinna collega eſt interfectus: alter Cn. Octavius M. F. Cn. N. qui cum C. Curione conſul fuit: L. Octavius Cn. F. Cn. N. conſul cum C. Cotta, fratre Cn. Octavii, quem primum nominavimus.

Metelli] Q. Metellus Nepos conſul cum T. Didio.

Iulii] Sex. Iulius Cæſar conſul cum L. Philippo, & L. Cæſar cum P. Rutilio Lupo.

Caſſii] C. Caſſius Varus conſul cum L. Gellio.

Catonis] L. Porcius Cato, conſul cum Cn. Pompejo Strabone.

Pompeji] Cn. Pompejus Strabo conſul cum L. Porcio Catone: Q. Pompejus Rufus cum L. Sulla.

L. Philippus] Conſul cum Sex. Iulio Cæſare.

L. Scipio] Conſul cum C. Norbano.

M. Lepidus] Cum Q. Catulo.

D. Brutus] Cum Ma. Æmilio Lepido Liviano.

P. Servilius] Iſauricus poſtea dictus, cum Ap. Claudio Pulchro.

Imperatore] Bellum in Cilicia gerente, ex qua de Iſauris triumphavit.

Pag. 582. *Q. Catulus*] Conſul cum M. Lepido, ejus Catuli filius, qui cum C. Mario conſulatum geſſit.

C. Curio] Cum Cn. Octavio, pater ejus Curionis, qui civili bello, pro Cæſare pugnans, in Africa periit.

CAPUT VIII.

Pag. 583. *Omnis præfectura*] Quæ fuerit, omiſſo nomine, non apparet: in agro Piceno arbitror fuiſſe, quia ſequitur: *Quid ager Picenus univerſus?*

CAPUT IX.

Pag. 585. *Exſulium*] Et hoc recte, nec tamen, *exitium*, male.

Pag. 586. *Qui tum extra urbem cum præſidio fuit*] Iuſſu conſulum. nam anno ſequenti conſulatum geſſit.

CAPUT X.

Pag. 587. *Cærimoniis, quæ quibus præerat*] Tamquam pont. max.

Pag. 589. *Quid jam iſta C. Mario, inquit, nocere poſſunt*] Iſta: ſi eum cum C. Rabirio condemnatus.

CAPUT XI.

Pag. 591. *Fiſtulas*] Hiſtoriam ex Plutarcho, & aliis licet petere: itaque ſupervacanea interpretatio eſt.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XIX.

Capvt I.

Pag. 600. Q*Vouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra?*] Vocem interrogantis indignatio exprimit, & iracundiæ magnitudo. nam cum nefaria contra patriam Catilinæ conſilia Cicero cognoviſſet, & cum tamen in ſenatu ſedentem vidiſſet, non tulit, ſed accuſavit eum audiente ſenatu, hac oratione, quam Salluſtius luculentam, utilemque reip. vocat. *Abutere* dixit, quia, cum peſtem bonis omnibus, exitiumque reip. Catilina machinaretur, proximaque ſuperiore nocte cum ſociis in M. Læcæ domo fuiſſet, venire tamen in ſenatum auderet. Sed hic Salluſtii verba recitare, operæpretium videtur. *At Catilinæ*, inquit, *crudelis animus eadem illa movebat: tametſi præſidia parabantur, & ipſe lege Plautia interrogatus erat ab L. Paullo. poſtremo diſſimulandi cauſſa, & quaſi ſui expurgandi, ſicuti jurgio laceſſitus foret, in ſenatum venit. tum M. Tullius conſul, ſive præſentiam ejus timens, ſive ira commotus, orationem habuit luculentam, atque utilem reipub. quam poſtea ſcriptam edidit. Sed, ubi ille aſſedit, Catilina, ut erat paratus ad diſſimulanda omnia, demiſſo vultu, voce ſupplici poſtulare a patribus cœpit, ne quid de ſe temere crederent: ea familia ortum, ita ſe ab adoleſcentia vitam inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberet: neque exiſtimarent ſibi, patricio homini, cujus ipſius, atque majorum plurima beneficia in plebem Romanam eſſent, perdita rep. opus eſſe; cum eam ſervaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ.*

Eludet?] Quaſi per ludum contemnet?

Effrænata] Quæ ſeſe rationis fræno non continet: ſed, quaſi ſine fræno ſit, ita ſe jactat.

Palatii] Collis foro conjuncti, ideo muniti nocturno præſidio.

Pag. 602. *Munitiſſimus*] Nam in Capitolio, in templo Iovis Statoris ſenatus habebatur: de quo ſic infra: *Magna diis immortalibus habenda gratia eſt, atque huic ipſi Iovi Statori, antiquiſſimo cuſtodi hujus urbis.*

Conſcientia] Scientia. non enim accipiendum, quia ſibi conſcii ſint, ſed quia ſciant, & norint.

Quid proxima] Proxima nox eſt, quam conſecutus eſt dies. VIII id. Nov. de qua infra: *Dico te priori nocte veniſſe inter Falcarios in M. Læcæ domum; conveniſſe eodem complures ejuſdem amentiæ, ſceleriſque ſocios.* Et pro Sulla: *Quid tandem de illa nocte dicit, cum inter Falcarios ad M. Læcam, nocte ea, quæ conſecuta eſt poſterum diem Nonarum Nov. me conſule Catilina denunciatione convenit.*

Pag. 606. *Ahala*] Magiſter equitum, extat apud Livium hiſtoria.

Habemus S. C. in te, Catilina, vehemens & grave] Quattuor S. C. in cauſſa conjurationis facta ſunt, duo propter Catilinam, duo propter Lentulum, & octo præterea conjuratos, qui, Catilina egreſſo, cum in urbe remanſiſſent, Allobrogum indicio comprehenſi ſunt. primum S. C. propter Catilinam factum, cum ejus nefaria conſilia jam paterent, illud eſt quod hic ſignificatur, ex vetere inſtituto renovatum in magno reip. diſcrimine, uſitatis verbis: *Darent operam conſules, ne quid reſp. detrimenti caperet.* de quo Salluſtius: *Ea cum Ciceroni nunciarentur; ancipiti malo permotus, quod neque urbem ab inſidiis privato conſilio longius tueri poterat,*

neque,

neque, exercitus Mallii quantus, aut quo conſilio foret, ſatis compertum habebat, rem ad ſenatum, jam antea vulgi rumoribus exagitatam, refert. itaque, quod plerumque in atroci negotio ſolet, ſenatus decrevit, ut darent operam conſules, ne quid reſp. detrimenti caperet. ea poteſtas per ſenatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere; coërcere omnibus modis ſocios, atque cives: domi militiaque imperium atque judicium ſummum habere. aliter, ſine populi juſſu, nulli earum rerum conſuli jus eſt. Alterum S. C. eſt, quo Catilina & Mallius hoſtes judicati ſunt. quod eodem teſte Salluſtio cognoſcitur: *Paucos dies,* inquit, *commoratus apud C. Flaminium in agro Reatino, dum civitatem, antea ſolicitatam, armis exornat, cum faſcibus, atque aliis imperii inſignibus in caſtra ad Mallium contendit. Hæc ubi Romæ comperta ſunt; ſenatus Catilinam & Mallium hoſtes judicat.* Tertium S. C. eſt, de quo orat. 3. his verbis: *Indiciis expoſitis, atque editis, Quirites, ſenatum conſului, de ſumma reip. quid fieri placeret. dicta ſunt a principalibus acerrimæ ac fortiſſimæ ſententiæ, quas ſenatus ſine ulla varietate eſt conſecutus. & quoniam nondum eſt perſcriptum S. C. ex memoria vobis, Quirites, quid ſenatus cenſuerit, exponam.* Subjungitque paullo poſt: *Atque ita cenſuerunt, ut P. Lentulus, cum ſe pretura abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur, itemque ut C. Cethegus, L. Statilius, Publius Gabinius in cuſtodiam traderentur: atque ita idem hoc decretum eſt in L. Caſſium, in M. Ceparium, P. Furium, Q. Marium Chilonem, P. Umbrenum. decreverat enim ſenatus, ut viderent conſules, ne quid reſp. detrimenti caperet.*

CAPUT II.

Pag. 607. *Clariſſimo patre*] Ti. Sempronio Graccho, qui bis conſul fuit, & de Celtiberis triumphavit.

Avis, majoribus] Non tamen conſularibus.

Cum liberis] Duobus. Plutarchus, Vellejus.

Pag. 608. *Viceſimum jam diem*] Integrum numerum amat orator. dies enim tantum erant XIIX. ſic in Piſonem: *Ego in Q. Rabirio; perduellionis reo, XL annis ante me conſulem interpoſitam ſenatus auctoritatem ſuſtinui contra invidiam, atque defendi.* Quo loco Pedianus: *Poſſit,* inquit, *aliquis credere, lapſum memoria Ciceronem, qui dicat, XL annis ante ſe conſulem factum eſſe S. C. adverſus L. Appulejum Saturninum tribunum pl. cum XXXVI anni a C. Mario & L. Valerio Flacco conſulibus numerentur. Sed hic non ſubtilis computatio annorum facta eſt, verum ſummatim tempus comprehenſum eſt: & perinde accipiendum, ac ſi dixerit, prope XL annis. hæc enim conſuetudo eſt ipſius Ciceronis: itaque idem in ea quoque, quam habuit in Catilinam in ſenatu, cum octavuſdecimus dies eſſet, poſtea, quam factum S. C. ut viderent conſules, nequid reſp. detrimenti caperet, dixit: Vigeſimum jam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis. habemus enim S. C. veruntamen incluſum in tabulis, tamquam gladium in vagina reconditum.*

Horum] Senatorum.

Pag. 609. *Non diſſolutum*] Ita me cupio eſſe clementem, ut diſſolutus ne ſim; ne virtus in vitium deſinat. aliquid enim permittere, clementia eſt, nimium, animi diſſoluti: Vitium a virtute diſtinxit Cicero in ep. ad Metellum libro V. *Cognoſce nunc,* inquit, *humanitatem meam: ſi humanitas appellanda eſt in acerbiſſima injuria remiſſio animi ac diſſolutio.*

Pag. 610. *Credo, erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes boni ſerius a me, quam quiſquam crudelius factum eſſe dicat*] Implicatam negantibus particulis ſententiam ut expediam operam dabo. Fore, inquit, non dubito, quin hoc omnes boni potius a me ſerius factum eſſe dicant, quam quiſquam crudelius.

CAPUT III.

Pag. 612. *C. Mallium*] Sic ubique lego, non *Manlium*, primum ex antiquis libris, deinde, quia Manlii nobiles, & patricii, Mallii ignobiles, & plebeji. & Mallium illum, qui cum P. Rutilio Rufo conſulatum geſſit, ignobilem Cicero vocat in Planciana.

Pag. 613. *Tuorum conſiliorum reprimendorum cauſſa*] Ne tibi liceret exequi, quod cogitabas: ne tibi faciendæ cædis optimatum facultas daretur.

Profugerunt] Commoti, ac deterriti meis verbis.

Illam coloniam] Coloniam quoque nominat Frontinus, aut quicumque ille fuit, cujus fragmentum quod extat de coloniis. Sed perſpicue, coloniam fuiſſe, Gellius docet, cum ait lib. XVI. c. 13: *Praeneſtinos a Tiberio imperatore petiiſſe, ut ex colonia in municipii ſtatum redigerentur.* Quo tempore deducta ſit, nec Vellejus, nec Livius, nec alius quiſquam docet. ego tamen, quin a L. Sulla deducta ſit, dubitandum non puto. Argumento ſunt illa verba orat. 2. in Rullum: *Si dicent, per legem id non licere: ne per Corneliam quidem licet: at videmus agrum Praeneſtinum a paucis poſſideri.*

Non modo audiam] Deſiderari arbitror *non*: ut legatur: *Non modo non audiam.* infra: *Nihil agis, nihil ſequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore.*

CAPVT IV.

Pag. 614. *Priori nocte*] Quae conſecuta eſt poſterum diem nonarum Nov. ut in oratione pro Sulla. itaque dixit haec VIII. id. Nov. is enim dies nonas Nov. conſequitur.

Inter Falcarios] Vicus Romae fuit, nominatus etiam in oratione pro Sulla.

M. Laeca] M. Porcii Laecae ſenatoris, conſcii & participis ejuſdem ſceleris idem in ea pro Sulla. Salluſtius autem, *Ubi multa*, inquit, *agitanti nihil procedit, rurſus intempeſta nocte conjurationis principes convocat per M. Porcium Laecam: ibique multa de ignavia eorum queſtus, docet ſe Mallium praemiſiſſe ad eam multitudinem quam ad capienda arma paraverat: item alios in alia loca opportuna: qui initium belli facerent: ſeque ad exercitum proficiſci cupere, ſi prius Ciceronem oppreſſiſſet.*

O dii immortales, ubinam gentium ſumus?] Rei nefandae narrationem excipit exclamatio. ſupra quoque cum dixiſſet: *Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid conſilii ceperis, quem noſtrum ignorare arbitraris?* ſubjecit: *O tempora, o mores: ſenatus haec intelligit, conſul videt; hic tamen vivit: vivit? immo etiam in ſenatum venit.*

Pag. 615. *Diſtribuiſti partes Italiae*] Pro Sulla: *Tum Catilinae dies exeundi, tum ceteris manendi condicio, tum deſcriptio totius per urbem caedis, atque incendiorum conſtituta: tum tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando confitetur, illam ſibi officioſam provinciam depopoſcit, ut, cum prima luce conſulem ſalutatum veniret, intromiſſus meo more, & jure amicitiae, me in lectulo trucidaret.*

Reperti ſunt duo equites Romani, qui te iſta cura liberarent, & ſeſe illa ipſa nocte paullo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur] Salluſtius non duos equites, verum unum equitem C. Cornelium, alterum ſenatorem L. Vargunteium fuiſſe dicit.

Pag. 616. *Comperi*]. Curio per Fulviam ſignificante. Hac de re Salluſtius his verbis. Perterritis, ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius, eques Romanus, operam ſuam pollicitus, & cum eo L. Vargunteius ſenator conſtituere, ea nocte paullo poſt cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum introire ad Ciceronem, ac de improviſo domi ſuae imparatum confodere. Curius, ubi intelligit, quantum periculum conſuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat; ita illi janua prohibiti, tantum facinus fruſtra ſuſceperant.

CAPVT V.

Huic ipſi Iovi Statori] Cujus in templo ſenatus habebatur.

Antiquiſſimo cuſtodi hujus urbis] Cuſtodivit urbem, orante Romulo rege, ut Romanorum fugam Sabinis perſequentibus, ſiſteret. quod cum impetraſſet, Iovi Statori, quo primum loco fugae finem Romani fecere, templum extruxit.

Pag. 617. *Toties jam effugimus*] Oratoriae: nam ſemel antea cum Cn. Piſone Catilina conjuraverat. quamquam videri poteſt non de Catilinae conjuratione contra remp. ſed de inſidiis, ab eo ſibi privatim factis, & conſuli deſignato, & conſulatum gerenti, ſermonem habere.

Competitores tuos] In quibus fuere Silanus, & Muraena; qui, cum haec Cicero diceret, conſules deſignati erant.

Pag. 618. *Facere non audeo*] Ut te interfici jubeam.

Quod jam tua ſponte faciebas?] Si me occidiſſent ii, quos tu mane ad me ſalutatum

m miſeras, ſupra: *Confirmaſti, te m jam eſſe exiturum: dixiſti, paullu- i tibi eſſe etiam tum mora, quod ego rem.*

CAPVT VI.

ag. 619. *Qui te non oderit?*] Recte t metum ſubjunxit odium: amare e- i, quem metuat, nemo poteſt: unde d Ennii: *Quem metuunt, oderunt.*

nſamia?] Tur. Fuiſſe video qui le- ent, *in fama*, vel, *in familia*, quod umque repudio.

ui tu adoleſcentulo, quem corruptela- illecebris irretiſſes, non aut ad audaciam um, aut ad libidinem facem prætuliſti?] c pertinent illa Salluſtii: *Si quis etiam ulpa vacuus in amicitiam ejus inciderat: tidiano uſu, atque illecebris, facile par, iliſque ceteris efficiebatur. ſed, maxime leſcentium familiaritates appetebat. eo- s animi molles, & ætate fluxi, dolis haud culter capiebantur. nam, ut cujuſque lium ex ætate flagrabat, aliis ſcorta præ- , aliis canes, atque equos mercari, remo neque ſumptui neque modeſtiæ ſuæ cere, dum illos obnoxios, fidoſque ſibi eret.*

Pag. 620. *Novis nuptiis*] Aureliæ O- ſtillæ, copioſæ mulieris. Salluſtius.

Alio incredibili ſcelere] Privigno neca- : *Captus enim amore Aureliæ Oreſtillæ, us*, ut ait Salluſtius, *præter formam nihil quam bonus laudavit, quod ea nubere illi bitabat, timens privignum adultum æta- ; pro certo creditur, necato filio, vacuam mum ſceleſtis nuptiis feciſſe.*

Proximis idibus] Quod die uſuram cre- tæ pecuniæ feneratori ſolvere neceſſe e. hunc morem declarat Cicero Phil. 2. *s autem*, inquit, *quadringenties ſeſter- um, quod idibus Mart. debuiſti, quonam do ante Kal. Apr. debere deſiiſti?* & Ho- tius:

Fenerator Alphius
Omnem relegit idibus pecuniam.

em Sat. 6. lib. 1.

Quo pueri magnis ex centurionibus orti
Ibant octonis referentes idibus æra.

P. 621. *Stetiſſe in Comitio cum telo?*] Si epido & Tullo Cos. ſtetit in Comitio um telo, anno ſuperiore, id eſt, Piſone Glabrione Cos. Africam rexit. legiti- mus igitur ei annus ille erat petendi con- ſulatus, biennio ante geſta prætura, Le- pido & Tullo Cos. quem tamen non petiit. ſic enim eſt in oratione contra competitores: *Te vero, Catilina, conſu- latum ſperare, aut cogitare, non prodigium, atque portentum eſt? a quibus enim petis? a principibus civitatis? qui tibi, cum L. Vol- catius conſul in conſilio fuiſſet, ne petendi quidem poteſtatem eſſe voluerunt.*

Conſulum] Cottæ & Torquati, quos interficere cogitavit primum Kalendis Ian. deinde nonis Febr. ut in oratione pro Sulla, & apud Salluſtium.

Non mentem aliquam] Non quia conſi- lium mutaveris.

Fortunam reip.] Quæ conſiliis Catilinæ & Kalendis Ian. & nonis Febr. obſtitit. ut Salluſtius docet.

Pag. 624. *Vt ajunt*] Iis, qui de duo- bus pugnantibus loquuntur.

Pag. 625. *Mihi latere*] Cum dandi ca- ſu: quod, ut arbitror, apud Ciceronem ſingulare eſt. nec tamen cum accuſandi caſu crebro reperitur. ſemel enim illud inveni in oratione pro Sulla: lex dies fuit propoſita paucos, ferri cœpta num- quam; poſita eſt in ſenatu, populum Romanum latuit.

In tempore] Tum, cum tu id agis, aut ſequeris, aut moliris.

Extorta eſt ſica de manibus?] Conſiliis noſtris. occurrimus enim, ne, quod cogitabas, patrare poſſes. Paullo ante: *Quot ego tuas petitiones, ita conjectas, ut vitari poſſe non viderentur, parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore effugi?*

Excidit caſu aliquo] Dicit, quod ſupra: *Sceleri, ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, ſed fortunam reip. obſtitiſſe.*

Quibus abs te initiata ſacris, ac devota ſit] Quod enim, qui ſacris initiantur, ſe facturos eſſe promittunt, ac vovent, id, quaſi deo teſte promiſerint, ne obſer- vent, haud facile adducuntur.

Pag. 626. *Conſulis in corpore*] Quia non modo Ciceronem ipſum, ſed biennio ante occidere Cottam & Torquatum conſules voluerat.

CAPVT VII.

Pag. 627. *Injuria*] Nullo meo meri- to: cum tu conſcientia ſcelerum tuorum

agnoſcas odium omnium juſtum, & jam diu tibi debitum.

Senſuſque] Oculos.

Pag. 628. *Nullum jam tot annos facinus*] Hujuſmodi proſopopœiis mihi variatur, inquit Fabius, & excitatur oratio. hoc ornamenti genere Cicero redundat. nam & infra remp. ita loquentem induxit: *M. Tulli, quid agis?* Et pro Cœlio, Appium illum Cæcum: *Mulier, quid tibi cum Cœlio?* & alibi ſæpe.

Pag. 629. *Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli*] Similiter ad Terentiam: *Cetera, quamquam ferenda non ſunt, feramus.*

CAPVT VIII.

Pag. 630. *Apud M. Lepidum*] *Ad*, non *apud*, legit Servius in eo verſu: *Prima quod ad Trojam pro caris geſſerat Argis.* mihi tamen, *apud*, placet: nec aliter in antiquis libris. *M'* autem, id eſt Manius, non *M.* legendum non dubito: ut ſit is, qui cum L. Volcatio Tullo conſul fuerat.

Q. Metellum prætorem] Celerem ſignificat, qui poſt biennium cum Afranio conſulatum geſſit.

Sodalem tuum] Sodalitates Romæ erant honeſtæ, legibuſque conceſſæ, ut ſodalitas Lupercorum, in oratione pro Cœlio. Et de Haruſp. reſp. *Quod affinis, & ſodalis, clariſſimus vir, qui illum reum non laudarat, excluſerat.*

Virum optimum] Ironiam putabit quia attendet id, quod ſequitur: *Quem tu videlicet & ad cuſtodiendum te diligentiſſimum.* Quod ſi ironia eſt, duo in ſenatu M. Marcelli fuere. alter enim paullo poſt cum laude nominatur.

Pag. 631. *Vt intelligas*] Ex eorum ſilentio, cum te egredi jubeo.

Patiuntur] Iubere me, ut egrediaris.

P. Sextio] Qui hoc anno C. Antonii conſulis quæſtor erat: ut in oratione pro ipſo.

M. Marcello] Ejus fortaſſe patri, qui cum Ser. Sulpicio poſt annos XI. conſul fuit: nam filium, cum eſſet adoleſcens, virum fortiſſimum appellare Cicero non potuit.

Cum tacent, clamant] Tale illud in Divin. *Etiam ſi tacent, ſatis dicunt.*

Quorum tibi auctoritas eſt videlicet cara] Ironia. Quos, inquit, a te contemni, qui non putet, cum de illorum cæde cogitet.

CAPVT IX.

Pag. 633. *Sed eſt tanti*] Videtur hoc ſenſu dictum: ſed ego, quidquid mihi eventurum eſt, non recuſo. In eadem orat. 2. *Eſt mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falſæ, atque iniquæ tempeſtatem ſubire; dummodo a vobis hujus horribilis belli periculum depellatur.* Et lib. IV in Verrem: *Hic tibi in mentem non venit, judices, hoc quoque ut referret; fuit tanti, indicio de: haberes, quid defenderes.*

Tibi præſtolarentur] Cum accuſandi, & dandi caſu hoc verbum uſurpatur, ad Attic. lib. 2. *In Formiano tibi præſtolor uſque ad III. non. Maji.*

Pag. 635. *Ad forum Aurelium*] In Aurelia via, quæ per Etruriam fert. orat. 2. & Phil. 12.

Pag. 636. *Præſtolarentur*] Vt Aurelia via ſimul ad C. Mallium Feſulas iretis.

Aquilam] Signum legionis: de qua Salluſtius: *Ipſe cum liberis & colonis propter aquilam adſiſtit; quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuiſſe dicebatur.*

Argenteam] Non modo aquilam, ſed cetera quoque ſigna militaria ex argento fuiſſe, auctor eſt Plinius.

Conſtitutum fuit] Adſervari ſolitam dicit in ſacrario Catilinæ: *Quod ſacrarium ſcelerum, non ſacrorum, fuit:* ut ſtatim ſubjungitur.

CAPVT X.

Hæc res] Bellum contra patriam.

Pag. 637. *Ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam ſpe derelictis*] Quod Salluſtius dixit, *Quibus mala omnia abunde erant, ſed neque res, neque ſpes bona ulla.*

Qui feruntur] Qui tamquam ad gloriam tuam narrantur, ideo dixit orat. 2. *Stuprorum, & ſcelerum exercitatione aſſuefactus, frigore, & fame, & ſiti ac vigiliis perferendis, fortis ab iſtis prædicabatur.* Eodem ſenſu pro Archia: *Noſtra ſemper feretur, & prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depreſſa hoſtium claſſis, & incredibilis apud te nedum pugna illa navalis.*

Habes,

Habes, ubi oſtentès] In exercitu improborum contra remp. conflato.

Illam præclaram tuam patientiam] Mire exprimit cum irriſione, quod in Catilina prædicabatur, ſummam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium. irriſio autem apparet in quattuor ſimiliter deſinentibus caſibus. Illam tuam præclaram patientiam. quale illud pro Murena: *Operarum harum quotidianarum putat eſſe conſulatum.* Dixit idem de Catilina in ea pro Cœlio: *Quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior?*

Famis frigoris, inopiæ rerum omnium] Idem orat. 2. *Stuprorum, & ſcelerum exercitatione aſſuefactus, frigore, & fame, & ſiti, ac vigiliis perferendis, fortis ab iſtis prædicabatur.* Orat. 3. *Frigus, ſitim, famam ferre poterat.* Et Salluſtius: *Corpus inediæ patiens, algoris, vigiliæ, ſupra quam unquam credibile ſit.*

Quibus] Fame, frigore, inopia rerum omnium.

Cum te a conſulatu repuli] Cum ego, te repulſo, conſul deſignatus ſum: aut: cum, te conſulatum petente, ego conſul effeci, ut repulſam ferres, qui tuos nefarios ſenſus, improbamque mentem jam antea cognitam penitus haberem. Ter, ut in argumento diximus, conſulatum Catilina petiit, primum Cotta & Torquato Cos. deinde Cæſare & Figulo: poſtremo Cicerone & Antonio.

Pag. 638. *Latrocinium, quam bellum*] Latrocinium, privato duce Catilina: Bellum, quod ab eo conſule excitatum eſſet.

CAPUT XI.

Pag. 639. *Perſæpe etiam privati*] Vt P. Scipio pont. max. qui Ti. Gracchum occidit. aliorum exempla, quod quidem ego ſciam, non exſtant: nam Q. Servilius Ahala, qui Sp. Melium, ſtudentem novis rebus, interemit non videtur privatus fuiſſe cum eſſet magiſter equitum. Aut igitur oratorie, *perſæpe*, Cicero dixit: aut priſca quoque tempora complectitur, nondum lata Porcia lege, quæ vetuſtior Sempronia fuit.

Leges] Porcia, & Sempronia C. Gracchi. nam etſi dicit interdum Cicero: *O lex Porcia, legeſque Semproniæ:* una tamen Sempronia & in hac ipſa oratione, & in ea pro Rabirio, quam tulit C. Gracchus, nominatur. Salluſtius, præter Porciam, alias leges agnoſcit.

Pag. 640. *Severitatis, ac fortitudinis*] Interfecto Catilina.

Inertiæ, ac nequitiæ] Emiſſo.

CAPUT XIII.

Pag. 643. *Diu jam*] A conſulatu Lepidi, & Tulli.

Pag. 644. *Conſuli*] Sibi duos equites Romanos inſidiatos eſſe, jam dixit.

Circumſtare] Vt deterreant prætorem urbanum, jus dicentem inter cives de creditis pecuniis: nam in ſociis Catilinæ ex ære alieno multi laborabant.

Pag. 645. *Hiſce omnibus*] Pro cum hiſce omnibus improbis. ſic locutus Phil. 14. *His viginti cohortibus, nullo equitatu.* Hirtius ipſe: *Aquilam quartæ legionis cum inferrer.* Et Cœlius in ep. ad Ciceronem: *Eo nunc cohortibus mihi per nives eundum eſt.* pro, cum cohortibus.

Tu Iuppiter] Cujus in templo ſenatus habebatur. ſupra.

Vere] Quia tuo nomine, tuaque ope Romani, Sabinis inſectantibus, conſtitere. quo ſervata hæc urbs, imperiumque conſtitutum.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XX.

CAPVT I.

Pag. 646. VObis, atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem] Vobis ferrum, urbi flammam infra: *Quod incolumes cives, quod ſtantem urbem reliquit.*

Pag. 649. *Quod ei ferrum de manibus extorſimus*] Orat. I. *Quoties tibi jam, quoties extorta eſt ſica iſta de manibus?*

CAPVT II.

Quales eſſe omnes oportebat] Oportebat omnes comprehendendum potius Catilinam, cenſere, quam emittendum: ſed quam multos fuiſſe putatis, qui quæ ego deferrem, non crederent? quam multos, qui etiam defenderent.

Pag. 651. *Proſequi*] *Perſequi*, videtur eſſe rectius: ut ſit, poſt Catilinam morte multatum, ſocios ejus puniendi gratia perquirere, & perſequi. mitior autem in *proſequi*, ſignificatio eſt. proſequitur enim, qui abeuntem comitatur.

Quam vehementer] Accipe a contrario ſenſu pro quam non vehementer.

In prætexta] Cum puer adhuc eſſet, libidinis cauſſa.

Pag. 652. *In popinam*] Accuſandi caſu dixit propter verbum, *contractum*, in quo motus eſt.

CAPVT III.

Pag. 653. *Gallicanis legionibus*] Ordinariis: ad quas delectus accedebat, habitus a Metello Celere prætore in agro Piceno, & Gallico.

Pag. 654. *Edictum*] Ex quo prætor urbanus contra creditores jus dicit.

Fulgent purpura] Delicatos, & laſcivos adoleſcentes deſignat. Purpura autem lati clavi, quæ ſenatorum tunica erat: ut anguſtus clavus equitum.

Video, cui Apulia ſit attributa] Apuliam C. Iulio, Etruriam C. Mallio, agrum Picenum Septimo cuidam Camerti attributum ſcribit Salluſtius: agro Gallico quis præpoſitus a Catilina ſit, non ſignificat: motum tamen ait fuiſſe in Gallia citeriore, atque ulteriore, inconſulte, ac veluti per dementiam cuncta ſimul agentibus iis, quos ante Catilina dimiſerat.

Qui ſibi has urbanas inſidias cædis, atque incendiorum depopoſcerit] Cædis, Cethegus, & alii: Incendiorum, Gabinius & Statilius: auctore Salluſtio.

CAPVT IV.

Pag. 655. *Aurelia via*] Per Etruriam ducente. Orat. I. *Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur.* Phil. 12. *Tres viæ, a ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſſia.*

Circumſcriptor] Circumſcribit is, qui aliquem incautum decipit, ut ab eo aliquid avertat. proprieque circumſcribi dicuntur pupilli, & adoleſcentes: quibus inſidias, & fraudes noſſe, & cavere per ætatem non licet. Iuvenalis de pupillo ſat. 15. *Pupillum ad jura vocantem. Circumſcriptorem:* de adoleſcentibus Cicero Phil. 14. *Aut ejiciunt vicinos, aut adoleſcentulos circumſcribunt.* Et lib. III. offic. *Circumſcriptio adoleſcentulorum lege Plætoria.*

CAPVT V.

Pag. 656. *Diverſa ſtudia in diſſimili ratione*] Quid enim tam diſſimile quam ga-

diatos, & hiſtrio? illum cædes, hunc nica levitas, & nequitia delectat. Eanter in primis, & ornate Cicero hoc reſſit in ea pro Cœlio: *Neque ego*, quit, *umquam fuiſſe tale monſtrum in is ullum puto, tam ex contrariis, diſſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis, iditatibuſque conflatum.*

Pag. 657. *Stuprorum, & ſcelerum exeritione aſſuefactus*] Eadem ſtupra, eamque ſcelera orat. I. attigit his verbis: *l hujus vitæ ſtudium meditati ſunt illi, i feruntur, labores tui; jacere humi non do ad obſidendum ſtuprum, verum etiam facinus obeundum.* Statimque ſubjicit, interdum copia delectatur: *Vigilare i ſolum ad inſidiandum ſomno maritorum, um etiam bonis otioſorum.*

Frigore, & fame, & ſiti] Orat. I. Ha-s, ubi oſtentes illam præclaram tuam ientiam famis, frigoris, inopiæ rem omnium.

Induſtria ſubſidia] Quibus rebus adjuri ſolet induſtria, frigore, fame, ſiti, giliis perferendis.

Inſtrumenta virtutis] Quibus ad bene endum tamquam inſtrumentis, utitur rus.

In libidine, audaciaque] Libidine, in pris: Audacia, in ſceleribus.

Pag. 658. *Fides*] Cum iis nemo jam cuniam credat. Cæſar lib. III. bel. vil. *Cum fides in Italia eſſet anguſtior.*

Comeſſationes] Ientacula matutina, anprandium; comeſſationes veſpertinæ, ſt cœnam erant: ut exemplis intellitur.

Pag. 659. *Qui mihi*] *Mihi*, quod ad ntentiam attinet, abundat: ſed ornam quendam, & vim habet, a conmnente pronunciatum.

Eructant] Apte: cum dixerit, Vino nguidi, confecti cibo.

Cædem bonorum, atque urbis incendia] uod orationis initio de Catilina dixit, *rbis, atque huic ferrum, flammamque initantem.*

Vnius virtute] Cn. Pompejum ſignifit, multis antea bellis. nunc etiam Miridatico victorem.

Reſecanda] Vt in morbis medicinam irurgiæ requirentibus: in qua tranſlaone ſubjunxit *manare*, ut in ep. ad Caſum: *Manabat illud malum urbanum.* Phil. I. duobus verbis uſus eſt: *Cum ſerperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius.*

CAPVT VI.

Pag. 662. *Aquilam illam argenteam*] Vide orat. I.

Iſte centurio] Mallium Feſulanum ſignificat, qui belli faciundi poſtea dux fuit, ut ait Salluſtius.

Pag. 663. *Maſſiliam, ut ajunt*] Qua de re ſic apud Salluſtium: *At Catilina ex itinere pleriſque conſularibus, præterea optimo cuique litteras mittit: ſe, falſis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiverit, fortunæ cedere, Maſſiliam in exſulium proficiſci.* Ibant autem Romani exſules Maſſiliam in exſulium. quod exemplo Milonis, qui Clodium occidit perſpicuum ſatis eſt.

CAPVT VII.

Pag. 664. *Eſt mihi tanti*] Non recuſo. orat. I. *Sed eſt tanti, dummodo iſta tua privata ſit calamitas, & a reipub. periculis ſejungatur.*

Pag. 665. *Hoc quod agit*] Vt patriam oppugnet.

Quam queramur] Non enim ibit.

CAPVT VIII.

Pag. 666. *Majores etiam poſſeſſiones habent*] Itaque poſſunt, ſi velint, ære alieno liberari.

Quarum amore adducti diſſolvi nullo modo poſſunt] Diſſolvi, quo ſunt obſtricti, ære alieno. De hoc hominum genere ſi in oratione pro Sulla: *Illud erat genus hominum horribile, & pertimeſcendum, qui tanto amore ſuas poſſeſſiones amplexi tenebant, ut ab iis membra divelli citius, ac diſtrahi poſſe diceres.*

Pag. 667. *Fidem acquirere?*] Quam amiſerunt; quia non ſolvunt, quibus debent. Supra de alio dixit hominum genere: *Res eos jampridem, fides deficere nuper cœpit.*

Tabulas?] Vt nemini ſolvatur.

Auctionaria] Vt eorum bona proſcribantur, & in auctione vendantur.

Alia ratione ulla] Niſi hac, ut venditione ſuarum poſſeſſionum ſatisfaciant creditoribus ſuis.

Cor-

Certare] Cum tamen uſuræ fructus prædiorum vincant.

Pag. 668. *Vota facturi*] Domi quieſcentes amore poſſeſſionum ſuarum.

Arma laturi] Ad bellum profecti.

CAPVT IX.

Pag. 669. *Præſentis auxilium eſſe laturos*] Non dubito, quin, *præſentis*, rectius ſit: ut ad *Deos* referatur, non ad *ſceleris*, nam & orat. 3. *Ita præſentes his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, ut eos pæne oculis videre poſſemus.*

Fugitivo alicui aut gladiatori] Qui arma cum his contra remp. tulerint.

Ætate jam effectum] Supra: *Ego illum exercitum magnopere contemno, collectum ex ſenibus deſperatis.*

Pag. 671. *Rapinarum veterum*] Sullani temporis.

Proſcriptiones, & dictaturas] Proſcripſit Sulla dictator, quos in bello adverſarios habuerat.

CAPVT X.

Varium] Quia non uno tantum vitio, ſed partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam ſumptibus in vetere ære alieno vacillant.

Premuntur] Ære alieno.

Vacillant] Non videntur ſtare poſſe. itaque ſubjungitur: *Si ſtare non poſſunt, corruant.*

Infitiatores] Qui negent ſe debere, quod jure negare non poſſunt. qui mos eorum eſt, qui ſolvendo non ſunt.

Lentos] Lentos, & acres, oppoſuit. Lentos autem infitiatores dixit, quia ſolutionem infitiando differrent, omniaque lente agerent. procraſtinantes.

Pag. 672. *Non modo civitas*] Non modo nullo reip. ſed ne privati quidem hominis damno, ſentiant. Metaphoram abſolvit, quæ cœpit in verbo, *vacillant*: & ad eandem illud pertinet: *Si ſtare non poſſunt, corruant.*

Si vivere honeſte non poſſunt] In urbe propter æs alienum, quo numquam emergent.

Perire turpiter] Civili bello, cum hoſtibus reip. conjuncti.

Cum multis] Catilinæ ſociis.

Si ſoli pereant] Domi, procul ab armis.

Pag. 673. *Bene barbatos*] Cum ſubjungat, Hi pueri tam lepidi, ac delicati: non videtur in eos convenire, *bene barbatos*: & legendum fortaſſe, *pæne barbatos.*

Manicatis] Cum probro: quale illud Virgilii lib. IX. *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*

Taleribus] Quod muliebre eſt.

Velis] Tenuiſſimis togis.

Antelucanis] Quæ cum hora nona cœptæ ſint, uſque eo nocte producantur, ut ad lucem prope accedant ſequentis diei.

CAPVT XI.

Pag. 675. *Reſpondebunt*] Similes erunt. cum ironia.

Suppeditamus] Abundamus.

CAPVT XII.

Pag. 677. *Gladiatores*] Qui ne cum Catilina conjungi poſſent, decrevit ſenatus, uti Capuam, & in cetera municipia diſtribuerentur pro cujuſque opibus. Salluſtius.

Pars patriciorum] Qui Catilinæ faveant.

Poteſtate tamen in veſtra continebuntur] Diſtributi Capuam, & in cetera municipia.

Q. Metellus] Celer, qui prætor erat.

Pag. 678. *Omnes ejus motus, conatusque prohibebit*] De quo Salluſtius: *Q. Metellus Celer cum tribus regionibus in agro Piceno præſidebat, ex difficultate rerum eadem illa exiſtimans, quæ ſupra diximus, Catilinam agitare. igitur, ubi iter ejus ex perfugis cognovit, caſtra propere movit, ac ſub ipſis radicibus montium conſedit: qua illi deſcenſus erat in Galliam properanti.*

CAPVT XIII.

Pag. 679. *Vix optandum videtur*] Potius enim optandum videtur, ut in tanto & tam inſidioſo bello improbi multi morte multentur.

PAVLLI

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XXI.

Capvt I.

Pag. 681. H*Odierno die*] Patefacta Allobrogum indicio conjuratione, & in cuſtodiam traditis conjurationis principibus, epiſt. 1. lib. 2. ad Attic.

Pag. 684. *Is*] De ſe ipſo dicit. Gemina comparatio eſt: una inter eos dies quibus conſervamur, & eos, quibus naſcimur; altera inter Romulum, qui urbem condidit, & ſe ipſum, qui conditam ſervavit.

Capvt II.

Pag. 687. *Legatos Allobrogum*] Publice, privatimque ære alieno oppreſſos.

A P. Lentulo] Prætore.

Vulturtium] Salluſtius Publium appellat, & Crotonienſem, cui poſtea ſenatus præmia dedit ampliſſima: orat. 4.

L. Flaccum] Pro quo exſtat oratio.

Pag. 688. *C. Pontinium*] Qui poſt aliquot annos de Allobrogibus triumphavit, Ciceroniſque legatus in provincia fuit.

De præfectura Reatina] Opida Italiæ cuncta, vel municipia, vel coloniæ, vel præfecturæ erant, legis Iuliæ beneficio, quæ belli Marſici tempore, civitatem Italis cunctis, arma deponentibus, largita eſt, præfecturæ autem ſuis legibus utebantur.

Pag. 689. *Res erat prætoribus nota ſolis*] Si Salluſtio credimus, Allobrogum quoque legatis nota erat. cum enim diu in incerto habuiſſent, quid conſilii caperent; tandem Q. Fabio Sangæ, cujus patrocinio plurimum civitas eorum utebatur, rem omnem, uti cognoverant, aperiendam eſſe cenſuerunt. Cicero autem, per Sangam conſilio cognito, Allobrogibus præcepit, ut ſtudium conjurationis vehementer ſimularent; ceteros adirent; bene pollicerentur; darentque operam, uti eos, quam maxime manifeſtos haberent. Hæc Salluſtius.

Capvt III.

Horum omnium ſcelerum improbiſſimum machinatorem Cimbrum Gabinium] De quo Salluſtius: *Gabinium accerſit, quo major auctoritas ſermoni ineſſet: eo præſente conjurationem aperit: nominat ſocios.*

Pag. 690. *Cethegus*] C. Cornelius Cethegus ſenator.

In litteris dandis] Ad Catilinam.

Præter conſuetudinem] Quia vigilare ſolitus non eſſet: propterea infra: *Quem quidem ego cum ex urbe pellebam, hoc providebam animo, Quirites, remoto Catilina, nec mihi eſſe P. Lentuli ſomnum, nec L. Caſſii adipem, nec C. Cethegi furioſam temeritatem pertimeſcendam.*

Reperta non eſſent] Nondum apertis litteris, nec dum confitentibus Gabinio, Statilio, Cethego, Lentulo.

Coegi] In æde Concordiæ. infra, & Salluſtius.

Capvt IV.

Pag. 691. *Vt ſervorum præſidio uteretur*] In litteris, quarum exemplum Salluſtius ponit, hoc erat, *Conſideres, quid tuæ rationes poſtulent: auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.* Et Cicero, eaſdem litteras recitans, cum aliqua tamen varietate, inquit: *Cura, ut omnium tibi auxilia adjungas, etiam infimorum.*

A L. Caſſio] Longino, qui Ciceronis competitor fuerat in conſulatu. Pedianus

hæc

tus erat, ex libris Sibyllinis regnum Romæ tribus Corneliis portendi. Cinnam, atque Sullam antea, ſe tertium eſſe, cui fatum foret urbis potiri: præterea, ab incenſo Capitolio illum eſſe vigeſimum annum, quem ſæpe ex prodigiis haruſpices reſpondiſſent bello civili cruentum fore. Quibus verbis conſtat, quod Cicero non explicat, illud, de tribus Corneliis, e Sibyllinis libris ductum eſſe, de Capitolii autem incenſione, ex haruſpicum reſponſis.

Virginum] Veſtalium.

Abſolutionem] De inceſtu. Abſolutæ ſunt Veſtales virgines M. Piſone defendente. de quo ſic in Bruto: *Is, cum ſatis floruiſſet adoleſcens, minor haberi eſt cœptus poſtea: deinde ex Virginum judicio magnam laudem eſt adeptus.*

Pag. 693. *Capitolii incenſionem*] Quod poſtea Q. Catulus refecit.

Saturnalibus] Quorum dies erat primus XVI Kal. Ian.

CAPVT V.

Pag. 694. *Tabellas*] Litteras: ut in Piſonem: *Ne tum quidem, Paulle noſter, tabulas Romam cum laurea mittere audebas?* Et paullo poſt: *An amici tui tabellas abdiderint.*

Pag. 695. *Imago avi tui*] P. Lentuli principis ſenatus, qui contra C. Gracchum pugnavit, & in ea pugna grave vulnus accepit. quam hiſtoriam orat. 4. attigit his verbis: *Niſi vero cuipiam L. Ca-*

S. C.] Non de nece conj
ut in cuſtodiam traderentu
S.C. in ſententiam Catonis
nis Dec. quo die quarta eſt

Pag. 699. *Cum ſe præ*
Conſul ante aliquot annos
cum ſenatu motus eſſet
præturam petiit, ut ordine
quem cenſoria notatione
magiſtratus recuperaret.

Qui omnes præſentes eran
tur, infra nominati, non ad
Ceparius, Furius, Chilo,

M. Ceparium] Qui paul
egreſſus, cognito indicio
fugerat: ſed ex fuga retra
rentio ſenatori traditus in

Pag. 700. *Q. Magium*
luſtius *Q. Annium* vocat:
ut magis probem, cogno
adducor. Sulpitius in ep.
de morte Marcelli.

Gallos ad Gabinium perd
luſtius non Gallos ad Gabi
in domum D. Bruti perdu
que Gabinium accerſitum
major ſermoni auctoritas i

Novem hominum] De qui
auctore Salluſtio, ſumptu
eſt, Lentulo, Cethego,
binio, Cepario: reliqui
prehenſi non ſunt, Caſſius
gius, Vmbrenus. Quod
hominum pœna remp. eſ
ait, ſignificat id, quod
cenſuerat, quamquam in

CAPVT VII.

Pag. 702. *C. Cethegi furioſam temeritatem*] Orat. 4. *Verſatur mihi ante oculos adſpectus Cethegi, & furor in veſtra cæde bacchantis.* Et pro Sulla: *Cum Catilina egrederetur ad exercitum; Lentulus in urbe relinqueretur; Caſſius incendiis, Cethegus cædi præponeretur.* De hoc Salluſtius: *Natura ferox, vehemens, manu promptus erat: maximum bonum in celeritate putabat.*

CAPVT VIII.

Pag. 705. *Opem, & auxilium nobis tulerunt*] Conjurationem ſignis non obſcuris prædicentes. De Haruſp. reſp.

Pag. 706. *In Capitolio*] Hæc prodigia Dio quoque narrat lib. XXXVII.

Legum æra liqueſacta] Æreis enim tabulis inciſæ leges in Capitolio ſervabantur.

Prope] Correctio quædam. fata enim mutari, flective non poſſunt.

Pag. 708. *Ludi*] In honorem deorum.

CAPVT IX.

Conjuncti] Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius. nam ceteri quinque aberant. quamquam Ceparius paullo poſt ex fuga retractus eſt: ut ait Salluſtius.

Pag. 709. *Eorum indices*] Allobrogum legati & Vulturtius.

P. 710. *A patriciis hominibus*] A P. Cornelio Lentulo prætore, Catilina, & aliis, qui patricii generis erant. non enim dubitabant, quin Catilina, quamquam, cum ſollicitati ſunt, abeſſet, urbe jam egreſſus, cum Lentulo, Gabinio, & aliis, qui in urbe erant, conſentiret.

CAPVT X.

Pag. 712. *Collegam ſuum*] Cinnam.

Omnis hic locus] Vrbs univerſa.

Lumina civitatis extincta ſunt] Q. Catulus, M. Antonius, C. & L. Iulii fratres, Q. Scævola pont. max.

Pag. 713. *M. Lepidus*] Conſul, Sullæ factionis adverſarius: cui, poſt obitum Sullæ, de reſcindendis ejus actis legem promulganti, Catulus collega obſtitit.

Ipſius interitus] Pugnavit cum Catulo in campo Martio, magnaque ſuorum cæde victus eſt: & cum in Sardiniam navigaſſet, morbo periit. Appianus lib. I.

Ceterorum] Qui cum eo cæſi ſunt.

CAPVT XI.

Pag. 715. *Duos cives*] Cn. Pompejum, & ſe ipſum ſignificat.

Non terra, ſed cæli] Cum dicit, cæli, mare ſignificat. orat. 2. *Omnia ſunt externa unius virtute terra, marique pacata.*

CAPVT XII.

Pag. 716. *In honore veſtro*] Cum dederitis conſulatum, qui ſummus magiſtratus eſt.

In gloria virtutis] Parta meis rebus geſtis, rep. domeſticis inſidiis meo labore, conſilio, periculo liberata. Conjungit honorem, ſibi a populo datum, cum virtutis gloria, a ſe quæſita. ſimiliter in ep. ad Appium: *Ita & accepi, & geſſi maxima imperia, ut mihi nihil neque ad honorem neque ad gloriam acquirendum putarem.*

Pag. 717. *Vt ea virtute, non caſu, geſta eſſe videantur*] In ep. ad Metellum: *Hujus ego temeritati, ſi virtute, atque animo non reſtitiſſem, quis eſſet, qui me in conſulatu non caſu potius exiſtimaret, quam conſilio, fortem fuiſſe?*

Illum Iovem] Cum hoc diceret, Iovis templum Statoris indicabat, in clivo Capitolino poſitum: quo in templo prima in Catilinam oratio habita eſt. nam ante hanc iterum ſenatum habuit in æde Concordiæ, comprehenſis Allobrogum indicio conjuratis: ut & ipſe in hac oratione, & Salluſtius auctor eſt.

Cuſtodem hujus urbis, ac veſtrum] Qui hanc urbem a flamma, vos a cæde ſuo numine, atque auxilio liberavit. Cuſtodem appellat & in prima oratione, Romuli tempora ſignificans cum Romanis fugientibus animos reſtituit.

Providebo] Hoc verbo daturum ſe operam ſignificat, ut S. C. de puniendis conjuratis quamprimum fiat.

PAVLLI MANVTII COMMENTARIVS IN ORATIONEM XXII.

CAPVT I.

Pag. 719. V*ideo, P. C.*] Bis antea ſenatum habuerat, ſed in templo Iovis Statoris, cum in Catilinam præſentem eſt invectus: iterum in æde Concordiæ, cum introduxit principes conjurationis, Allobrogum indicio comprehenſos: tertio nunc, ſenatu in ejuſdem Iovis templum convocato, hanc orationem de puniendis conjuratis habet. nam cum infra dicat: *Neque enim turpis mors forti viro poteſt accidere, neque immatura conſulari:* & in Phil. 2. *Si ab hinc annis prope viginti hoc ipſo in templo negavi poſſe mortem immaturam eſſe conſulari: quanto verius nunc negabo ſeni?* hæc, inquam, dicens perſpicue demonſtrat, quo in templo illa in Antonium oratio habita ſit, eodem hanc in Catilinam quartam habitam eſſe. illam vero in Antonium in templo Iovis Statoris eſſe habitam, ipſo teſte Cicerone cognoſcitur. Hanc autem orationem, dictis a Silano, & Cæſare ſententiis, cum nondum Cato rogatus eſſet, habendam putavit, ut ſenatum ad ſeveritatem hortaretur, veritus ne ſententiam Cæſaris ſequeretur, quæ mortis pœnam removebat, ceterorum ſuppliciorum acerbitates amplectebatur.

Si id depulſum ſit] Morte illorum, qui tradiri in cuſtodiam ſunt.

Pag. 720. *Non campus conſularibus auſpiciis conſecratus*] Auſpicatum locum vocat in oratione pro Rabirio perd. r.

Non lectus, ad quietem datus] Orat. 1. in Catil. *repertos eſſe duos equites Romanos, qui ſeſe illa ipſa nocte paullo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur.*

Sella curulis] Sella curuli ſedebant ædilis, prætor, conſul. Sed cum dixerit, *hac ſedes honoris:* venit in mentem ſuſpicari, ne, *ſella curulis*, additum ſit interpretandi gratia non a Cicerone ſcriptum.

CAPVT II.

Pag. 722. *Horumque omnium lacrumis*] Non propinquorum, ſed amicorum, qui ſenatores erant. nam propinqui ſunt frater, filius, gener, quos nominat.

Parvulus filius] Bimus. natus enim eſt Cotta & Torquato Cos. ut ex ep. 1. ad Attic. intelligitur.

Quem mihi videtur amplecti reſp.] Fortaſſe rectius: *Qui mihi videtur amplecti remp.* ut hoc dicatur: ideo amplecti remp. videtur, ut per eam ſibi caveatur ab improbis civibus ob conſulatum meum ſeveriſſime, id eſt pro ipſa rep. geſtum.

Pag. 723. *Adſtat in conſpectu meo*] Extra curiæ valvas, ut opinor. nam cum quæſtor fuerit Piſone & Gabinio Cos. ut in orat. poſt red. in ſen. non videtur Cicerone conſule ſenator eſſe potuiſſe: cum præſertim ſenatum aliquot annis ante cenſores legiſſent Lentulus, & Gellius.

Gener] C. Piſo L. F. Frugi, cui Tulliolam biennio ante, id eſt Cotta & Torquato Cos. collocavit: ut ep. 2. ad Attic. lib. 1.

Qui C. Memmium occidit] Conſulatum petentem, virum optimum. Appianus.

CAPVT III.

Pag. 724. *Nominatim*] Lentulus P. Lentulo Spintheri, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæſari, Gabinius M. Craſſo, Ceparius Cn. Terentio. Salluſtius.

De facto] De eo, quod ab iis commiſſum eſſe conſtat, qui in cuſtodiam dati ſunt.

Pag. 725. *Suſtentando*] Morando, ut ad Q. Frat. lib. 2. *Ædificationem Areani ad tuum adventum ſuſtentari placebat.* Et lib. 2. de Invent. *Verum ſtatim fieri neceſſe, utrum habeat aliquam moram & ſuſtentationem.*

CAPUT IV.

Duas] Nondum ſententiam Cato dixerat.

D. Silani] Conſulis deſignati. qui enim priore loco deſignatus erat conſul, is in ſenatu primus omnium ſententiam rogabatur.

Pag. 726. *Hoc genus pœnæ ſæpe in improbos cives in hac rep. eſſe uſurpatum recordatur*] Orat. 1. *Perſæpe etiam privati in hac rep. pernicioſos cives morte multarunt.* Quæ ſententia reſpicit, ut arbitror, priſca tempora, cum lex Porcia, quæ virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit, lata nondum eſſet. nam poſt eam legem ſæpe cives Romanos morte multatos eſſe non arbitror.

Pag. 727. *Si imperare velis*] Municipiis, ut eos cuſtodiant.

Difficultatem] Nam ſi ut eos cuſtodiant, rogemus; non facile impetrabimus.

Decernatur tamen] Quod Cæſar ſentit.

Suſcipiam] In me recipiam.

Pag. 728. *Voluerunt*] Quod Cicero credere non videtur: idque non hic modo, ſed etiam in Cluentiana, & in Tuſcul. 1. ſignificat. Horatius quoque ode 4. lib. 1. & Plato in Phædone, & lib. 1. de rep. fabulam appellat. Homerus tamen vera illa ſupplicia putat, ſicuti ſunt.

CAPUT V.

Pag. 731. *Pœnas reip. dependiſſe*] Interfectus eſt enim C. Gracchus, ut auctor pernicioſarum legum, ab Opimio conſule.

CAPUT VI.

Pag. 732. *Ex fatis*] Ex libris Sibillinis, fata prædicentibus.

Purpuratum eſſe] Prætextatum, in magiſtratu.

Et Gabinium] Etiam Gabinium quamquam ſenator non ſit. erat enim, ut Salluſtius docet, equeſtris ordinis.

Pag. 733. *In veſtigiis hujus urbis*] Non in hac urbe, quam illi incendio tollere, ac delere cogitabant, ſed, urbe incenſa, in ejus veſtigiis. propterea ſequitur, *In cinere deflagrati imperii.*

Sororis ſuæ] Matris Antonii, qui triumvir poſtea fuit: nunc P. Lentuli, conjuratorum principis, uxor erat.

Præſentem] In ſenatu.

Pag. 734. *Cujus avi*] P. Lentuli, principis ſenatus: de quo orat. 3. *Eſt vero, inquam, ſignum notum, imago avi tui, clariſſimi viri, qui amavit unice patriam, & cives ſuos.*

Conſularem] M. Fulvium Flaccum.

Interfectum] Opimii conſulis juſſu.

Filiumque ejus] Minorem filium, qui nihil peccaverat: in quo Opimius, ut nimium crudelis, accuſatus eſt.

Pag. 736. *Ad ea transfigenda*] Ad ſupplicium de conjuratis ſumendum.

CAPUT VII.

Templi] Iovis Statoris.

Cum ſibi viderent eſſe pereundum] Ære alieno. hi ſunt, quos orat. 2. in quartum genus improborum civium retulit. quo loco hæc dixit: *Non intelligo, quamobrem, ſi vivere honeſte non poſſunt, perire turpiter velint; aut cur, minore dolore perituros ſe cum multis, quam ſi ſoli pereant, arbitrentur.*

Cum omnibus] Si de ſociis Catilinæ loqueretur, cum multis, diceret, non, cum omnibus: ut orat. 2. communem igitur perniciem ſignificat: quam illi maluerunt, quam ſoli perire.

Pag. 737. *Ex multorum annorum diſſenſione*] Propter judicia: quæ cum C. Gracchus adempta ſenatoribus ad equeſtrem ordinem tranſtuliſſet, poſtea Sulla victor ab equitibus ad ſenatum revocavit. nunc etſi uterque ordo Aurelia lege judicabat; adhuc tamen inter eos diſſenſiones erant.

In conſulatu confirmatam meo] Id ſignificat epiſt. 15. lib. 1. ad Attic. his verbis: *Tueor, ut poſſum, illam a me conglutinatam concordiam.* Et ad eundem epiſt. 1. lib. 2. *Nunc vero, cum equitatus ille, quem ego in clivo Capitolino, te ſignifero, ac principe, collocaram, ſenatum deſeruerit.*

Perpetuam] Perpetua non fuit ea conjunctio, duabus de cauſis, primum, quia, publicanis a ſenatu petentibus, ut induceretur locatio, qua redemerant

Aſiæ vectigalia, in qua fatebantur, ſe, cupiditate prolapſos, nimium magno conduxiſſe, ſenatus non conceſſit. qua de re ſic ep. 16. lib. 1. ad Attic. *Cato miſeros publicanos tertium jam menſem vexat, neque iis a ſenatu reſponſum dari patitur.* Et ep. 1. lib. 2. ad eundem: *Quid impudentius publicanis renunciantibus? fuit tamen, retinendi ordinis cauſſa, facienda jactura. reſtitit, & pervicit Cato.* Altera cauſſa eſt de accuſandis iis, qui ob rem judicandam pecuniam accepiſſent. quod perſpicue ad equeſtrem ordinem pertinebat, id eſt ad illa tempora, quibus cum ſoli equites judicarent, acceptæ pecuniæ infamia laborarunt. de quo in eadem ep. *Quid verius, quam in judicium venire qui ob rem judicandam pecuniam acceperint? cenſuit hoc Cato: aſſenſit ſenatus. equites curiæ bellum.*

Hic dies] Nonæ Dec.

Pag. 738. *Ab exſpectatione ſortis*] Quæ ſortitio futura eſſet, hiſtoria non oſtendit. fortaſſe, qui ſcribæ operam ærario dare deberent anno ſequenti, ſorti permittebatur.

Hæc templa] Quæ circa forum erant.

CAPVT VIII.

Libertinorum] Qui non erant ingenui.

Sua virtute] Sua probitate, ſuiſque meritis erga eos, quibus antea ſerviebant.

Fortunam civitatis] Vt a dominis manumiſſi cives Romani eſſent.

Vere] Cum vere non ſit. nati enim ſervi ſunt, nec in urbe omnes, aut etiam in Italia.

P. 739. *Summo loco nati*] Vt Lentulus, ut Catilina, patricii generis uterque.

CAPVT IX.

Pag. 741. *Hodierno die primum*] Nam cum Sp. Melio, quem occidit Servilius Ahala, & cum Gracchis, quorum alterum P. Scipio pont. max. alterum L. Opimius conſul, & cum Saturnino, & Glaucia, quos C. Marius conſul, multi fuerunt.

CAPVT X.

Pag. 742. *Sit Scipio clarus ille*] Ita quattuor laudat imperatores, ut varietate lectorem delectet: primum, *ſit clarus*: alterum, *Ornetur eximia laude*: tertium, *Habeatur vir egregius*: quartum, *Sit in æterna gloria.* Quæ tamquam communis laudatio eſt. ſic enim, non modo quicumque res bello præclaras geſſerit, verum etiam, quicumque aliqua virtute præſtet, laudari poteſt, at Pompeji propria quædam laus & ſingularis eſt: *Cujus res geſtæ, atque virtutes iiſdem, quibus ſolis curſus, regionibus ac terminis continentur.* & orat. 3. de eodem: *Fines veſtri imperii non terræ, ſed cœli regionibus terminaret.*

Conſilio] Quia putavit in Africam transeundum, ut Hannibal Italiam relinquere cogeretur.

Virtute] Sine qua conſilium inutile fuiſſet.

Qui bis Italiam obſidione, & metu ſervitutis liberavit] Bis dicit, propter Ambrones, & Teutonas in Gallia, Cimbros in Italia devictos.

CAPVT XI.

Pag. 743. *Pro exercitu*] Quem habuiſſet in provincia.

Pro provincia, quam neglexi] Ea Gallia fuit. ut in oratione in Piſonem. de qua in ep. ad Catonem lib. xv. *Et provinciam ornatam, & ſpem non dubiam triumphi neglexi.*

Pag. 744. *Vt inſtituiſtis*] Nam ſuperiore ſenatu, quem habuit in æde Concordiæ, indiciis contra conjuratos expoſitis, confeſſiſque conjuratis cum ſenatum conſuluiſſet, de ſumma reip. quid fieri placeret; dictæque eſſent a principibus acerrimæ ac fortiſſimæ ſententiæ; ſenatus eas ſine ulla varietate eſt conſecutus: ut orat. 3.

Per ſe ipſum præſtare] Efficere, nequis eas civis improbus infirmare poſſit. Per ſe ipſum, dicit, quod aliorum opem exſpectaturus in ea defenſione non ſit.

VARIAE LECTIONES IN CICERONIS ORATIONEM PRO LEGE MANILIA.

Pag. 1. PRo lege Manilia, ſeu de Imperatore Pompejo deligendo, ad populum] *mſ. Dreſd.* Pro Pompeio. *edit. antiqua* 1472: Pro M. Pompeio. *alia Mediolan.* 1498: Cicer. pro lege Manilia ſive de Imperatore deligendo oratio. *P. Franc. mſ. membranaceus:* Pro lege Manilia de Imperatore ad bellum Mithridaticum deligendo feliciter incipit. *Excerpta Pithœi:* M. Tull. Cicer. de Magnis Pompeji laudibus incipit. *Ejuſdem mſ. chartaceus:* M. Tull. Ciceronis pro Cn. Pompejo, lege fetr. *ſed recte reciſis laciniis P. Victor. & Rob. Steph. ed.* Pro L. Manilia ad populum oratio.

Capvt I.

P. 6. Nunc cum & auctoritatis] *mſ.* Nam cum & auctoritatis.

Honoribus mandandis eſſe voluiſtis] *mſs. & edd.* honoribus mandandum eſſe voluiſtis.

P. 7. Et ſi quid auctoritatis in me eſt, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt] *Hac verba non habentur in edd. Italicis, Gallicis, & Germanicis, ante Lambinianam editionem.*

Capvt II.

P. 9. Nunc veſtra provincia eſt] *al.* nunc noſtra provincia eſt.

Vicos exuſtos complures] *mſs. & edd.* vicos exuſtos eſſe complures.

P. 10. Huic qui ſuccurrerit] *mſs. tres quatuorve*, huic qui ſucceſſerit.

P. 11. Genus eſt belli ejuſmodi] *mſ.* Genus eſt enim belli hujuſmodi. *al.* Genus eſt ejus belli. *al.* Genus eſt enim ejuſmodi belli. *Colon.* Genus eſt belli ejuſmodi. *edd.* Genus enim eſt ejuſmodi.

Atque inflammare ad ſtudium perſequendi debeat] *Sic mſs. duo. Ceteri & edd.* atque inflammare debet.

Subſidia requiretis] *edd. quædam vetuſtiores:* ſubſidia fruſtra requiretis.

Et reip. cauſa conſulendum] *Sic quidam mſs. ſed alii & edd.* & imperatoribus reip. conſulendum.

Capvt III.

P. 13. Inveteravit in populi Romani nomine] *Thuring. Hitt. Werdenſis codd.* ac nimis inveteravit.

Vna litterarum ſignificatione] *Colon. mſ.* una ſignificatione.

Ita veſtri cum illo] *mſ. & edd. vett.* ita noſtri cum illo.

Duo fortiſſimi viri, & ſummi imperatores] *Pall. & Gruter.* duo fortiſſimi & ſummi imperatores.

Capvt IV.

P. 14. Bellum inferre ſimulaſſet] *Dreſd. mſ.* bellum inferre ſimularet.

Legatos Ecbatanis miſit] *edd.* legatos & litteras miſit. *mſ. Pith.* legatos electanis miſit. *al.* legatos electanis miſit.

P. 15. A binis hoſtium copiis] *edd.* ab unis hoſtium copiis.

Ancipiti contentione diſtricti] *al.* diſtracti.

P. 16. Neque falſa afflicta eſſe] *mſs.* neque falſa ac ficta. *Manut. & al. edd.* neque falſa afflicta.

De veſtri imperii dignitate] *al.* ſed pro veſtri imperii dignitate.

CAPUT V.

Majores veſtri] *mſs. multi*, Majores noſtri.

P. 17. Mercatoribus ac naviculatoribus] *mſ. prim. Franc.* mercatoribus aut naviculatoribus. *mſ. Saxon.* mercatoribus ac naviculariis.

Extinctum eſſe voluerunt] *Quidam libri :* extinctam eſſe voluerunt.

Eum regem inultum relinquetis?] *Quidam mſs.* vos eum regem interfectum relinquetis?

Legatum populi Romani omni ſupplicio interfectum inultum relinquetis?] *Tres mſs. & edit.* 1427; legatum omni ſupplicio interfectum relinquetis? *ed.* 1480: legatum omni ſupplicio interfectum inultum relinquetis?

P. 18. Id, quod accepiſtis, tueri] *Sic mſs. duo. Vulg.* illud, quod accepiſtis, tueri.

Salus ſociorum ſummum] *In marg. mſs. Dreſd. al.* ſalus ſociorum populorum ſummum.

P. 19. Imperatorem a vobis certum] *mſ. Dreſd.* imperatorem a nobis certum.

Sentiunt idem, quod vos] *edd. quidam*, ſentiunt idem, quod & vos.

In quo ſumma ſint omnia] *mſ.* in quo ſint omnia.

Dignos exiſtimetis] *mſ. Dreſd.* dignos eſſe exiſtimetis.

Homines cum imperio mittimus] *edd.* homines cum imperio miſimus.

Atque hoc etiam magis, quam ceteros, quod ejuſmodi in provincias] *Tres mſs.* atque hoc etiam magis quod ceteros ejuſmodi in provincias. *Pall.* atque hoc etiam magis quam ceteros, ejuſmodi. *ed. Argent.* atque hunc etiam magis quam ceteros, quod ejuſmodi in provincias. *Dreſd. mſ.* atque hoc etiam magis quam ceteros, quod hujuſmodi in provinciam.

P. 20. Ab hoſtili expugnatione] *Grut. mſ.* ab hoſtili impugnatione. *Pal.* ab hoſtili pugnatione.

CAPUT VI.

Majores veſtri] *mſs.* majores noſtri.

Cum Antiocho, cum Philippo, cum Ætolis] *edd. antiquiores :* cum Antiocho, cum Ætolis.

P. 21. Si ad belli utilitatem & pacis dignitatem retinere] *Sic Werdenſis mſ. Alius :* ſi & belli utilitatem, & pacis dignitatem retinere. *Dreſd.* etſi belli utilitatem, & pacis dignitatem ſuſtinere. *Ceteri mſs. & edd.* ſi & belli utilitatem, & pacis dignitatem retinere.

P. 22. Quo tandem animo] *mſ.* Quo tandem igitur animo.

Prope adſint] *mſ.* propter adſint. *al.* prope abſint. *Franc. & Dreſd.* prope adſunt.

P. 23. Qui vobis fructuoſi ſunt] *mſ.* qui vobis fructui ſunt.

Vt antea dixi] *Dreſd.* ut ante dixi.

CAPUT VII.

Recte eſſe dicemus] *Dreſd.* recte eſſe diximus.

P. 24. Partim ipſi in Aſia] *mſs. & edd.* partim in Aſia.

Sapientiæ, videre, multorum] *Dreſd.* ſapientiæ veſtræ, videre, multorum.

Publicanis amiſſa vectigalia] *P. Franc. uterque, Dreſd. & edd. antiquiſſima :* publicanis amiſſis vectigalia.

Iiſdem redimendi facultas] *Dreſd.* iisdem redimendis facultas.

Docuit id quidem certe] *edd. vett.* docuit id, quod certe.

P. 26. Civium cum rep. defenduntur] *tres mſs.* cum rep. conjunctæ defendantur.

CAPUT VIII.

Ne forte a vobis] *Pal. ſec.* ne forte an vobis.

Diligentiſſime providenda ſunt] *edd. quædam :* diligentiſſime providenda ſint.

Contemnenda eſſe videantur] *P. Manut. ed.* contemta eſſe videantur.

Impertiri laudis] *ed. Grut. & vetuſtiores, nec non mſ. uterque Francii :* impertire laudis.

Quantum forti viro, & ſapientiſſimo homini] *mſ.* quantum forti viro, ſapienti homini.

Ornatas atque inſtructas fuiſſe, urbemque] *Sic duo mſs. Verum P. Victor. Rob. Steph. P. Manut. Lamb. edd.* ornatas atque inſtructas, deletas eſſe, urbemque. *Dreſd. P.* *Franc. mſs. editiones antiqua* 1472, *&* 1488, *nec non Aſcenſii* 1511, *& excerpta Pithœi :* ornatas atque inſtructas, urbemque.

P. 27.

P. 27. Maxima multitudine] *Lamb. & Grut. edd.* magna multitudine.

Quam L. Lucullus virtute &c. liberavit] *P. Manut. R. Steph. Lamb. edd.* L. Luculli virtute &c. liberatam.

P. 28. Studio inflammato raperetur] *Duo mſs.* ſtudio atque odio inflammata raperetur.

Omnibus rebus ornata atque referta] *mſs. quidam*, omnibus rebus ornatas atque refertas.

Atque adventu eſſe captas] *Multi mſs. inter quos & Dreſd. & uterque Francii*, atque adventu eſſe clauſas.

Atque ad alias gentes] *Sic Dreſd. & Francii uterque. Vulgo:* atque alias gentes.

Atque ita Quirites ut hoc vos] *edd. & multi mſs.* atque ita reputo, ut hoc vos. *Alii mſs.* atque ita r. p. ut hoc vos. *al.* atque ita A. P. ut hoc vos. *al.* atque ita Q. R. ut hoc vos.

P. 29. Qui huic obtrectant legi] *Editi quidam*, qui huic obſtant legi.

CAPUT IX.

Non enim hoc ſine cauſſa] *edd.* non enim ſine cauſſa.

Ipſe bello ſuperiore] *Dreſd. & Franc. mſs.* ipſo bello ſuperiore.

P. 30. In illo timore & fuga] *mſ.* in illo tempore & fuga.

P. 31. Proceſſio longior] *edd.* proceſſus longior.

P. 32. Et ſuam manum jam confirmarat, & eorum, qui ſe ex] *mſ.* & ſuam manum jam confirmarat, eorum opera, qui ſe ex. *al. mſ.* Mithridates autem & ſuam manum confirmavit. *Franc. primus:* Mithridates autem & ſuam manum confirmave at jam.

Magnis adventitiis auxiliis multorum regum & nationum juvabatur] *Sic tres mſs. Ceteri & editiones pleraque:* magnis adventitiis multorum regum & nationum copiis juvabatur. *Dreſd. P. Franc. duo, primaque edd.* adventitiis multorum regum & nationum juvabatur.

Ut regale his nomen] *Sic mſs. & edd. vett. Vulgata:* quod regale his nomen. *P. Franc. ſecundus & editio anni* 1472, aut regale his nomen.

P. 34. Qui ſtipendiis confectis erant] *mſ. Franc. & plures alii, nec non edd. antiqua:* qui ſtipendiis confecti erant. *mſ. Dreſd.* qui ſtipendiis contenti erant.

Ea vos conjectura perſpicitis] *mſs. duo*, ea vos conjectura perſpicite.

Quantum illud bellum futurum putetis] *mſs. & edd. antiqua:* quantum illud bellum factum putetis.

Imperator veſter] *Dreſd.* imperator noſter.

Vetere pulſa exercitu] *Sic tres mſs. Ceteri, ut & editi:* vetere expulſo exercitu.

CAPUT X.

P. 35. Quare hoc bellum] *mſ.* quale hoc bellum.

E ludo atque pueritiæ diſciplina] *Duo mſs.* e ludo atque pueritiæ diſciplinis.

P. 36. Miles fuit ſummi imperatoris] *mſs. duo:* miles fuit in exercitu ſummi imperatoris.

P. 37. Sed triumphis eſt erudita] *Dreſd. Francii uterque, multique alii mſs. & edd. vetuſtiſſima:* ſed triumphis eſt tradita. *P. Vict. P. Manut. Lamb. aliaque edd.* ſed triumphis eſt traducta.

P. 38. Miſtum ex civitatibus atque ex bellicoſiſſimis] *Colon.* mixtum ex civilibus atque ex bellicoſiſſimis. *Hinc Guilielmius:* miſtum ex civilibus & bellicoſiſſimis.

CAPUT XI.

Hujus virtute & ſubſidio] *mſs.* hujus virtute & conſilio.

P. 39. Gallorum internecione] *Lamb. ed. ex mſs. tribus:* Gallorum interitione. *edd. antiq.* Gallorum interemptione. *In quatuor mſs.* Gallorum internitione. *In al.* Gallorum intenſione. *vide notas Gruteri.*

P. 40. Teſtes vero jam omnes oræ, atque omnes exteræ gentes] *mſ. Colon.* teſtes nunc vero jam omnes oræ, atque omnes terræ, gentes nationes.

P. 41. Quam provinciam tenuiſtis a prædonibus liberam] *mſ. Colon.* Quam provinciam tenuiſtis a prædonibus.

CAPUT XII.

Brundiſio nunquam] *Dreſd. Franc. uterque, Pall. mſs. & edd. vett.* a Brundiſio.

Qui ad vos ab exteris nationibus] *Sic duo mſs. al. edd.* Quid, ad nos cum ab exteris nationibus.

P. 42. Cnidum aut Coliphonem] *edd.* Quid aut Coliphonem.

In prædonum fuiſſe poteſtatem] *edd.* in prædonum veniſſe poteſtatem.

P. 43. Capta atque oppreſſa eſt] *mſ.* capta atque deprehenſa eſt.

Tantamne unius hominis] *mſ.* tantane unius hominis.

P. 44. Qui nondum tempeſtivo ad navigandum mari Siciliam adiit] *Sic duo mſſ. ſed edd.* qui Siciliam, Africam exploravit, inde Sardiniam cum claſſe venit, nondum tempeſtivo ad navigandum mari.

P. 45. Vſque in Pamphiliam] *mſ.* uſque Pamphiliam.

CAPVT XIII.

Eſt hæc divina atque incredibilis virtus] *edd.* Et hæc divina atque incredibilis virtus.

P. 46. Quanta ſit facilitate] *mſ.* quanta ſit felicitate.

Qualia ſint] *edit. anni* 1472, *& plures aliæ*, quanta ſint.

P. 47. Noſtri exercitus ferant] *mſ.* noſtri exercitus adferant.

P. 48. Sermones ac litteræ perferuntur] *mſ.* ſermones litteræ perferuntur.

CAPVT XIV.

Quali ſit temperantia] *mſſ. multi, inter quos Dreſd. & Francii*, qualis ſit temperantia.

Curſum initum putatis] *mſſ. & edd. antiquiſſima, ut & Manut.* curſum inventum putatis.

Ad prædam aliquam devocavit] *Sic plures mſſ. inter quos Dreſd. & Francii ſecundus, editio anni* 1472, *&* 1488. *Vulgati vero*, ad prædam aliquam revocavit.

P. 49. Imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet] *mſſ. nonnulli:* imperii veſtri ſplendor illis gentibus lucet. *Vnus:* imperii veſtri ſplendor illis gentibus lucem afferre cœpit.

Quam hoſtes omnium gentium ſanctiſſimam judicarint] *Dreſd. & Franc. primus:* quam hoſtes omnium gentium ſanctiſſimam judicarunt. *Alius mſ.* quam hoſtes omnes omnium generum ſanctiſſimam judicarint.

P. 50. Tantum bellum hoc tranſmittendum] *mſ.* tantum bellum hoc permittendum.

CAPVT XV.

Idem ille imperator] *mſ. Dreſd.* idem ipſe imperator. *P. Franc. utrumque*, ille idem ipſe imperator.

Opinione non minus famæ, quam] *mſ.* opinione non minus ac fama, quam.

Quam aliqua certa ratione commoveri] *Dreſd.* quam aliqua alia ratione.

P. 51. Tanta & tam præclara judicia] *Dreſd.* tanta & tam pulcra judicia.

An vero ullam uſquam eſſe] *al.* An vero uſquam ullam eſſe.

Quo non illius diei fama] *Dreſd.* quo non illius ducis fama.

Repletiſque omnibus] *Dreſd.* completiſque omnibus.

Quantum hujus auctoritas valeat] *edd. nonnullæ:* quantum auctoritas valeat.

Tanta repente utilitas annonæ] *mſ.* tanta repentina vilitas. *In alio non legitur* annonæ.

Vnius ſpe & nomine] *Duo mſſ.* unius hominis ſpe & nomine. *al.* unius ſpe ac nomine.

Ex ſumma ubertate] *mſ.* in ſumma ubertate.

Iam accepta in Ponto calamitate] *al.* Iam vero accepta in Ponto calamitate.

P. 52. Niſi ad ipſum ejus temporis diſcrimen divinitus] *P. Vict. P. Manut. edd.* niſi id ipſum ejus temporis divinitus. *R. Steph. & Lamb. edd.* niſi ipſum id temporis divinitus. *ed. anni* 1472, *&* 1480, *& Grut. ed.* niſi ad id ipſum temporis divinitus. *Dreſd. mſ.* niſi ad ipſum ejus temporis divinitus.

Inſolita inflammatum victoria] *mſ.* ſolita inflammatum victoria.

Quid virtute profecturus ſit] *Lamb. & Grut. edd.* quid virtute perfecturus ſit.

Tantum auctoritate profecerit] *Lamb. & Grut. edd.* tantum auctoritate perfecerit.

CAPVT XVI.

Omnes uni huic ſe dederunt] *edd. & mſſ. præter tres*, omnes una huic ſe dederunt.

Quod Cretenſium legati] *mſ. Colon.* quod communi Cretenſium legati.

P. 53. Idem iſte Mithridates] *edd. quadam*, idem ipſe Mithridates.

Eum, quem Pompejus] *edd. & mſſ. fere omnes:* eumque Pompejus.

Ii,

quibus erat moleſtum] *mſs. & edd.* quibus ſemper erat moleſtum. *Franc.* *dus & edit.* 1472, in quibus ſemper moleſtum.

54. Et ad gloriam] *edd.* & gloriam.

l Cn. Pompejum detulerunt] *mſs.* *d.* 1472, & 1480, ad Cn. Pompejum ulerunt.

uod vobis a diis immortalibus] *mſs.* *d.* quod a diis immortalibus.

CAPVT XVII.

55. Ad tantum bellum is erat deli‑ lus] *mſ. Colon.* ad tantum bellum is idigendus.

egium bellum committimus] *Multi* regium bellum committamus. *Hitt.* um bellum commendamus.

lariſſimus, amantiſſimus reipublicæ, is beneficiis] *mſs. & edd.* clariſſimus ublicæ & veſtris beneficiis.

57. Permulta item contra legem verba] *mſs. & edd.* permulta idem ra legem verba.

eque privatam rem tranſmarinam] *& edd.* neque privatam rem mari‑ m. *mſ.* neque privatam rem mari‑

CAPVT XVIII.

60. In hunc ipſum locum eſcendere] in hunc ipſum locum aſcendere.

CAPVT XIX.

61. Aliquando vere videremur] aliquando vere videremini.

Cœlius Latinienſis] *Col.* Q. Cœlius enſis. *Duo mſs.* Q. Cæcilius Lateri‑ ſis.

62. Quod lege Gabinia geritur] *mſ.* d lege Gabinia gereretur.

uem per vos ipſe conſtituit] *Dreſd.* m poſt per ſe ipſe conſtituit. *Vulgg.* m per ſe ipſe conſtituit.

tiam præcipuo jure eſſe deberet] *d.* etiam præcipuo jure eſſe debebat.

63. Rerum geſtarum auctor, comes Pompejo] *Multi mſs. & edd. vett.* um geſtarum Cn. Pompejo. *Franc.* *us:* rerum geſtarum comes Cn. npejo. *Excerpta Pithœi:* rerum geſta‑ auctor Cn. Pompejus.

CAPVT XX.

Et ſententia dicendum eſſe videatur] *Pith.* & ſententia eſſe videatur.

P. 64. Si quid eo factum eſſet] *edd.* ſi quid de eo factum eſſet.

Summi hominis vita] *mſs. duo:* ſummi viri vita.

At enim nihil novi fiat] *mſs.* At enim ne quid novi fiat. *Dreſd.* At enim, inquiunt, nihil novi fiat.

CAPVT XXI.

P. 66. Studio omni viſendum putavit] *Dreſd.* omnium ſtudio viſendum putavit.

CAPVT XXII.

P. 71. Vos his repugnantibus] *mſ.* vos ipſis repugnantibus.

P. 72. Cilicia, Syria] *mſs. quidam & ed. Vict.* Cilicia, Lycia, Syria. *al. mſ.* Cilicia, Sithia.

Regniſque interiorum nationum] *edd.* regniſque exterarum nationum.

Nemo arbitratur] *edd.* nemo arbitrabatur.

P. 73. Ad eas per hos annos] *Vulgg.* ad eas hoc anno.

Propter diripiendi cupiditatem] *mſ.* propter diripiendi facultatem.

Non modo imperatoris] *edd.* non modo unius imperatoris.

CAPVT XXIII.

Qui ab ornamentis fanorum atque oppidorum] *Hæc verba non habentur in editis ante Gruterum.*

P. 74. Videbat enim populus Romanus non locupletari quotannis] *ed. Grut.* Videbat enim Prætores locupletari quotannis. *mſs. duo:* Videbat enim P. R. non locupletari quotannis.

P. 75. Neque nos quidquam aliud aſſequi] *edd.* neque eos quidquam aliud aſſequi.

P. 76. Videte ut horum auctoritatibus] *Lambini & alia edd.* videte num horum auctoritatibus.

CAPVT XXIV.

Vt auctore populo Romano] *mſ.* ut auctoritate populo Romano.

Animi perſeverantiæque] *edd.* animi conſtantiæque.

Quantam nunc iterum in eodem homine præficiendo videmus] *mſs. & edd.* quantam non iterum in eodem homine præficiendo videmus.

P. 77. Aut de perficiendi facultate] *mſ.* aut de reficiendi facultate.

Innocentia tecti pellemus] *mſ.* Innocentia recti pellimus.

Honores autem neque ab uno] *ed. Grut. & nonnulli mſs.* honorem autem neque ab uno.

IN
CICERONIS ORATIONEM
PRO
A. CLVENTIO AVITO.

Pag. 79. PRo A. Cluentio Avito] *mſs. & edd.* Pro A. Cluentio Habito.

CAPVT I.

P. 85. Proſpicio, quantum in agendo] *mſs.* perſpicio, quantum in agendo.

Sic audire conſueſtis] *edd.* ſic audire conſuevistis.

CAPVT II.

P. 87. Parum virium veritas habet] *edd. multa :* parum virium falſitas habet.

P. 88. Si eam ratio convellet] *Lamb. ed. & mſ.* ſi eam oratio convellet.

CAPVT V.

P. 94. Scelere convincta] *mſs.* ſcelere conjuncta] *edd. P. Victor. & al.* ſcelere convicta.

Nominis cauſſa] *mſ. & Lambin. ed.* omni de cauſſa.

P. 98. Nullis auſpicibus] *edd. nonnullæ :* nullis auſpiciis.

CAPVT VI.

P. 100. Tulit hoc commune dedecus familiæ] *edd. & mſs.* Tulit hoc commune dedecus jam familiæ. *Dreſd. & Franc. ſec. nec non edit.* 1472 : non tulit hoc commune dedecus jam familiæ.

P. 102. Cum ad amici pericula depellenda] *mſ.* qui ad amici pericula depellenda.

A matre eſſet conflatum & profectum] *mſs. & edd.* a matre eſſet conflatum & perfectum.

Sed ea vero ſic agit] *mſ.* ſed vero ſic agitur.

P. 103. Inſtituit accuſatores, inſtruit teſtes] *Duo Franc. & alii mſs. & editio anni* 1472: inſtituit accuſatores, inſtituit teſtes.

CAPVT VII.

P. 105. Ad Stalenum atque pecuniam] *edd. vetuſtiſſima :* ad Scalenum atque pecuniam. *mſs.* ad Stajenum atque ad pecuniam.

P. 106. Quem tantum unum] *mſs.* quem tandem unum. *Alii mſs. & ed. Rob. Steph. aliaque :* quem tum unum.

H-S CCCCIↃↃↃↃ.] *al.* H-S CↃ. *P. Franc.* CCC $\overset{m}{\text{LIII}}$. *liber ſecundus :* libras CCCLIII. *Alius mſ.* H-S CCCC LIII millia.

CAPVT IX.

P. 110. Oppianici domum viri] *mſs. & multi editi :* Oppianici dextram viri. *Alii, inter quos Francii ſecundus & edit.* 1472, Oppianici viri.

Ex Novia infantem filium] *Dreſd.* Ex Novimia filium. *Prim. Franc.* Ex Nevia infantem filium. *ſec. Franc.* Cum haberet ex Nonimia ante filium.

Papia natus] *edd.* Pappia natus.

P. 111. Spe optima confirmatæ] *edd.* ſpe optima confirmata.

nod ceteri] *edd. multi:* itaque teri.
dius eſſe duxit] *edd.* jucundum it.

CAPVT X.

1. Quæ propiora huic cauſſæ] e propiora hujus cauſſæ. *Prim. r al. mſs.* quæ propriora hujus

CAPVT XI.

5. Corporis mortem ac crucia- *Quintilianus legit,* corporis vim at- ciatum.

CAPVT XII.

7. Obteſtatione viri] *Dreſd.* ob- tione viri.

CAPVT XIII.

n clara tum recenti re?] *edd.* quam m recens fuit. *Pall.* quam clara fuit? *Dreſd.* quam clara recenti *Franc. ſec.* quam clara cum recenti *ranc. prim.* quam clara tum recens

18. Fuit Avilius quidam] *edd.* iulius quidam. *ed.* 1472: Fuit A- quidam. *ſed inferius in illa ſcribitur* .

ibidines adoleſcentum accommo- *P. Francii uterque & plures alii mſs. vett.* ad libidines adoleſcentum nodatus.

19. In diem poſterum commora- *edd.* ibidem poſterum commo- .

21. Inter allegatos] *Grut. ed.* in- gatos.

CAPVT XIV.

24. In ceteris quoque vitæ parti- *dd.* in ceteris vitæ partibus.
ſtimare debebitis] *edd.* exiſtimare s.

CAPVT XV.

26. A cauſſa Martialium demove- *d.* a cauſſa Martialium dimovere.

CAPVT XVI.

28. Studio, ut dixi] *edd. & multi* tudioſe, ut dixi.

Sed, ut ipſa res declaravit] *mſ.* &, ut ipſa res declaravit.

Avitus ſtatim cum M. Bebrio] *edd. & mſs.* Avitus autem ſtatim cum M. Bebrio. *Dreſd. Franc. ſec. & ed. prima:* Avitus ſta- tim cum M. Brachio. *Franc. prim.* Avitus ſtatim cum M. Bobio. *ed. ann.* 1489: A- vitus autem ſtatim cum M. Bæbrio.

P. 129. Venenum diebus paucis, mul- ti] *edd. vett.* venenum diebus paucis comparatur, multi.

CAPVT. XVII.

Circumventum eſſe dicet] *Aliæ edd.* circumventum dicet eſſe.

P. 130. Verum crimen] *al.* unum cri- men.

CAPVT XIX.

P. 134. Cui probatus eſſet] *al.* cui probatus fuiſſet.

P. 135. Vſu venire] *P. Franc. uterque mſ. P. Victor. & al. edd.* uſui venire.

Cur cum obſignata pecunia veniſſet] *Dreſd. & plerique alii mſs.* cur cum ob- ſignata pecunia tenuiſſet.

Omni ſtudio gratiaque pugnabat: poſtremo] *ed. Lamb.* omni ſtudio gra- tiaque: poſtremo.

CAPVT XX.

P. 137. Vtque ei locus] *mſs. nonnulli,* utique ei locus.

P. 138. Ad Cepaſios fratres] *mſ.* ad Cepaſinos fratres.

Atque eo animo] *Multi mſs.* atque eo modo.

CAPVT XXI.

Quod medici nihil præter artificium, oratores etiam auctoritatem præſtare de- bent] *Hæc verba ſunt in quibuſdam edd. ſed invitis mſs. vid. not.*

P. 140. Prævaricari accuſatione] *vid. not. Lambini, qui varias ex ſuis libris pro- mit lectiones, quæ tamen in aliis non repe- riuntur mſs. nec editionibus. In P. Francii primo tamen legitur,* prævaricari accuſatori.

P. 141. Iam tum Fabritius primum] *mſs. & Sturmii Argentoratenſis anni* 1550 *in* 8, *apud Ribelium:* Ita tum Fabritius primum.

CAPVT XXII.

Quod jam de Oppianici cauſa] *mſs.* quod jam de Oppianici, perſona cauſſaque.

Cum

Cum his duobus præjudiciis] *edd. pleraque & mſs.* cum is duobus præjudiciis.

Graviſſimis, & iis] *mſs. & edd. plerique:* graviſſimis, iis.

Iis, quæ a me breviter dicta ſunt] *Dreſd. & ſecundus Francii, & edit. prima:* iis, quæ a me bene breviter, ut cum omnia pene dixere, multa adhuc ſibi reſervaſſe videantur, dicta ſunt. Sed bene, ut cum omnia pene dixere, multa adhuc ſibi reſervaſſe videantur; *eſt magiſtri annotatio laudantis artificium Ciceronis, & aliorum oratorum, quæ in contextum irrepſit, & a poſterioribus editoribus merito eſt repudiata. Non conſpicitur in editione anni* 1489.

P. 142. Superioribus conſentire judiciis] *Dreſd. Franc. uterque, ed. an.* 1472: ſuperioribus conſiſtere judiciis. *Sed ed.* 1488, *cum ceteris omnibus*, conſentire.

An vero illa ſua per ſe ipſi judicia reſcinderent] *edd.* An vero illi ſua per ſe ipſi judicia reſcinderent? *ed. Lamb.* An vero illi ſua per ſe judicia reſcinderent. *ed. P. Manut.* An vero illa ſua per ſe judicia reſcinderent.

P. 143. Operta dedecore] *mſs. nonnulli*, cooperta dedecore. *Alius:* operata dedecore.

CAPUT XXIII.

P. 144. Nihil, nihil inquam aliud] *edd.* nihil inquam aliud. *al.* nihil unquam aliud.

P. 145. Aliqua ratione diffideret] *Dreſd. & nonnulli alii tam mſs. quam edd.* alia ratione diffideret.

Qui bis apud judices offendiſſet, quam eum] *Hæc verba in Dreſdenſi non leguntur.*

P. 146. Aut ab Avito, aut ab Oppianico eſſe corruptum] *Ultima verba*, eſſe corruptum, *non habentur in Francii ſecundo.*

Si doceo non ab Avito, vinco ab Oppianico] *In Dreſdenſi hæc non leguntur.*

Rationem nullam huic corrumpendi fuiſſe] *al.* rationem nullam huic corrumpendi judicii fuiſſe.

CAPUT XXIV.

P. 147. In eo loco] *Nonnulli mſs.* in meo loco. *Francii primus:* negate, negate, inquam. In eo loco qui tacetis.

Quid retiœris?] *Dreſd. & nonnulli alii:* quid taceris?

P. 148. Acrioribus ſaluti ſuæ remediis] *Franc. prim.* artioribus ſaluti remediis. *Franc. ſecund. & edit. prima:* aptioribus ſaluti ſuæ remediis.

CAPUT XXV.

P. 149. Fame dominante] *In mſ. S. Victoris additum erat, alias moriæ.*

P. 151. Seſtertium ſexcenta quadraginta] *Lamb. editio:* ſeſtertia ſexcenta quadraginta.

CAPUT XXVI.

Domi ſuæ miſerrimis in locis & inaniſſimis] *mſs. & edd.* domi ſuæ miſerrimus & inaniſſimus.

P. 152. Ad omnem malitiam & fraudem verſare mentem ſuam cœpit] *Sic tres mſs. & ed. Grut. ſed alii mſs. & edd.* ad omnem malitiam & fraudem verſare mentem ſuam, hæc ſecum cogitans, cœpit.

P. 153. Quo voles, inquit, ſequar] *Dreſd.* quo voles, inquit, ſequor.

P. 154. Speculæ deguſtarat] *mſs. Franc. Pall. & alii*, ſpe gulæ deguſtarat.

Quid tu, inquit, Pæte] *edd. vett.* Quid tu, inquit, facete. *Vict. & al. edd.* Quid tu, inquit, Pacete.

P. 155. Hic ille planus] *edd.* Hic ipſe planus. *al.* Hic ille Plancus.

CAPUT XXVII.

P. 156. Placuit repente pronunciare judices. dixerunt ſe id velle] *In Francii ſecundo & multis aliis mſs. nec non edit.* 1472 *ſcribitur:* Placuit repente pronuntiare. dixerunt. *Vulgati:* Hic placuit repente judices pronuntiare. Iudices ſe id velle dixerunt.

P. 158. Ipſe e publico judicio] *edd.* ipſi a publico judicio.

CAPUT XXVIII.

P. 159. Aliqua ſuſpicione adducti] *mſ.* aliqua ſuſpicione abducti.

P. 161. Hominem pudentiſſimum] *P. Manut. & al. edd.* hominem prudentiſſimum.

Prope in occulto ſtetiſſent] *mſ.* propter in occulto ſtetiſſent.

Ca-

CAPVT XXIX.

P. 163. Summam illi judicio invi-
um] *Dreſd. Francii uterque, quinque*
ll. editiones antiquiores omnes, ſummam
invidiam. *Duo Pall.* ſummam illam
idiam. *al.* ſummam illi Avito invi-
um.

P. 163. Quæ mutari nullo modo po-
t] *mſ.* quæ juvari nullo modo poteſt.

CAPVT XXX.

P. 166. Nobis odoranda eſt] *Sic Pall.*
tem. Dreſd. & alii. Vulgati: vobis o-
randa eſt.

Tenentur uno loco H-S DCXL.] *Pal.*
. Tenentur uno loco DCXL.

P. 167. Oppianicus quærebat] *Pal.*
m. Oppianicus requirebat. *Dreſd.*
anc. uterque, ed. prim. & Lamb. Op-
anicus quærebatur?

Patimini veritate patefacta] *edd.* patia-
ini veritate patefacta.

CAPVT XXXI.

P. 168. Proxime accedere] *Dreſd.* po-
accedere.

P. 169. Dedit conciliationis & gratiæ
bulam] *Pal. tert. & Lamb.* dedit con-
iationis gratiæ fabulam. *Franc. prim.*
dit conciliationis fabulam & gratiæ.

Quod hominem odiſſet] *edit. Victor.*
od hominem occidiſſet.

Ille cum re premeretur] *mſs. Franc. &*
it. vett. cum reprimeretur. *al.* cum re-
emeretur.

CAPVT XXXII.

P. 170. Quaſi de re obſcura diſputo]
reſd. uterque Franc. edd. antiquiſſima an-
1472, & 1488, *Aſcenſ. Cratandri*,
aſi de re obſcura diſputem. *Primus im-*
utavit Victorius.

P. 171. Sed etiam ad quam rem data
erit] *Dreſd. & Franc. uterque, editio*
ima, ſed etiam ad quam rem fuerit.
d editio anni 1488, ſed etiam ad quam
m data fuerat.

Si ut tu dicis gratiæ] *Dreſd. Francii*
erque, editio prima: ſi ut auditis gra-
æ. *ſed edit. anni* 1488, *ſtat pro vul-*
ta.

CAPVT XXXIII.

P. 172. Ad nullum aliud reip. munus
abduci] *Quidam editi:* ad nullum aliud
reip. munus adduci.

Ad quæſtionem ipſe abreptus eſt]
edd. nonnulla: ad quæſtionem ipſe ar-
reptus eſt.

P. 173. Putabo fuiſſe] *edd.* putaro
fuiſſe.

CAPVT XXXIV.

P. 174. Idem judicium non fuiſſe]
Septem Palatini, Dreſd. Francii uterque,
edit. anni 1472, *Aſcenſ. Cratand.* idem
judicium fuiſſe. *ed.* 1488: iidem judi-
cium fuiſſe defendere.

P. 175. Ac tum fuit] *al.* ac tunc fuit.

P. 176. C. Orchinium] *Duo mſs.* C. Or-
chivium.

P. 177. Homo modeſtus, pudens]
Francii primus, P. Victor. Lamb. Gruter.
aliaque edd. plurima, homo modeſtus,
prudens.

In Fauſto tamen illi judices ſtatuerunt]
Pal. ſex. S. Victor. Francii uterque, & e-
ditio prima: in Fauſto tamen ſtatuerunt.

CAPVT XXXV.

P. 178. Ac judiciorum remediis]
Pal. ſec. & ad oram S. Victoris: ac ju-
diciis.

P. 179. Non modus eſt habitus] *edd.*
Manut. Lamb. C. Steph. Grut. non mo-
dus eſt adhibitus.

CAPVT XXXVI.

P. 181. De H-S DC.] *al.* de H-S DC
millibus.

CAPVT XXXVII.

P. 184. Paucos dies ex ſubſortitione]
P. Victor. Manut. Lamb. aliaque edd. poſt
paucos dies.

P. 185. Neque vis, neque turba] *In*
P. Manut. non habetur, neque vis.

CAPVT XXXVIII.

P. 187. Ex nominibus ipſis] *mſ.* ex
hominibus ipſis.

P. 188. Non abſolvit] *P. Franc. prim.*
num abſolvitis.

Ca. He-

Cn. Hejus] *mſs. & edd. vett.* Cn. Heujus. *edd. rec.* Cn. Nævius.

P. Saturius] *mſs.*, P. Satarius. *P. quart.* P. Staturius. *Pal. prim. & S. Victor.* P. Satacius.

CAPUT XL.

P. 194. Si quis ignobili loco natus] *P. Victor. ed.* ſi quis nobili loco natus.

CAPUT XLI.

P. 196. Iam potuit aliquis] *mſ.* Iam potuerunt aliqui.

Quæſo quis nocens] *mſs. quidam & edd. prima*, quæro quis nocens.

Oppianicum gratis condemnavit] *Iam non eos ſec. Franc. & editio prima :* Oppianicum gratis condemnaſſe. Verum ſi innocens. *Vnde vides omnia verba interpoſita in aliis libris mſs. & edd. culpa librariorum in Francii ſecundo, & illo, unde prima editio concinnata eſt, intercidiſſe propter eadem verba quæ hic & illic occurrunt :* Oppianicum gratis condemnavit. Oppianicum gratis condemnaſſe.

Gratis condemnavit] *In uno mſ. non habetur* condemnavit.

Pag. 197. P. Septimio Scævolæ] *al.* P. Septimio Scævulæ.

CAPUT XLII.

P. 198. Animadverſionem atque auctoritatem cenſoriam] *vulgg.* animadverſio atque auctoritas cenſoria.

Qua de re antequam incipio, perpauca] *Dreſd. Franc. ſec. ed. prima :* qua de re initio perpauca. *edd.* qua de re antequam dicere incipio.

P. 199. Qui cenſores proxime] *Dreſd. Franc. ſec. ed. prima :* qui cenſores proxima.

Conſtitura neceſſitudo eſt] *mſs. quos Lambinus vidit*, conſtitura conſuetudo.

Tum vim animi libertatemque dicendi] *Dreſd. Franc. ſec. ed. prima :* tum vim tum libertatemque dicendi.

P. 200. Illud unum] *Pal. ſec.* illud vinium.

C. Getam] *Pal. prim.* C. Guttam. *tert.* Gretani. *ſept.* Gutam.

CAPUT XLIII.

P. 202. Cenſorias ſubſcriptiones eſſe deletas] *mſ.* cenſorias ſubſcriptiones eſſe ſublatas. *Dreſd.* cenſorias præſcriptiones eſſe deletas.

Contra leges pecunias accepiſſe] *Dreſd.* contra leges pecunias cepiſſe.

Deinde prætores urbani] *In Dreſd. non eſt* deinde.

CAPUT XLIV.

P. 204. Auctoritatem prætorum amplexator] *Pal. ſec. & Priſcianus :* auctoritatem prætorum amplexato.

P. 205. Pecuniam pro abortione dederit] *Dreſd. & nonnulli edd.* pecuniam pro potione dederit.

CAPUT XLV.

P. 206. M. Iunium] *al.* M. Iulium.

P. 207. Aut illud afferant, aliquid eſſe, quod de iis duobus habuerint compertum, de ceteris comperiſſe] *Sic & Francii ſecundus & editio anni* 1498, *niſi quod pro* iis *legant* his. *Sed P. Victor. P. Manut. Lamb. edd.* Nam ut illud afferant nihil eſt, quod de his duobus habuerint compertum, de ceteris comperiſſe. *In editione Cratandri in margine legitur :* haud illud afferant, &c. *& ultimis verbis*, de ceteris comperiſſe *appingunt ſtellulam corruptionis indicem.*

CAPUT XLVI.

P. 209. Sed carpas] *edd. nonnulla :* ſi carpes. *al.* ſed carpes ut velis?

CAPUT XLVII.

P. 210. Multitudini, illicitum eſt contra dicere] *P. Franc. liber ſecundus :* multitudini, illicitum eſt contra ire. *Editio anni* 1488, *Victor. C. Steph. Gruter.* multitudinem illicitum eſt contra dicere. *in Cratandri appoſita eſt his verbis ſtellula. Editio nupera Pariſienſis :* multitudini illi non licitum eſt contradicere. *Lambini ed.* multitudinem illam non licitum eſt contradicere.

CAPUT XLVIII.

P. 214. Ipſe ſua conſcientia] *Dreſd. & ed. Victor.* ipſe ſua ſcientia.

CAPUT XLIX.

P. 216. Homo ſapientiſſimus tulerit] *edd. vett. & nonnulli mſs.* homo ſapientiſſimus tulerit?

Lu-

Quas ſpoliationes] *mſ. Pith.* quas ſponſiones.

CAPVT IV.

P. 299. Iubet eoſdem decemviros] *Pith. mſ.* Iubet enim eoſdem.

Vt iidem poſſint] *Pith. mſ. ut & prim. Franc.* ut idem poſſint.

P. 301. Quis nam tam abſtruſus uſquam nummus] *Pall. duo, & Pith. mſſ.* & *non edit. anni* 1498 : quis nam tandem abſtruſus uſquam nummus.

P. 302. Audite, audite vos] *edd. vulgata, & prim. Franc.* Audite vos.

P. 305. Hujus vectigalia invadit] *mſ.* hujus vectigalia invadit.

CAPVT VI.

P. 312. Intellecturum exiſtimaviſtis] *Regg.* intellecturum exiſtimatis.

CAPVT VII.

P. 319. Ipſum Capuana corrupit] *Victor. Lamb. & alia edd.* ipſum Capuæ corrupit. *Pall. & Pith. mſſ. edd.* 1498, *Manut. & Gruter.* ipſum Capua corrupit.

Nata inibi eſſe ex Campanorum] *Franc. prim. & Pith. mſſ.* nata inibi eſſe hæc ex Campanorum.

P. 323. In veſtra libertate ac dignitate retinendum] *mſ.* in veſtra libertate ac dignitate retinenda. *al.* in veſtra libertate ac dignitate retinendam.

P. 325. His ego rebus] *Pith. mſ.* His ergo rebus.

CAPVT VIII.

P. 326. Etenim ut circumſpiciamus omnia] *edd. vett.* Etenim ut ita circumſpiciamus omnia.

P. 329. Pertimeſcam, credo, ne mihi non liceat] *mſſ. quidam*, pertimeſcam, credo, ne mihi liceat.

P. 330. Neque aliud negotium extiterit] *mſ. Pith. & Franc.* neque aliquid negotium extiterit.

Geram P. C.] *edd. & mſſ.* geram populi Romani. *Alii:* geram populo Romano.

Calci hæc ſubjiciuntur in codice Pithœi : M. TVLLII CICERONIS DE AGRARIA LEGE PRIMVS LIBER EXPLICIT CONTRA RVLLVM. INCIPIT SECVNDVS.

IN CICERONIS ORATIONEM DE LEGE AGRARIA II.

CAPVT II.

Pag. 344. MVltis poſt annis affeciſtis] *edd.* multis poſthabitis affeciſtis.

Vindicem tacitæ libertatis] *edd. antiquiores*, indicem tacitæ libertatis.

P. 347. Cui errato nulla venia] *edd. vett.* cum errato. *Pal. prim. & ſec.* cujus errato.

CAPVT III.

P. 348. Quod non eadem, qua ſuperioribus] *Pith.* quod non eadem mihi, quam ſuperioribus.

CAPVT IV.

P. 354. Cum videam hæc omnia, Quirites, pacem] *Pith.* cum videam hæc omniaq. pacem. *Scriptum fuit :* cum videam hæc omnia Q. pacem.

CAPVT V.

P. 359. Vt ullam largitionem] *Pith.* ut illam largitionem.

P. 360. Quibus in rebus] *edd.* quibus rebus.

Concio tandem expectata] *Lambin.* concio expectata.

CAPUT LXIV.

P. 255. Hortenſio, Metello Coss.] *edd. quadam*, Hortenſio & Metello Coss.
Aliud agentem] *edd. nonnulla*: aliquid agentem.

CAPUT LXV.

P. 258. In ſuſpicionem vocati] *edd. vett.* in ſuſpicione vocati.
Cum haberetur de furto quæſtio] *mſs. & edd. vett.* mementote, cum haberetur de furto quæſtio.
P. 261. Quæſtionis verbum fecit ullum] *edd. quadam*: quæſtionis verbum fecit nullum.

CAPUT LXVI.

P. 263. Quod Aurium Melinum] *Lamb. ed.* quod cum Aurium Melinum. quod Aurium.
P. 264. Dònis, muneribus, collocatione] *Grut. ut & edd. antiquiores*, donis muliebribus, collocatione.

CAPUT LXVII.

Affinitatum diſcidia] *ed. prim.* diffinicatum diſcidia. *Multi mſs.* infimum diſcidia. *al.* intimari diſcidia.

CAPUT LXVIII.

P. 266. Aquinatium & Venafrorum] *Editi quidam*: Aquinatium & Frabeternorum. *mſs. Pall. & edd. prima*: Aquinatium & Afraternorum. *Franc. prim.* Aquinatium & Veneſranorum.

CAPUT LXIX.

P. 270. Marrucini item pari dignitate: Teano Apulo, atque Luceria] *edd.* Marrucini item. pari dignitate Theano, Apulo, atque Luceria.
P. 271. Qui res pecuarias habent] *mſs. & editi*: qui res pecuniarias habent.

CAPUT LXX.

P. 272. Cn. Tudicii] *edd.* Cn. Tudici.
Par ſtudium in teſtimonio & laudatione] *edd. & mſs. plerique*, par ſtudium & teſtimonio & laudatione.

CAPUT LXXI.

P. 275. Cujus animum jam non expletum] *Pall. tres, Franc. ſec. & ed.* 1471: cujus animum jam expletum eſſe putemus. *Franc. prim.* cujus animum jam expletum eſſe non putemus.

IN CICERONIS ORATIONEM DE LEGE AGRARIA

CAPUT I.

Pag. 283. Regis Alexandri teſtamento] *edd.* Regis Alexandrini teſtamento.

CAPUT II.

P. 290. Ut fecerit iter apertius] *edd. & mſs. plerique*, quoad fecerit iter apertius. *Manut. & Lamb. edd.* quo adfectarint iter apertius.
P. 292. Agrum optimum] *Duo mſs. & P. Manut. ed.* agrum opimum.
P. 294. Ornatam vobis majores veſtri] *mſ. prim. Franc. & Pal. prim. ac edd. vett.* quibus ornatam nobis majores noſtri. *Pal. ſecund.* quibus ornatam vobis majores rempublicam.

CAPUT III.

P. 298. Id iis ipſum] *edd. Lamb. & alia*: iis id ipſum.

Quis

Quas ſpoliationes] *mſ. Pith.* quas ſponſiones.

CAPUT IV.

P. 299. Iubet eoſdem decemviros] *Pith. mſ.* Iubet enim eoſdem.

Vt iidem poſſint] *Pith. mſ. ut & prim. Franc.* ut idem poſſint.

P. 301. Quis nam tam abſtruſus uſquam nummus] *Pall. duo, & Pith. mſſ. nec non edit. anni* 1498 : quis nam tandem abſtruſus uſquam nummus.

P. 302. Audite, audite vos] *edd. vulgata, & prim. Franc.* Audite vos.

P. 305. Hujus vectigalia invadit] *mſ.* in hujus vectigalia invadit.

CAPUT VI.

P. 312. Intellecturum exiſtimaviſtis] *vulgg.* intellecturum exiſtimatis.

CAPUT VII.

P. 319. Ipſum Capuana corrupit] *P. Victor. Lamb. & alia edd.* ipſum Capuæ corrupit. *Pall. & Pith. mſſ. edd.* 1498, *P. Manut. & Gruter.* ipſum Capua corrupit.

Nata inibi eſſe ex Campanorum] *Franc. prim. & Pith. mſſ.* nata inibi eſſe hæc ex Campanorum.

P. 323. In veſtra libertate ac dignitate retinendum] *mſ.* in veſtra libertate ac dignitate retinenda. *al.* in veſtra libertate ac dignitate retinendam.

P. 325. His ego rebus] *Pith. mſ.* His ergo rebus.

CAPUT VIII.

P. 326. Etenim ut circumſpiciamus omnia] *edd. vett.* Etenim ut ita circumſpiciamus omnia.

P. 329. Pertimeſcam, credo, ne mihi non liceat] *mſſ. quidam*, pertimeſcam, credo, ne mihi liceat.

P. 330. Neque aliud negotium exiterit] *mſ. Pith. & Franc.* neque aliquid negotium exiterit.

Geram P. C.] *edd. & mſſ.* geram populi Romani. *Alii:* geram populo Romano.

Calci hæc ſubjiciuntur in codice Pithœi: M. TULLII CICERONIS DE AGRARIA LEGE PRIMUS LIBER EXPLICIT CONTRA RULLUM. INCIPIT SECUNDUS.

IN CICERONIS ORATIONEM DE LEGE AGRARIA II.

CAPUT II.

Pag. 344. MVltis poſt annis affeciſtis] *edd.* multis poſthabitis affeciſtis.

Vindicem tacitæ libertatis] *edd. antiquiores*, indicem tacitæ libertatis.

P. 347. Cui errato nulla venia] *edd. vett.* cum errato. *Pal. prim. & ſec.* cujus errato.

CAPUT III.

P. 348. Quod non eadem, qua ſuperioribus] *Pith.* quod non eadem mihi, quam ſuperioribus.

CAPUT IV.

P. 354. Cum videam hæc omnia, Quirites, pacem] *Pith.* cum videam hæc omniaq. pacem. *Scriptum fuit:* cum videam hæc omnia Q. pacem.

CAPUT V.

P. 359. Vt ullam largitionem] *Pith.* ut illam largitionem.

P. 360. Quibus in rebus] *edd.* quibus rebus.

Concio tandem expectata] *Lambin.* concio expectata.

CAPVT VI.

P. 364. Neque diſcidio, neque odio] *edd.* neque diſſidio, neque odio.

P. 365. Atque ego] *Editi nonnulli:* Atqui ego.

P. 367. Majorum veſtrorum] *Pal. prim.* majorum veſtrum. *Pal. ſec.* majorum noſtrum.

Vobiſque traditam] *Pal.* nobiſque traditam.

CAPVT VII.

P. 369. Fortuito ad uſurpandam] *Pith. & Franc. mſs.* fortuitu ad uſurpandam.

CAPVT VIII.

P. 374. Quid ſpectarit] *Pith. & Franc.* quid ſpectant.

Fides erga plebem Romanam, æquitas] *Pith.* fides erga plebem Romanamq. æquitas.

P. 375. Committi recte putant poſſe] *Pith.* committi recte putantur poſſe.

P. 376. Quod non ſe putent poſſe ſuo jure denegare] *Sic Franc. ſed Pith.* quod non putant poſſe ſuo jure ſe denegare. *edd.* quod non putent poſſe ſuo jure denegare.

Quos tandem igitur decemviros fieri vult] *edd.* quos tandem igitur decemviros creari vult.

P. 377. Sine ad alios poteſtatem] *Pith. & Franc.* ſine ad illos poteſtatem.

CAPVT IX.

P. 378. Quis majorem partem populi ſuffragiis privavit] *Pall. Erfurt. Francii mſs.* Quis majorem partem populi ſuffragiis prohibuit.

Probaturum arbitrarer] *Pall. ſec. & Pith.* probaturum arbitror.

Sine ulla exceptione tollentur] *Pith.* ſine ulla ſuſceptione tollentur. *Franc.* ſine ulla ſuſpicione tollentur.

P. 379. Invidiæ & in præſcriptione] *Pith.* in indice in præſcriptione. *edd.* invidiæ in præſcriptione.

P. 380. Æqua ſibi parte retinendis] *Franc. Pith. Pall. uterque, edd. vett.* æqua ei parte retinendis.

P. 381. In decemviris faciendis] *Franc.* in decemviris fiendis. Decemvir fieri poſſit, non excipitur. Cn. Pompejus excipitur, ne cum P. Rullo, taceo de ceteris, fieri decemvir poſſit. Præſentem eum] *edd. omnes cum Francii libro, multis exciſis legunt:* Decemvir fieri poſſit. Præſentem eum.

P. 382. Certus ordo eſt. Timebat enim Pompejus, ne ſi adeſſet, fieri non poſſet: aut ne, ſi accepta lex eſſet, illum ſibi collegam adſcriberetis] *Pal. ſec. & Pith.* certus ordo eſt. ſive accepta lex eſſet, illum ſibi collegam adſcriberetis. *In Pith. pro* ſive *ſcribitur* ſine.

CAPVT X.

P. 386. Ab eo Prætore qui ſit] *Pall. duo & Pith.* ab eo Prætore P. R. qui ſit. *In Francii expreſſæ ſunt notæ:* ab eo Prætore populi Romani qui ſit.

CAPVT XI.

P. 387. De ſingulis magiſtratibus] *edd.* de omnibus magiſtratibus.

P. 390. Tum iterum de iiſdem] *Pall.* cum iterum de iiſdem.

P. 392. Binis comitiis voluerint] *Pall. duo & Pith.* binis comitiis voluerunt. *Primus præterea,* hujus comitiis voluerunt.

P. 393. Iubet ferre de his legem Curiatam] *Pall. Franc. Pith. edd. prima:* Iubet ferre de his legem Centuriatam.

Vt aut luſiſſe in tantis rebus] *Pal. ſec.* ut illuſiſſe in tantis rebus.

P. 394. Si hoc fieri poteſt] *al.* Si hoc fieri poſſet.

P. 395. Quirites, iique ab his initiis] *Editio prima, Pal. prim. Pith. Franc.* Quirites, itaque ab his initiis. *Pal. ſec.* reges conſtituuntur, quia itaque ab his initiis.

CAPVT XII.

P. 396. Conſuli, ſi legem Curiatam] *Pith.* Conſuli, legem Curiatam.

P. 398. Iubet auſpicii coloniarum] *Pall. Franc. ed. anni* 1498: Iubet auſpicia coloniarum.

CAPVT XIII.

P. 402. Inſignia videtis poteſtatis] *Editi multi:* inſignia veteris poteſtatis.

P. 404. Regnorum vel dandorum] *Editiones quædam:* agrorum vel dandorum.

CA-

CAPVT XIV.

407. In urbe partim periculi]
ſt. ed. in urbe paſſim periculi.
408. Adjungetur illa via] *Sic Pith.*
l. adjungetur etiam illa via.
Herculanea] *Pall. Pith. & edd. vett.*
erculentea. *Sed Francii eſt pro vul-*

.09. Sed illud magis eſt creden-
| *Franc.* Sed illud magis eſt caven-

CAPVT XV.

411. Primum hoc, quæro enim]
i. etiam Pith. & Franc. ſed edd. Pri-
enim hoc quæro.
412. Cui liceat eidem judicare ?]
& edd. nonnulla : cui liceat idem
ure ? *Franc.* quid eſt, quod liceat
:, cui non liceat idem judicare ?
413. Ad ejus rei diſceptationem
t ? *Pith. & Franc.* ad ejus rei diſpu-
iem deerit ?
:ondemnare Aſiam volet] *mſſ. duo,*
demnare Aſiam nolet.
iid, quod diſputari contra nullo
poteſt ? quoniam ſtatutum a vobis
indicatum, quam hereditatem jam
nus. Regnum Bithyniæ, quod
publicum eſt, populi Romani fa-
.] *Gruter. & alia edd.* Quid (quod
tari contra nullo pacto poteſt, quo-
ſtatutum a vobis eſt & judicatum)
ı hereditatem jam crevimus. re-
ı Bithyniæ, quod certe publicum
populi Romani factum.
414. Agros, urbes, ſtativa, por-
Pith. agros, urbes, ſtagna, portus.

CAPVT XVI.

415. Nullo modo ad ſtatuendum]
ecundus : nullo ad ſtatuendum.

CAPVT XVII.

419. Vt cum decreto] *Pith.* ut tum
:to.
420. Circumſpicite veſtris menti-
inaque] *Pal. ſec.* perſpicite veſtris
:ibus atque.
421. Cum illa delecta finitorum
ıtute] *mſſ. aliquot :* cum illa finito-
juventute. *al.* cum illa dilecta fini-
n juventute.

P. 422. Labori & negotio] *Multa edd.* vel labori & negotio.

P. 423. Mitti ad ſocios liberandos] *edd. nonnulla :* vel mitti ad ſocios liberandos.

CAPVT XVIII.

Cum ſeſe ſociorum] *Pith.* cum ſociorum.

P. 424. Incidant nervos populo Romano] *edd.* incidant nervos populi Romani.

Ne permittit quidem] *edd.* non permittat quidem.

Futuram puto. Auctio. Vt in ſuis rebus] *mſſ. Pith. Francii aliique, ut & Victor. & edd. vett.* futurum puto : ut in ſuis rebus.

P. 426. AVCTIONIS PARS EA, QVAE AD SICILIAM PERTINET] *Hæc verba non leguntur, nec in Pith. nec in Franc. mſſ.*

Nihil eſt in hac provincia] *edd. multa:* Nihil eſt in provincia.

Majores noſtri proprium nobis] *Franc. & al. liber :* majores veſtri proprium vobis.

P. 427. Et mihi] *mſ.* ac mihi.

CAPVT XIX.

P. 428. Quæ Attalenſium, quæ Phaſelitum, quæ Olympenorum] *Franc.* quæ Attelenſium, quæ Phaſilietum, quæ Olympinorum. *Lamb. ed.* quæ Attaleenſium, &c.

Et Geduſanum] *Franc.* & Geduſarium.

P. 431. Mœotide & illis paludibus] *mſ.* Moeoti & illis paludibus. *Franc.* Meote & illis paludibus. *Pith.* Mœotie & illis paludibus.

CAPVT XX.

P. 434. Verum etiam locata ſit] *mſ. & Pith. & Franc. lib.* verum locata ſit.

CAPVT XXI.

P. 436. Hoc ex loco] *Franc. Pith. Turneb. Laured. & alii mſſ.* hoc aut illo ex loco. *edd. prima :* hæc aut illo ex loco.

A vobis alienari] *Franc. & Turneb. mſſ.* a vobis abalienari.

P. 438. Sæpe vehementer gaudeo] *mſ. Turnebi :* vehementer gaudeo.

P. 439. Se moveri poſſeſſionibus] *Pith.* ſermoveri poſſeſſionibus. *Lambin. & alia edd.* ſed moveri poſſeſſionibus.

Amiciſſimis ſedibus] *Pith.* amircıſſimis ſedibus.

P. 440. Sine ullo delectu] *v. c.* ſine ullo dilectu.

Decemviris addicentur] *mſ. Turneb. & Franc.* decemviris adjicientur.

CAPVT XXII.

Quæ teget eos agros] *v. c. & P. Manut. ed.* quæ tegit eos agros.

P. 443. In monumento conſumtum] *v. c. Turneb. & Francii:* in monumentum conſumtum.

P. 444. Horum erit nullum judicium] *Lamb. ed.* horum erit illud judicium.

CAPVT XXIII.

P. 448. Decemviris tanta, quanta ſit] *mſs. Turneb. & Franc.* decemviris, quanta ſit.

CAPVT XXV.

P. 453. Privatos eſſe deductos] *Lamb. & Grut. edd.* privatos eſſe diductos.

P. 455. Alliſanus] *edd.* Aliſanus.

P. 456. Vtrum in Maſſici radices, an in Italiam] *ed. Lamb.* utrum in Maſſici radices, an in Apuliam.

P. 457. Age vero non definis locum. Quid? naturam agri? Vero, inquit, qui arari aut coli poſſit. Qui poſſit arari, inquit, aut coli, non qui aratus] *ed. Vict. C. Steph.* Age vero definis locum. quid nam agri vero, inquit, qui arari, aut coli poſſit? qui poſſit arari, inquit, aut coli, non qui aratus. *P. Manut. ed.* Age vero definis locum: quid nam agri? Vero, inquit, qui arari aut coli poſſit. Qui poſſit arari, inquit, aut coli, non qui aratus aut cultus ſit. *Grut. ed.* Age vero definis locum. Quid naturam agri? Vero, inquit, qui arari aut coli poſſit. Inquit, qui arari aut coli poſſit. Qui poſſit arari, inquit, aut coli: non qui aratus aut cultus ſit. *Pith. mſ.* Age vero definis locum. Quid natam vero, inquit, qui arari aut coli poſſit? Qui poſſit arari, inquit, aut coli, non qui aratus aut cultus ſit. *P. Franc. mſs.* Age non definis locum? quid nam? Agri vero, inquit, qui arari aut coli poſſit. qui poſſit arari, inquit, aut coli, non qui aratus aut cultus ſit. *Pal. ſecundus:* Age: non definis locum. quid naturam agri? Vero, inquit, &c.

P. 459. Inietur ratio] *P. Manut. & Grut. edd.* inibitur ratio. *Pith.* inhibetur ratio. *Lamb. ed.* invenietur ratio.

CAPVT XXVI.

P. 460. Optima conditione, & pecunia maxima] *Notavit hic P. Pith. in ima pagina duo aut tria vocabula eraſa eſſe, videri que aliquid deeſſe.*

P. 462. Et vos non dubitatis, quia vectigalia] *Pal. ſec.* Et vos dubitatis, qui vectigalia.

CAPVT XXVII.

Pag. 466. Salpinorum peſtilentia] *P. Manut. ed.* Salapinorum peſtilentia.

P. 467. Ante omnia veneunt] *Franc. & alii mſs.* ante omnia venierunt.

Quid pecunia fiet?] *Franc. & alii mſs. nec non edit.* 1498: quid pecuniæ fiet?

Referre in ærarium] *mſs. & edd. præter P. Manutii, Lambini, & Gruteri,* Et referre in ærarium.

P. 470. In capite atque cervicibus veſtris collocare?] *edd. & mſs.* in capite atque cervicibus noſtris poſſint collocare?

Quo colonias, in quæ loca] *Lamb. P. Manut. Grut. edd. ex veteris emendat: mſs. & edd. aliis:* quot colonias, in quæ loca.

In iſtam decemviralem ditionem] *mſ.* in illam decemviralem ditionem.

CAPVT XXVIII.

P. 471. Atque occupare cogitent] *Pith.* atque occupare cogirent.

P. 472. Atqui quid ad hæc poſſumus dicere] *Franc. & alii mſs.* Atque quid ad hæc poſſumus dicere.

P. 473. Si quem rei dignitas commovet] *mſ. & Franc.* ſi quem rei indignitas commovet.

Quingenos ſibi ſinguli ſument] *[illegible]* [illegible] quingenos ſibi ſinguli ſument. *P. Victor. & alia edd.* quingenos ſibi ſinguli ſument. *P. Manut. Lamb. . . . ed. & Grut.*

& Grut. edd. quingenos ſibi ſinguli ſument.

P. 475. Veſtro nomine contra vos] *Quidam mſs.* veſtro nomine contra nos.

P. 476. Coëment præterea, iſta dena jugera] *Pith. Franc. & alii mſs. nec non edd. vett. & Victor.* coëmant præterea, iſta dena jugera. *Alii ſic diſtinguunt:* coëmant, præterea iſta dena jugera.

CAPVT XXIX.

P. 478. A Romilia tribu] *mſ.* a Romulia tribu.

P. 479. A Suburana uſque ad Arnienſem] *mſ.* ab uſura nam uſque ad Narnienſem. *al. & edd.* ab Otriculana uſque ad Narnienſem. *Franc.* ab uſura nam uſque ad Arinenſem.

P. 482. Quid Syriæ rura] *mſ. Turneb.* quid Syriæ thura. *Franc.* quid Syriæ tura.

Aut hoſtium injecta?] *mſ. Turneb. & Franc.* aut hoſtium? *Omiſſa voce* injecta.

P. 483. Vt domi ſit] *Pith. Franc. ed. anni* 1498: ut cum domi ſit.

Nec cœlo ac loco calamitoſum] *mſ.* nec cœlo nec loco calamitoſum.

Quod a Campanis ceperant] *mſs. & edd. vetuſtiores:* quod Campanis ceperant. *Lamb. ed.* quod de Campanis ceperant. *reliqua ſtant pro vulgata.*

P. 484. Demoveret] *edd.* dimoveret.

CAPVT XXX.

Quem per iter faciunt] *Franc. mſ. & ed.* 1498: quem pariter faciunt. *edd.* quem pariter iter qui faciunt. *ed. Victor.* quem pariter qui faciunt iter.

P. 485. Neque erit, neque veſter eſſe dicetur] *Pith.* neque veſter eſſe dicetur. *Pall. & Franc.* nec veſtrum eſſe dicetur, *ſine illis* neque erit.

Simul ac decemviri concrepuerint] *mſ. Turneb. & Francus:* ſimul ac decemviri increpuerint.

A majoribus noſtris] *edd.* a majoribus veſtris.

P. 486. Qui princeps ſenatus] *Sic Pall. & Franc. Vulgati omittunt* qui.

Vt & privatos agros] *al.* ut etiam privatos agros.

P. 487. Privatum hæc cauſſa commovit] *mſ.* privatorum hæc cauſſa commovit.

Atqui idem populus Romanus] *Pith.* At fidem P. R. *Franc. & vulg.* At quidem populus Romanus.

Belli facultatibus affliguntur] *Pith. & Pall.* belli difficultatibus affliguntur.

P. 488. Belli facultates ſuſtentantur] *Pith. & Pall.* belli difficultates ſuſtentantur.

CAPVT XXXI.

A plebe, & a plebe optima & modeſtiſſima] *Sic mſs. & ed. P. Manut. al.* a plebe optima & moderatiſſima.

CAPVT XXXII.

P. 493. Capua a decemviris inferetur] *v. c.* Capuæ a decemviris inferetur. *P. Manut. & Lamb. edd.* Capuam a decemviris inferetur.

Nullam omnino remp.] *edd.* nullam remp.

Pag. 495. Diſcrimine ſepararentur] *Franc. & al. mſ.* diſcrimine ſeparentur.

P. 496. Comportandis condendiſque fructibus] *mſs. & edd.* comparandis condendiſque fructibus.

CAPVT XXXIII.

Bruti aut P. Rulli] *P. Manut. & Grut. edd.* M. Bruti aut P. Rulli.

P. 502. Nervis urbis omnibus exſectis] *mſs. Turneb. & Franc. & Pith.* nervis urbis omnibus ejectis.

CAPVT XXXIV.

P. 503. Et Leocreanti] *mſs. Turneb. Pith. & Franc.* & Locreanti.

Partem deductionis] *Pith. & Franc.* partem deditionis.

Impiorum pœnas] *Turneb. & Franc. mſs.* imperiorum pœnas.

P. 504. Cum bacillis] *mſ. Erſurtenſis*, cum baculis.

Vt hic Prætoribus anteeunt] *Pal. ſecundus & Erfurt.* Vt hic Prætoribus urbanis anteeunt. *Franc.* ut his Prætoribus anteeunt.

P. 505. Cum faſcibus duobus] *Pith. & al. mſs.* cum facibus duabus. *Franc.* cum faſcibus duabus.

P. 506. Vegrandi macie] *Plerique mſs. & edd.* ut grandi macie.

P. 507. Contemtum atque abjectum] *Pith. & Franc.* contemtum abjectum.

Campano ſupercilio] *edd. vett. omnes, & quidem mſs.* Campano præſidio.

Magios, Bloſſios] *In aliquot mſs. non habetur* Magios.

Pag. 508. Ac Iubellios] *Pith.* ac Iubellos.

Quid enunciaſſet] *Pith. Pall. edd. vett.* quod enunciaſſet.

P. 509. Iam non hoſpites] *Pith.* tam non hoſpites.

Advenæ nominabamur] *Pith.* advenæ nominabantur.

CAPUT XXXV.

Qui proſpexerint] *mſ.* qui perſpexerunt.

Majores noſtros] *mſ.* majores veſtros.

P. 511. Ligures montani duri] *Pith.* Ligures duri.

Illa nata ſunt] *mſs. & edd. vett.* illa apta ſunt. *ed. prima:* illa aperta ſunt. *Pal. ſec.* illa capta ſunt.

P. 512. Alterum Capua conſulem poſtulavit] *Pith.* alterum Capua conſulere poſtularunt.

Cum numerum colonorum] *mſs.* cum modo colonorum. *al.* cum mo colonorum. *P. Manut. & Lamb. edd. ex conjectura Lauredani:* cum I ɔ ɔ colonorum.

P. 513. Non optimis viis] *Franc.* non optimis ſuis.

P. 514. Cum ſuis optimis atque uberibus campis] *Lamb. ed. ex conjectura Lauredani:* cum ſuis opimis atque uberibus campis. *Palat.* cum ſuis optumis atque uberibus campis.

P. 515. Labicos] *Pith.* Vicos.

Lanuvium] *mſs.* Lavinium.

CAPUT XXXVI.

P. 517. Cum iſtis tuis actoribus] *mſs. quidam,* cum iſtis tuis auctionibus. *Lamb. & Grut. edd.* cum iſtis tuis auctoribus.

P. 518. Ut vetera vectigalia venderetis, & expleretis nova. *Pall.* ut vetera vectigalia ea expleretis novo. *Franc.* ut vetera vectigalia ea exploretis novo. *poſt* novo *eſt in illo libro, ut in Palatino primo lacuna unius verſus.*

P. 519. Tamen omnes vobis pecunias] *mſ. Franc. & Turneb.* tum omnes vobis pecunias.

Et a vobiſmetipſis] *Plerique mſs. & edd.* a vobiſmetipſis.

P. 520. Improbiſſimos cives victor extitit, proſcribere] *Pith.* improbiſſimos cujus victoriam proſcribere. *Franc.* improbiſſimos civis victorem atque bonum conſpectu. *Sic & omnes editiones antiquiores, Mediolanenſis* 1498, *Aſcenſii, Cratandri, P. Victor. Lambini, Hervagian.* improbiſſimos cives victor eſt, proſcribere. *P. Manut. ed. ex conjectura Lauredani recepit,* victor evaſit.

Nihil vi ac manu] *edd. antiqua:* nihil elata manu. *Franc. Pith. Pall.* nihil relata manu. *Pal. ſec.* nihil vel leta manu. *al. mſs.* nihil vel lecta manu.

CAPUT XXXVII.

P. 524. Quanquam ego ſum is, qui eam poſſim ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere] *Sic P. Victor. ed. ſed mſ.* quam ego ſpero ab iſtorum ſcelere, inſidiiſque defendere. *al.* quam ego ab iſtorum ſcelere ſummiſque inſidiis defendere. *Egnat.* quanquam ego ſum is ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere. *Franc. mſ.* quam ego ſum is ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere. *edit. Mediol.* quam ego ſum is qui ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere. *P. Manut.* quam ego ſum is, qui poſſim ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere.

P. 525. Qui tribunum plebis perhorreſcam] *Sic Franc. & Turneb. mſs. ſed edd. & al. mſs.* qui tribunos plebis perhorreſcam.

Ego nondum veſtris armis armatus] *mſ. Franc. & Turneb.* Ego enim veſtris armis armatus. *Pal. prim. & Pith. & edd. vett.* Ego cum veſtris armis armatus. *Pal. ſec.* Ego tum veſtris armis.

P. 526. Non horrui in hunc locum] *Franc. & Turneb. mſs.* non horreo in hunc locum.

In hunc locum progredi] *mſs.* in hunc locum progredi poſſe.

P. 527. Quam id quod ego vobis] *edd. vett.* quam id ego.

Quibus otioſi negotium faceſſimus] *edd. & mſs.* quibus otioſi negotium feciſſemus. *al. mſs. & edd. vetuſtiores:* quibus otioſi otium feciſſemus.

Otioſiſſimos reddam] *Pal. ſec. & Pith.* atque otioſos reddam. *ed. antiqua:* atque otioſiſſimos reddam.

P. 528.

P. 528. Honos in judiciis & æquitate magiſtratus & res familiaris] *Pall. Franc.* hos in judiciis & æquitate magnos timores familiares. *Pith. eodem modo : niſi quod pro* timores *legat* honores. *P. Victor. ed.* honos in judiciis & æquitate, magiſtratus & res familiaris in pace.

Res familiares in pace] *edd. P. Manut. & Lamb.* res familiaris in pace.

P. 529. Omni ratione otium tenere] *mſ.* omni ratione otium retinere.

Nam ſi ii, qui propter] *Pal. prim.* Nam etſi ei. *edd. vett.* Nam etſi hi. *Pall. ſec.* Tamen ſi hi. *Pith.* Tametſi hi. *Franc.* Nam etſi ei.

Eſſe meliorem non ignoratis] *mſ. Franc.* eſſe non ignoramini. *Pith.* non ignoravi eſſe. *Pal. ſec. & ed. prim.* eſſe non ignoravi,

Non ut quæſitum, ſed vita partum otium tenueritis] *mſ. Franc. & Turneb.* An̄ quæſitum, ſed vita partum otium tenueritis. *Pal. prim.* an quæſitum, ſed, &c. *Pal. ſecund. & ed. prima :* non quæſitum, ſed, &c.

Quod & ego & concordia] *ed. prima & nonnulli mſs. ac Lambin.* Quod & ego ex concordia.

P. 530. Quos in conſulatu] *mſs. Pith. & Franc. Pal. prim.* quos vos in conſulatu.

Inimicos eſſe & animis & corporis actibus] *Pal. prim. & Pith.* inimico eſſe corporis jactibus. *Franc.* inimicos eſſe & corporis jactibus. *In Pithœano tamen* actibus *legitur.*

Omnibus proſpexi ſane & revocavi] *Pith.* omnibus proſpexi ſane revocavi.

P. 531. Reliquis temporibus reipublicæ præbeatis] *mſs.* reliquis temporibus populo Romano præbeatis. *Mediolanenſis & P. Victor. edd.* reliquis temporibus populi Romani præbeatis.

Pro certo polliceor hoc vobis] *Pith. Pall. Erſurt.* pro certo reperto polliceor hoc vobis.

IN

CICERONIS ORATIONEM

DE

LEGE AGRARIA III.

CAPUT I.

Pag. 532. APud vos de me deferunt] *edd. nonnulla :* apud vos de me detulerunt.

P. 536. Confirmari atque ſanciri] *Pal. ſec. & Cujac.* confirmari atque ſanari.

P. 537. Quirites, quin illa criminatione] *Pith.* Quirites, illa criminatione.

CAPUT II.

P. 540. Eripitur cum datur] *Quidam mſs.* eripitur cui datur. *Pith.* eripitur civi datur.

Habet in illis legibus ſpem] *mſs. & edd. vett.* inhibet iliis legibus ſpem.

P. 541. Quem veſtrum] *mſs. & edd. quædam,* quem noſtrum.

Quæ poſt Marium & Carbonem] *Pith.* Qui poſt Marium & Carbonem.

P. 542. Sullana reſcindit] *Pith.* Sullanus reſcindit.

P. 544. Aliquam ſpem diuturnitatis] *al.* aliquam ſpeciem diuturnitatis.

Tam imprudens] *vulgg.* tam impudens.

Ut privatum ?] *al.* & ut privatum. *Pith.* ut privatim.

P. 545. Obligata omnia] *Franc. & Turneb. mſs.* oblignata omnia.

Aqua Crabra] *Quidam mſs. & edd.* aqua crebra.

CAPUT III.

P. 548. Quo qui optimo jure privatum] *edd.* quo optimo jure privatum.

mſt. Pall. Cujac. Pith. & edd. vett. quod optimo jure privatum.

P. 550. Ad Sullanæ aſſignationes] *Pall. Cujac. Franc. & edd. vett.* tum ad Sullanæ aſſignationes. *Pith.* tunc ad Sullanæ aſſignationes.

De generi impudentia] *edd. vett. & mſt.* degenere impudentia.

CAPUT IV.

Pag. 552. Oculis confirmando] *edd. vett.* oculos continuando. *Franc.* oculis continuando. *Sed Pith. cum Pall. & Cujac.* oculis confirmando.

Vnam fundi regionem] *Pith.* unam eundi regionem.

P. 553. Me conſule demoveri] *edd. & mſt. plerique:* me conſule dimoveri.

Hoc enim vos in errore verſari] *mſt. Pall. Cujac. Franc. Pith. Grut. ed.* Hoc enim vos errore verſari.

P. 554. Et quoniam me] *Pith.* quoniam me.

IN CICERONIS ORATIONEM PRO C. RABIRIO.

CAPUT I.

Pag. 558. Tum dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum meæ vitæ perpetua conſuetudo] *mſ. Franc.* cum dignitas hominis, cum ratio humanitatis, cum meæ vitæ perpetua conſuetudo.

Non invidia vitæque turpitudo, non denique] *mſ. Franc.* non invidia vitæ, non denique.

CAPUT II.

P. 562. Quorum poteſtas proxime] *mſ. Franc.* quorum poteſtas maxime.

P. 563. Satis erit mihi hoc temporis] *edd. & mſs.* ſatis erit hoc mihi temporis.

Verum ad conquerendum parum] *mſ. Franc.* ad conquirendum verum parum.

De locis religioſis, ac de lucis] *Quidam mſs. & edd.* de locis religioſis ac delubris.

P. 564. Nihil eſt unquam abs te dictum] *mſ. Franc.* nihil eſſet unquam abs te dictum.

A C. Macro objectum eſſe] *mſ. Franc.* a C. Macro objectum eſſet.

Æqui & jurati] *mſ. Franc.* æque ac jurati.

CAPUT III.

Oratio eſt exprimenda] *edd. nonnullæ:* oratio eſt expromenda.

P. 566. Campaniæ vicinitatis] *edd. nonnulla:* Campanæ vicinitatis.

P. 567. Vt ne plura de pudicitia dicerem] *mſ. Franc.* ut plura de pudicitia ne dicerem.

CAPUT V.

P. 572. Et ſimilis viri] *mſ. Franc.* ſimilis viri *ſine copula.*

Patruus veſter] *mſ. Franc.* patruus veſtri.

Ac Tiberius Gracchus reliquerat] *Franc. lib. ed. Victor. cum vetuſtioribus,* & Tiberius Gracchus.

Quantum intervallum inter te atque illum interjectum putas] *Franc. liber:* quantum intervallum inter te atque illum interjectum eſſe putas.

P. 573. Et verborum acerbitates] *Pal. prim. & edd. vett.* & verberum acerbitates.

P. 575. Vna vindicta liberabit] *E. V.* una vindicta liberavit.

Capvt VII.

78. Majeſtaſque conſervaretur] iber: majeſtaſque ſervaretur.
ores præter Glauciam] Prætores ancii, *nec in ullo alio mſ. habetur.*
o. Laudare conſueviſtis] *Non eſt* ii *libro.*
1. Perditus morbo] *mſs. & edd.* itus morbo.
& L. Domitius] *mſs. & edd.* . Domitius.

Capvt IX.

5. Aut deſideria imperitorum ordia commoveret] *Hæc non ha-* *Francii mſ.*

Quam habes] *Franc. mſ.* quam tu habes.

Capvt X.

P. 587. Ad hanc labem ignominiamque] *edit. Grut.* ad hanc legem ignominiamque *credo typographorum eſſe mendam.*
P. 588. Qui vocavit] *mſ. Franc.* qui necavit.
Conſuetudiniſque noſtræ] *mſ. Franc.* conſuetudiniſque noſtræ civitatis.
Pag. 589. Quapropter equidem & C. Marii] *In Francii libro non habetur* equidem.

Capvt XI.

P. 591. Quibus aqua ſuppeditabatur Iovis] *mſ. Franc.* quibus aqua ſuppeditabatur idibus Martiis Iovis.

IN
CERONIS ORATIONEM
IN
L. CATILINAM I.

Capvt I.

). QVamdiu etiam furor iſte tuus nos eludet?] *edd.* u nos etiam furor iſte tuus elu- *aliis omittitur* etiam. *Alii aliter verba. vid. not. Grut.*
ffrenata] *mſ.* effrenata ſeſe.
ne te nocturnum] *mſ.* nihil po- ı.
2. Horum omnium conſcientia] , *Colon. Franc. mſs. vulg.* omnium onſcientia. *al. mſ.* omnium ho- ntia.
iore nocte] *mſ.* ſuperiori nocte.
3. Ignorare arbitraris] *mſ.* igno- itrare.
us hæc intelligit] *edd.* Senatus lligit.
4. Imo vero etiam in ſenatum] imo vero in ſenatum venit. *Pal. al. mſ.* imo etiam in ſenatum ve- *. non.* imo vero & in ſenatum.

Ad mortem te Catilina] *mſ.* Ad mortem te o Catilina.
P. 605. Vir ampliſſimus, P. Scipio] *mſ. Vrſin.* vir ampliſſimus, præfectus, P. Scipio.
Pontifex maximus] *mſ. prim. Grav.* pontificem maximum P. M.
P. 606. Cæde atque incendiis vaſtare] *mſ. Franc.* cæde atque inſidiis vaſtare.
Conſules perferemus?] *Pal. ſex.* conſules perferre?
Q. Servilius Ahala] *Quidam mſs. & editi:* Q. Servilius Hala.
Manu ſua occidit] *mſ.* manu ſua interfecit.
Habemus enim S C.] *Pal. ſec.* habemus vero S C. *Pith.* habemus S C.
In te Catilina] *In Pith. deſideratur* in te.
Neque auctoritas hujus ordinis] *Manu ſecundus*, non quidem auctoritas hujus ordinis. *Franc.* non auctoritas hujus ordinis.

CAPUT II.

Decrevit quondam ſenatus, ut L. Opimius conſul] *Duisburgenſis codex:* Decrevit quondam ſenatus noxios cives interfici, ut L. Opimius Conſul.

Seditionum ſuſpiciones] *Franc. mſ.* ſuſpiciones ſeditionum.

P. 607. C. Gracchus] *Grav. prim. & ſec.* G. Gracchus.

Clariſſimo patre, avo, majoribus] *edd.* clariſſimo patre, avis, majoribus. *Duisburg.* clariſſimo patre natus a majoribus.

C. Mario] *Grav. ſec.* G. Mario.

Eſt permiſſa reſpub.] *Sic Franc. mſ. & duo Grav. vulg.* permiſſa eſt reſpub.

L. Saturninum tribunum pl. & C. Servilium prætorem, mors ac reipub. pœna remorata eſt?] *edd. vett.* L. Saturninum tribunum pl. & C. Servilium prætorem, mors a reipub. pœna remorata eſt? *mſ. Franc.* L. Saturnino tribuno pl. & C. Servilio prætoribus, mors ac pœna reipub. remorata eſt?

P. 608. Ac reip. pœna] *Franc.* ac pœna reip.

Hujuſmodi ſenatuſconſultum] *mſs.* hujuſcemodi ſenatuſconſultum. *al.* ejusmodi ſenatuſconſultum.

Tanquam in vagina conditum] *edd. vett.* tanquam in vagina gladium reconditum. *Græv. prim.* tanquam in vagina recondita.

Quo ex ſenatuſconſulto] *Græv. prim.* quo ex ſenatus conſilio.

P. 609. Interfectum te eſſe] *Meus ſec. & Duisb.* te interfectum eſſe. *Franc.* interfectum eſſe te.

Periculis me non diſſolutum] *Plerique edd.* periculis non diſſolutum.

P. 610. Contra rempubl. in Etruria] *Græv. ſec.* contra P. R. in Etruria.

Hoſtium numerus] *Grav. ſec.* numerus hoſtium.

Imperatorem caſtrorum] *Græv. prim. & ſec.* caſtrorum imperatorem.

Atque in ſenatu videtis] *Multi mſs. & edd.* atque in ſenatu videmus.

Quotidie perniciem reip.] *mſs.* cottidie perniciem reipubl. *al.* cotidie perniciem.

Si te jam, Catilina, comprehendi] *Franc.* Si te, Catilina, jam comprehendi. *Duisburg.* Si te, Catilina, comprehendi.

Ne non hoc] *mſs. quidam*, ne hoc.

Hoc potius omnes boni] *Franc.* potius hoc omnes boni.

Verum ego hoc] *al.* Verumtamen ego hoc.

Certa de cauſſa nondum adducor] *Franc.* crede de cauſſa nondum adducor.

Tum denique interficiam te] *Grav. prim.* tum denique interficere. *ſecund.* tum denique interficiere. *Duisb.* tunc denique interficiam te.

P. 611. Tam perditus, tam tui ſimilis] *Pith.* tam perditus tui ſimilis.

Id non jure factum eſſe videatur. Quamdiu] *Franc. liber:* qui id non jure factum eſſe fateatur, ſi te non interfici juſſero.

Vives ita, ut nunc vivis] *Meus primus:* & vivis ita, ut vivis. *Duisb.* vives ita, ut vivas.

Firmis præſidiis obſeſſus] *Meus prim. Franc. Duisb. duo Lambin.* firmis præſidiis oppreſſus.

CAPUT III.

Voces conjurationis tuæ] *edd. & mſs.* vocem conjurationis tuæ.

Si illuſtrantur] *Non.* ſi luſtrantur.

Quæ etiam mecum] *mſ.* quæ jam mecum.

Mecum licet recognoſcas] *Franc.* licet mecum recognoſcas.

Ante diem XII Kalendas] *Franc.* ante diem VII Kalendas. *Duisburg.* ante diem XII Kalendarum Novembrium, *& ſic ſemper in ſequentibus.*

P. 612. In ante diem VI Kal. Novembris] *Franc.* in ante diem VIII Kalend. Novembrium. *Meus primus & ſecundus,* in ante VIII Kal. Novembris.

P. 613. Atque adminiſtrum] *Franc.* atque miniſtrum.

Num me fefellit] *Grav. prim.* non me fefellit.

Cædem te optimatum] *Vterque Gravii:* cædem te optimatium. *Duisb.* cædem optimatium contuliſſe te.

Ante diem V Kal.] *Franc.* ante diem VI Kal.

Roma non tam ſui] *Grav. ſec.* Romæ non tam ſui.

Reprimendorum cauſſâ profugerunt]
ev. ſecund. reprimendorum cauſſa
ofugerent.

Te illo ipſo die meis] *Franc.* illo ipſo
: te meis.

Cæde contentum te eſſe] *Grav. ſecun-*
:s cæde te contentum eſſe.

Quid? cum tu te Præneſte] *edd.* Quid?
n te Præneſte.

Illam coloniam meo juſſu] *Grav. ſe-*
dus centonem hic inſarſit, in quo ſcribi-
: illam coloniam, ſcilicet Præneſte
eo juſſu. *Ex margine irrepſit.*

Non modo audiam, ſed etiam vi-
um] *ed. Gruter. cum codice quodam mſ.*
a modo non audiam, ſed etiam non
leam.

Non videam, planeque ſentiam] *Grav.*
n. non videam, ſentiamque plane.

CAPUT IV.

P. 614. Recognoſce mecum tandem
ctem illam ſuperiorem] *Sic mſs. ſed*
vt. ed. Recognoſce tandem mecum il-
a ſuperiorem noctem.

Me vigilare acrius] *Franc.* me vigilaſſe
ius. *non male.*

n M. Læcæ domum] *mſs. & edd.* in
Leccæ domum. *al.* in M. Leccæ do-
um.

Si negas] *mſs.* ſi negabis.

Qui tecum una fuerunt] *Sic mſs. Grav.*
n. ſec. Franc. Duisb. ſed edd. qui te-
n una fuere.

n qua urbe vivimus? quam rempu-
cam habemus?] *Sic Grav. ſecundus,*
nc. & alii libri. Vulgati: quam rem-
blicam habemus? in qua urbe vivi-
us.

Noſtro in numero] *Sic mſs. omnes,*
n vidi. ſed edd. in numero noſtro.

Graviſſimoque conſilio] *Franc.* gra-
imoque concilio.

De meo noſtrumque omnium] *mſs.*
; de noſtrum omnium. *al.* qui de no-
o omnium.

Pag. 615. De republica ſententiam]
nc. de republica patres ſententiam
o.

Illa nocte Catilina] *Grav. ſecundus,*
a nocte o Catilina.

P. 616. Meo in lectulo] *Sic Franc.*
v. Alii cum vulgatis, in meo le-
lo.

Interfecturos pollicerentur] *Franc.* in-
terfectuos eſſe pollicerentur.

Vix dum etiam cœtu veſtro dimiſſo]
Franc. vix dum etiam dimiſſo cœtu ve-
ſtro.

Multis ac ſummis viris] *edd.* multis
viris.

Id temporis venturos] *Sic meus ſec. &*
Franc. al. venturos id temporis.

CAPUT V.

Illa tua Manliana caſtra] *Grav. ſec.* tua
illa Manliana caſtra. *Franc.* illa tua Man-
lia caſtra.

Magno me metu liberabis] *Franc.* ma-
gno metu liberabis nos. *mſ. Lamb.* ma-
gno me metu liberaberis.

Inter me atque te] *Franc.* inter me & te.

Magna diis immortalibus eſt habenda,
atque huic] *Sic uterque Grav. & Franc.*
Vulgati: Magna diis immortalibus ha-
benda eſt gratia, atque huic.

Hujus urbis gratia, quod hanc] *Sic*
uterque Grav. & Franc. Vulgati, hujus
urbis, quod hanc.

P. 617. Summa ſalus] *Sic prim. Grav.*
& alii. Vulgati, ſalus ſumma.

Quamdiu mihi conſuli deſignato] *Franc.*
Quamdiu & jam mihi conſuli deſignato.

Deſignato, Catilina] *Grav. ſec.* de-
ſignato, o Catilina.

Publico præſidio] *Grav. ſec.* publico
conſilio, *ſed eadem manus adſcripſerat ſu-*
perius plecho.

Privata diligentia defendi] *mſ.* priva-
ta diligentia me defendi.

Compreſſi conatus tuos nefarios] *Sic*
Grav. uterque & Franc. vulgg. compreſſi
tuos nefarios conatus.

Quotieſcunque] *mſs. omnes mei,* quo-
tienſcunque, *& ſic ſemper, ut etiam* to-
tiens.

P. 618. Eſſe conjunctam] *Franc.* con-
junctam eſſe.

Ad exitium & vaſtitatem] *Grav. prim.*
& Franc. ad exitium ac vaſtitatem.

Id quod eſt primum, & quod hujus
imperii] *Sic uterque Gravii, Franc.*
Duisb. ſed vulgg. facere quod primum,
atque hujus. *In ſecundo Gravii ſic ſcribitur:*
id quod eſt primum, punire impios, &
quod hujus.

Facere nondum audeo] *Quadam edd.*
facere non audeo.

Et

Et ad communem ſalutem utilius] *Sic uterque Græv. Franc. Duisb. In editis deſideratur copula.*

Me imperante facere] *In Francii non legitur* facere.

Quod jam tua ſponte] *Græv. ſec.* quod tu jam ſponte.

Iubet conſul hoſtem] *Sic uterque Græv. Franc. & Duisb. Vulgati*, conſul hoſtem jubet.

CAPVT VI.

P. 619. Quid eſt enim Catilina] *Sic Græv. prim. ſecund. & Franc.* Quid eſt Catilina.

In hac urbe delectare] *Græv. prim. ſec. & Franc.* in hac urbe delectari.

Qui te non metuat] *Franc.* qui non metuat.

Nemo, qui non oderit] *Græv. ſec.* qui te non oderit.

Non inuſta vitæ tuæ eſt] *Græv. primus & Duisb.* non in iſta vita tua eſt? *ſecund.* non injuncta vitæ tuæ eſt. *Franc.* non eſt juncta vitæ tuæ.

Quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ?] *Græv. ſec. & alii duo*, quod privatorum dedecus non inhæret infamiæ? *Pith.* quod privatorum dedecus non hẽt infamiæ? *Pal. prim.* quod privatarum rerum dedecus non habet infamiæ?

Non aut ad audaciam] *Græv. prim.* non aut audaciam.

P. 620. Facem prætuliſti] *Franc.* facem protuliſti.

Novis nuptiis domum vacuefeciſſes] *Sic Græv. primus. At ſecundus & Pith.* novis nuptiis locum vacuefeciſti. *Franc.* novis nuptiis domum tuam vacuefeciſſes.

Facile patior ſileri, ne] *Græv. prim.* facile patior, ne.

Vindicata eſſe videatur] *Græv. ſecund.* vindicata videatur eſſe.

Ad privatam ignominiam vitiorum, non ad] *Græv. uterque, Franc. Duisb.* ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad. *ſic & Manut. & Victor. male.* tuorum *omiſerunt Lambinus & Gruterus.*

P. 621. Ad ſummam remp.] *edd.* ad ſummam reip. *ed. Lambini*, ad ſummam rem.

Poteſtne tibi hæc lux] *edd.* Poteſtne tibi hujus vitæ lux. *al.* Poteſtne tibi hujus vitæ hæc lux. *mox ſec. Græv.* o Catilina.

Qui neſciat] *Græv. ſec.* qui non ſciat.

Tullo Coss.] *Græv. ſec. & Franc.* Tullio Coss.

Aut timorem tuum] *Græv. ſec.* aut timorem tuum ullum.

P. 624. Aut non multa commiſſa poſtea] *Franc. & aliquot edd.* aut non multo poſt commiſſa. *Aliæ edd.* aut non multo commiſſa poſtea.

Quoties conſulem] *Victor. Lamb. & Grut. edd.* quoties me conſulem. *Meus primus & Franc.* quotiens vero conſulem.

Interficere conatus es] *Græv. prim. cum pleriſque editis*, interficere voluiſti.

Vitari non poſſe viderentur] *Sic Franc. Cæteri cum editis:* vitari poſſe non viderentur. *Pith.* nullo modo poſſent.

Parva quadam declinatione] *Græv. ſec.* parva declinatione.

Et ut ajunt] *Græv. ſec.* ut quod ajunt.

Effugi. Nihil agis, nihil aſſequeris] *Græv. primus:* effugi. Nihil aſſequere.

P. 625. Quod mihi latere valeat in tempore] *In multis mſſ. hæc verba non habentur, ut nec in Græv. primo. Sed in ſecundo & Franc. ac Pith. codd.* quod me latere poſſit in tempore.

Velle ac conari] *edd. & mſſ. plurimi:* conari ac velle.

Iſta ſica] *Sic Græv. ſec. Cæteri:* ſica iſta.

P. 626. Neceſſe putas conſulis in corpore defigere] *Græv. prim. & Franc. & Lamb. ed.* neceſſe putas eſſe conſulis in corpore defigere.

CAPVT VII.

Quæ tua eſt iſta vita] *Franc.* quæ eſt iſta tua vita?

Videbar, quo debeo] *Pith.* videbar, quod debeo.

Qua tibi nulla debetur] *Franc.* quæ nulla tibi debetur.

Poſt hominum memoriam] *Franc.* poſt omnium hominum memoriam.

Subſellia vacuefacta] *Sic mſſ. Vulgg.* ſubſellia vacua facta.

Quod omnes conſulares] *Franc. & edd.* quid quod omnes conſulares.

Simulatque aſſediſti] *Græv. ſecund. cum quinque aliis mſſ.* ſimulatque ſubſediſti.

P. 627.

.627. Si me iſto pacto metuerent,] *Franc. & nonnulli alii libri:* ſi me pacto metuerent atque odiſſent, :.

›omum meam relinquendam] *Franc.* uum relinquendam.

u tibi urbem non arbitraris] *Franc.* *onnulli alii mſs.* tu tibi urbem relinndam nou arbitraris?

ıſpectum & offenſum] *al.* ſpectatum ›ffenſum.

ıtque offenſum] *Quidam libri vete-* atque infenſum.

›ffenſum viderem] *Grav. prim.* ofium videre.

ıfeſtis omnium oculis] *Sic Grav. ſec.* g. infeſtis oculis omnium.

'u cum conſcientia] *Grav. prim.* te ı conſcientia.

.gnoſcas odium] *Grav. prim.* agnoſcis um.

ɛ jam diu de te nihil judicat] *Grav.* etiam diu nihil de te judicat.

ım diu nihil de te judicas] *Lamb. & mut. edd.* jam diu nihil te cogitas.

'. 628. Hujus tu neque auctoritatem ebere] *Franc.* hujus tu ne auctoritaı verebere. *Grav. ſec.* hujus tu neque toritatem verebare.

Nullum aliquot jam annis facinus] *mſs. Grav. Grut. & alii. ſed edd. plu- a:* Nullum jam tot annos facinus.

'. 629. Direptioque ſociorum] *Franc.* eptioque proximorum.

Ad negligendas leges ac quæſtiones] *nc. & nonnulli alii,* ad vertendas leges quæſtiones.

Ad evertendas perfringendaſque] *rv. ſec. & nonnulli alii mſs.* ad devindas perfringendaſque. *al.* ad evindas perfringendaſque. *Pith.* ad vindas perfringendaſque.

Tamen ut potui tuli] *Franc.* pertuli ut ui.

CAPUT VIII.

'. 630. Quid? quod tu ipſe] *Franc.* od tu ipſe.

Quid? quod vitandæ] *Franc.* quod vidæ.

Te aſſervarem rogaſti] *Grav. ſecund.* ſervarem rogaſti. *Franc.* te obſervan rogaſti.

Ad ſuſpicandum ſagaciſſimum] *Grav. ſec.* ad ſupplicandum ſagaciſſimum. *Franc.* ad ſuſcipiendum ſacratiſſimum.

Ad vindicandum fortiſſimum] *Franc.* ad judicandum fortiſſimum.

Sed quam longe videtur] *Grav. ſec.* Sed quia longe videtur.

Cum ita ſint Catilina] *Grav. ſec.* cum ita ſint o Catilina.

Si hic emori æquo animo] *Nonnulli mſs. & edd.* ſi hic morari æquo animo. *Grav. ſec.* ſi in his morari.

P. 631. Refer, inquis, ad ſenatum] *Franc.* Refer enim, inquis, ad ſenatum.

Id enim poſtulas] *Deſunt in Francii libro. Grav. primus:* id enim poſtulas?

Et ſi hic ordo ſibi placere decreverit] *mſs.* & ſi hic ordo placere decreverit. *Grav. prim.* & ſi hic ordo tibi placere decreverit. *peſſime.*

Ex urbe, Catilina] *Grav. ſec.* ex urbe, o Catilina.

Ecquid attendis?] *Grav. prim. & Franc.* quid attendis?

Tacitorum perſpicis] *Franc.* tacitorum proſpicis.

Senatus jure optimo] *Sic Grav. prim. & Franc. ſed edd.* jure optimo ſenatus.

P. 632. Iampridem vaſtare] *Grav. ſec.* vaſtare jampridem.

CAPUT IX.

Quamquam quid loquor?] *Grav. prim. & Franc.* Quamquam quid loquar?

Tu ut unquam te corrigas] *Grav. prim.* tu ut unquam corrigas.

Tu ut ullam fugam meditere?] *Grav. prim.* tu ut illam fugam meditere? *In Pith. hac verba omittuntur.*

Tu ut ullum exilium cogites?] *Sic Grav. prim. niſi quod in illo non legatur* ullum. *Vulgg.* ut ullum tu exilium cogites. *In ſecundo Grævii* tu *itidem præponitur.*

Dii immortales duint] *Grav. prim. & Franc.* dii immortales donarent. *Grav. ſec.* dii immortales dent.

P. 633. Tametſi video] *Grav. prim.* tametſi jubeo.

Sed eſt tanti] *Plerique mſs. & edd.* Sed eſt mihi tanti.

Iſta privata ſit] *Vterque Grav. & Franc.* iſta tua privata ſit. *In Pith.* tua *non habetur.*

P. 634. Sed tu ut vitiis] *Grut. ed.* Sed ut vitiis.

Vt

Quæ quidem lætari mihi videtur] *mſ. Mureti:* quæ quidem lætari eminus videtur. *Franc.* quæ quidem mihi lætari videtur.

CAPUT II.

At ſi quis eſt talis] *Grav. prim.* Ac ſi quis eſt talis.

In quo exultat] *Grav. primus:* quo exultat.

Triumphet oratio mea, me] *Franc.* triumphat oratio mea lætatur. Lætatur *eſt explicatio τοῦ triumphat, quod in contextum irrepſit.*

P. 650. Me vehementer accuſet] *Franc.* vehementer me accuſabit.

Non eſt iſta mea culpa, Quirites] *Grav. ſec.* non eſt mea culpa, Quirites. *Franc.* non eſt iſta mea culpa, o Quirites. *In Gravii primo* Quirites *non legitur.*

Interemtum eſſe] *Grav. uterque & Franc. ut & alii mſs.* interfectum eſſe.

Et reſp. poſtulabat] *Franc.* & reipub. poſtulabat.

Quæ ego deferrem] *Franc.* quæ deferrem.

Sublato illo] *prim. & ſec. Grav.* illo ſublato.

Depelli a vobis omne periculum] *Franc.* a vobis omne periculum depelli.

P. 651. Ne vobis quidem omnibus re eum probata] *Grav. ſec.* re quidem ne vobis omnibus etiam tum probata] *Franc.* ne vobis quidem omnibus re nondum probata.

Quam vehementer foris] *Grav. prim.* qui vehementer foris.

Quod illud etiam moleſte fero] *Grav. prim.* qui etiam moleſte fero. *ſec.* qui etiam illud moleſte fero. *Pith.* qui & illud moleſte fero. *Duisb.* quia illud etiam moleſte fero.

Tongillum] *Grav. uterque & alii libri:* Tongilium. *Pith.* Longilium.

In prætexta calumnia cœperat] *P. Manut. ed.* in prætexta cœperat, *ex conjectura.*

P. 652. Munatium] *Grav. ſec.* Minatium. *Franc.* Minutium. *Pith.* Minutim. *Duisb.* Municium.

Contractum in popina] *Sic omnes Gravii libri veteres, & editiones nonnullæ. ſed Victor. Manut. & al. edd.* contractum in popinam.

Poterat: reliquit quos viros, quanto ære alieno, quam valentes, quam nobiles] *P. Manut. ed.* poterat, reliquit. quos viros, quanto ære alieno, quam valentes, quam nobiles. *Lamb. & Grut. edd.* poterat. Reliquit quos viros? quanto ære alieno? quam valentes? quam nobiles?

Quam nobiles vos videtis] *Grav. uterque. Franc. Duisb. multi alii* vos videtis *non legunt.*

CAPUT III.

Pag. 653. Et Gallicanis legionibus] *Grav. uterque. Franc. Duisburg. Pith. edd. pleræque:* ex Gallicanis legionibus.

Et hoc delectu] *Sic omnes mſs. edd. vett.* & cum hoc delectu.

Et his copiis] *Sic mſt. edd.* ex his copiis. *mſ. Duisb.* & ex his copiis.

Ex ruſticis decoctoribus] *edd.* ex ruſticis mendiculis & decoctoribus. *Franc. ridicule,* ex ruſticis doctoribus, *ut & prim. ed.* ex ruſticis metalli decoctoribus.

P. 654. Stare ad curiam] *Grav. prim.* ſtare in curiam.

Qui habeat Etruriam] *Uterque Grav. Franc. Duisb. Pith.* quis habeat Etruriam, *& ſic iidem libri in ſequentibus,* quis agrum Picenum, quis Gallicum.

Quis ſibi has] *Niſi quod Grav. prim. In his ultimis verbis etiam cum vulgatis,* qui ſibi has.

Ad me perlata eſſe ſentiunt] *prim. Grav. & Franc.* ad me ſentiunt eſſe delata. *Francii præterea pro* ſentiunt *ſcribit* ſentio.

Patefeci in ſenatu heſterno die] *Grav. prim.* patefeci in ſenatu. Heſterno die.

Sperant futuram] *Franc.* expectant futuram.

CAPUT IV.

P. 655. Factam eſſe aperte conjurationem] *Franc.* factam eſſe conjurationem.

Catilinæ ſimilis] *Sic Grav. uterque, Franc. Duisb. Vulgo,* Catilinæ ſimiles.

Lenitati locus] *Franc.* lenitatis locus.

Deſiderio ſui Catilinam miſerum tabeſcere. *Franc.* Catilinam deſiderio ſui tabeſcere. *Grav. ſec.* deſiderio ſui Catilinam miſerum tepeſcere.

Aurelia via profectus eſt] *Grav. ſec.* Aureliam viam profectus eſt.

Ad

Ad veſperam] *Lamb. ed.* ad veſperam.

Relevata mihi] *Grav. ſecund.* levata mihi.

Mali aut excogitari] *Grav.* mali aut cogitari.

Quod non ille conceperit] *Franc.* quod non ille ceperit.

P. 658. Sed nec in ullo angulo] *Grav. prim.* ſed ne in ullo angulo. *Franc.* ſed nec vel in ullo angulo.

Nec ullo in angulo] *mſſ. tres & ed. vet.* ne ullo angulo.

CAPUT V.

P. 657. Exercitatione aſſuefactus] *Grav. ſec.* exercitatione aſſuetus.

Siti ac vigiliis] *Grav. ſecund.* ſiti & vigiliis.

Fortis ab iſtis prædicabatur] *Sic mſſ. & edd. vett. ſed recentiores edd.* fortis ab his iſtis ſuis ſociis prædicabatur. *Pith. pro* iſtis *ſcribit* ipſis.

In libidine atque audacia conſumeret] *Sic mſſ. & ed. P. Manut. ſed Victor. Lambin. Grut.* in libidine atque audacia conſumerentur.

P. 658. Si ſecuti fuerint ſui comites] *Grav. ſec.* ſi ſecuti erunt ſui comites. *Duisb.* ſi comites erunt ſui ſecuti.

Non humanæ ac tolerandæ audaciæ] *Sic Grav. ſec. vulgg.* non humanæ audaciæ ac tolerandæ.

Niſi cædes] *Grav. ſecund.* niſi cædem.

Suas obligurierunt] *Grav. ſec. Franc. & Duisb.* ſuas obligaverunt. *P. Manut. ed.* ſuas abligurierunt.

Ebrios ſobriis] *Sic multi mſſ. & Manut. ed. Aliæ edd.* ebrioſos ſobriis.

P. 659. Sertis redimiti] *Franc.* redimiti ſertis.

Et pœnas jamdiu] *Grav. ſecund. Franc. Duisb.* pœnam.

Libidini debitas] *Grav. ſec. & Duisb.* libidini debitam. *Franc.* & libidini debitam.

Certe jam appropinquare] *Tres mſſ.* certe appropinquare.

Bellum facere] *Plerique mſſ. & edd.* bellum inferre.

Omnia ſunt externa] *Tres mſſ.* omnia externa ſunt.

CAPUT VI.

P. 660. At etiam ſunt, Quirites, qui dicant] *Grav. ſec.* Aut etiam ſunt Quirites, qui dicant. *Franc.* At ſunt etiam qui dicunt, Quirites.

Quod ego ſi verbo aſſequi] *Grav. ſec.* Quos ego ſi verbo aſſequi.

Et permodeſtus] *Grav. ſecund.* aut etiam permodeſtus. *Franc.* & jam permodeſtus. *Duisburg.* vel jam permodeſtus.

Vocem conſulis ferre] *Pith.* vocem conſulis perferre.

Simul atque ire in exilium] *In Grav. ſecund. deſideratur* ire. *In Pith. legitur* iiſſe.

Paruit, ivit. Heſterno die, Quirites, cum] *edd. vetuſtiores cum mſſ. nonnullis:* paruit. Quid quod heſterno die, cum. *P. Manut. & Grut. ed.* paruit, quievit. Heſterno die, cum. *Grav. ſec.* paruit. Quid dicam ut heſterno die, Quirites, cum. *Franc.* paruit. Qui heſterno die, cum. *Multæ edd.* paruit. Quid quod heſterno die, cum.

P. 661. In ædem Iovis Statoris convocavi] *Sic mſſ. ſed vulgati,* in ædem Iovis Statoris vocavi.

Quis eum ſenator appellavit] *Pith.* quis eum ſenatorem appellavit.

Vt importuniſſimum hoſtem] *Grav. ſec.* ut perditiſſimum hoſtem, *ſed alia manus, atque tamen antiqua ſuperſcripſerat* importuniſſimum.

An nocturno conventu] An *non legitur, in quibuſdam editionibus vetuſtioribus. Franc. & Duisburg.* in nocturno conventu.

Apud M. Leccam] *Grav. ſecund.* apud Leccam.

P. 662. In proximam conſtituiſſet] *Multi mſſ. & edd.* quid in proximam conſtituiſſet.

Ea ratio totius belli] *Franc.* ratio totius belli.

Edocui] *edd.* docui.

Cum teneretur] *Sic mſſ. ſed edd.* cum cunctaretur.

Cum ſecures, cum faſces] *Franc. & Duisb.* cum ſecures, cum dignitates, cum faſces.

Sacrarium ſcelerum domi] *Duo mſſ.* ſacrarium domi.

Scirem eſſe præmiſſam] *Græv. ſecund.* ſcirem eſſe præmiſſa.

Ingreſſum eſſe in bellum videbam] *edd.* ingreſſum in bellum eſſe videbam.

CAPVT VII.

P. 663. Sententiam mutaverit] *Franc.* ſententiam permutaverit.

Ad fugam atque in exilium] *Græv. ſec.* ad fugam atque exilium.

P. 664. Non improbum, ſed miſerum] *Græv. ſec. & edd.* non improbum, ſed timidum.

Ac nefarii periculum] *Græv. ſec.* nefariique periculum.

Invidiæ meæ levandæ cauſſa] *Græv. ſec. & Duisb.* invidiæ meæ relevandæ cauſſa.

L. Catilinam ducere exercitum] *Græv. ſec.* L. C. ducem exercitus. *ſic mſ.*

P. 665. Maſſiliam ire] *Franc.* In Maſſiliam ire.

CAPVT VIII.

Qui jam fatetur] *Franc. & Duisb.* qui fatetur.

Si fieri poſſet] *v. c.* ſi fieri poſſit.

Quam ſanare & ipſos placare reipub.] *Græv. ſec. Franc. & ſex alii mſſ. quos Gruterus laudat*, quam ſanare ſibi ipſos placare reip.

P. 666. Si me audire volent] *Franc.* ſi a me audire volent.

Deinde ſingulis medicinam] *Græv. ſec.* dein ſingulis medicinam.

Vnum genus eſt eorum] *edd. nonnulla:* Primum genus eſt eorum.

Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus] *Græv. ſec.* tu cum agris, tu cum ædificiis, tu cum argento, tu cum familia, tu cum rebus omnibus ornatus.

P. 667. Copioſus ſis & dubites] *edd. Duisb.* copioſus ſis dubitas. *Franc.* copioſus dubitas.

Acquirere ad fidem] *Duisb.* acquirere fidem. *edd. nonnulla*, ac fidem acquirere.

Quid enim expectas?] *Franc.* Quid enim dubitas?

In vaſtatione omnium] *Græv. ſec.* in vaſtationem omnium.

Quod ſtultiſſimum eſt, certare] *Franc.* quod ſtultiſſimum, certare.

Certare cum uſuris fructibus] *Franc. Duisb. & nonnulli alii mſſ.* certare cum uſuris & fructibus.

P. 668. Qui aut deduci] *edd. & mſſ. plerique*, quod aut deduci.

CAPVT IX.

Quod ceteris omnibus] *Pith. Duisb.* quod reliquis omnibus.

Id quod conantur ſe conſequi poſſe] *Sic Græv. ſec. vulgg.* ſe id quod conantur conſequi poſſe. *Duisb.* ſe id quod conantur adſequi poſſe.

Me ipſum vigilare] *Sic Græv. ſecund.* me ipſum poſſe vigilare.

Maximam multitudinem] *Duisburg.* magnam multitudinem.

Magnas militum copias] *Sic Græv. ſec. Vulgo:* magnas copias militum.

Pag. 669. Præſentis auxilium] *Sic Franc. & al. mſſ. Vulgo:* præſentes auxilium.

Non vident id ſe cupere] *Franc.* num illi vident id ſeſe cupere.

Si adepti fuerint] *Græv. ſecund. Franc. Duisb.* ſi adepti ſint.

Ætate jam affectum, ſed tamen exercitatione] *mſſ. quidam*, ætate jam effectum, ſed tamen exercitatione. *Muretus ait ſe in veteribus libris inveniſſe:* ætate jam effœtum, ſed tamen exercitatione. *quod recepit P. Manutius. edit. Victor. Lamb. & nonnulla alia:* ætate jam confectum, exercitatione.

Quo ex genere eſt ipſe Manlius] *Græv. ſec.* de quo genere eſt ipſe Manlius. *Muret. mſſ.* quo ex genere iſte eſt Manlius.

Cui nunc Catilina ſucceſſit] *Pith.* cui nunc Catilina ſuccedit. *Franc.* cui Catilina ſucceſſit.

Ex iis coloniis, quas Feſulis Sulla conſtituit] *Græv. ſec. Franc. Duisburg. & alii, tam mſſ. quam edd.* ex iis coloniis, quas Feſulas Sulla conſtituit. *P. Manut. ed.* ex iis coloniis, quas Sulla conſtituit, *ex conjectura Mureti.*

P. 670. Et fortiſſimorum virorum ſentio] *Franc.* & fortiſſimorum ſentio.

Dum prædiis, lecticis, familiis] *Græv. ſec.* prædiis, lecticis, familiis. *Franc.* dum prædiis, lectitiis, familiis. *P. Manut. ed. ex emendatione Mureti:* dum prædiis lectis, familiis.

Con-

Conviviis apparatis] *edd. quadam:* conviviis, apparatibus.

P. 671. Quos ego utroſque Quirites] *Franc.* Quos ego, Quirites.

CAPUT X.

Quartum genus eſt ſane varium] *Franc.* Quartum genus ſane varium.

Qui nunquam emergent] *Grav. ſec. & Duisb. ac edd. nonnulla*, qui nunquam emergunt. *Franc.* qui nunquam emerguntur. *al. teſte Lambino*, qui nunquam ſe emergunt.

Partim inertia] *Duisburg.* partim incuria.

Partim male gerendo negotio] *Grav. ſecund.* partim male gerundo negotio. *Franc.* partim in male gerendo negotio.

Proſcriptionibus bonorum defatigatos] *Grav. ſec.* proſcriptione bonorum defatigatos.

Hoſce ego non tam milites] *Franc.* Hoſce homines ego non tam milites.

Non tam milites acres, quam] *Franc.* non tam multos, quam. *Pal. ſec.* non tam milites quam. *ſed* acres *huic appoſitum eſt ab alia manu.*

P. 672. Neque divelli ab eo poſſunt] *Grav. ſecund.* neque ab eo divelli poſſunt.

Quod proprium eſt Catilinæ] *mſs.* quod proprium Catilinæ eſt.

P. 673. Talaribus tunicis] *edd.* talaribus ac tritis tunicis. *Pal. ſex.* manicatis & tribus tunicis. *ed. prim.* manicatis & ſtrictis tunicis. *Pal. ſec.* manicatis & tritis tunicis. *Sed in meis omnibus deſideratur* & tritis.

Pag. 674. Neque cantare & ſaltare] *Franc.* rerum cantare & pſallere.

Niſi exeunt, niſi pereunt] *Franc.* niſi exeant, niſi pereant.

His præſertim jam noctibus] *Franc.* his præſertim noctibus.

CAPUT XI.

P. 675. Conſiles imperatoreſque veſtros] *Franc.* Conſules, imperatores veſtros.

Contra illam naufragorum] *Grav. ſec.* contra naufragorum.

Reſpondebunt Catilinæ tumulis ſilveſtribus] *Grav. ſecund.* reſpondebunt tumulus ſylveſtribus. *Franc.* reſpondebunt e tumulis ſylveſtribus. *Duisb. cum Mureti libris:* reſpondebunt cumulis ſylveſtribus.

P. 476. Senatu, equite, populo Romano, urbe] *Grav. ſec.* ſenatu equitibus Romanis, urbe ærario. *Franc.* ſenatu, equitibus P. C. populo, urbe.

Si his rebus omiſſis] *edd.* ſi his, inquam, rebus omiſſis. *Sed Victor, etiam editio delevit* inquam.

Denique æquitas] *Pith. & nonnulli alii libri:* hinc denique æquitas.

Certant cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus] *Grav. ſec. Franc. Duisburg.* certant cum luxuria, ignavia, temeritate, vitiis omnibus.

In hujuſmodi certamine] *Franc. & Duisb.* in ejuſmodi certamine.

Etiamſi hominum ſtudia] *Grav. ſec.* ſi hominum ſtudia deficiant.

Dii ipſi immortales] *Franc.* dii immortales.

Cogent ab his] *Franc. & Duisb.* cogant ab his.

CAPUT XII.

P. 677. Cuſtodiis vigiliiſque defendite] *Grav. ſec.* vigiliis cuſtodiiſque defendite.

Mihi, ut urbi ſine veſtro motu, ac ſine ullo tumultu ſatis eſſet præſidii, conſultum ac proviſum eſt] *Grav. ſecund.* mihi & urbi ſine veſtro ac ſine ullo tumultu, ſatis præſidii conſultum ac proviſum eſt. *Franc.* mihi & urbi ſatis eſſe præſidii conſultum & proviſum eſt.

Vrbes ſuas fineſque defendent] *Franc.* urbes ſuas fineſque defendunt.

Quam ſibi ille maximam manum] *Grav. ſec.* quos ſibi ille maximam manum. *Franc.* quam ſibi ille quam maximam manum. *Pith.* quam ſibi ille manum certiſſimam fore putavit.

Quamquam meliore animo ſunt] *Franc.* quamquam animo meliore fuit.

Poteſtate tamen noſtra continebuntur] *edd.* poteſtate tamen in veſtra continebuntur.

 Pro-

Proſpiciens hoc] *Duisb.* hæc proſpiciens. *Franc.* hoc proſpiciens.

In agrum Gallicanum Picenumque] *Grav. ſec.* in agrum Picenum Gallicumque.

Pag. 678. Aut opprimet hominem] *Grav. ſec.* aut opprimet hoſtem.

Reliquis autem de rebus conſtituendis] *Grav. ſec.* reliquis autem de rebus conſtituundis. *Franc.* reliquis autem de rebus conſtruendis.

Monitos etiam atque etiam] *Franc.* monitos eos etiam atque etiam.

Mea lenitas adhuc ſi cui ſolutior viſa eſt] *Grav. ſec.* Mea lenitas ſi alicui ſolutior viſa eſt.

Me horum eſſe conſulem] *Franc.* meorum me eſſe conſulem.

Nullus eſt portæ cuſtos] *Grav. ſec. & Duisb.* Nullus eſt portis cuſtos.

Eſſe conſules vigilantes] *Grav. ſec.* eſſe conſulem vigilantem.

Eſſe egregios magiſtratus, eſſe fortem] *In Franc. omittitur* eſſe.

CAPUT XIII.

P. 679. Res maximæ] *Grav. ſecund.* maximæ res. *Franc.* maxima res.

Quod ego ſic adminiſtrabo] *Franc.* quod ſic adminiſtrabo.

De hac lenitate deduxerint] *Grav. ſecund. Franc.* de hac lenitate deduxerit.

Vt ne quis bonus intereat] *mſ.* ut neque bonus quiſquam intereat. *Franc.* ut neque quiſquam bonorum intereat.

Vos jam omnes ſalvi] *Franc.* vos omnes ſalvi.

IN CICERONIS ORATIONEM IN L. CATILINAM III.

CAPUT I.

Pag. 681. ATque hoc domicilium] *Franc.* atque domicilium.

P. 682. Conſiliis periculis meis] *edd.* conſiliis periculiſque meis.

Ex flamma atque ferro] *Grav. ſecund.* flamma atque ferro. *Franc.* e flamma atque ferro.

P. 683. Vobis conſervatam atque reſtitutam] *Grav. ſec.* vobis reſervatam atque reſtitutam.

Illuſtres ſunt ii dies] *Grav. ſec.* illuſtres ſunt hi dies.

P. 684. Cum voluptate conſervamur] *Grav. ſec. & Franc.* cum voluptate ſervamur.

Debebit is] *edd. vett.* debet is.

Tectis ac mœnibus ſubjectos] *Sic mſſ. edd.* tectis omnibus ſubjectos. *P. Manut.* *cum quibuſdam mſſ.* tectis omnibus ac mœnibus.

Circumdatoſque reſtinximus] *Grav.* circondatos reſtinximus.

Iidemque gladios] *Gravii ſecund.* idemque gladios. *Franc. & Duisb.* itemque gladios.

P. 685. In rempub. deſtrictos retudimus] *Grav. ſec.* in rempub. deſtrictos retrŏſimus. *Franc.* in remp. deſtrictos recrudimus. *& pro* deſtrictos *multa edd.* diſtrictos.

A jugulis veſtris dejicimus] *edd.* a jugulis veſtris rejecimus.

Patefacta compertaque ſunt] *Grav. ſec. & Duisb.* patefacta, comperta ſunt. *Franc.* patefacta ſunt comperta.

Vos qui & ignoratis & expectatis] *edd. nonnulli:* vos qui ignoratis & expectatis. *Grav. ſec.* vos & qui ignoratis, & expectatis. *mſſ. quidam & editi:* vos qui

qui ignoratis exactis. *al.* vos qui ignoratis exacte.

Salvi eſſe poſſemus] *Franc.* ſalvi eſſe oſſimus.

CAPVT II.

P. 686. Exterminari volebam] *Franc.* exterminare volebam.

Qui reſtitiſſent] *Multi mſs. & edd.* qui emanſiſſent.

Atque ego, ut vidi] *Grav. uterque,* atque ego vidi.

Omnes dies noctesque] *Franc.* omnes noctes dieſque.

Vt tum demum animis ſaluti veſtræ] *Pal. ſec. & ed. prima:* ut tum demum ſaluti veſtræ. *Pal. non.* ut tum demum omnis noſtræ ſaluti. *Duisb.* ut tum demum amminiculum ſaluti veſtræ.

P. 687. Eodemque itinere] *edd.* eodem itinere. *Lamb. ed.* eoſdem itinere.

Comitemque iis adjunctum] *Grav. ſec.* comitemque iis adjunctum eſſe.

Vulturcium] *Grav. prim.* Titum Volturcium.

Eſſe datas] *Sic quidam mſs. al.* datas eſſe.

Facultate mihi oblatam] *Vterque Grav. Pith.* facultatem mihi ablatam.

Vt quod erat difficillimum] *Franc.* & quod erat difficillimum.

A diis immortalibus] *Vterque Grav.* ab diis immortalibus.

Tota res non ſolum] *Grav. prim. Franc. Duisb.* ut tota res non ſolum.

P. 688. C. Pomtinum] *Grav. prim. & ſec.* G. Pomtinum. *Franc.* C. Promtinum. *edd.* C. Pontinium. *al.* C. Pomptinium.

Ad me vocavi] *mſ.* advocavi.

Ita bipartiti fuerunt] *Grav. prim. & Duisb.* ita bipartito fuerunt.

Fortes viros eduxerunt] *Grav. prim.* fortes viros eduxerant.

Et ego ex præfectura Reatina] *Franc.* & ego aut ex præfectura Reatina.

Complures dilectos] *Grav. ſec.* quam plures dilectos.

P. 689. Vtor aſſidue in rep. præſidio] *mſ.* utor aſſidue reip. præſidio. *edd.* utor aſſidue in reip. præſidio.

Cum jam pontem Mulvium magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent] *Grav. prim.* cum jam pontem Mulvium magno comitatu legati Allobroges ingredi inciperent. *Franc.* cum jam pontem Mulvium magno comitatu adſcenderent, legati Allobrogum ingredi inciperent. *edd.* cum jam pontem Mulvium cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent. *Abeſt etiam a Duisb.* cum.

Educuntur & ab illis gladii] *Grav. prim.* ducuntur & ab illis gladii. *ſecund. & Franc.* educuntur gladii ab illis. *Duisb.* & educuntur ab illis gladii.

Res erat prætoribus nota ſolis] *Grav. prim.* res prætoribus erat nota ſolis. *Franc.* res nota erat prætoribus illis.

CAPVT III.

Ad me, cum jam diluceſceret, deducuntur] *In Franc.* ad me *non habetur. In Gravii utroque* deluceſceret.

Atque horum omnium ſcelerum] *Duisburg.* Atque eorum omnium ſcelerum.

Improbiſſimum machinatorem] *Grav. prim. & edd.* improbiſſimorum machinatorem.

Nihil dum ſuſpicantem] *mſs. quidam,* nihil dum tale ſuſpicantem.

Idem arceſſitur P.] *Grav. prim. & nonnulli alii,* idem arceſſitus eſt P. *Duisb.* idem arceſſitus P.

P. 690. L. Statilius] *Sic Victor. Manut. edd. ſed Grut. & alia:* P. Statilius.

Poſt eum Cethegus] *Sic mſs. omnes, quos vidi, & Victor. ac Manut. edd. ſed Grut. & alia,* poſt eum C. Cethegus.

Quod litteris dandis præter] *Grav. prim. & alii,* quod in litteris dandis præter. *Franc.* quod in litteris his dandis præter. *Duisburg.* quod litteris dandis is præter. *Pal. ſex. & non.* quod in litteris iis præter.

Vigilarat] *Franc.* vigilaverat. *Duisb.* vigilaverit.

Referrem] *edd.* referri. *Vterque Grav.* deferri. *Pith.* deferre.

Senatum frequentem] *Grav. prim. & Franc.* Senatum frequenter.

CAPVT IV.

Pag. 691. Fidem ei publicam dedi] *Grav. prim.* fidem publicam dedi.

Vt ea quæ ſciret] *v. c.* ut quæ ſciret.

Sine timore] *Franc.* ſine metu.

Indicaret] *Duisb.* diceret.

Ad ſuam gentem datas eſſe] *Grav. prim.* ad ſuam gentem data eſſe.

Atque ita ſibi ab his & a L. Caſſio eſſe præſcriptum] *Franc.* atque ita ab his & Caſſio eſſe præſcriptum.

Pag. 692. Ex fatis Sibyllinis] *Grav. prim. & nonnulli alii*, ex faſtis Sibyllinis. *Franc. Duisb. & plures alii*: ex libris Sibyllinis.

Aruſpicumque] *Franc.* auruſpicumque.

Eundemque dixiſſe] *Franc.* eundemque Lentulum dixiſſe.

Fatalem hunc eſſe annum ad interitum hujus urbis atque imperii] *Franc.* fatalem hunc eſſe annum urbis ad interitum hujus imperii.

P. 693. Quod Lentulo & aliis] *edd.* quod Lentulo & ceteris.

Saturnalibus cædem] *Franc.* cædem Saturnalibus.

Nimium id longum videri] *Franc. mſ.* nimium id longum videretur.

CAPUT V.

P. 694. Ac ne longum ſit] *Franc.* ac ne nimium longum ſit.

Tabellas proferri] *Grav. ſec. & Colon.* tabellas proferimus.

Primum oſtendimus Cethego] *prim. ſec. tert.* Primo oſtendimus Cethego.

Nos linum incidimus] *Grav. ſec.* nos lignum incidimus. *Franc.* nos ſignum incidimus.

Vt item illi facerent] *Franc.* ut etiam itidem illi facerent.

P. 695. Conſcientia convictus] *Grav. prim.* conſcientia victus. *ſec.* convictus conſcientia.

Repente conticuit] *Duisburg.* repente obticuit. *ead. man. addiderat vel* conticuit.

Recitatæ ſunt tabellæ] *Franc.* Recitatæ ſunt tabulæ.

Notum quidem ſignum] *Franc.* ſignum notum.

Patriam & cives ſuos] *Franc.* patriam ſuam & cives ſuos.

Quid ſibi eſſet cum iis, quamobrem] *Duisburg.* & quid ſibi eſſet cum iis, & quamobrem.

P. 696. Quanta conſcientiæ vis eſſet] *Franc.* quanta vis conſcientiæ eſſet.

Cum id poſſet infitiari repente] *Franc.* cum poſſet infitiari infirmarique.

Ita eum non modo ingenium] *Franc.* ita illum enim non modo ingenium.

Impudentia] *Grav. prim.* inpudentia.

Imprudentiaque] *Grav. prim.* inprudentiaque.

Vulturcius vero ſubito proferri litteras atque aperiri juſſit] *Franc.* Vulturcius vero ſubito proferre litteras atque aperire jubetur.

Perturbatus Lentulus tamen] *Duisb.* perturbatus eſt Lentulus, & tamen.

Erant autem ſcriptæ ſine nomine] *Meus primus*, erant autem ſine nomine.

Qui ſim ex eo, quem ad te miſi cognoſces] *Grav. prim. Franc. & Duisburg.* Qui ſim ſcies ex eo, quem ad te miſi. *Francii etiam liber*, quis ſim.

P. 697. Et cogita quem in locum] *Franc.* cogita quem in locum.

Cura ut omnium tibi auxilia] *Franc. & Duisburg.* & cura ut omnium tibi auxilia.

Gabinius deinde] *Grav. prim.* Cavinius deinde.

Cum primo impudenter] *Franc.* cum primum impudenter.

Quæ Galli inſimulabant] *Grav. prim.* quam Galli inſimulabant.

Indicia ſceleris] *Grav. prim. ſemper*, inditia ſceleris.

Tum multo illa certiora] *Franc.* tamen multo illa certiora.

Color, oculi, vultus] *Grav. prim. & Franc.* oculi, color voltus. *Pith.* tum multo certiora, ille color, oculi, vultus.

Obſtupuerant] *Franc.* obſtupuerunt.

Vt non jam ab aliis indicari] *Franc.* ut non ab aliis indicari.

CAPUT VI.

Editis, Quirites] *Franc. & Grav. ſec.* editis, o Quirites.

De ſumma republica] *Plerique mſs. & edd.* de ſumma reip. *alii*, de ſumma reip. ſalute.

P. 698. Varietate conſecutus] *Duisb.* varietate ſecutus.

Periculis ſit maximis liberata] *Franc.* periculis ſit liberata.

P. 699.

P. 699. Collegæ meo laus] *mſt. quidam*, collegæ meo C. Antonio. *Franc.* collegæ Antonio meo.

Tum in cuſtodiam traderetur] *Franc.* in cuſtodia traderentur. *In Pith. non extat* tum.

C. Cethegus] *prim. Grav.* G. Cethegus.

In cuſtodiam traderentur] *Grav. prim.* in cuſtodia traderentur.

Incendendæ urbis] *Grav. prim.* incendundæ urbis.

Pag. 700. Apuliam eſſe attributam] *Franc.* Apulia eſſe attributa.

L. Sulla deduxit] *Duisb.* L. Sulla deduxerat.

In Q. Manlium Chilonem] *Franc.* in Q. Chilonem.

Cum hoc Furio] *Franc.* cum Furio.

Tantaque vi ac multitudine] *Franc.* tanta hac multitudine.

P. 701. Quod mihi primum] *Franc.* quod primum mihi.

Poſt hanc urbem conditam] *Grev. prim.* poſt urbem conditam.

Hoc interſit] *Grav. prim. & Franc.* hoc inter. *Sed Grav. ſec. & Duisb.* hoc intereſt.

Quod faciendum] *Grav. prim.* quod faciundum.

Patefactus indiciis] *Grav. prim.* patefactis indiciis.

P. 702. C. Glauciam] *Grav. prim. & Pith.* Glauciam.

CAPUT VII.

Periculis, concidiſſe] *Grav. prim.* periculis, condidiſſe.

Ex urbe pellebam] *Franc. & Duisburg.* ex urbe depellebam.

Nec mihi eſſe P. Lentuli ſomnum, nec L. Caſſii adipem, nec Cethegi] *Grav. uterque*, nec mihi eſſe P. Lentuli ſomnium, nec Caſſii, nec Cethegi. *Franc.* nec mihi eſſe P. Lentuli ſomnium, quo dicebat, imperatorem ſe eſſe illo anno cum interitu urbis futurum pertimeſcendumque Caſſi adipes, nec C. Cethegi. *Duisb.* non mihi eſſe P. Lentuli ſomnum, nec L. C. a. n. C. *In Pith. eſt*, n. m. e. P. L. ſ. nec C. Caſſii adipem, n. C.

Dum mœnibus urbis continebatur] *Franc.* dum mœnibus continebatur.

P. 703. Iam ad certas res conficiendas] *Grav. prim.* Iam ad certas res conficiundas. *edd.* Iam ad ceteras res conficiendas.

Confectum putabat] *Franc.* factum putabat.

Tam paratum, tam audacem]. *Duisb.* tam paratum ad facinus, tam audacem.

Quod ſentio Quirites] *Franc.* quod ſentio o Quirites.

Nonne ille vobis] *Grav. uterque*; *Duisb. & Franc.* Nonne ille nobis.

Tanto ante exitui ac fati diem] *edd.* tanto ante exitium ac fati diem. *Grav. ſecund.* neque tanti ante exitii ac fati diem. *Pith.* neque tanti ante exitus ac fati diem.

Reip. denuntiaſſet] *Franc.* reip. denuntiaviſſet.

P. 704. Teſtes denique manifeſti ſceleris] *Grav. uterque Pith. & alius mſ.* teſtes manifeſti ſceleris.

Manifeſto inventa] *Franc.* manifeſte inventa.

Catilina in urbe ad hanc diem]. *Franc.* Catilina ad hanc diem.

Tamen ut leviſſime dicam] *Franc.* tamen leviſſime dicam.

Dum ille in urbe hoſtis fuiſſet] *Franc.* cum ille hoſtis in urbe fuiſſet. *Grav. prim.* cum ille in urbe hoſtis eſſet.

CAPUT VIII.

Pag. 705. Quod vix videtur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe] *edd. antiquiores*: quod vix videtur humanis conſiliis tantam molem rerum gubernatio conſequi potuiſſe. *nec longe ab his recedit Francii & Duisburgenſis. vide notas.*

P. 706. Ut terræ motus relinquam, ut omittam cetera] *edd.* ut terræ motus, ceteraque.

Quæ tam multa nobis conſulibus facta ſunt] *Franc.* quæ ita tam nobis conſulibus multa facta.

Neque prætermittendum neque relinquendum] *Franc.* neque prætermittendum eſt neque derelinquendum.

Turres percuſſas] *Duisb.* turres perculſas.

P. 707. Immortalium depulſa ſunt] *Franc.* immortalium delapſa ſunt.

Veterum hominum] *Franc.* veterum omnium.

Legum æra liquefacta] *Franc.* legum æra liquefacta ſunt. *Duisb.* regum æra liquefacta.

Tactus eſt etiam ille] *Grav. prim.* tactus ille etiam. *Franc.* tactus eſt etiam, qui. *Duisb.* & tactus ille.

Aruſpices] *Meus prim. & Franc. ut ſupra*, auruſpices.

Fata ipſa flexiſſent] *Grav. prim.* facta ipſa flexiſſent.

P. 708. Ad placandum deos] *Grav. prim. Franc. Duisb. Pith.* ad placandos deos. *Grav. ſecund.* ad ſupplicandos deos.

Iidemque juſſerunt] *Grav. prim.* idemque juſſerunt.

Atque ante fuerat] *Grav. prim.* atque antea fuerat.

Atque illud ita collocandum conſules locaverunt] *Grav. uterque, Duisb. Pith.* atque ſignum illud ita collocandum conſules illi collocaverunt. *vulgg.* atque illud ita collocandum conſules illi ſtatuerunt.

Neque a ſuperioribus conſulibus] *In Gravii primo non leguntur hæc verba. Grav. ſecund. & Colon.* ut neque ſuperioribus Coss. neque nobis.

CAPVT IX.

P. 709. Et ea per cives] *Sic mſſ. Duisb.* & ea per cives a civibus. *edd.* & ea a perditis civibus.

Vt nutu Iovis Opt. Maximi] *Grav. prim.* ut nutu omnium.

Contra ſalutem omnium] *mſ.* contra ſenatum & ſalutem omnium.

Iſti majore ſunt odio] *Sic mſ. Franc. vulg.* majore ſunt iſti odio. *Grav.* majore ſunt illi odio.

Pag. 710. Non ſim ferendus] *Grav. prim.* non ſim ferundus.

Ille Capitolium ille hæc templa] *Franc.* ille templa, ille Capitolium.

Ille hanc urbem] *Grav. prim.* ille cunctam urbem. *Franc.* ille cunctam hanc urbem.

Diis ego immortalibus] *Franc.* a diis ego immortalibus. *Duisb.* diis ergo immortalibus.

Et non nolle] *Grav. prim.* & nolle. *Franc.* & velle.

A patriciis hominibus oblatam] *Duisb.* a patriciis hominibus allatam.

Suis opibus anteponerent] *Duisburg.* ſuis opibus præponerent.

Id non divinitus factum] *edd.* id non ne divinitus factum.

CAPVT X.

Pag. 711. Erepti enim eſtis ex] *edd.* Erepti enim ex.

Et erepti ſine cæde] *In Franc. non habetur* & erepti.

Etenim recordemini] *edd.* Et enim recordamini.

P. 712. Acervis corporum] *Franc.* acerius corporum.

Tum vero clariſſimis] *Franc.* tunc vero clariſſimis.

P. 713. Atque illæ tamen omnes diſſenſiones] *Sic Grav. primi, Duisb. & alii libri. ſed edd.* Atque illæ diſſenſiones. *Duo mſ.* Atque illæ tum diſſenſiones. *Grav. ſec.* Atque illæ tunc omnes diſſenſiones. *Pith.* Atque illæ tamen omnes diſceſſiones.

Pag. 714. Internecione civium] *Pith.* interemptione civium.

Nulla unquam barbaria] *Pith. & nonnulli alii:* nulla unquam barbaries.

Tantum autem urbis, quantum flamma] *Grav. prim.* tantum autem urbi ſuperfuturum eſſe, quantum flamma.

Et cives integros] *Grav. prim.* & omnis civis integros. incolumiſque.

CAPVT XI.

Nullum monumentum laudis poſtulo] *Plurimi mſſ.* nullum monumentum laudis poſtulabo.

Præterquam hujus diei memoriam] *Grav. uterque*, præterquam hujus diei memoriam veſtram.

Condi & collocari] *Grav. prim.* condi & conlocari.

Quod etiam minus digni] *Franc.* quod minus digni.

Aſſequi poſſint] *Franc.* aſſequi poſſunt.

P. 715. Monumentis inveteraſcent] *Franc.* monumentis invetereſcent.

Corroborabuntur] *Grav. prim.* conroborabuntur.

Ean-

Eandemque diem intelligo, quam ſpero æternam fore, & ad ſalutem urbis, & ad memoriam conſulatus mei propagandam eſſe] *Grav. uterque, Duisb.* eandemque diem intelligo, quam ſpero æternam fore, propagatam eſſe ad ſalutem urbis, & ad memoriam conſulatus mei.

CAPUT XII.

Quod mihi vivendum ſit cum illis] *Grav. uterque, & Duisb.* quod mihi cum his vivendum eſt.

Quos vici & ſubegi] *Grav.* quos vici ac ſubegi. *Grav. ſec.* quos vi ſubegi.

Illi hoſtes aut interfectos] *Sic Grav. uterque & Franc. Vulgati,* iſti hoſtes aut interfectos.

P. 716. Si ceteris facta ſua recte proſunt] *Sic mſs. ſed edd.* ſi ceteris recta facta ſua proſunt. *Franc.* ſi ceteris facta ſua proſunt.

Ne vobis nocere poſſent] *Grav. prim.* ne vobis nocere poſſint.

Magnum enim eſt in bonis præſidium] *Grav. ſec. cum edd.* magnum eſt in vobis præſidium.

Magna vis conſcientiæ] *Sic Grav. uterque, Franc. Duisb. ſed edd.* magna vis eſt conſcientia.

Se ipſi indicabunt] *Grav. prim.* ſe indicabunt.

Improbos ultro laceſſimus] *Grav. prim.* ultro laceſſam.

Obtulerint invidiæ] *Grav. uterque & Franc.* obtulerunt invidiæ.

Quo quidem mihi] *Duisburg.* quo mihi.

Mihi liceat aſcendere] *Quædam edd.* quo libeat adſcendere. *Pith.* quo jubeat adſcendere.

P. 717. Quoniam jam nox eſt] *Grav. prim. & Franc.* quoniam jam eſt nox.

Veneramini illum Iovem] *Grav. prim.* venerati illum Iovem.

Atque in veſtra tecta] *In Grav. primo non eſt* atque. *In ſecundo & Duisb. pro* atque *ſcribitur* &.

Priori nocte] *Prim. Grav.* priore nocte.

Providebo] *Franc.* providebo Quirites.

IN
CICERONIS ORATIONEM
IN
L. CATILINAM IV.

CAPUT I.

P. 719. Video P. C. in me omnium] *Franc.* Video in me P. C. omnium. *Duisb.* Video P. C. omnium.

Oculos eſſe converſos] *Duisb.* oculos in me eſſe converſos.

Video, vos non ſolum] *Franc. & Grav. ſec.* vos video non ſolum.

Si id depulſum ſit] *Grav. prim.* ſi id depulſum periculum ſit.

Iucunda in malis] *Veteres libri:* jocunda in malis, *& ſic ſemper.*

Immortales quæſo deponite] *Grav. prim.* immortales deponite.

P. 720. Cruciatuſque perferrem, feram] *Duisburg.* cruciatuſque perferam, feram.

Fortiter, ſed etiam libenter] *Franc. & Duisburg.* fortiter, verum etiam libenter.

Dignitas ſaluſque pariatur] *Grav. ſec.* dignitas pariatur.

Commune perfugium] *Franc.* commune profugium.

Sedes honoris, ſella curulis] *Duisb. & alii nonnulli mſs.* ſedes honoris, id eſt, ſella curulis.

Pag. 721. Ut vos P. C. populumque] *Grav. ſecund. & Franc.* ut vos popu-

lumque. *Grav. prim.* ut vos P. C. & populum.

Ex cæde misera] *Duisb.* ex cæde & miseria.

Ex fœdiſſima flamma] *Franc.* ex fœdidiſſima flamma.

Ex bello & vaſtitate] *Franc.* ex bello & vaſtatione.

Vni proponetur fortuna] *Sic Grav. & Franc.* uni perponetur fortuna.

Læter meum conſulatum ad ſalutem reip.] Læter de meo conſulatu ad ſalutem reipublicæ. *Grav. ſec.* lætet meum conſulatum ad ſalutem P. R.

CAPVT II.

Liberos, fortunaſque veſtras] *Franc.* liberos veſtros, fortunaſque veſtras.

Populi Romani nomen] *Franc.* reip. Romanæ nomen.

Pag. 722. Neque enim turpis mors] *Grav. ſec. & Duisb.* Nam neque turpis mors.

Præſentis mœrore non movear] *Grav. ſec.* præſentis furore non movear. *al. manus adſcripſerat:* præſentis dolore non movear.

A quibus me circumſeſſum] *Franc.* quibus me circumſeſſum.

Abjecta metu filia] *Franc.* abjecta mea filia.

Quem mihi videtur amplecti] *Grav. ſecund.* quem mihi videtur complecti. *Vulgata edd.* qui mihi videtur amplecti remp.

P. 723. Adſtat in conſpectu] *Grav. ſec.* ſtat in conſpectu.

Vt ſalvi ſint vobiſcum] *Franc. cum vulgatis,* ut ſalvi ſint nobiſcum. *Grav. ſec.* ut ſalvi fiant vobiſcum.

Vobiſcum omnes] *Non eſt in Franc.* omnes.

Quam & illi, & nos] *Franc.* quam illi & nos. *Pith.* quam illius nos.

Vna reip. peſte pereamus] *Lamb. & Grut.* una cum rep. pereamus.

Ad reip. ſalutem] *Grav. uterque, Franc. & Duisb.* ad ſalutem reip.

Niſi providetis] *Grav. ſec.* niſi provideatis.

Non Ti. Gracchus] *Grav. prim.* non Titus Gracchus. *Euſdem ſec.* non Gracchus. *Franc.* non unus Gracchus. *Pith.* non ei Gracchus.

Qui iterum tribunus pl.] *Grav. ſecund.* quia iterum trib. pl. *Franc.* quidem iterum tribunus pl.

Non C. Gracchus] *Grav. uterque,* non G. Gracchus, *aut, ut primus ſcribit,* Gracchum.

Agrarios concitare conatus eſt] *Franc.* agrarios concitare tumultus conatus eſt.

Sed tenentur ii] *Grav. ſecund.* Tenentur ii. *Duisb.* Tenentur vero ii.

Ad urbis incendium] *Grav. ſec.* ad urbem.

P. 724. Ad veſtram omnium cædem] *add.* ad veſtrum omnium cædem.

Id eſt initum conſilium] *Mem. ſec. & Colon.* tale initur conſilium. *Duisb.* item initum conſilium.

Nemo ne ad deplorandum quidem reip. nomen] *Grav. ſecund.* ne maneat P. R. nomen.

Ad lamentandum] *Grav. ſec.* ad lamentandum.

CAPVT III.

Iudiciis judicaſtis] *Grav. ſec. & Franc.* judiciis judicaviſtis.

Lentulum ut ſe abdicaret prætura coëgiſtis] *Multi mſſ.* Lentulum ſe abdicare prætura coëgiſtis.

De quibus judicaſtis] *Franc.* de quibus judicaviſtis.

Qui honos togato] *Franc.* qui honor togato.

Heſterno die] *Franc.* hodierno die.

Titoque Vulturcio] *Franc.* atque Volturcio.

Inſtitui referre ad vos] *Grav. ſecund.* inſtitui referri ad vos.

Illa prædicam] *Franc.* illa dicam.

Nova quædam miſceri & concitari] *Franc.* nova quædam & concitari.

P. 725. Mentes inclinant atque ſententiæ, ſtatuendum] *Duisb.* mentes ſe inclinent ſtatuendum.

Statuendum vobis] *Grav. prim.* ſtatuundum vobis.

Ad nos delatum ſit] *Duisburg.* ad vos delatum ſit.

CAPVT IV.

P. 726. Pro ſua dignitate] *Franc.* pro ſui dignitate.

Populum Romanum vita] *Franc.* remp. vita.

Po-

opuli Romani nomen] *Franc.* reip. nen.

unctum temporis frui vita] *Quidam* . puncto temporis frui vita. *Duisb.* punctum temporis.

. 727. Libenter oppetiverunt] *Grav.* . libenter appetiverunt.

taque municipiis diſpertiri jubet] *idam mſs.* itaque municipibus diſper- . *al.* municipiis diſpertiri. *Duisburg.* e in municipiis diſpartiri.

Decernatur tamen ſi placet] *Grav. ſec.* ernatur tunc ſi placet.

Ego enim ſuſcipiam] *Franc.* ego ta- n ſuſcipiam.

Adjungit gravem pœnam municipi-] *Grav. ſec.* Adjungit gravem pœ- n municipiis.

Digna ſcelere] *Lamb. & Mur.* dignas lere.

Quæ ſola hominem in miſeriis] *av. ſec.* quæ ſola homines in miſeriis.

. 728. Multas uno dolore animi at- corporis] *Colon. & Grav. ſecund.* ltos animi atque corporis uno ore.

Vt aliqua in vita formido] *Grav. ſec.* liqua in vita fortitudo.

CAPVT V.

Hoc auctore & cognitore hujus ſen- tiæ] *edd.* hoc monitore & auctore us ſententiæ. *Nonnulli mſs.* huic ſen- tiæ. *al.* hujuſcemodi ſententiæ.

P. 729. Sin illam alteram, neſcio] *av. ſec. Duisb. & edd.* ſin illam alte- n ſecuti eritis, neſcio.

Vtilitas reipub. vincat] *Omnes mſs. & . paullo antiquiores*, utilitas reip. vin- at, *aut* vendicat.

Inter lenitatem concionatorum] *Grav. m. & edd.* inter levitatem conciona- um.

P. 730. De capite videlicet civium] *uisb.* de capite videlicet civis.

In cuſtodiam cives Romanos dedit] . in cuſtodiam Cethegum & Lentu- n cives Romanos dedit. *Franc.* in todiam Cethegum G. P. Lentu- n dedit. *Grav. prim.* in cuſtodiam R. dedit.

De civibus Romanis] *Grav. ſec.* a ci- us Romanis.

Civem eſſe nullo modo] *Franc.* ci- vem nullo modo.

P. 731. Idem ipſum Lentulum lar- gitorem & prodigum] *edd.* idem etiam ipſum largitorem Lentulum & prodigum.

De pernicie populi Romani & exitio] *Sic Duisb. P. Manut. & al. edd. ſed alia*, de pernicie reip. exitio.

Tam acerbe, tamque crudeliter] *Duisb.* tam acerbe, tam crudeliter.

Appellari poſſe] *Pith. & Duisb.* etiam appellari poſſe.

Supplicio levando ſe jactare] *Duis- burgenſis*, ſupplicium levando a ſenatu ſe jactare.

Et in pernicie populi Romani] *edd.* & in perniciem populi Romani. *Franc.* & in pernicie r. p.

Vos a crudelitatis vituperatione de- fendetis, atque obtinebo] *Grav. prim.* Vos a crudelitatis vituperatione P. R. defendetis, atque obtinebo. *Grav. ſec.* vos a crud. vitup. P. R. exſolvetis, at- que obtinebo. *Franc.* vos a crudelita- tis vituperatione defendens obtinebo at- que eam.

Multo leviorem] *Franc.* multo le- niorem.

CAPVT VI.

P. 732. Atrocitate animi moveor] *Grav. prim.* atrocitate animi movear. *ſed recentior manus appoſuerat* moveor.

Sepulta in patria] *mſs. & edd. multa*, ſepultam patriam.

In veſtra cæde] *Franc.* in noſtra cæde.

Ex fatis] *Grav. prim.* ex faſtis.

Vexationem virginum Veſtalium] *Grav. prim.* vexantium virginum Veſta- lium. *Sed alia manus impoſuerat huic voci* vexantiam, *quod & legitur in Francis:* vexantiam v. V.

Vxore occiſa] *Franc.* atque uxore oc- ciſa.

Supplicium de ſervis] *Sic mſs. Lamb. ed.* ſupplicium de ſervo.

Pag 733. Inhumaniſſimus & crude- liſſimus eſſe] *Franc.* inhumaniſſimus eſſe.

Qui non dolore ac cruciatu nocentis ſuum dolorem cruciatumque lenierit] *Franc.*

Franc. qui non dolorem cruciatu lenierit. *Duisb.* qui non cruciatu lenierit. *Græv. prim.* qui non dolorem cruciatumque lenierit. *Sed al. manus addebat hac verba :* qui non dolore ac cruciatu nocentis ſuum. *edd.* qui non dolorem ſuum & cruciatum dolore nocentis & cruciatu lenierit.

Sic nos in his hominibus] *Græv. prim.* Sic nos in his omnibus.

Vniuſcujuſque noſtrum domos] *Græv. prim.* uniuſcujuſque domos.

In veſtigiis hujus urbis atque in cinere] *Franc.* in veſtigiis atque in cinere.

Si vehementiſſimi fuerimus miſericordes habebimur] *Duisburg.* ſi vehementes fuerimus, miſericordiſſimis habebimur.

Fœminæ electiſſimæ] *Franc. & edd.* fœminæ lectiſſimæ. *Pith.* fœminæ dilectiſſimæ.

P. 734. Cum avum juſſu Cos. interfectum] *Græv. prim.* cum avum juſſu interfectum, *ſed alia manus adſcripſerat* avum ſuum, *&* juſſu Conſulis. *edd. vett.* cum avi juſſu Conſularem interfectum.

In carcere necatum] *Sic omnes noſtri mſſ. At vulgati libri,* in carcere necandum.

Quorum quid ſimile factum] *edd.* Quorum quid ſimile factum fuerit.

Largitionis voluntas tum] *Græv. prim.* largitionis voluntas tantum. *Sed al. man. adjecit* tam. *Franc.* largitoris voluntas tum.

Pag. 735. Gracchum eſt perſecutus] *Græv. ſecund. & alius mſ.* Gracchum eſt conſecutus.

Ille etiam grave tum vulnus] *Meus prim. & Franc.* ille etiam avus Lentuli grave tum vulnus.

De ſumma dignitate reip. minueretur] *Græv. prim. Franc. & alii*, de ſumma reip. minueretur. *Pal. ſex.* de ſumma rep. minueretur. *Duisburg. & Pith.* de ſumma dignitate reipubl. diminueretur.

Ad evertenda fundamenta] *Græv. prim. & Franc.* ad vertenda fundamenta. *ſed al. manus in primo addito* e *ſignificabat legendum* evertenda.

Gallos arceſſerit] *Græv. uterque, & Franc.* Gallos accerſit.

Servitia concitavit] *Græv. uterque, & Franc.* ſervitia concitat.

Catilinam evocavit] *Vterque Græv. & Franc.* Catilinam vocat. *Sic & hac in ſuis libris invenit Lambinus.*

Attribuit nos trucidandos] *Græv. prim. & Franc.* ac tribuit nos.

Ceteros cives] *Græv. prim.* & ceteros cives.

Inflammandam Caſſio] *In Græv. primo deſideratur* Caſſio.

Nimis aliquid ſevere] *Græv. prim. & Franc.* nimis aliquid ſeverius.

Cum multo magis ſit verendum] *Prim. Græv.* multo magis eſt verendum.

Fuiſſe videamur] *Græv. ſec.* vidiſſe videamur.

Sed ea quæ exaudio] *Sic meliores libri tam ſcripti quam editi. Sed Lamb. & Grut. edd.* ſed quæ exaudio. *Franc.* ſed ea quæ audio.

P. 736. Vt habeam ſatis præſidii] *Græv. uterque & Franc.* ut non habeam ſatis præſidii.

CAPVT VII.

Omnia & proviſa, & parata, & conſtituta ſunt] *Quidam mſſ. & edd.* omnia proviſa, parata & conſtituta ſunt. *in quibuſdam etiam* ſunt *abeſt.*

Omnium ordinum homines] *Pal. ſec.* omnium hominum ordines. *al. mſ. & Græv. ſecund.* omnium ordinum, hominum, omnium.

Plena templa circa forum] *Hac verba, qua in Græv & aliis libris reperiuntur, in editionibus ante Lambinianam non leguntur.*

Neque enim in improborum] *Prim. Græv. & Franc.* neque in improborum. *Alii duo mſſ.* neque improborum civium.

Sed in acerbiſſimorum] *Duo mſſ.* ſed acerbiſſimorum.

Summam ordinis conſiliique] *edd.* ſumma ordinis conſiliique.

P. 737. Ad hujus ordinis ſocietatem] *Græv. prim.* hujus ordinis ad ſocietatem.

Quam conjunctionem] *Franc.* quam quidem conjunctionem.

Ad ærarium frequentaſſet] *Franc.* ad ærarium frequentes advocavit. *Duisb.* ad ærarium frequentes advocaſſet.

Vi-

Video ab amore debitæ pecuniæ, ab :pectatione ſortis] *Omnes ante hac editi:* deo ab expectatione fortis. *Franc.* vi-:o ab expetitione hujus ſortis.

Pag. 731. Ad ſalutem communem nverſos] *Grav. prim.* ad ſalutem con-rſos.

Cui non hæc templa] *Grav. ſecund.* i hæc templa. *Duisb.* cui non hæc her-templa.

Patriæ ſolum cum ſit carum] *Grav.* . patriæ ſolum non ſit carum. *ſed prim.* triæ ſolum ſit carum.

CAPVT VIII.

Qui ſua virtute fortunam civitatis nſecuti] *Quidam mſſ. & ed. Lambin. Grut.* qui fortuna ſua civitatis jus nſecuti. *mſſ.* q. ſ. v. ſ. hujus civitatis c.

P. 739. Hujuſce ordinis homines com-emorem] *Grav. ſecund. cum nonnullis* :is, hoſce ordines homines ordines-ıe commemorem. *Duisburg.* hos hu-ſcemodi ordinis homines commemo-m. *Pith.* hoſce homines comme-oro.

Qui modo tolerabili conditione ſit :vitutis] *Pal. ſec.* qui non modo tole-bili conditione ſit ſervus. *Sic & Grav.* . *niſi quod non* ſervus, *ſed* ſervitutis *le-r.* *Pal. ſex.* qui non tolerabili condi-ıne ſit ſervus.

Qui non audaciam civium] *edd. multa,* i non audaciam perditorum civium. *th.* qui non audaciam carum.

Qui non hæc ſtare] *Duo mſſ.* qui non c ſtare. *edd. vetuſtiores:* qui non ob-re.

Quantum audet] *Franc.* quantum au-it. *Duisburg.* qui non hic in quantum det.

Et quantum poteſt] *Grav. uterque,* *anc. Duisb.* & in quantum poteſt.

Conferat ad communem] *Grav. prim.* ntum conferat.

Salutem voluntatis] *Sic mſſ. ſed edd.* lutis voluntatem.

Pag. 740. Pretio ſperari] *Sic mſſ. ſed* *lgg.* pretio ſperantem.

Sperare ſollicitari] *Grav. prim.* ſperare llicitare.

Lectulum ſuum] *Prim. Grav.* lectum um. *Franc.* lectulum illum ſuum.

Immo vero, id enim] *Vterque Grav. Franc. Duisburg. Pith. omnes Pall.* niſi vero, id enim.

Id enim potius eſt dicendum] *Grav. prim.* id enim potius dicendum. *Pith.* id ei potius eſt dicendum.

Omne eorum inſtrumentum] *Grav. prim.* omne inſtrumentum.

Civium ſuſtinetur] *mſſ.* civium ſuſtentatur.

Incenſis futurum eſt?] *Grav. prim. & Duisb. cum multis aliis mſſ.* incenſis futurum fuit? *ſed Pith. & Grav. ſecund.* futurum fiet?

Ne populo Romano] *Quidam mſſ.* ne reip.

CAPVT IX.

Voluntate, ſtudio, virtute] *Grav. prim.* voluntate, virtute.

Obſeſſa facibus] *Grav. prim.* obſeſſa faucibus.

P. 741. Vobis ſe, vobis] *Franc.* vobis, vobis. *In Grav. prim.* nobis.

Ignem Veſtæ perpetuum ac ſempiternum] *Grav. uterque, Duisburg. Pith. ed. Lamb.* ignem Veſtæ ſempiternum.

Omnia templa deorum] *Vterque Grav. Franc. Duisb. Pith.* omnium deorum templa.

Hodierno die primum] *Grav. ſec. & duo alii,* hodierno primum.

Quanta virtute] *Grav. prim.* quanam quanta. *Franc.* & quanam virtute.

Pene delerit] *Duisb.* pene deleverit. *Grav. ſec. & duo alii,* quam pene delerit.

Cogitari poſſit a civibus, providendum] *Multa edd. & mſſ.* cogitari poſſit a civibus, vobis providendum. *Franc.* cogitari poſſit a civibus nobis providendum.

CAPVT X.

Antequam ad ſententiam redeo] *Franc.* Nunc antequam ad ſententiam P. C. redeo.

P. 742. Turpem, & infirmam & contemtam, & abjectam] *Grav. prim.* turpem, & infirmam & abjectam. *Duisb.* turpem, infirmam, & abjectam.

P. 743. A pernicie reipub. repuleris] *Grav. prim.* a pernicie reipub. remoreris. *al. man.* repuleris.

Pro-

Propulſari poſſe confido] *Franc.* propulſari atque proculcari.

Conjunctionem veſtram equitumque] *Græv. ſec. & Franc.* quæ conductionem veſtram.

Perſtringere & labefactare] *Græv. ſec.* conſtringere & labefactare.

CAPUT XI.

Propter urbis veſtræque ſalutis] *Duisb.* propter urbem veſtramque ſalutis. *Græv. ſec.* propter urbem veſtræque ſalutis.

Pro meis in vos] *Sic Græv. prim. vulgg.* & pro meis in vos.

P. 744. Ad conſervandam remp. diligentia] *Græv. prim.* conſervanda reip. diligentia.

Nihil aliud a vobis] *Duisb.* nihil a vobis.

Memoriam poſtulo] *Franc.* memoriam poſtulabo.

Veſtris mentibus infixa] *Franc.* in veſtris fixa mentibus.

Vis improborum fefellerit] *Græv. ſec.* vis improborum refellerit.

Suo ſolius periculo] *edd. & multi mſſ.* ſuo ſolus periculo,

Conſervaverit] *Duisburg.* conſervavit. *Græv. ſec.* conſervarit.

Illum eſſe filium memineritis] *Græv. ſec.* illum filium memineritis.

De aris ac focis] *Græv. prim.* de aris ac de focis. *Has quatuor voces nonnullæ editiones omittunt.*

Habetis eum conſulem] *edd.* Habetis enim conſulem. *ed. prim.* Habetis enim eum conſulem.

Quoad vivet defendere] *Græv. prim. Pith.* quo adjuvet. *Græv. ſecund.* coadjuvet.

Per ſe ipſum præſtare poſſit] *Græv. ſec. & Colon.* per ſe ipſum præſtare quoad poſſit.

F I N I S.

[illegible]



[redacted]

